UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA ALESSANDRINA
G
I
37
ROMA

TOMVS QVARTVS.

VITARVM SANCTORVM

ANTIQVORVM PATRVM NVMERO DVCENTARVM SEPTVAginta, quæ per probatiſsimos grauiſsimoſq;. Authores deſcriptæ.

NOVISSIME IN VNVM VOLVMEN AD totius Eccleſiæ utilitatem per R. P. D. Aloyſium Lipomanum Epiſcopum Veronenſem redactæ ſunt.

His & ſolita Scholia eiuſdem contra modernos Hæreticos appoſita.

Leges hic etiam plurima tam ex Græcis quàm ex Latinis ſcitu digniſsima, quæ nunquàm hucuſque ad tuam notitiam peruenerunt.

& non reſpexit

Beatus uir cuius eſt … *ſpes eius,*



in uanitates & inſanias falſas.

VENETIIS IN VICO SANCTÆ Mariæ Formoſæ, Ad ſignum Spei.
M. D. LIIII.

ALESSANDRINA
8l. 37
191
34

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI D. IVLIO III. PONTIFICI MAXIMO, ALOYSIVS

Lipomanus Epiſcopus Veronenſis S.

QVOD me maximis beneficijs ſanctitas tua ita ornauerit, ornareq; pro ſua ſumma humanitate nunquam deſiſtat, ut eorum memoria ſim ei obſtrictus ſempiterna, meæ partes erant, ut ſi minus gratiam referre poſſem (abhorret enim mea tenuitas ab huiuſmodi uerbo) aliquo modo tamē & memor & gratus erga illam eſſe cognoſcerer. Quod uerò ex illis innumerabilibus hominibus, quos ſanctitas tua tantis beneficijs affecit, neminem minus ꝙ me ad illud accommodatum eſſe uiderem, nihil me magis ſolicitabat. Itaque cum hinc imbecillitatem ingenij mei, inde officium meū & reputarem, & dies ac noctes cogitarem, ad memoriam illius Apoſtolorum principis Petri, cuius tu Beatiſsime pater fidem & ſedem tenes, fratriſq; eius Andreæ, cuius hodie ſolennia colimus, animum meum tandem aliquando reuocaui. Hi nanque cum nauiculam præ uetuſtate rimas agentem, diruptaq; retia reliquiſſent, & uocantem dominum ſecuti eſſent, audire meruerunt, Vos, qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me & cætera. Quorum quidem cōmendationis cauſa, nulla fuit alia, niſi ꝙ ille, cui nihil eſt clauſum, nihil reconditum, Apoſtolorum animum, quo illi alacri atque pio, omnia quęcunque poſsidebant, & quorum una arte uſuq; uno uiuebant, & cum ijs omnes habendi appetitus, cupiditateſq; omnes reliquerant, penitus perſpexerit. Quid? cū ipſe Pater optime atque ſanctiſsime, in terris nunc eundem ipſius ſeruatoris locum teneas, num te idem facere decet, animumq; magis penſare quā cenſum? Hac ego fretus ratione, non dubitaui hoc quoque ſanctarum uitarum quartum uolumen ad cuſtodem & principē totius ſanctitatis mittere, rationemq; potius habere quid humilitati meæ, quam quid tuæ ſummæ conueniat amplitudini. Dicam præterea, audacius fortaſſe quam par eſt, uerè tamen, neminem unquam ſic ex animo ei quicquam tribuiſſe. Quam meam erga ſanctitatem tuam per promptam uoluntatem coram declarare maluiſſem (uultus enim animi imago eſt) ſiquidem licuiſſet per ætatem iam ingraueſcentem, perq; huius eccleſiæ meæ munus: in qua quantum mihi officij onus impoſitum ſit, illa ſatis ſuperq;, uel ex hoc intelligere

poteſt, quod ducenta animarum millia & eo amplius ſunt huic curæ ſubiecta. Etſi uero aliorum animas regere Petri & Pauli cęterorumq; Apoſtolorum eſt, ut quidam patrum dicebant, non mei peccatoris, meiq; ſimilium, Dei tamen opt. Max. fultus auxilio, eorum nihil, quæ ad huius gregis ſalutem conducere intelligo, prætermitto, neque ſanctarum ſcripturarum ſtudia interim relinquo. Quin etiam, ſi uita comes fuerit, confido in Domino Ieſu me propediem Beatitudini tuę catenam ſanctorum patrum ſuper Leuiticum miſſurum, totumq; Metaphraſtem Latine redditum, ex quo non quicquid Græcia olim mendex, ſed quicquid ſapiens & pia de ſanctorum geſtis habet reconditum, uniuerſis fidelibus erit in promptu. Proinde Beatitudinē tuam rogatam quæſo, ut iuſta hac abſentiæ meæ excuſatione accepta, uelit pro ſumma ingenij ſui bonitate æqui ac boni conſulere. Nam quod ad animum attinet meum, is ſemper ad ſanctitatis tuæ pedes iacet, eosq; humiliter oſculatur. Dominus deus noſter qui te talem ac tantū ouibus ſuis paſtorem elegit, & ſuper gentes & regna eſſe uoluit, conſoletur cor tuum, & protegat ſalutem tuam, quo uno firmiſsimo præſidio tota nunc nititur Chriſtiana reſpublica, & in futuro ſeculo ęternæ beatitudinis præmia largiatur.

Veronæ Die vltima Nouembris,
Anno. M D LIII.

ALOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS VERONENSIS INDIGNVS SYNCERO LECTORI.

Miraberis ſcio candide lector, quod ego qui cunctorum Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatũ, Vicorũ, Pagorumq́; ſanctos diligenti cura perquiro, ut eorum inclyta facta eccleſiæ Chriſti inuulgẽ, nec eos longo obſcurari ſilentio permittam, ſanctos eccleſiæ meæ Veronenſis, eccleſiæ inquam tam celebris, & cunctis admirandæ, hucuſq; ne dum laudauerim. Sed excepto D. Zenone uiro eloquentiſſimo probatiſſimoq; ne nominauerim quidem. Id ita eſſe profecto non diffiteor. Sed qua ratione id fecerim paucis ſi aduerteris explicabo. Inſtitutũ noſtrum iam inde ab initio aſſumpti huiuſmodi laboris id fuit, ut nullius ſancti in hoc noſtro opere uita poneretur, quæ non ab aliquo certo antiquo & uenerabili patre qui eccleſiæ Dei notus eſſet, deſcripta foret. Nam Apochryphis iam plenus erat orbis uniuerſus. Licet ergo in hac ſancta inſigniq; eccleſia quod dictu penè incredibile uidetur. xxxiij. epiſcoporum ſanctorum celebris agatur memoria, & anniuerſaria feſta cum ſolennibus miſſis recolãtur, nullius tamen eorum per certum aliquẽ uirum uita deſcribitur, ſed omnia incertis authoribus edita proferuntur. Quinimo quæ de eis habentur hiſtoriæ, tanta barbarie, tantaq; ruſticitate, ac inconcinnitate plenæ ſunt, ut eas legere nedum grauis pœnitentia ſit, ſed pudor uel maximus. Sanctos meæ eccleſiæ non ſolum hæc ciuitas, ſed penè totus mundus ueneratur & ſuſpicit, ſed ego eorum uitas quales habentur, ſi in medium proferrem, non modo contra inſtitutũ meum agerem, uerum omnibus ridendum me exponerem. Quà autem id ratione factum ſit, ut ſanctorum meorum uitæ, uel lucul&ẽto, uel ſaltem eccleſiaſtico ſtylo ſcriptæ non fuerint, aut ſi fuerunt (quod fateri omnino non dubito) cur in manibus non habeantur, ſi quis me interroget, id uetuſtati, quæ omnia corrodit & conſumit, ſeu etiam tot tantiſq; urbis iſtius cladibus aſcribam, in qua non chartulæ ſolum manu ſcriptæ, ſed & alta palatia, famoſa theatra, tẽpla pulcherrima, cæloq; æquata ædificia, iam inde à Longobardorum temporibus, qui in ea multis annis rerum potiti ſunt, ceciderunt & perierunt. Doleamus igitur ſanctorum patrum noſtrorũ qui eccleſiam hanc ſuis egregijs doctrinis & mirificis exemplis illuſtrarunt, uitas minime reperiri deſcriptas. At uero gloriemur & lętemur eos in cœleſti beatitudine coram omnipotenti Deo indeſinenter aſſiſtere, eiuſq; iram ſuis conti-

nuis precibus emollire,rogemuſq; diuinam clementiam ut nobis ſucceſſoribus eorum,licet immeritis, hanc uel ſolam gratiã præſtare dignetur,ut per eorum ueſtigia & exempla gradientes, ad eiuſdem regni cęleſtis gloriam miſericorditer peruenire mereamur.

Iam paruula quædam prudentiſſime lector antequã ad lectionem libri iſtius accedas,admonendus es. Inter quæ illud primũ,quod nonnullorum ſanctorum uitas bis atq; ter fortaſſe in hoc eodem Tomo, non tamen ab eiſdem authoribus deſcriptas, ac diuerſis locis poſitas inuenies,pręter inſtituti noſtri priſtini uſitatum morem. Quod ne te offendat rogo. Quod enim Diuos Ignatium ac Philaſtrium,diuũq; Gregorium,pluſquã ſemel,nec coniunctim tamen, nec eiſdem in locis poſuerimus,hoc ideo fecimus, ne ordinem Martyrologij Adonis Archiepiſcopi Treuerenſis inuerteremus, qui eũ per Menſes & dies ordinatim incedat,ſi non ſuo loco quod poſitum eſt recenſeretur,totius proculdubio libri faciem euertere niſi fuiſſemus,quod facere nullo modo auſi fuimus.

Tum id ſecundo aduertere debes,quod ſi quem uideris priſcorum patrum ſancti alicuius uitam rudiuſcule ac ſatis ſimplici ſermone deſcribentem,cuiuſmodi eſt Rampertus, nec non Iulianus Pomerius, Brixienſis alter,alter Toletanus epiſcopi,non ideo demittas ſupercilium,& libro ſuccenſeas,eumq; de manu tua excutias uelim. Indulgendum enim eſt ætati illi,quæ non nimis elegantes habuit ſcriptores,immo gratiæ ei habendæ, quæ id fecit quod potuit. Indulgendũ etiam eccleſiaſtico ſtylo,qui ut in epiſtola ad Leandrum epiſcopum D. Gregorius ait: Reſtringi non uult ſub Regulis Donati. Sat fuerit res geſtas illius temporis fideliter fuiſſe memoriæ traditas,& nihil de ueritate prætermiſſum,ſin autẽ Paulo incultiori ſtylo res illa acta, hoc ætati magis illi ſenticoſa & hiſpidæ,quã uoluntati attribuendũ.

Si qua uerò præterita fuerint,prout credimus fuiſſe quã plurima, quæ peculiari nota indiguiſſe uidebantur,& quæ inter ſcholia noſtra, cõputari digne potuiſſent,parce obſecro benigne lector;quędã enim ut eſt humana fragilitas,nobis minime aduertentibus effugerũt,quędam uero ex diuerſis quę nobis imminent occupationibus, euanuerunt,quas ſingulas ſi tibi recenſere uellem,magis certò ſcio te ad mei cõmiſerationem,quã ad aliquid aliud à me deſiderandũ cõmouerem.

Venio ad authorum nomina qui librum hunc conſcripſerunt,& ſunt hi.

1 D. Hieronymus presbyter Stridonenſis.
2 D. Gaudentius epiſcopus Brixienſis.
3 D. Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus.
4 Gordianus monachus) ordinis ſancti Benedicti.
5 Fauſtus monachus)

6 Rampertus epiſcopus Brixienſis.
7 Ioannes Diaconus Romanus,poſtea Papa.
8 D.Iulianus Pomerius Archiepiſcopus Toletanus,
9 D.Branlius epiſcopus Cæſarauguſtanus.
10 Ado ſiue Odo Archiepiſcopus Treuerenſis.

Horum omnium exceptis primo & ultimo,qui fuerint,& quanta eis fides ſit adhibenda,opus eſt ut paucis te edoceam.Nam de primo nihil nobis modo dicendum,cum is per omnium doctorum ora uirorum longe lateq; peruolitet.De ultimo autem in ſecunda huius operis parte latius differemus. Si ergo uis ſcire quis fuerit Gaudentius epiſcopus Brixienſis, & quantæ in eccleſia authoritatis & reuerentiæ,ex eius ſcriptis facile recognoſces.Temporibus enim D.Ambroſij floruit,& ipſomet teſte ſucceſſor fuit Philaſtrij epiſcopi magnæ ſanctitatis uiri,qui D. Auguſtini tempora præceſſit,& librum de hæreſibus ſcripſit. Synchrones etiam fuit Gaudentius Beneuoli ſanctiſſimi uiri,tam in Eccleſiaſtica,quā in Tripartita Hiſtoria celebratiſſimi,ad quem etiam quædā ſua ſcripta dirigit,ut infra uidebis.

Alphanus uero,ut etiam ſcribit Tritemius, ex Caſſinenſi monacho ordinis ſancti Benedicti in Archiepiſcopum aſſumptus,uir fuit in diuinis ſcripturis nobiliter doctus,philoſophus & Theologus celeberrimæ opinionis. Floruit autē circa annum domini.M.C.viij.quo tempore Roffridus Abbas caſſinenſis eidem monaſterio præfuit,ad quem is ſanctorum duodecim martyrum Beneuentanorum uitam heroico carmine conſcripſit.

Sed & Gordianus & Fauſtus monachi,quorū primus uitam beati Placidi martyris,alter ſancti Mauri Abbatis cādido,& ſimplici ſtylo deſcribit, quod & ipſi eiuſdem ordinis fuerint,& ſanctorū illorum quorum acta memoria produnt condiſcipuli,& eodem quo illi tempore uixerint,ipſimet teſtificantur.Nam Gordianus in noua Roma iuſſu Iuſtiniani Imperatoris, Placidi uitam edidit,Fauſtus autē poſt mortem D. patris Benedicti circiter annos.xlij.ad imperium beati Theodori Abbatis,Mauri geſta euulgauit.

Rampertus etiam epiſcopus Brixienſis cuius ſanctitatis fuerit,cuiuſq; uirtutis,mirabilia quæ ſub eo in tranſlatione corporis beati Philaſtrij occurrerunt,te edocere poſſunt. Neq; enim permittit deus ſacroſancta ſeruorum ſuorum corpora, niſi à ſanctis uiris contrectari. Pro hac ueritate multa uidebis in libro uitæ D. Gregorij Papa,quæ tam ſuo,quam prædeceſſorum ſuorum tempore contigerunt. Fuit igitur Rampertus Quadrageſimus à beato Philaſtrio epiſcopus,cuius nomen & uitæ ſanctitatem ciuitas Brixienſis etiam hodie uenerabiliter honorat.

At Ioannes diaconus qui D. Gregorij ſanctiſſimi Pontificis ui-

tam in quatuor libros diſtinctam fuiſe lateq; ſcribit, uir fuit doctus & bonus, qui poſt Hadriani ij. mortē Romanus & ipſe Pontifex creatur, ac Ioannes ix. appellatur, patria Romanus, patre Gundo. Eccleſiamq; Chriſti annis decem, diebus duobus ſanctiſſime rexit. Vitam autem beati Gregorij, non adhuc pontifex, ſed cum leuita eſſet deſcripſit. Lege Platinam in Vitis Romanorum Pontificum.

Iulianus uero Pomerius Toletanus Antiſtes tertius à beato Ildefonſo fuit, cuius etiam meminit Petrus Lombardus in quarto, ſententiarum diſtinctione 44. Vir hic magnæ ſemper in eccleſia dei authoritatis & æſtimationis fuit, ut po'e qui xj. xij. & xiij. Concilijs Toletanis inter fuerit. Floruit autem ſub egita Gothorum Rege ante annos domini DCCCC. Is ergo uitam beati Ildefonſi Archiepiſcopi Toletani ſtrictim admodum & Gothico ſtylo ſcripſit, ſanctus ab omnibus habitus. De quo ſi plura ſcire cupis, uide Gennadium de uiris Illuſtribus in uerbo Pomerius.

Braulius denique ſiue Braulio (utraque enim nuncupatione hominem uocatum reperio) Cæſarauguſtanus fuit epiſcopus, egregia doctrina & ſanctitate præditus, & ab Hiſpanis magna ueneratione excultus. Floruit is quoq; per eadem tempora quibus & ſuperior. Huius mentionem fieri inuenies in Martyrologio Romano ſub Pridie Idus Decembris.

Hi ergo ſunt fontes ex quibus in hoc quarto Tomo poſitas ſanctorum uitas hauſimus. Sicut ergo à doctis & catholicis uiris ſunt deſcriptæ, ſic & tu abſque ulla hæſitatione illas legito, nec legito ſolum, ſed bonus ſanctorum horum patrum æmulator eſto, ob quod tantum tibi eas legendas proponimus, moreſque tuos, ac totam uitam ad horum exempla tāquam ad regulam quandam & amuſſim compone.

Vale in utroque homine lector candidiſſime.

AMphroniani mar. 156
Agathæ uir. & m̄. 156
Alexādri epiſ. & mar. 162
Andeoli ſubdiaconi 165
Alexādri papę cū aliīs 165
Artemiī cum aliīs 173
Albani martyris 176
Anatholię, & audacis 179
Apolinaris epi. & mar. 181
Abdon & Senen 183
Agapiti martyris 193
Anaſtaſiæ marty. 194
Antonini martyris 194
Alexandri martyris 195
Auguſtini epiſcopi 197
Adriani martyris 201
Antiochi epiſcopi 215
Ambroſiī abbatis 218
Archadiī cum aliīs 220
Alexādri epiſ. & mar. 224
Andreæ apoſtoli 226
Agathonis marty. 228
Ammonis cum aliīs 230
Anaſtaſię martyris 231
Agapeti epiſcopi 295
Angeli epiſcopi 295
Alexandri ep. & mar. 295
Alexādri ep. antiochę 295
Amo & Didymi mo. 295
Auxentiī epi. & cōfeſ. 296
BEneuoli ſerui Dei 15
Babyle epi. & m. 155
Beatorū martyrū quorū numerus pre multitudine ignotus eſt 159
Blaſiī epiſco. & mar. 156
Balbinę uirginis 163
Baſiliæ uirgi. & mar. 169
Bonifaciī martyris 172
Britiī epiſ. & cōfeſſo. 179
Benigni pſby. & mar. 217
Bibianæ uirgi. & mar. 227
Barbare uirgi. & mar. 229
Babilæ epiſc. & mar. 296
Baſiliī epiſco. Ceſa. 296
Baſiliī alterius epiſco. 297
CLaudiī, Prępedignæ [illegible] 159
Concordiī martyris 152
Celerini diaconi 156
Ciriaci martyris 161
Calepodiī pſ. cū aliīs 167
Cononis cū filiīs mar. 170
Chriſtinę uir. & mar. 182
Cucufatis martyris 182
Ciriaci martyris 187
Concordię martyris 192
Caſſiani martyris 192
Corneliī papę & mar. 203
Cypriani epi. & mar. 203
Cypriani et Iuſtinę m. 210
Coſme & Damiani 211
Ceſa. diac. & Iulia. pſ. 217
Claudiī mar. cū aliīs 218
Cecilię uirgi. & mar. 221
Clemētis Papæ & m. 221
Chryſanti & Darię 226
Claudiī tribuniī cū al. 227
Cyrilli martyris 302
DOrotheæ uirgi. 157
Donati epi. & m. 186
Donati presbyteri 194
Decolla. Ioan. Bapti. 198
Donatiani, pſūdiī cū al. 205
Dionyſiī, Areopagitæ 214. 281, & 298.
Dormitio Beatiſſime uirginis Mariæ 193
Dionyſiī epiſ. alexan. 220
Damaſiī Romani 298
Diodori monachi 298
Dedica. michae. archā. 211
EVtropis martyris 165
Eraſmi epiſcopi 171
Eupli diaconi 191
Euſebiī preſ. & cōfeſ. 192
Euſebiī pōt. cū aliīs m. 195
Exaltatio ſanctæ cru. 204
Euphemiæ uir. & m. 205
Eleutheriī martyris 213
Eucheriī epiſco lug. 220
Eulalię uirginis 228
Eugeniæ uirg. & mar. 232
Emitheriī & celedoniī 160
Epiphaniī epiſcopi 300
Epiphaniī alter epiſc. 300
Euagriī 300
Eudoxi epiſc. & mar. 300
FAuſtini & Iouitæ 157
Felicis pſ. Holani 153
Felicis & Fortunati 174
Felicule uirg. & mar. 174
Fabiī martyris 184
Felicis martyris 184
Felicis & Adaucti 198
Ferreoli martyris 207
Fauſtę uir. & Euſebii. 207
Frontonis epi. & mar. 216
Felicis presby. & Euſebiī monaco 218
Fauſti martyris 221
Felicitatis martyris 222
Franciſci 233
Flauię, Domitille uir. 166
GAudenti epiſcopi 58
Greg. papę 59, & 160
Grego. naziāz. 163, & 297
Gordiani et epima. m. 167
Getulii martyris 173
Galicani martyris 176
Genelii martyris 194
Griſogoni martyris 222
Gregorii presby. & m. 231
Gereonis cum aliis 318 martyr. 214
Genadii Patriarchæ 297
Gregorii Niſſæni 298
Greg. neoceſarieñſis ep. 298
HIlarii epiſcopi 166
Hermes confeſ. 166
Hirenei epiſ. & mar. 178
Hippolyti martyris 191
Hieronimi presbyte. 212
Herenis, arſeniī cū al. 229
Hermetis martyris 196
Helenę mar. cōſtā. ſpe. 305
IGnatii epiſcopi 1
Ioan. bapti. cum aliīs 1
Iſidori epiſcopi 148
Ildefonſi archiepiſco. 149
Iulianæ uirgi. & mar. 159
Iuliani mar. 152
Inuentio cap. Io. Bap. 159
Ioannis confeſſo. 162

INDEX

Iuliȩ uir. & mar. 169
Iulij mar. 170
Ioãnis & Pauli mar. 177
Iacinti mar. 182
Iulij ſenatoris & m. 194
Iuliani mar. 197
Iuſti epiſcopi. 199
Ioannis mar. 201
Iuſtini preſ. & mar. 206
Ianuarij cũ alijs 207
Ianuarij & Martialis 211
Iuſti in heremo 215
Ignatij epiſ. & mar. 230
Iſidori ſerui Dei 302
Iuſtini philo. & mar. 300
Io. Damaſceni 301
Ioãnis apoſtolis 301
Ioãnis Chryſoſtomi 301
Lucinæ 178
Laurentij mar. 188
Liberati cum al. 193
Longini mar. 199
Luciȩ & Gemin. m. 206
Luciæ uir. & mar. 228
Leontij monachi 302
Luciani mar. 302
Mauri abbatis 39
Martinȩ uir. et m. 151
Matronȩ uir. & mar. 161
Maronis cũ alijs 163
Mappalici mar. 164
Marcellini epiſco. 164
Marci Euangeliſtæ 164
Mariani & Iacobi 165
Marcellini preſbyteri, & Petri exorciſtæ 171
Marci & Marcelian. 175
Maxime cum al. 183
Marcelli mar. 200
Matthei apoſto. 207
Mauritij & Exup. m. 208
Maloſi & Victoris 214
Martiani, Satyriani cum alijs 215
Mennæ mar. 219
Macedonij cũ al. 295
Macharij Egyp. cũ al. 303
Marȩ ſerui Dei 303
Marci epiſc. & mar. 303
Methodij epiſ. & mar. 303
Neſtoris epiſco. 160
Nathei epiſco. 155
Nerei & Achillei mar. 168
Nazarij & Celſi 174
Nouati conſeſſo. 175
Nicoſtrati cũ al. 178
Nicomedis mar. 205
Nemeſij Diaconi & Lucillæ 216
Nemeſij mar. 230
Nicolai epiſco. 304
Oneſimi, ep. et m. 158
Omnium ſanct. 217
Placidi mar. 17
Philaſtri ep. 52, et 180
Pontiani mar. 154
Publi epiſ. & mar. 154
Papiæ & Mauri 155
Pigmeni preſ. & m. 162
Potentianæ uirg. 169
Philippi diaconi. 172
Primi & Feliciani m. 173
Proceſsis & Martin. 178
Praxedis uirginis 180
Prothi & Hiacinti m. 202
Philippi epiſ. & mar. 203
Paulini epiſco. 214
Petri Alexandrini epiſc. & mar. 223
Papini & Manſ. epiſ. 225
Pontiani cũ al. mar. 228
Paphnutij epiſ. ſer. Dei 304
Pauli eremitæ 304
Policarpi epiſc. & m. 304
Pulcheriæ uir. 305
Virini tribu m. 162
Romani mar. 221
Rufine & Secun. 179
Sanctorum duodecim fratrum 4
Speuſipij cum al. 154
Sebaſtiani mar. 154
Siſinij mar. cũ al. 170
Symphoroſæ & ſeptem filios 177
Simplicii cum aliis 182
Sanctorũ 40 militũ 160
Stephani papæ & m. 184
Sixti Papæ & mar. 186
Samuelis prophetæ 194
Sanctorũ Thebe. m. 208
Sabinæ mar. 197
Seraphie uir. 199
Syri & Euentii 203
Soſſi diaconi & m. 209
Sergii & Bacchi mar. 214
Sanct. confeſſ. 4996. 215
Simonis & Th. apo. 216
Sanct. 4. Coronatorũ 219
Saturnini & Siſinii 225
Simphronii et Olym. 227
Sanctarũ. 4. mul. Ammo. cum aliis 228
Schirionis mart. 230
Sabini epiſc. cũ al. m. 232
Simeonis monachi 305
Theodoræ uirg. 165
Torquati cũ al. 168
Torpetis mar. 169
Theodore mar. 185
Tertulini mar. 185
Tiburtii & Suſãnȩ m. 189
Timothei mar. 194
Theclæ uir. & mar. 209
Thariſi, Probri, & Andro. 215
Triphoniæ 216
Theodoriti preſ. et m. 216
Theodoti epiſco. 218
Theodori mar. 219
Theophili ſerui Dei 300
Vincentii & Anaſt. 155
Vitalis et Val. m. 164
Victoris & Coro. m. 168
Victoris mar. 180
Victorini mar. 200
Valeriani mar. 205
Victoris & Vrſi 212
Valentini epiſc. & m. 157
Victorini cum al. 160
Viti, Modeſti & Creſcentii. 175
Valeriani epiſ. & cõf. 229
Victoriæ uir. & mar. 230

FINIS.

TABVLA SCHOLIORVM QVARTI TOMI.

De Sacramentis in genere.

1 Ianua Regni cęlorum non niſi ſpiritualiũ ſacramentorum claue reſeratur.
In uita ſancti Gaudentii epiſcopi. folio 58. ſcho.2.

Baptiſmus.

1 Baptizandi antiquitus per multos dies ante pœnitentia, ieiunijs, & orationibus pręparabantur.
In uita ſancti Gregorii Papæ. fo.59 ſcho.47.
in uita ſanctorum Calepodii &c. martyrum. fol.167.ſcho.2
in uita ſancti Donati epiſcopi & martyris. fol.186 ſcho.3
In uita ſanctorũ Sabini epiſcopi &c. martyrum fol.232.ſcho.2

2 Ritus qui ex conſuetudine eccleſiæ in baptiſmo adhiberi ſolent, puta exorciſmum, & catechiſmum, obſeruandos eſſe.
In uita ſanctorum Calepodii &c. martyrum fol.167.ſcho.2
in uita ſancti Donati epiſcopi & martyris fol.186.ſcho.4
in uita ſancti Laurẽtii mar. fo.188.ſc.3
in uita ſanctorũ Cypriani & Iuſtinæ martyris fol.210.ſcho.3
in uita ſanctorum Chryſanti & Dariæ martyris fol.226.ſcho.2

3 Baptizatos mos erat etiã olim inungi ſacro Chriſmate, & tradi illis ſi eſſent adulti, corpus Chriſti.
In uita ſanctorum Cęſarii diaconi &c. martyrum fol.217.ſcho.2

4 Aqua baptiſmi regenerãdi noua ſemper ueſte indui ſoliti erant.
In uita ſcti Grego. papæ fol.59.ſc.48
in uita ſcti Hippoliti mar. fo.191.ſc.3
in uita ſancti Geneſii mar. fo.191.ſc.2
in uita ſancti Hieronymi pſb. 212.ſc.1

Confirmatio.

1 Confirmationem eſſe Eccleſiæ ſacramentum, & in uſu antiquis patribus fuiſſe.
In uita ſancti Aproniani mar. 156.ſch.1

2 Chriſmate baptizatos in fronte non eſt presbyterorum, ſed epiſcoporum officium.
In uita ſancti Aproniani mar. 156.ſc.1

Euchariſtia.

1 In euchariſtia ritè cõſecrata uerũ Chriſti corpus & ſanguinem contineri.
In uita ſancti Gregorii papæ. fo.59 ſcho.13.16.43.
in uita Sixti Papæ & martyris &c. fol.186.ſcho.1
in uita ſancti Cornelii Papæ & martyris fol.203.ſcho.2

2 Cõmunionẽ ſub utraq; ſpecie nõ eſſe neceſſariam, ut aiunt hæretici.
In uita ſancti Donati epiſcopi & martyris fo.186 ſcho.6

3 Sanctis uiris ſemper mos fuit, obitum ſuum Dominici corporis, & ſanguinis perceptione munire. Et etiam antiquitus ſacra Euchariſtia ad infirmos deferebatur.
In uita S. Mauri Abbatis. 39.ſc.59
in uita ſanctorum Claudii tribuni &c. martyris fol.227 ſcho.3
in uita S. Luciæ uirg. & mar. 228.ſc.1

4 Euchariſtiam adorandam eſſe.
in uita ſancti Franciſci fo.233.ſc.32.91

5 Sacram euchariſtiã appellari mirifica atque diuina myſteria, & aliis huiuſce generis præclaris nominibus.
in uita ſancti Franciſci fol.233.ſc.91

Pœnitentia.

1 Operis ſatisfactio requiritur ad ſalutem peccatoris; Nec prodeſt ſola Chriſti paſſio, aut credere culpam ſibi remitti.
in uita ſancti Mauri abba.39.ſc.42.57
in uita ſancti Gregorii Papæ fol.59. ſcho.106 107.116.
in uita ſãcti Victorini mar. 200.ſch.3

2 Veram pœnitentiam non eſſe dũtaxat nouam uitam, ſed cum ea dolorem de peccatis commiſſis, & firmum propoſitum de non committendis in futurum.
in uita ſancti Gregorii Papæ fol.59. ſcho.104.106.107.
in uita ſancti Simphronii ſecundi martyrum fol.227.ſcho.1

3 Cilicium & cinis olim erant inſignia pœnitentium.
in uita ſãcti Tyburtii & Suſannę martyr. fol.189.ſcho.8

4 Confeſſio ſacerdotalis antiquis patribus fuit in uſu, & circa eius ſigillum miracula quædã contigerunt.
In uita ſancti Franciſci fol.233 ſcho.43.63.95.110

Ordo Sacer.

1 Epiſcopi ſemper ordinauerunt preſbyteros, & reliquos inferiores gradus; non autẽ magiſtratus de conſenſu plebis.
in uita ſancti Philaſtrii epĩ fol.52.ſc.17
in uita beati Concordii mar. 192.ſc.3
in uita ſancti Felicis pſbyteri 153.ſc.1
in uita ſanctorum Fauſtini & Iouitæ martyrum fol.157.ſcho.1
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & martyris fol.181.ſcho.2
in uita ſancti Tertulini mar. 185.ſc.1
in uita ſanctorum Cypriani & Iuſtinę martyris fol.210.ſcho.4
in uita ſanctorum Pontiani &c. martyris fol.154.ſcho.1

2 In ordine Eccleſiaſtico diuerſos eſſe gradus, ad quos ordinate aſcendendum eſt: Et his Laici debent eſſe ſubiecti.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.59.125.
in uita ſanctorum Mariani & Iacobi martyrum fol.165.ſcho.1
in uita ſancti Andeoli ſubdiaconi & martyris fol.165.ſcho.1
in uita ſanctorũ Marcellini presbyteri &c. martyr. fol.171.ſcho.1
in uita ſanctorum Artemii, Candidæ &c. martyr. fol.173.ſcho.1
in uita ſancti Stephani papæ & martyris fol.184 ſcho.1
in uita ſancti Donati epiſcopi & martyris fol.186.ſcho.2
in uita ſancti Geneſii mar. 194.ſc.1
in uita ſancti Iuſti epiſcopi fo.199.ſc.1
in uita ſancti Cornelii papæ & martyris fol.203.ſcho.1
in uita ſanctorum Ianuarii, Soſii, &c. martyr. fol.207.ſcho.1
in uita ſancti Soſii diaconi & martyris fol.209.ſcho.1

3 Epiſcopos, et ſacerdotes eſſe regibus, & principibus ſuperiores.
in uita ſancti Mauri Abbatis fol.39 ſcho.44.48.55.
in uita ſancti Gregorii Papæ fol.59 ſcho.105.109.

4 Non oẽs fideles ex æquo eſſe ſacerdotes, ut quidam nunc mentiuntur.
in uita ſancti Concordii martyr. folio 152.ſcho.3
in uita ſanctorum Alexandri Papæ &c. marty. fol.165.ſcho.2

In uita ſancti Philaſtrii Epi ſecundo. fol.180.ſcho.1
In uita ſancti Auguſtini epiſcopi. folio 197.ſcho.3
In uita ſancti Iuſtini presbyteri et martyris. fol.206.ſcho.1

5 Semper Epiſcopus ab uno Epiſcopo, duobus aliis aſtantibus Epiſcopis, ordinatus fuit: Et ſi fuit Metropolitanus, à ſuis ſuffraganeis, de ſedis Apoſtolicę conſenſu.
In uita ſancti Gregorii papę fol.59 ſcho.38.112.

6 Olim epiſcopi etiam monaſteria gubernabant.
In uita ſancti Gregorii papę fol.59 ſcho.76.123.

7 Diaconi, presbyteri, & epiſcopi ſemper ordinati ſunt cum impoſitione manuũ. Et in ordinatione huiuſmodi cõferri gratiam Spirituſſancti.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.58.62.

8 Sacerdotes & leuitæ etiam antiquitus habuerunt ſacratas ueſtes, quibus in miniſterio eccleſiaſtico utebantur.
In uita ſancti Mauri Abbatis 39.ſc.10
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.95.96.146.
In uita ſancti Stephani papæ & martyris fol.184.ſcho.6
In uita ſãcti Cypriani epiſcopi et martyris fol.203.ſcho.1

9 Nullũ ſacro ordine & ſuperiorũ licentia carentem prædicare poſſe.
In uita ſancti Franciſci fol.233.ſc.29

Matrimonium.

1 Matrimonio per copulam carnalem nõ conſumato, licere uni ex ſponſis religionẽ ingredi ſine alterius conſenſu; aut cauſa fidei, & uirginitatis ſeruandę ſponſum deſerere.
In uita Amo & Didymi monachorum. fol.295.ſcho.1

2 Nunquã in Occidentali Eccleſia aliquis ad ſacerdotium promotus eſt quin prius habitæ coniugi renunciauerit, & illa pariter profeſſa fuerit uelle in continentia uiuere. Quod & in Oriẽtali quoq; eccleſia quandoq; factitatũ legimus, ſed nõ ſemper. Vſus enim apud eam fuit perſeuerare in matrimonio iã contracto ante ſacerdotium. At nullibi unquã inuentum eſt, quòd iam promotus ſacerdos nuptias contraheret.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.53.54
In uita beati Cõcordii mar. 192.ſc.1
In uita ſancti Philippi diaconi 172.ſc.1
In uita ſanctorũ Tyburtii & Suſannæ martyris fol.189.ſcho.5
In uita ſanctorum Nemeſii diaconi, & Lucillæ martyr. fol.216.ſcho.1
In uita ſancti Eucherii epiſcopi folio 220.ſcho.4
In uita ſancti Schirionis mar. 230.ſc.1
In uita Paphnutii epiſco. fol.304 ſc.1

3 Etiam antiquitus inter cõſanguineos, & affines, à ſanctis patribus uſque ad certam generationem matrimonia copulari prohibita ſunt, q́a experimento didicerãt ex talibus coniugiis prolem nõ poſſe ſuccreſcere.
In uita ſancti Gregorij papę 59.ſc.42

4 Epiſcopos & ſacerdotes non debere eſſe coniugatos, nec fœminatũ habere conſortium.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.77.152.

5 Multi ſancti uiri & mulieres in matrimonio conſtituti, pluribus annis cœlibem uitam duxerunt.
In uita ſancti Franciſci fo.233.ſch.45

Fides & opera.

1 Non ſufficere ſolam fidem ad ſalutē, ſed etiam bona opera requiri.
in uita Beneuoli ſerui Dei fol.15.ſch.1
in uita ſancti Philaſtrii epi. 52.ſch.15
in uita ſancti Gaudentij epi. 58.ſcho.1
in uita ſancti Gregorij papæ 59.ſch.57
in uita ſancti Bonifacij mar. 172.ſch.6
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.3.

2 Fides, qua quis firmiter credit, & certò ſtatuit ſibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum, uel Regnum cœlorū per illum conſecuturum, ad quam moderni hæretici fingunt oēs chriſtianos teneri, improbatur ex ſcripturis, eſto quòd firma et certa ſpe expectare debeamus, & hic per ſacramentum Baptiſmi & Pœnitentiæ peccatorum remiſſionem, & in futuro ſeculo uitam æternā. Et ideo quādiu hic ſumus, nulla eſt nobis ſecuritas, ſed cum timore & tremore noſtrā ſalutē operari debemus.
in uita ſācti Gregorii papæ 59.ſch.127
in uita ſancti Getulii mar. 173.ſcho.1

3 Bonorum fidelium exercitia ſunt aſſiduæ uigiliæ, orationes, lectiones, pſalmodiæ, ieiunia, eleemoſynæ, & bona opera. Qui uerò alia incedunt uia, non ſunt Chriſti diſcipuli cenſendi.
in uita beati Concordii mar. 192 ſch.2
in uita ſanctorum Calepodii &c. martyr. fol.167.ſcho.3
in uita ſanctæ Potētianæ uir. 169.ſch.1
in uita ſanctę Praxedis uir. 180.ſcho.2
in uita ſancti Donati epiſcopi & martyr. fol.186.ſcho.2
in uita ſācti Tyburtii & Suſannæ martyr. fol.189.ſcho.1.9
in uita ſancti Auguſtini epi. 197.ſch.2
in uita ſancti Victorini mar. 200.ſch.2
in uita ſanctæ Theclæ uirginis & martyr. fol.209.ſcho.3
in uita ſancti Eucherii epi. 220.ſcho.1

4 Ea fides tenenda quæ à ſeculo prædicatur, & quam ſancti præcedentes profeſſi ſunt & quā Romana omneſque in toto mundo conſtitutæ ſeruant eccleſiæ, & non quæ à paucis ſeruatur. Et ne unam quidē ſyllabam de diuinis dogmatibus corrumpi patiendum eſt.
in uita Beneuoli ſerui Dei 15.ſcho.2
in uita ſanctæ Felicitatis martyr. folio 222.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.12.53

5 Valere etiam illa opera ad coronam, quæ ſimul fiunt, & intuitu Dei, & æternæ beatitudinis reſpectu.
in uita ſanctorū Ioannis Baptiſtę &c. fol.1 ſcho.A.
in uita ſancti Gregorii papę fol.59. ſcho.64.
in uita ſancti Adriani mar. 201.ſcho.1

6 Validiora ſunt exempla, quàm uerba, & plenius eſt opere docere quā uoce: Et inſtruere populum factis excellentiſsimum eſt genus doctrinæ. Qui autem utroque docet, ſcilicet uerbo & exemplo, is maximus erit in Regno cœlorum.
In uita ſancti Gregorii papę 59.ſc.63
in uita ſanctæ Theclæ uirginis & martyris fol.209.ſcho.5
in uita ſancti Paulini epi. 214 ſch.1
in uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.46
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ. fol.281.ſcho.4

7 Maximum mendacium iuſtum in omni opere bono peccare.
In uita ſancti Gregorii papę 59.ſc.133

Meritum.

1 Sanctos & oēs fideles, qui Dei mandata ritè ſeruauerint, meritum habere apud Deum Omnipotentem, &

reddi illis tanꝗ iuſtam mercedem uitam æternam; Et hoc eſſe cum ex parte diuinæ promiſsionis, tum ex ſpirituſſancti gratia, bonorum illorum operum radice.
In uita ſanctorum duodecim fratrum. fol.4.ſcho.5
in uita ſancti Placidi mar. fo.17.ſc.7
In uita ſancti Mauri Abbatis. fol.39 ſcho.3.12
in uita ſancti Philaſtrii epi fo.52.ſc.2
in uita ſancti Gregorii papæ. fol.59 ſcho.36.50.131
in uita ſanctę Martinę uirginis & martyris fol.151.ſcho.3
in uita ſanctorum Celerini &c. martyrum fol.156.ſcho.1
in uita ſancti Blaſij Epiſcopi & martyris fol.156 ſcho.2
in uita ſanctorũ Victoris & Coronæ martyris fol.168.ſcho.1
in uita ſanctæ Praxedis uirg. 180.ſc.5
in uita ſancti Griſogoni mar. 222.ſc.2

2 Ideo merita habemus apud Deum, quia opera noſtra bona ſunt dona eius; nec poteſt niſi gloria eſſe Chriſti cuiuslibet meritũ Chriſtiani.
In uita ſancti Mauri Abbatis 39.ſc.2

Miſſa.

1 Miſſæ uocabulum non eſſe nouitium inuentum, ut mentiuntur hæretici.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.29.95.128.
in uita ſancti Felicis presby.153.ſcho.3
in uita ſancti Marci euan. 164.ſcho.1
in uita ſancti Alexãdri papæ &c. marty. fol.165.ſcho.1
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.4
in uita ſancti Stephani papæ & marty. fol.184.ſcho.2
in uita ſancti Donati epiſcopi & martyris fol.186.ſcho.5
in uita ſancti Alexandri epiſcopi & marty. fol.295.ſcho.2

2 Miſſam eſſe ſacrificiũ, & ſacroſancta ac ueneranda myſteria, aliiſque excelſis huiuſmodi nominibus à patribus nuncupari.
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.39
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.15.
in uita ſancti Stephani papæ & marty. fol.184.ſcho.4
in uita ſancti Laurentij marty. fo.188. ſcho.8
in uita ſãcti Hippolyti mar. 191.ſch.2
in uita ſancti Cornelii papæ & marty. fol.203.ſcho.2
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.181.ſcho.5.

3 Miſſam prodeſſe animabus defunctorum.
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.39.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.14.

4 Miſſas ſancti Apoſtoli etiã cum ſacerdotalibus ueſtibus celebrauerunt.
in uita ſancti Gregorii papę 59.ſc.30
in uita ſancti Marci euange. 164.ſc.1

5 Etiam olim in honorem ſanctorum, & ſuper eorum corpora Miſſę celebrabantur.
in uita ſancti Gregorii papæ 59.ſc.28

6 Miſſas priuatas antiquo tẽpore fuiſſe in uſu.
in uita ſancti Grego.papæ 59.ſc.82

7 Miſſam quantũ ad ſubſtantialia, quæ ſunt conſecratio, oblatio, & communio, inſtitutam eſſe à Chriſto: quantum ueró ad ea quæ pertinẽt ad ornatũ, & decentiam, ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.27.29.

8 Origo triginta Miſſarum, quæ uulgo

beati Gregorii dicuntur.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.A.

9 Eleuare ſanctum panem in Miſſa, rem eſſe uetuſtiſſimam.
In uita ſancti Franciſci 233. ſc.32.91

Eccleſia Catholica.

1 Canones Eccleſiaſtici apud antiquos patres erant in obſeruatione.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.26.60.65.114.120.

2 Concilii generalis authoritas.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.21.99.110.118.119.126.

Excommunicatio.

1 Fuiſſe antiquis Patribus excommunicationes in uſu, & ii, quibus infligebantur, ſummopere illas timebāt.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.B.70.78.103.
In uita ſancti Petri Alexandrini epiſcopi & marty. fol.223.ſcho.1

2 Aliqui ſanctorum patrum abſoluerūt nonnullos ab excommunicatione poſt mortem, & talis abſolutio eis profuit.
In uita ſancti Gregorii Papæ fol.59. ſcho.46.

Papatus.

1 Romanam eccleſiam propter ſedem Petri iuriſdictionem, & curam habere ſuper omnes Eccleſias mundi. Et quod dicitur de Romana eccleſia, intelligitur de ſummo Pōtifice.
In uita ſancti Gregorii Papę fol.59 ſcho.20 22 35.72.84.88.97.111.116. 117.121.
In uita ſanctorum Fauſtini & Iouitæ marty. fol.157.ſcho.3
In uita ſancti Eutropii mar.165.ſcho.1
In uita ſancti Marci euan. 164.ſcho.1

2 Romana eſt ueræ catholica, & Apoſtolica Eccleſia, & omnis ritus Eccleſiaſtici, et monachalis magiſtra.
In uita ſancti Gregorii papæ 59.ſc.25

3 Petrum Romæ fuiſſe, & ibi martyrio coronatum.
In uita ſancti Gregorii Papę 59.ſch.91
In uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.6
In uita ſancti Ignatii epiſcopi & marty. fol.1.ſcho.2

4 Petrum fuiſſe primū Apoſtolum, non uocationis ordine, ſed dignitatis prærogatiua.
In uita ſanctorum Ioannis bapti. &c. fol.1.ſcho.4.

5 Liberium Romanum Pontificem uirum fuiſſe ſanctiſſimum, & Chriſtianiſſimum, licet ab aliquibus aſſeratur poſtea Arrianæ hæreſi ſubſcripſiſſe.
In uita ſancti Euſebii pſbyteri & confeſſoris fol.192.ſcho.1

6 Petrum fuiſſe Eccleſiæ fundamentū, & petram, ſuper quam illa fundata eſt. Et nulli alii Epiſcoporū data eſt tanta poteſtas, quanta Petro, & in eo omnibus eius ſucceſſoribus.
In uita ſancti Gregorii Papę fol.59. ſcho.83 85.87.
In uita ſanctorum Fauſtini & Iouitæ marty. fol.157.ſcho.3
In uita ſancti Marci euan. 164.ſch.1

7 Etiam Eccleſiæ Græcæ Apoſtolicæ ſedi fuerunt ſubiectæ, quod aliqui impudentiſſimè negare præſumpſerunt.
In uita ſācti Gregorii papæ 59.ſch.31

8 Romanam Eccleſiam tutiſſimum eſſe chriſtianæ

chriſtianæ communionis portum, præſertim oppreſſorũ epiſcoporũ.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.113. 115.

Sacra Scriptura.

1 Diuinorum librorum intelligentia nõ ex propria temeritate,& præſumptione hauriendam eſſe,ſed ex maiorum ſcriptis & authoritate, qui intelligendi regulã ex Apoſtolica ſuſceperunt ſucceſſione.
in uita ſancti Hieronymi presbyteri. fol.212 ſcho.3

2 Studium liberalium artium, & diſciplinarũ humanarum non eſſe chriſtianis inutile, aut à ſcholis explodendum,ſicut garriunt hæretici.
in uita Auguſtini epi fol.197.ſcho.1
in uita ſancti Hieronymi presbyteri fol.212.ſcho.2.
in uita diui Baſilii epi fol.296.ſcho.1
in uita diui Gregorii Nazianzeni folio 297.ſcho.1
in uita beati Gregorii Niſſeni folio.298.ſcho.1
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.1.A.
in uita Maræ ſerui Dei fo.303.ſcho.1
in uita Iſidori ſerui Dei fo.302.ſcho.1

3 Ad Romanum Pontificem,& ſanctã Eccleſiã, ideſt generalia Concilia pertinere, & non ad unumquenque cenſere de ſanctis ſcripturis,earundemque ſcriptoribus: Et eas ſolas in Canonem Eccleſiaſticorum librorum admittendas,quas ipſi iudicauerint.
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.4
in uita ſancti Gregorii papę 59.ſch.1
in uita ſancti Marci euan. 164.ſch.1

4 Sacram ſcripturam totam nõ eſſe ita facilem, & omnibus intelligibilẽ, ut dicunt hæretici.
in uita ſancti Gregorii papæ 59.ſch.2

5 Epiſtolam ſecundam & tertiam Ioãnis Apoſtoli illius eſſe.
in uita eiuſdem fol.301 ſcho.1

6 Apocalypſim Ioannis Apoſtoli illius eſſe.
in uita eiuſdem fol.301.ſcho.1

Traditiones patrum.

1 Seruatas fuiſſe iam ab initio Eccleſiæ Apoſtolicas traditiones ſine ſcripto.
in uita ſancti Gregorii Papę 59.ſch.23

2 Patrum antiquorum traditiones ſeruandas eſſe: Nec paucorum traditiones uniuerſis,quæ per orbem ſibi in Chriſto concordant,eccleſiis præferendas.
in uita ſãcti Gregorii Papę 59 ſch.23

3 In ſancta Dei Eccleſia ſunt traditiones non ſcriptæ, ſunt etiam traditiones ex ſcripto. Et utraſque ſancti patres ueteres diligentiſſime obſeruarunt.
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.2

Cerimoniæ.

1 Oratio & uigiliæ oſtendũtur: & quomodo res ſunt Deo placẽtes,& hominibus utiles,non ſuperfluæ,& ſine fructu, necnon ualentes omnia impetrare à Deo.
in uita ſanctorum Duodecim fratrum fol 4.ſcho.1.3
in uita ſancti Placidi marty. fol.17. ſcho.4.9.10.13.15.16.18.25 29.30.32. 42.47.
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.11.36 37.38.
in uita ſanctæ Martinæ uirginis & marty. fol.151.ſcho.1

in uita ſancti Iuliani martyris fol.152 ſcho.4 5
in uita ſancti Albani mar. 176.ſch.1
in uita ſanctorum Proceſsi & Martiniani marty. fol.181.ſcho.1
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.6
in uita ſanctæ Chriſtinæ uirginis & marty. fol.182.ſcho.1
in uita ſancti Donati epiſcopi & marty. fol.186.ſcho.7
in uita ſancti Hermetis martyris folio.196.ſcho.1
in uita ſanctorũ Cæſarii diaconi &c. marty. fol.217.ſcho.1
in uita ſancti Eucherii epi 220.ſch.2
in uita ſancti Alexandri epiſcopi & marty. fol.295 ſcho.1.3
in uita ſanctorũ Sabini epiſcopi &c. marty. fol.232.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci 233.ſch.39 52.
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.1

2 Horæ Canonicę nocturnę,& diũrnę.
In uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.14.22.
in uita ſancti Iuliani marty. 197.ſch.3
in uita ſancti Petri Alexãdrini epiſcopi & marty. fol.223.ſcho.3
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.34 40

3 Cantus in Eccleſiis antiquitus fuit in uſu,pſalmodia, & hymnorum recitatio.
In uita ſancti Iuliani marty. 152.ſch.3
in uita ſanctorum Marci & Marcelliani marty. fol.175.ſcho.1
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.3
in uita ſanctorum Euſebij &c. marty. fol.195.ſcho.1

4 Orare cum genuflexione, & capitis dete ctione,ſiue totius corporis pſtratione, necnon cum lachrymis, & uigiliis.

In uita ſancti Placidi marty. fol.17 ſcho.27
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39 ſcho.9 17
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho 7.18
in uita beati Neſtoris epiſcopi et marty. fol.160.ſcho.1
in uita Flauiæ Domicillæ uirginis & marty. fol 166.ſcho.2
in uita ſanctorum Calepodii &c. martyrum fol.167.ſcho.4
in uita ſanctæ Concordiæ martyris fol.192.ſcho.1
in uita Nemeſii Diaconi & Lucillæ marty. fol 216.ſcho.2
in uita ſanctorum Chryſanti & Dariæ marty. fol.226.ſcho.3
in uita ſanctorũ Claudii tribuni &c. marty. fol.227.ſcho.4
in uita ſãctæ Victoriæ uirginis & marty. fol.230.ſcho.4
in uita ſancti Franciſci fol.233.ſcho. 31.65.73.

5 Litaniarum in eccleſia antiquus uſus, ſimiliter & Antiphonarum,ac Reſponſoriorum decantatio.
In uita ſancti Gregorij papæ fol 59. ſcho.19.24.100.101.114.145.

6 Orare cum manuum extenſione, & oculorum ad cœlum eleuatione.
In uita ſancti Placidi martyris fo.17 ſcho.8.20.22.24.26.31.46.
in uita ſanctorum Anatholiæ & Audacis marty. fol.179.ſcho.1
in uita ſancti Stephani papæ & marty. fol.184.ſcho.3
in uita ſãcti Prothi & Hyacinthi marty. fol.202.ſcho.1
in uita ſanctorum Claudii Tribuni &c. marty. fol.227.ſcho.4
in uita ſancti Franciſci folio.233. ſcho.31.33.38.

7 Aqua & aliarum rerum benedictiones,& conſecrationes licitas eſſe,

& antiquis Patribus in uſu fuiſſe; Similiter et dedicationes Eccleſiarum, & altarium cum reliquiis ſanctorum, & cemiteriorum benedictiones.
In uita ſancti Placidi martyris fo.17 ſcho.40.41.
in uita ſancti Mauri Abbatis fo.39. ſcho.40
in uita ſancti Gregorii papę fol.59. ſcho.32 41.145.
in uita ſanctorũ Alexandri papæ &c. marty. fol.165.ſcho.1
in uita ſancti Ciriaci martyris fo.187 ſcho.2
in uita ſancti Laurentii martyris folio.188.ſcho.4

8 Signare ſe uel alias creaturas ſigno Crucis, & fidem habere ad Dominum, murus ē inexpugnabilis, quo etiam dæmones effugantur, & magna miracula patrantur.
In uita ſancti Placidi martyris fol.17. ſcho.9.10.11.12.14.15.16.17.18.19.21. 23.25.29.30.32.42.
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.11.19.20.36.37.52.53
in uita ſancti Philaſtrii epiſcopi fo.52. ſcho.12.14.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.17.45.138
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.1
in uita ſancti Laurentii martyris folio.188.ſcho.1.2
in uita ſanctorum Tyburtii & Suſannæ marty. fol.189.ſcho.4
in uita ſanctæ Euphemiæ uirginis & marty. fol.205.ſcho.1
in uita ſanctæ Theclæ uirginis & marty. fol.209.ſcho.2 4
in uita ſanctorum Martyrũ Cypriani & Iuſtinæ fol.210.ſcho.1.2
in uita ſanctorum Claudii &c. martyrum fol.159.ſcho.1
in uita ſancti Theodori martyris folio.219.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.7.26.44 47.48 49.50.51.

9 Epiſcopos et presbyteros ſolere aliis benedicere, & ad eorum benedictionem uiſibilia quandoque gratiarum munera præſtari à Deo.
In uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.48.49.55

10 Palliũ antiquis Archiepiſcopis per ſedem Apoſtolicam ſolere concedi, & fuiſſe in magna ueneratione, quo tantum in Miſſarum ſolenniis utebantur.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.40.56.98 100.108.

11 Velare Virgines antiquus mos eſt in Eccleſia; & munus hoc ad ſolos epiſcopos ſpectat.
In uita Flauiæ Domicillæ uirginis & marty. fol 166. ſcho.1

12 Accendere in die luminaria, & habere etiam in nocte in Eccleſiis, & ante ſanctorum tumulos, antiquus mos fuit.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.34.94

13 Orare ante cibum Chriſtianus mos eſt. Idem & poſt.
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.42

Habitus & uictus.

1 Multi ex ſanctis ueteribus uino non ſunt uſi in potu, ſed tãtum aqua uel frigida, uel calida.
In uita ſancti Placidi mar. fo.17.ſc.36
in uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.16

2 Veſtitus ſimplicitas, uilitas, & aſperitas antiquis ſanctis fuit ī uſu; quod eorum ſanctitatis, & uitæ excellentiæ ſignum fuit.
In uita ſancti Placidi mar. fo.17.ſc.38

3 Crudis leguminibus tantũ quandoq; ſancti uiri in cibum uſi ſunt.
In uita ſancti Gregorii papæ 59.ſc.8

4 Pane quandoq; ſancti uiri in cibo non ſunt uſi, ſed tantum crudis cibis.
In uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.16

Ieiunia.

1 Ieiunia fiunt ad impetrandam ueniam peccatorũ, & alia etiam beneficia.
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.38
in dedicatione beati Michaelis Archangeli fo.211.ſcho.2.4
in uita ſancti Eucherii epi. 220.ſc.2

2 Ieiunia ad libitum cum abſtinẽtia, & ciborum delectu antiquis ſanctis frequentiſsima.
in uita ſancti Hieronymi pref. 212.ſc.4
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.1.

3 Ieiunium Quadrageſimæ ſemper fuit in maxima obſeruantia.
in uita ſancti Placidi mar. fo.17.ſc.37

4 Ieiunium in pane & aqua frequentiſſimum in Eccleſia.
in uita ſancti Franciſci 233.ſc.17.91

Feſti dies.

1 Epiphania, ſeu Theophania.
in uita ſancti Gregorii papæ 59.ſc.72

2 Sacratiſsima cœna Dominica ualde celebris.
in uita ſancti Mauri Abbatis 39.ſc.23

3 Paſsionis Dominicę ſolennis dies, qui etiam paraſceue nuncupatur.
in uita ſancti Mauri Abbatis 39.ſc.25

4 Sabbatum ſanctum, ideſt uigilia ſacratiſsima Dominicæ reſurrectionis, ualde ſolemne eſt, in quo omnes etiam paruuli ieiunant.
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.27.
in uita ſancti Gregorii Papę 59.ſc.6
in uita Marcellini epiſ. fo.164.ſc.1

5 Paſchæ antiquiſsima ſolẽnitas, & maximæ uirtutis.
In uita ſancti Mauri Abbatis. fol.39 ſcho.23.24.30.
in uita ſancti Gregorii papę fol.59 ſcho.49.52.
in uita ſanctæ Praxedis uirg. 180.ſc.3
in uita Marcellini epiſ. fo.164.ſc.2

Natalis Domini cum ſacroſancta eius nocte ſolennis.
in uita ſancti Franciſci fol.233.ſc.41

6 Dies Dominicus iam in initio Eccleſiæ primitiuæ obſeruabatur, in quo nil operis exercere licet; bonumq; eſt in eo coniugibus adinuicem nõ commiſceri.
in uita ſancti Gregorij papę 59.ſc.122

7 Vltra diem Dominicũ antiqui patres etiam alia feſta celebrabant.
in uita sãcti Gregorii papę 59.ſch.C.

8 Feſtum conſecrationum Eccleſiarum ſolẽne in ipſis quæ conſecrantur.
In uita ſanctorum Ioannis Baptiſtæ & cæteri. fo.1.ſcho.3

9 Feſtũ Aſſumptionis ſanctiſsimæ Dei genitricis Mariæ.
In Dormitione eiuſdem. fo.193.ſc.2

10 Feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis.
In Exaltatione eiuſdem. fo.204.ſc.3

11 Feſtum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.
in uita ſancti Gregorii Papæ 59.ſc.79

12 Feſtum omnium ſanctorum.
In feſtiuitate eorundem. fo.217.ſc.1

13 Feſtum ſancti Placidi martyris.
in uita eiuſdem. fo.17.ſcho.56

14 Feſtum ſancti Philaſtrij Epiſcopi.
in uita eiuſdem. fol.52.
ſcho.3.16.20.21.22.

15 Feſtum ſancti Gregorij papæ.
in uita eiuſdem. fo.57.ſcho 135

16 Feſtum ſancti Pontiani martyris.
in uita eiuſdem. fo.154.ſcho.1

17 Feſtum ſanctorum Torquati Cteſiphontis, & reliquorũ martyrum.
in uita eorundem. fo.168.ſcho.1

18 Feſtum ſancti Torpetis martyris.
in uita eiuſdem. fo.169 ſcho.4

19 Feſtum ſanctorum Nazarij & Celſi martyrum.
in uita eorundem. fo.174.ſcho.4

20 Feſtum ſanctorum Quatuor Coronatorum.
in uita eorundem. fo.219.ſcho.2

21 Feſtum ſancti Alexandri Epiſcopi & martyris.
in uita eiuſdem. fo.162.ſc.6

22 Feſtum ſancti Sabini Epiſcopi, Exuperantij, & reliquorum martyrũ.
in uita eorundem. fo.232.ſcho.4

23 Feſtum ſancti Franciſci.
in uita eiuſdem. fo.233.ſc.84.105

Sancti.

1 Vigiliæ ſanctorum cum ieiunio antiquitus obſeruabantur, & hymni in nocte ob celebritatem ſequentem canebantur.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.132.
in uita ſancti Franciſci. 233.ſc.82 91

2 Sanctos poſt mortem recipi in cœlo, uidere Deum, et orare pro nobis, ac exhibere nobis beneficia.
in uita ſanctorum duodecim fratrum. fol.4.ſcho.4
in uita ſācti Placidi martyris. fo.17 ſcho.49 51,52,57
In uita ſācti Mauri Abbatis 39 ſc.29
in uita ſancti Philaſtrij epi. 52.ſch 4
in uita ſanctæ Martinæ uirg. & martyris. fo.151.ſcho.2
in uita ſancti Iuliani martyris. fo.152 ſcho.2.6
in uita ſancti Felicis preſ. 153.ſch.4
in uita ſancti Blaſii epiſcopi & martyris. fo.156.ſcho.1
in uita ſanctorum Marcellini presbyteri &c. mart. fo.171.ſcho.3
in uita ſanctorum Marci & Marcelliani mart. fo.175.ſcho 2
in uita ſancti Britij Epi. fo.179.ſch 2
in uita ſanctæ Eulaliæ uirginis & martyris. fo.228.ſcho 1
in uita ſancti Franciſci. fo.233 ſcho.15.55.
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ. fol.281.ſcho.6 8
In uita Amo & Didymi monachorum. fol.295.ſcho.2
in uita diui Nicolai Epi. fo.304.ſch.1

3 Sanctos inuocãdos, inuocatoſque beneficia cõferre, & antiquos Patres eos inuocaſſe, nec ob eorum inuocationem obtenebrari Dei neceſſariam inuocationem.
In uita ſanctorum Ioannis Bapti.&c. fol.1.ſcho.15
in uita ſancti Placidi martyris folio.17.ſcho.50.54
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.144.151
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.1.59 61.64.65.66.69 70.71.72, 74.77.78.83.93.111.112 113
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.8
in uita diui Nicolai epi fo.304.ſch.1

4 Sanctos in Dei & Chriſti lumine ſcire quæ circa nos aguntur, & quæ uentura ſunt.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.142.
in uita ſancti Iulii mar. fo.194.ſc.1
in uita ſanctorũ Nazarij & Celſi martyrum. fo.174.ſcho.1

5 Antiquus mos eſt ſuper ſepulchra & memorias martyrum, & aliorum ſanctorum Miſſas celebrari, & iuramenta proferri.
in uita ſancti Philaſtrii epĩ fol.52. ſcho.5 18 102.

6 Sãctos magnam habere poteſtatem poſt mortem.
In uita ſancti Gregorii papę fol.59 ſcho.86 148.
in uita ſancti Franciſci fol. 233 ſcho.64 79 81 90.

7 Sanctos non recte dici emortuos, ſed dormientes.
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſc.26
in uita ſancti Philaſtrii Epĩ ſo 52.ſc.1
in uita ſancti Gregorii Papæ fol.59. ſcho.141 147.
in uita ſancti Eutropis mar. 165.ſc.2
in uita ſancti Britij epĩ fo.179.ſcho.1
in uita ſãcti Euſebij presbyteri & confeſſoris. fo.192.ſcho.2
in Dormitione ſanctiſsimæ Dei genitricis. fo.193.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.60

8 Sanctorum reliquias, quę etiam collo antiquitus à bonis uiris geſtabantur, uenerandas eſſe, & ſanctas, ac beatas, ſacraſque dici, necnon eorum res exteras, quæ etiam interdũ gratiarum beneficia præſtare ſolent, ſimiliter etiam inhabitantes dæmones eijcere.
In uita ſancti Ioannis Baptiſtæ &c. fol.1.ſcho.1.5.6.9.10.11.12.14.
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.15 16.
in uita ſancti Philaſtrii epiſcopi folio 52.ſcho.6.13.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.33.44.51.90.92.93.130.134.
in uita ſancti Pontiani mar. 154 ſch 2
in uita ſanctorum Vincentij & Anaſtaſii marty. fol.155.ſcho.2
in inuentione capitis Præcurſoris domini fol.159.ſcho.2
in uita ſanctorum Quadraginta martyrum fol.160.ſcho.1
in uita ſanctæ Balbinæ uirginis folio.163.ſcho.3
in uita ſanctorum martyrum Siſinnij, martyrij &c. fol.170.ſcho.1
in uita ſãcti Cypriani epiſcopi & martyris fol.203.ſcho.3
in uita ſancti Valeriani martyris folio.205.ſcho.1
in uita ſanctorum Ianuarij, Soſii, &c. marty. fol.207.ſcho.2
In uita ſanctorũ Tharſi, Probri, &c. marty. fol.215.ſcho.1
in uita ſancti Alexandri epiſcopi & marty. fol.224.ſcho.5
in uita ſanctæ Eulaliæ uirginis & martyr. fol.228.ſcho.2
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.28.86.87.88.89.97
in uita ſanctorum Emitherij & Celedonij marty. fol.160.ſcho.1

9 Peregrinãdum ad eos, & ad loca ſancta, & patribus has peregrinationes fuiſſe in uſu.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.136
in inuentione capitis Præcurſoris domini fol.159.ſcho.1
in uita ſancti Alexandri epiſcopi & marty. fol.224.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.3.8.76.99

10 Confugientes ad eorum pignora & ſepulchra adiuuari; apud quæ etiã mos erat pernoctare.

In uita ſancti Valentini epiſcopi & marty. fol 157. ſcho. 1
in uita ſancti Laurentij martyris folio. 188 ſcho. 7
in uita ſanctorum Tyburtij & Suſannæ marty. fol 189 ſcho. 11
in uita ſanctorum Felicis presby. &c. marty. fol. 184. ſcho. 1
in uita ſancti Petri Alexandrini epiſcopi & marty. fol. 223. ſcho. 6
in uita ſanctorum Claudij Tribunij &c. marty. fol. 227. ſcho. 2
in uita ſancti Franciſci 233. ſch. 100

11 Sanctos poſſe dici interceſſores, legatos, aduocatos, & mediatores ad Deum citra Redemptoris noſtri contumeliam.
In dedicatione beati Michaelis Archangeli fol 211. ſcho. 3
in uita ſancti Franciſci fol. 233. ſcho. 36. 76

12 Sancti orantes pro nobis exaudiuntur á Deo, et propugnatores noſtri ſunt, ac patroni.
In uita ſanctorum duodecim fratrum fol. 4. ſcho. 2
in uita ſancti Philaſtrii epiſcopi folio. 52. ſcho. 9
in uita ſancti Bonifacii martyris folio. 172. ſcho 1.
in uita ſancti Franciſci 233. ſcho. 73

13 Solum Deum colimus & adoramus latriæ adoratione, ſanctos autẽ & ueros Dei ſeruos, & amicos, ueneramur, & diligimus.
In uita ſanctorum Rufinæ & Secundæ martyrum fol. 179 ſcho. 2

14 Antiquus Eccleſiæ mos fuit in die paſſionis ſanctorum martyrum, ſolennes conuentus apud illos agere, hymnos in honorem eorum canere, & in illorum ſolennitatibus gaudere, necnon templa & altaria eorum diuerſimode exornare, uiſitare, uariaque illic donaria, & uota offerre, ſicut & modo fit.
In uita ſancti Placidi martyris folio. 17. ſcho. 55.
in uita ſancti Torpetis martyris folio. 169. ſcho. 4.
in uita ſanctorũ Nazarij & Celſi martyr. fol. 174 ſcho. 4
in uita ſancti Tertulini martyris folio. 185. ſcho. 3
in uita ſanctorum Chryſanti & Dariæ marty. fol. 226. ſcho. 4
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol. 281. ſcho. 8

15 Non eſſe attendendum cinerem ſanctorum corporum, nec fauillam reliquiarum carnis, oſſaue tempore conſumpta, ſed diuinam uirtutem, & Spirituſſancti gratiam in eis radiantem, & coruſcantem.
In uita ſanctorum Ioannis Bapti. &c. fol. 1 ſcho. 6
in uita ſancti Philaſtrii epiſcopi folio. 52. ſcho. 11
in uita ſanctæ Agathæ uirginis & marty. fol. 156. ſcho. 2
in uita ſanctorum Felicis & Fortunati marty. fol. 174. ſcho. 2
in uita ſanctorum Nazarii & Celſi marty. fol. 174. ſcho. 3
in uita ſanctæ Concordiæ martyris fol. 192. ſcho. 2.
in uita Samuelis proph. fol. 194. ſc. 1
in uita ſancti Andreæ Apoſtoli folio. 226. ſcho. 2.

16 Sanctorum ſepulchra, quæ etiam ſacroſancta dicuntur, in ueneratione haberi antiquus mos fuit, ubi uirtutes magnas interdum per eos præſtari ſolitas, etiã dæmones ipſi, uel inuiti, fateri compelluntur.
in uita ſancti Placidi mar. fo. 17. ſc. 53
in uita ſanctorũ Torquati, Creſiphontis &c. mart. fo. 168. ſch. 2
in uita ſanctorũ Ioannis & Pauli martyrum. fo. 177. ſcho. 1. 2.

17 Ex ſanctorum memoria, & oſsium illorum tactu ſanctificationem acquiri: ſed & ex eorũ ſepulchris ciuitates ſanctificari, illuſtrari ſãguine urbes, & agros præſeruari.
In uita ſãcti Cypriani epiſcopi et martyris fol.203.ſcho.5
in uita ſancti Ignatii epiſcopi & martyris ſecundo. fol.230.ſcho.1
In uita ſancti Dionyſii Areopagitæ. fol.281.ſcho.7.

18 Sanctorũ preces nationum & populorum, & hic, & in futuro crimina diluunt.
In uita ſancti Gregorii papæ 59.ſc.2

19 Sanctis non eſſe detrahendum eorũ feſta non contemnenda, nec eorum ſepulchra, oſſa, cineres, uel reliquias ab imundis & facinoroſis tangenda: non eſſe res, uel bona eorũ auferenda, nec illorum miniſtros iniuria afficiendos: non peierandum, non fornicandum in eorũ eccleſiis, aut monaſteriis, uel ante illorum ſepulchra, quoniam ſeuerè hæc omnia caſtigantur.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.149.153.
In uita ſanctorum Felicis & Adaucti martyris. fol.198.ſcho.1
in uita s. Franc. 233.ſc.88.107.108.109

Sancti nouis meritis augentur, & gloriæ illis currit incrementum.
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.103

Quidam ſancti præcellentem uirtutẽ habent ſuper aliquo morbo.
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.102

20 Sancti noſtri memoriam habent, & nobis peccatorum ueniã impetrant.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.2.86
In uita ſancti Bonifacii martyris folio.172.ſcho.1

21 Sancti carnis concupiſcentiam robuſto & integro ſanctimoniæ, & continentiæ rigore calcabant.
In uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.4.19.23

22 Miracula quæ poſt ſanctorum obitum apud eorum memorias fiunt, ſplendorem uitæ illorum apertè confitentur.
In uita ſancti Placidi martyris fo.17. ſcho.48.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.89.
in uita ſãcti Hyrenei epiſcopi & marty. fol.178.ſcho.1
in uita ſanctorum Malloſi & Victoris marty. fol.214 ſcho.1

23 Sanctorum meritis ibi maximè præſtat Deus petita ſuffragia, ubi ſunt nati & conuerſati, ac illorum adſunt memoriæ.
In uita ſancti Philaſtrii epiſcopi folio.52.ſcho.8.19.

24 Sancti in uirtute Dei miracula faciunt.
In uita ſanctorum martyrum Fauſtini & Iouitæ fol.157.ſcho.3
in uita ſancti Franciſci fol.233. ſcho.A.72

25 Miracula, quæ ad ſanctorum inuocationẽ fiunt; Dominus Ieſus Chriſtus gerit in illis, ſiue per illos, ut ueram fidem in nobis confirmet.
In uita ſancti Philaſtrii epiſcopi folio.52.ſcho.10
in uita ſanctorum martyrum Fauſtini & Iouitæ fol.157.ſcho.3
in uita ſancti Ciriaci martyris folio.187.ſcho.2

26 Non inferri domino Ieſu Chriſto iniuriam, ſi ad ſanctos prius quis confugiat.
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.92

Imagines.

1 Imaginum uſum in Eccleſia licitum eſſe, & antiquum.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.37.67.69.137.139.150.
in uita ſancti Franciſci folio 233. ſcho.57.58.
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.2

2 Imagines uenerandas eſſe, recurrendo mente ad protorypũ, ideſt imaginatum.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.68
in uita ſancti Dionyſii Areopagitæ fol.281.ſcho.2

3 Crucis ſignaculum murum eſſe inexpugnabilem, ac miræ uirtutis. Et antiquitus Crucẽ in omnibus materijs pingi, atque inſculpi, & adorari ſolitam.
In uita ſancti Mauri abbatis fol.39. ſcho.18
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.37.
in uita ſanctorũ Marcellini præsbyteri &c.marty. fol.171.ſcho.2
In exaltatione ſanctæ Crucis fo.204 ſcho.4
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.13

4 Genuflectere ante imagines, orando eos, quos repreſentant, opus eſſe bonũ ac pium. Et per eas Deum ingentia quandoq; operatum fuiſſe miracula.
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.6

Purgatorium.

1 Eſſe locum Purgatorium, in quo poſt mortem animæ luunt pœnas peccatorum.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.12

2 Opera noſtra & orationes proſunt animabus defunctorum.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.45.

Vota.

1 Vota etiam ſub conditione, Si Deus mihi talem gratiam fecerit, hoc uel illud agam, antiquis Patribus fuiſſe in uſu, & poſt emiſſionem ab illis fuiſſe impleta.
In uita ſancti Gallicani martyris folio.176.ſcho.1
in uita ſancti Griſogoni martyris folio.222.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci fol.281. ſcho. 67.68.73.75.80.82.85.94.96. 98.101.104.106

2 Votum uirginitatis, uel caſtitatis, eſſe licitum, & Deo maximè gratum, ac perſolui poſſe. Et quæ olim eam uouerant, ſpeciali habitu impoſito, Deo conſecrabantur.
In uita ſancti Gallicani martyris folio.176.ſcho.2

Cælibatus.

1 Virginitatem ſeruare non eſſe impoſſibile, auxiliante Dei gratia, quæ uolentibus nũquam deeſt. Et hoc inſtitutum ex Dei genitrice in nouo teſtamento proceſſiſſe.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.74.
in uita ſancti Iuliani martyris fo.152 ſcho.1
in uita ſanctę Agathę uirginis & martyris fol.156.ſcho.1
in uita ſancti Gallicani martyris folio.176.ſcho.3.
in uita sãctæ Victoriæ uirginis & martyris fol.230.ſcho.5.6
in uita sãctæ Eugenię uirginis & martyris fol.232.ſcho.1
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.14

in uita Helenæ Reginæ 305.ſcho.1
In uita Pulcheriæ uirginis 305.ſch.1

2 Virginitatis cõmendatio, & ſtatum eius ualde eſſe Deo charum. Et qui illam ſeruat, templum Dei effici, & uas ſanctificatum.
in uita ſãctæ Victoriæ uirginis & marty. fol.230.ſcho.3

3 Virginitas nobilior & ſublimior uiduitate, & coniugio.
in uita ſanctę Balbinæ uirg. 163.ſch.1
in uita. ſanctæ Victoriæ uirginis & marty. fol 230.ſcho.1.2

4 Peccatum eſſe maximum, Deo ſacratas uirgines nuptiali thoro uiolare, ſimiliter & profeſſos monachos.
in uita ſancti Gregorij papæ fol.59 ſcho.73 80.

5 Ad ſeruandam perpetuam Virginitatem hortabantur priſci patres puellas, & non ad contrahenda matrimonia, ut faciunt moderni dogmatiſtæ.
in uita ſanctę Balbinę uir. 163.ſcho.2
In uita ſanctę Praxedis uir. 180.ſch.1
in uita ſancti Apollinaris epiſcopi & marty. fol.181.ſcho.5
in uita ſanctorum Tyburtii & Suſannæ marty. fo.189.ſcho.6
in uita ſanctæ Theclæ uirginis & marty. fol.209.ſcho.1
in uita ſancti Chryſanti & Dariæ marty. fol.226.ſcho.1

6 Veteranæ uirginis uita nunc alimonijs mediocribus, nunc ieiunijs parcioribus, ſemper tamen lectione, opere, prece debet eſſe ornata.
In uita ſanctæ Iuliæ uirginis & martyris fol.169.ſcho.1

Templorum cultus.

1 Templa magnifica et monaſteria antiqui Principes, epiſcopi, ac populi in honorem Dei ædificabant. Et illud primum erat Chriſtianæ fidei indicium: Quæ etiam diuerſis donis, territorijs, ac poſſeſſionibus ditabant. Vnde eſt opus Deo gratũ, & acceptum, non autem malum, ut hæretici mentiuntur.
In uita ſancti Placidi martyris folio.17.ſcho.3 33
in uita ſancti Mauri abbatis fo.39 ſcho 50 54
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.3.66
in uita ſancti Ildefonſi epĩ 149 ſch.2
in uita ſancti Gregorii papę ſecundo fol.161.ſcho.1
in exaltatione ſctẽ Crucis 204.ſcho.2
in uita ſancti Franciſci 233.ſch.9.10
in uita Pulcherię uirginis 305.ſcho.2

2 Candelabra, cruces, calices, patenas, thuribula, clericorum indumenta, & alia omnia ſacra uaſa, etiam aurea, & argentea, quibus in eccleſiis Deo decenter deſeruitur, ei placere, & grata eſſe. Et qui his abuſi ſunt, & ui, uel furto aliqua ſubtraxere, punitos grauiter fuiſſe.
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.45
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59 ſcho.39.129.

3 Eccleſiam non tantum pro auditione uerbi Dei, & ſacramentorũ perceptione, ſed etiam pro loco orationis fuiſſe inſtitutam, & ad adorandum Deum.
In uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.21
in uita ſanctę Matronę mar. 161.ſch.1
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.5.13

4 Templorum & altarium cultus, & ſubuentiones, ac oblationes fideliũ in eis ab antiquo in uſu fuiſſe.
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.2

5 In nomine ſanctorum, atque Angelo-

rum antiquitus ædificabantur Ec-
cleſiæ, ac altaria, & in eorum ho-
norem conſecrabantur.
in uita ſancti ſanctorum Ioannis bap-
tiſtæ &c. fol.1.ſcho.2.13
in uita ſancti Placidi marty. 17.ſch.3
in uita ſancti Mauri abbatis fol.39
ſcho.35.41
in uita ſancti Philaſtrij epi 52.ſcho.5
In uita ſancti Torpetis mar. 169.ſc.2
In uita ſanctæ Iuliæ uirginis & mar-
ty. fol.169.ſcho.3
In uita ſancti Bonifacii mar. 172.ſch.3
In uita ſancti Gallicani martyris fo-
lio.176.ſcho.4 5
in uita ſanctorum Felicis & Adaucti
marty. fol.198.ſcho.2
In uita ſancti Adriani mar. 201.ſch.3
in uita s. Philippi epi & mar. 203.ſc.1
in uita ſancti Cypriani epiſcopi &
marty. fol.203.ſcho.4
in uita ſanctorũ Thebeorum &c. mar
ty. fol.208.ſcho.1
In uita ſanctorum Coſmæ & Damia
ni marty. fol.211.ſcho.2
in dedicatione beati Michaelis Ar-
changeli fol.211.ſcho.1.5.6
in uita Clemẽtis pa. & mar. 221.ſc.1
in uita ſanctæ Luciæ uirginis & mar
ty. fol.228.ſcho.2
In uita ſãctæ Anaſtaſię mar. 231.ſch.1
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.85

Mors & mortui.

1 Chriſtiani quomodo moriantur.
in uita ſancti Mauri Abbatis fol 39.
ſcho.28.58.
In uita ſancti Gregorii papę fol.59.
ſcho.140
in uita ſancti Alexandri epiſcopi &
martyris fol.162.ſcho.4
In uita ſanctorũ Claudij Tribuni &c.
martyrum fol.227.ſcho.3
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.54

2 Cõſuetudo lauandi corpa defunctorũ
ſtatim poſt mortem, antiqua eſt.
in uita ſanctorum Nazarij & Celſi
marty. fol 174.ſcho.2

Sepultura.

1 Sepelire mortuos pietatis opus eſſe,
& Deo placere.
In uita beati Cõcordii mar. 152.ſc.4
in uita ſanctorum Papiæ & Mauri
martyrum fol.155.ſcho.1
In uita ſanctorum Fauſtini & Iouitæ
marty. fol.157 ſcho.2
in uita ſancti Pigmeni presbyteri &
marty. fol.162.ſcho.1
in uita ſanctorum Vitalis & Valerii
marty. fol 164.ſcho 1
In uita ſanctorũ Alexandri papę &c.
marty. fol.165.ſcho.3
in uita ſãcti Torpetis mar. 169.ſc.1.2
in uita ſctę Potẽtianę uirg. 169.ſch.2
in uita ſanctorum Marcellini presby
teri &c. marty. fol.171.ſcho.4
in uita ſanctorum Primi & Feliciſſimi
marty. fol.173.ſcho.1
in uita ſanctæ Feliculæ uirgi. & mar-
ty. fol.174.ſcho.1
in uita beatiſſimæ Lucinæ 178.ſcho.1
in uita ſãctæ Praxedis uirg. 180.ſc.4
in uita ſanctorum Abdon & Senem
martyrum fol.183 ſcho.1
in uita ſãcti Laurẽtii marty. 188.ſch.1
in uita ſãcti Hippolyti mar. 191 ſc.4
in uita ſctę Cõcordiæ mar. 192.ſch.8
in uita ſancti Euſebii pſbyteri & con-
feſſoris fol.192.ſcho.3
in uita ſãcti Agapiti mar. 193.ſcho.1
in decollatione ſancti Ioannis bapti-
ſtæ fol.198.ſcho.1
in uita ſãcti Nicomedis mar. 205.ſc.1
in uita ſanctorũ Luciæ & Geminiani
marty. fol.206.ſcho.1
in uita ſãcti Iuſtini pſb. & m. 206.ſc.3
in uita ſanctorum Cypriani & Iuſtinę
marty. fol.210.ſcho.6
in uita ſanctorum Coſmæ & Damia-
ni marty. fol.211.ſcho.1
in uita ſanctorũ Tharſi, Probri, &c.
marty. fol.215.ſcho.1

d 2

in uita ſancti Griſogoni martyris folio.222.ſcho.3.
in uita ſancti Saturnini Senis & martyris fol.225.ſcho.1
in uita ſancti Andreæ apoſtoli fo.226 ſcho.1
in uita ſāctæ Bibianæ uirginis & martyris fol.227.ſcho.1
in uita ſanctorū Claudii Tribuni &c. martyrum fol.227.ſcho.1
in uita ſāctæ Victoriæ uirginis & martyris fol,230.ſcho.7
in uita ſancti Gregorii præsbyteri & martyris fol.231.ſcho.1

2 Sepulturam curādam eſſe,& non negligendam. Et par eſſe,ut uiri Deo dicati magnificam eam,& glorioſam habeant.
In uita ſācti Philaſtrij epiſcopi fo.52 ſcho.7
in uita ſancti Sebaſtiani martyris folio.154.ſcho.1.
in uita ſanctorum Vincentij & Anaſtaſii marty. fol.155.ſcho.1
in uita ſanctorum Fauſtini & Iouitæ marty. fol.157.ſcho.2
in uita ſanctorum Maronis &c.marty. fol.163.ſcho.1
in uita ſancti Marci euangeliſtæ folio.164.ſcho.2
in uita ſanctorum Rufinæ & Secundæ marty. fol.179.ſcho.1
in uita ſancti Cucufati martyris folio.182.ſcho.1
in uita ſancti Iacinti martyris fo.182 ſcho.1
in uita ſancti Fabii marty. 184.ſch.1
in uita ſancti Donati epiſcopi & marty. fol.186.ſcho.8
in uita ſanctorum Tyburtii & Suſannæ marty. fol.189.ſcho.10
in uita ſanctorum Euſebij &c.marty. fol.195.ſcho.2
in uita ſancti Auguſtini epiſcopi folio.197.ſcho.5
in uita ſancti Iuſti ēpi fol.199.ſcho.3
in uita ſanctæ Seraphiæ uirginis folio.199.ſcho.1.
in uita ſancti Victorini martyris folio.200.ſcho.4
in uita ſancti Adriani martyris, folio.201.ſcho.2
in uita ſancti Cypriani ēpi & martyris fol.203.ſcho.2.5
in uita ſancti Iuſtini pſbyteri & marty. fol.206.ſcho.2
in uita ſancti Fereoli martyris fo.207 ſcho.1
in uita ſanctorum Thebeorum &c. marty. fol.208.ſcho.2
In uita ſancti Eleutherij martyris folio 213 ſcho.1.
In uita ſanctorum Sergij & Bacchi marty. fol.214.ſcho 1
in uita ſanctorum Simonis & Thadei apoſtolorum fol.216.ſcho 1
in uita ſanctorum Claudii &c.martyrum fol.227.ſcho.2
in uita ſancti Mennæ martyris folio 219.ſcho.2.
in uita ſanctæ Ceciliæ uirginis & martyris fo.221.ſcho.1
in uita ſancti Petri Alexandrini epiſcopi & marty. fol.223.ſcho.7
in uita ſanctæ Eulaliæ uirgi.& martyris fol.228.ſcho.3
in uita ſanctorum Quatuor mulierū martyrum fol.228.ſcho.1
in uita ſanctæ Anaſtaſiæ martyris folio.231.ſcho.1
in uita ſanctorū Sabini epiſcopi &c. marty. fol.232.ſcho.3

3 Chriſtiana traditio eſt,hymnos & pſalmos in defunctorum fidelium ſepultura decantare,& tumulos ſuper eorum corpora componere.
In uita ſancti Tertulini martyris folio.185.ſcho.2
in uita Liberati &c.martyrum folio.193.ſcho.1
in uita ſanctorū Simphronii &c.martyrum fol.227.ſcho.2
in uita ſancti Franciſci fol.233 ſcho.56.62

4 De more catholicę Eccleſię eſſe, Chriſtianorum corpora cum ſacerdotibus & clericis tumulari, necnon cũ lampadibus & cereis, odoramentorumq; ſuauitate, atque apud ſanctorum oratoria.
in uita ſanctorum duodecim fratrum. fol.4.ſcho.6
In uita ſancti Gregorii papę fol.59. ſcho.143
in uita ſãctæ Agathæ uirginis & martyris fo.156.ſcho.3
in uita ſanctorũ Calepodij &c. martyrum fo.167.ſcho.1
in uita ſanctæ Iuliæ uirginis & martyris fo.169.ſcho.2
in uita ſancti Bonifacij mar. 172.ſc.2
in uita ſanctorũ Felicis & Fortunati martyris fo.174.ſcho.1
in uita ſanctorum Viti, Modeſti &c. martyr. fo.175.ſch.1
In uita ſanctorum Proceſsi & Martiniani mart. fo.178.ſcho.2
in uita ſancti Tertulini mar. 185.ſc.2
in uita ſancti Ciriaci martyris folio 187 ſcho.1
In uita ſancti Laurentij mar. 188 ſc.6
in uita ſancti Eupli diaconi, & martyris. fo.191.ſcho.1
in uita Liberati &c. mar. 193.ſch.1
in uita ſancti Cornelij papæ & martyris. fo 203.ſcho.3
In uita ſãcti Cypriani epiſcopi et martyris fol.203.ſcho.2
in uita ſancti Benigni presbyteri & martyris fo.217.ſch.1
in uita ſancti Mennæ mar. 219.ſch.1
in uita ſanctorũ Simphronij &c. martyrum fo.227.ſcho.2
in uita ſanctæ Anaſtaſiæ martyr. folio 194.ſcho.1
In uita ſancti Franciſci 233.ſch.56.62

5 Exequias etiam ſolennes antiquæ Eccleſiæ fuiſſe in uſu.
In uita ſanctorum duodecim fratrum fol.4.ſcho.6
in uita ſancti Hippoliti mar. 191.ſc.1
in uita Samuelis prophetæ. 194 ſc.2
in uita ſanctæ Sabinæ mart. 197.ſc.1
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.56

6 Anniuerſaria mortuorũ antiquis fuiſſe in uſu.
in uita ſanctorum Celerini &c. martyr. fo.156, ſcho 2
in uita ſanctorum Quatuor Coronatorum. fo.219.ſcho.1

7 Sacra cimiteria, ubi defunctorũ Chriſtianorum corpora ſepeliuntur, placere Deo, & eorum uſum eſſe antiquiſsimum.
in uita D. Ignatij. fo.1.ſcho.1
in uita ſancti Pigmenij presbyteri & martyr. fo.162.ſch.2
in uita ſancti Quirini mart. 162.ſc.1
In uita ſanctæ Balbinæ uirginis. folio 163.ſcho.4
in uita ſanctorũ Calepodij &c. martyrum fo.167.ſcho.1
in uita ſanctæ Potentianæ uirginis. fol.169.ſcho.3
in uita ſancti Stephani papæ & martyris fo.184.ſcho.5
in uita Sixti papæ & martyris &c. fol.186.ſcho.2
in uita ſancti Iulij Senatoris & martyris. fo.194.ſcho.1
in uita ſancti Cornelij papæ & martyris fo.203.ſcho.3
in uita ſancti Mennæ mar. 219.ſcho.1
in uita ſancti Ignatii epiſcopi & martyris. fol.1.ſcho.3

Monachatus.

1 Monachiſmum nõ eſſe nouitium, ſed antiquiſsimum inſtitutum.
in uita beati Ildefonſi epi. 149 ſch.1
in uita ſancti Auguſtini epi. 197.ſc.4

2 Non debere monachũ à religione deficere, & inſtitutum ſuũ deſerere.
In uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.9.10.75.81.

3 Monachorum cõmendatio à ſanctis. Et quomodo olim ob uitæ purita‑tem quilibet clericus & monachus erat in magna ueneratione.
in uita ſanctorũ Ioannis Baptiſtę &c. fol.1.ſcho.8
in uita ſancti Placidi mar. 17 ſch 39
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch 31

4 Antiqui monachi ueram beatitudinẽ in cultura Dei, & legum eius obſer uatione conſtituebant: Et eorum propoſitum erat, modis omnibus ſeipſos mundo crucifigere, ac uitio rum concupiſcentias radicitus ab animo euellere.
in uita ſãcti Placidi mart. 17.ſch.34
In uita ſãcti Mauri Abbatis 39.ſch.6
in uita ſancti Iuſti epi. fo.199.ſc.2
in uita ſancti Franciſci fol.233.ſch.22

5 Etiam antiqui monachi habuerũt re‑gulas, & conſtitutiones.
in uita ſancti Placidi mart. 17.ſch.1
in uita ſancti Mauri abbatis 39.ſc.13
in uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.18

6 Pſalmodiæ uſus, hymnorũ, et cantus, antiquis monachis frequẽtiſsimus, tam in die, ꝙ in nocte.
in uita ſancti Placidi marty. fol.17 ſcho.35.44.
in uita ſãcti Mauri abba. 39.ſc.8.51.

7 Monachi ſeruabant obedientiã, per‑petuum cœlibatum, abſtinentiam cum ciborũ delectu, longa ieiunia, humi cubitationes, et uarias corpo ris afflictiones.
In uita ſancti Placidi mar. 17.ſch 2.43
in uita ſancti Mauri abba. 39.ſch.6
in uita ſãcti Gregorii Papę 59.ſch.5
in uita ſancti Franciſci. fol.233 ſcho.19.20.27.35.
in uita Pauli Eremitæ. fo.304 ſc.1

8 Vtebantur monachi antiquitus ueſti‑mentorum uilitate, & aſperitate, et ut in pluribus cilicio; nam uilitas ueſtis ſignum eſt mundi contem‑ptus. Et qui monachus fiebat, ton‑debatur, & nouum induebat habi‑tum. Et de cucullo.
In uita ſancti Placidi mar. 17.ſc.38.43
in uita ſancti Mauri Abbatis fo.39 ſcho.7.32.43.46.47.
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.4.75 80.
In uita ſancti Gregorÿ papæ ſecundo. fol.161.ſcho.2.
in uita ſancti Bonifacÿ mar. 172.ſc.5
In uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.21

9 Vtebantur monachi etiam frequenti‑bus orationibus, lectionibus, uigi‑lÿs, ſilentio, ſeceſsione, & cella per‑petua.
in uita ſancti Placidi monachi. fo.17 ſcho.2.35.43.
in uita ſancti Mauri Abbatis fo.39 ſcho.6.8.56.
in uita ſancti Gregorii papę 59.ſch.5
In uita ſancti Franciſci. fo.233.ſc.37
in uita Pauli Eremitæ. fo.304 ſc.1

10 Paupertatem Euangelicam eſſe rerũ omnium actualem, & uoluntariam non autem inuitam deſertionem. Et hanc antiqui monachi ita profite‑bantur, ut nihil in priuato haberent proprÿ.
In uita ſancti Placidi mart. 17.ſch.34
in uita ſancti Gregorii papæ fol.59. ſcho.11.55.
in uita ſancti Gregorÿ papæ ſecundo. fol.161.ſcho.3
in uita ſancti Bonifacÿ mar. 172.ſc.4
in uita ſanctorũ Tyburtÿ & Suſannæ martyris fo.189.ſcho.7
in uita ſancti Victorini mar. 200.ſc.1
in uita ſancti Eucherÿ epi. 220.ſc.3
in uita ſancti Franciſci 233.ſch.11 30

11 Paupertatem Euangelicã habere man datũ Dei uolentibus eſſe perfectis.
in uita ſancti Victorini mar. 200.ſc.1

12 Etiam antiqui monachi habuerũt & poſſederunt bona immobilia in cõmuni, ut modo noſtri quoque poſſident, deuotorum eis fidelium elargitione conceſſa.
in uita ſancti Placidi mar. 17.ſcho.6
in uita ſancti Mauri Abba. 39.ſch.33

13 Etiam ante pubertatis annos antiquitus reperiuntur quidam religioni adacti.
in uita ſancti Placidi mar. 17.ſch.1.5
in uita ſancti Mauri Abbatis. fo.39 ſcho.1.5.34.

14 Etiam tempore Hieronymi & ante fuiſſe monaſteria Virginum.
In uita ſanctorum Ioannis Bapti.&c. fol.1.ſcho.7.
in uita ſanctorum Cypriani et Iuſtinę martyrum. fol.210.ſcho.5

15 Non decere monachos in domibus laicorum ſtationem habere, ſed in ſuis monaſterijs.
In uita ſancti Placidi mar. 17.ſch.28

Hæretici.

1 Non eſſe cum hæreticis cõmunicandum, ſed ab eis fugiendum.
In uita ſancti Petri Alexãdrini epiſcopi & marty. fol.223.ſch.5

2 Hæretici ſimiles ſunt gentilibus, eccleſias uaſtando, aras ſacras euertendo, & prophanando, bona earum etiam immobilia, necnon oblationem & thymiama auferendo, nullum diuinæ rei locum dimittendo, Clericos & Virgines malè tractando, Monachos etiam ſimiliter.
In uita ſancti Placidi mar. 17.ſch.45
In Exaltatione ſanctæ Crucis. folio 204.ſcho.1
in uita ſancti Valeriani epiſcopi & cõfeſſoris fol.229.ſcho.1

3 Hæretici hortãtur Virgines, ut nubãt, cum ſancti è contrario, ut ſeruent caſtitatem.
In uita ſanctæ Victoriæ uirginis & martyris fo.230.ſcho.1.2
in uita ſanctorum Chryſanti & Dariæ martyris fol.226.ſcho.1

4 Hæretici etiam antiquitus excõmunicabantur, & degradabantur.
In uita ſancti Petri Alexãdrini epiſcopi & martyris fo.223.ſcho.1

5 Hæretici noſtri temporis ſemper inter fœminas uiuunt, præcipueque eorum ſacerdotes.
In uita ſancti Gregorii papę fol.59 ſcho.61
in uita ſancti Felicis presbyteri folio.153.ſcho.2
in uita ſancti Franciſci 233.ſcho.24

6 Hæretici nullas uolunt pati tribulationes, nullos labores ſuſtinere, ut Regnum cœlorum acquirant, nec crucem ſuam tollere, & poſt Dominũ ſaluatorem ire, tantum fidei illi ſuæ inani temere confidentes.
In uita ſancti Franciſci 233.ſcho.25

7 Hæreticos omnes ſancti uiri & Deo dilecti ſemper auerſati ſunt, & eis uerbis, & ſcriptis, & factis ſemper reſtiterunt.
In uita ſancti Polycarpi epiſcopi & marty. fol.304.ſcho.1

FINIS.

VITA SANCTI IGNATII EPISCOPI ET Martyris per Diuum Hieronymum Presbyterum Stridonenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſ dē de uiris illuſtrib.

Ignatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum, Epiſcopus, commouente perſecutionē Traiano, damnatus ad beſtias, Romam uinctus mittitur. Cumq; nauigans Smyrnam ueniſſet, ubi Polycarpus auditor Ioannis Epiſcopus erat, ſcripſit unam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos, & inde ægrediens ſcripſit ad Philadelphœos, & ad Smyrnœos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem eccleſiam, in qua & de Euangelio quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſona Chriſti, ponit teſtimoniū dicens. Ego uerò & poſt reſurrectionem in carne eum uidi, & credo quia ſit. Et quando uenit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis. Ecce, palpate me, & uidete, quia non ſum dæmonium corporale. Et ſtatim tetigerunt eum, & crediderunt.

Dignum autem uidetur, quia tanti uiri fecimus mentionem, & de epiſtola eius, quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere. De Syria uſque ad Romam pugno ad beſtias, in mari & in terra, nocte dieque, ligatus cum decem Leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt, quibus & cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt, ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt præparatæ, quas & oro mihi ueloces eſſe, ad interitum & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne ſicut & aliorū martyrum non audeant corpus attingere. Quod ſi uenire noluerint, ego uim faciam ut deuorer. Ignoſcite mihi filioli, quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his quę uidentur deſiderans, ut Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſsium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli, in me ueniant, tantū ut Chriſto fruar.

Cumque iam damnatus eſſet ad beſtias, ardore patiendi, cum rugientes audiret Leones, ait: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inueniar. Paſſus eſt anno undecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in 1 cœmiterio.

1 Vide cœmiteriorum uſum antiquiſsimū.

2 Eſt ſermo eiuſdem in die dedicationis baſilicæ conſilij ſanctorum habitus. Habeturq; in operibus eius nondum excuſsis.

VITAE SANCTORVM IOANNIS BAPTI-ſtę domini Præcurſoris, Andreę, & Thomę Apoſtolorum, Lucæ euangeliſtę, Geruaſij, Prothaſij, Nazarij, Siſianij, Martyrij, & Alexandri, nec non & Quadraginta militum martyrum, per D. Gaudentium Brixienſem Epiſcopum deſcriptę.

1 Nota, ut uenerandas ſanctorum reliquias haberemus, deus noſter tribuit.

2 Nota ſecundo, Quod etiã olim in nomine ſanctorũ Eccl'iæ ædificabãtur: et dedicabãtur. Ad quarũ etiam dedicationem uicini Ep̃i uenire conſueuerant.

Diuinis muneribus, & cœleſtibus beneficijs condignas referre gratias puſillitas noſtra non præualet, fratres chariſsimi: Nam ut 1 uenerandas ſanctorum reliquias haberemus, Deus noſter tribuit: Deinde ut hanc honori eorum 2 fundare baſilicam ualeremus, ipſe largitus eſt, & hodie ut adepti ſummorum ſacerdotum præſentiam, dedicationem celebrare mereamur, ipſe conceſsit. Conuenerunt enim ſancti Antiſtites, & Apoſtolici uiri ad perſoluendum beatiſsimis patribus, ac præceſſoribus ſuis debitę deuotionis obſequiũ, ut ubertate pleniſsima benedictionum ſpiritalium ditaremur, licet importunitas Barbarorum maximam partem 3 celebritatis diei hodiernæ ſubtraxerit, ne cæteri ſancti Antiſtites, quos interfuturos credidimus, aduenirent.

3 Nota tertio quod feſtum dedicationis Eccleſiarum celebre [illegible]

Iam qui ſint iſti, quorum beatis reliquijs illuſtramur, hinc incipiã numerare. Primo in loco Ioannes Baptiſta eſt, ultimus quidem, ſed maximus prophetarum, nouiſsimus tempore, quia omnis lex & prophetæ uſque ad Ioanem, ſed merito prior, ſed dignitate præſtantior, quia ita de illo Chriſtus loquitur ad Iudęos: Quid exiſtis in deſertum uidere? Propheram? Dico uobis & pluſquam Prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit uiam tuam. Vno teſtimonio Saluatoris beatiſsimus Ioannes Baptiſta & Angelus, & Apoſtolus, & Propheta præcipuus declaratur. Verè enim Dei Angelus eſt, qui præcurſor, & nuntius Chriſti eſt. Verè Apoſtolus eſt, qui miſſus a Deo eſt: deſtinatus enim nũcupatur Apoſtolus: Fuit, inquit, homo miſſus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Idcirco autem ſanctus ipſe Propheta dicitur, & pluſquam propheta, quia Chriſtum et ſua, et omnium prophetarum uoce prædictum, digito meruit demonſtrare, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

4 Si beatus Andreas primus uocatus eſt ad Chriſti apl'atum, quod negare non poſſunt Heretici, cur primus Apl'orũ dicitur Petrus niſi dignitatis prerogatiua?

Poſt hunc habemus Andream beatiſsimum, primo Ioãnis ipſius diſcipulum, deinde Saluatoris, quem 4 priorem Chriſtus Apoſtolum ſcribitur elegiſſe. Erat, inquit, Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant a Ioanne, Ecce Agnus Dei, & ſecuti fuerãt eum: Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dixit ei, Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum Chriſtus, & adduxit eum ad Ieſum.

Tertius beatus Thomas,qui poſt reſurrectionem Chriſti ſolus deſiderauit,ſolusq; obtinuit,ut mēbra Chriſti curioſis quidē, ſed utiq; dignis manibus contrectaret, Ardentis ſiquidem deſiderij fuit illud, non incredulitatis,quòd condiſcipulis ſuis,qui ipſo abſente Dominū uiderant, ait: Niſi uidero, & contrectauero,non credam Erat enim ualde anxius,ne non & oculis frueretur quod corde credebat,ne priuaretur aſpectu illius lucis,qua ſe coeteri Apoſtoli illuminatos gloriabātur. Satiauit eſurientem Dominus,cuius manet illa promiſsio, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſatiabuntur. Apparuit ſecundo Apoſtolis,ut Thomæ deſiderium adimpleret. Profuit cupiditas eius & cæteris,nec ipſe minus aliquid habet,quia poſterior Chriſtum uidit: nam detrimenta prioris aſpectus uiſu pariter & tactu cōpenſat,qui utique ſi iuxta opinionē quorūdam infidelis fuiſſet, Chriſtus illi poſt reſurrectionem ſuam non fuiſſet apparere dignatus. Scriptum eſt enim, Quoniam inuenitur ab his,qui non tentant illum, apparet uerò illis,qui fidem habent in ipſum. Quòd autem dixit illi Saluator, Noli eſſe incredulus,ſed fidelis,& quia uidiſti,credidiſti, Beati qui non uiderūt,& crediderunt,informare in eo uoluit omnes poſtea credituros,ut populus noſter Thomæ ſimilis,qui abſens erat,quando apparuit Chriſtus Apoſtolis,relationi eorum indubitantem fidem cōmodet,nec exigat in carne conſpicere, quem teſtimonio Apoſtolorum poſt paſsionem crucis reſurrexiſſe,& uiſum fuiſſe didicerit. Nō enim poſtquam regreſſus ad cœlos ſolis in hoc mundo uirtutibus præſens eſt,debet quotidie pro cuiuſque uoluntate ſingulis, uniuerſiſque credentibus corporeus apparere. Sufficiat nobis,quòd ſancti Thomæ curioſitas ambiguitatis futuræ ſcrupulo ſatisfecit. Quòd abſens fuit, quòd auidus & uidere,& attrectare, Dominum perquiſiuit, totum noſtræ procurabatur ſaluti, ut euidentius noſceremus reſurrectionis Dominicæ ueritatem,quam beatus Thomas ob neceſſariam curioſitatem prouidenter reprehenſus affirmat, dicens ei, Dominus meus, & Deus meus.

Quartus Lucas eſt Euangeliſta, qui beatos Apoſtolos pari merito ſubſecutus,& Euangelij librum,& Actus Apoſtolorum mirāda examinatione conſcripſit. Horum quatuor ſ beatas habemus in præſenti reliquias,qui Regnum Dei & iuſtitiam prædicantes,ab incredulis & iniquis occiſi,Deo ſemper uiuere operationum ſuarum uirtutibus demonſtrantur. Ioannes in ſebaſtena urbe Prouinciæ Paleſtinæ: Thomas apud Indos; Andreas,& Lucas apud Patras Achaiæ ciuitatem conſumati referuntur.

Horum quatuor beatas habemus in præſenti reliquias.

Habemus poſt iſtos Geruaſium, Prothaſium,atque Nazariū beatiſsimos martyres,qui ſe ante paucos annos apud urbem Mediolanēſem ſancto ſacerdoti Ambroſio reuelare dignati ſunt, quorum ſan-

guinem tenemus Gypſo collectum,nihil amplius requirentes: tenemus enim ſanguinem,qui teſtis eſt paſsionis. Recepimus etiam ſanctos 6 cineres ſiſinnij,Martyrij,& Alexandri,quos nuper in Anonia uenerandæ religionis cultui attentius inhærentes, gens interfecit ſacrilega,flammiſq; adhibitis concremauit,ut holocauſtum Deo ipſi fierent,qui chriſtianos ſuos uictimas dæmonijs miniſtrare increpatione iuſtiſsima uetuiſſent.

Iam quia poſt iſtos,de quadraginta martyribus dignum loquar? Qui ſe itineri meo,cum per Vrbes cappadociæ Hieroſolymam pergerem,fidos comites prębere dignati ſunt.In ipſa enim maxima Cappadociæ ciuitate,quæ appellatur Cęſarea,ubi habent ijdem beatiſsimi inſigne monaſterium,reperimus quaſdam Dei famulas 7 monaſterij ſanctarum Virginum digniſsimas matres,prorſus Mariæ & Marthę conſimiles,quas meritò diligat 8 Deus natura,fide,ſtudio & caſtitatis & integritatis germanas,quibus ab auunculo ſuo ſummo ſacerdote,ac beato confeſſore Baſilio olim traditæ fuerant, horum martyrum 9 uenerandæ reliquiæ,quas deſiderio noſtro incunctanter,ac fideliter tribuerunt,idoneos ueneratores tanti nos eſſe muneris approbantes,ſimulq; ſub teſtificatione Domini confitentes,ſe ſemper oraſſe Deum noſtrum,ut hæc tam precioſa poſſeſsio transfunderetur in hęredes,qui eam conſimili fide,diligentiaq; percolerent,qui ſtudij ac uenerationis 10 earum & ſucceſſores & augmentatores exiſterent, quoniam eſſent ipſę in annis ſenilibus conſtitutę, & transmigrationē de hoc mundo ſuam quotidie expectarent. Exaudita eſt ecce fidelis oratio, 11 uenerabiles ipſas martyrum Quadraginta reliquias populis credentibus hodie proponimus percolendas,licet eis ex illo iam tēpore celebritas debita nunquam defuiſſe noſtri cognoſcatur officij, pręclaris eorum beneficijs ſalutariter mancipata.

Sed iam quo ordine ad martyrij gloriam peruenerint ipſi beatiſsimi,breuiter enarrabo,quamuis ad proſequendas eorum laudes imparem me eſſe confitear: planè habent idoneum ſuis meritis, digniſsimumque pręconem beatæ recordationis uirum confeſſorem Baſiliū, Eccleſiæ Cæſarienſis Antiſtitem,cuius eloquētia ſingularis, & ſermo Apoſtolico ſale conditus,paupertatem mei retundent ingenij. Quid enim à me inferri nouum poteſt,quod non ille in eorū laudibus ubertate eloquij ſui opulenter effuderit,copioſè ornauerit? Sane ingentis difficultatis eſt,eaſdem uirtutes diuerſis ſermonibus prædicare; aggrediar tamen inſtruendæ dilectionis ueſtræ cauſa,uel hiſtoriam replicare geſtorum.

Milites erant iſti in partibus minoris Armeniæ conſtituti, florentes ætatibus,corporum proceritate ſublimes,experientia belligerandi laudabiles,ſtipendijs militaribus uirtutum ſuarum merito honorati,

6 *Recepimus ſanctos cineres Siſinnij &c. Vides quod non uocat emortuos cineres, aut fauillam extinctam,uel tenuē pulu llum,ſiue oſſa conſumpta ut heretici faciunt?*

7 *Vides quod etiā tūc erant monaſteria deo ſacratarū uirginum?*

8 *Ecce quanta harum Sanctimonialium cōmendatio.*

9 *Nota,horum Martyrum uenerandæ reliquiæ.*

10 *Quid dicis Heretice qui ſāctorū reliquias aſſeris non uenerandas? Nunquid hoc docuerunt priſci patres an potius totum contrarium?*

11 *Venerabiles ipſas Martyrum reliquias hodie proponimus percolendas.*

& quod, hæc omnia ſupergreditur, Chriſtiani, atque ad omnem probitatem morum bono uenerandæ religionis ornati, & ſpiritalibus armis doctrinæ cœleſtis inſtructi. Statim denique ubi tuba perſecutionis increpuit, fortiſsimos Chriſti milites amor fidei præcinxit ad bellum. Nam cum feralia edicta ſacrilegi Regis proponi à iudicante cœpiſſent, quibus præcipiebatur ne quiſquã uel priuatus, uel miles Chriſtianum nomen præferre auderet, ſed ut omnis populus ſacrificare dęmonijs cogeretur, ſponte prorumpunt in medium, Chriſtianos ſe eſſe clariſsima uoce teſtantur, ab hoc ſalutari cultu nullis terroribus diuelli poſſe pronuntiant. Intuitus conſtantiam Iuuenum terribilis perſequutor, ſepoſita authoritate, blãdis eos hortatur alloquijs, ne uellent hac pertinacia uti; ne erga Imperatorem ſuum contumelioſi exiſterent; ne eius præcepta contemnerent; ne aliàs deuotiſsimi, in hoc facto offenſam Regis maximam prouocarent, à quo magis beneficia & honores pro hac ſpecialiter obedientia ſperare deberent; indecorũ certè uiris bellatoribus eſſe, ut inter ignauos & noxios morte turpiſsima deperirent; Cogitandum illis eſſe iuuentutis ſuæ florem, & iucunditatem lucis huius, ac uitæ, quam ſanè reſpectu ullius rationis imprudentes amittere ſuaderent.

Talibus auditis Chriſtiani uiri, meritoq; mirabiles, uenenatas pernicioſi hortatoris blanditias, non ſolum conſtantibus animis reſpuerunt, uerũ etiam reſponſione acerrima confutarunt. Quid tu inquiũt omnium nequiſsime contra Deum rebellare auſus, famulos eius uerbis fallacibus ſupplantare conaris? Quid nos à cultu Dei ueri & uiui ad mortua dæmonum ſimulacra inclinare contendis? Quid honorũ terreſtrium caducis promiſsionibus, & inanium rerum præſtigijs animos noſtros à uigore fidei cœleſtis deprauare pertentas? Execramur munera, quæ detrimentum ſalutis important. Repudiamus honores, qui auferunt illam gloriam ſempiternam. Reprobamus amicitias Regis, quæ nos à charitate Dei ſeparare deſiderant. Reſpuimus & hanc corporalem noſtri corporis uitam, quæ cum periculo fidei reſeruata, animæ acquirit interitum. Poſtremo non ſupplicijs præſentibus deterremur. Tradimus carnem pœnis, quaſcunque irrogare uolueris, ne abnegantes Chriſtũ, Deum ad tormenta perpetua demergamur, quæ diabolo & uobis miniſtris eius ſunt ab initio præparata.

Tunc ille iudex iniquitatis huiuſmodi dictis accenſus, furorẽ ſuũ quem paulo ante ſubtilius explere uoluerat, excogitata ſupplicij nouitate geminauit. Perſpiciens enim regionis naturam nimijs rigentẽ frigoribus, tempus etiam, quo maxima hyemis aſperitas Aquilone flante uiolentius incumbebat: montes niuibus, pruinis arua tegebantur: liquores agnoſcere naturam ſuam ſolis ignibus cogebantur: ſtupebant ingenti glacie torrentium fluminum curſus: ſtagnum quoq; ur-

bi,in qua hæc gerebantur,ſubiacens,lateque diffuſum ualidiſsimo gelu durante iter ſolidum plauſtris gementibus commodabat. Hanc (inquam) uel loci uel temporis immanitatem perſpiciēs ſacrilegij gentilis exactor,iſtud ſupplicij genus ſanctis adhibere imperat, ut nudatis corporibus religati,in aperti aeris pruinoſa duritia pernoctarent,balneis longè ſub conſpectum eorum fumantibus,ubi uelox remedium uictis corporibus callidus perſecutor,animas eorum magis interficere geſtiens,promittebat. Sed beatiſsimi martyres ſpiritu ſancto feruētes,ueſtibus ſuis procul abiectis,feſtini ad ſtadium properant, coronā tanto certamini propoſitam cœlitus intuentes:deinde hortatibus mutuis patientiæ uires accendunt,gloriam Regni cœleſtis pœnis præſentibus præferunt,& hoc inter cætera replicantes, quòd qui pro ſalute Regis terreni hoſtiles gladios formidare contempſimus, cur non pro fide Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti Regis æterni, omnes irrogatos noſtro corpori cruciatus æquo animo patiamur,ocyus ad æternę lucis beatitudinem uitamque perpetuam,glorioſæ mortis compēdio tranſituri? Inter pruinas ardebat fides, & cœleſtes animi deſiderio Chriſti feruebant. Terebrabantur penetralia uiſcerū gelu,ita ut medullas oſsium grauiſsimis cruciatibus internus quidam glacialis torror urgeret,& animorum immobilis uirtus curſus ſui metas aſpiciens, de proxima conſummatione gaudebat,fideli tolerantia promiſſum Dei munus expectans.

Sed unus ex eorum numero breuiſsimi adhuc,& iam ſupremi doloris impatiens,rogare miſer cœpit,ut ad balneas duceretur. Miles interea cui ſolicitudo miuncta fuerat,ut illud mortis lauacrū uictis quibuſcunque reſeraret,dum curioſis oculis de loco ſublimi agonem uirorum expectat inſignium,rei exitū captans,uidet ducem cœleſtis militiæ deſcendentem cum multitudine Angelorum,& fortiſsimis bellatoribus claras ueſtes,atque opima ſigillatim prœmia erogantem,quę ſolus ille miſerabilis,cuius fidem diabolus fregerat,non accepit. Ducitur infelix ad balneas,ibique confeſtim caloris afflatu,quo ſe animandum crediderat,exanimatus & uitam perdidit,& coronam. Luctuoſum facinus gratulatio inopinata ſubſequitur, repente eius locum ſupradictæ uiſionis admirator inuadit, nudat membra optato ſupplicio,ſe eſſe chriſtianum ingeminat,quem ſpectaculi illius admirabilis uirtus ſubito ex gentili uerum fecerat chriſtianum.

A *Vides quod & illa certamina cōmendātur quæ ſpe diuinæ retributionis tolerātur quoniā ipſa retributio nil aliud eſt quā ipſe deus.*

Tenetur continuò profeſsionis ſuæ reus,ligatur uolens, & ſecantibus uinculis crudeliter innodatur, perſeuerat adſtrictus, gloriatur in pœna,ſpe A diuinæ remunerationis,& fortiter creſcit inter ſupplicia fides,Chriſti augetur inter tormenta dilectio. Nam ſenſu Apoſtolico teſtabatur, Me nulla ſuppliciorum uis,nulla immanitas tormentorum poterit ſeparare à charitate Dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu Do-

mino noſtro. In medijs cruciatibus nonus martyr ſancto ſpiritu inſtruente eruditur, & proficit, moritur, & triumphat; Trinitas adoranda teſtem ſuum inter poenas fideliter permanentem, martyris ipſo ad uicem baptiſmi glorioſius & abluit, & emundat, & ad coelorum Regna perducit. Commoritur denique quadrageſimus iſte ſanctus cum ſanctis, ut ſacer numerus, quem Saluator ieiunijs honorauerat, cõpleretur, ſicut ipſi beatiſsimi martyres oraſſe memorantur.

Poſt hęc iuſsi carnifices defunctorum corpora longius tranſportata ignibus concremare, relinquebant unum, qui adhuc uiuere putabatur, ut forte mutaret in poenis ipſa ſolitudine uoluntatem. Ibi eius uenerabilis mater, quæ talem filium bono ſapientiæ coeleſtis lacte nutriuerat, cucurrit ad cadauer ſpirantis filij, & proprijs eum manibus uehiculo, quo corpora aliorum congeſta ad pyram trahebantur, impoſuit. Vade, inquit, nate bona iſta uia ſaluus cum coætaneis, & glorioſus ad Dominum. O admirabilis, & uerè & digna martyris mater, quinimmo & ipſa iam martyr, quæ proprijs uiſceribus non pepercit, dũ ſua membra pro Chriſti nomine puniri lætatur in filio.

Iam uerò ne illud in poſtrema parte reticemus, cum cineres exuſtorum corporum mandato perſecutoris in fluuium iacerentur, non defuerunt religioſæ manus, quæ partem reliquiarum uel furto eriperent, uel pretio compararent. Hinc & Eccleſia Cæſarienſis exultat, & noſtra fraternitas non immeritò gloriatur, reſeruatum ſibi prouidentia Dei iſtud ſalutare munus intelligẽs. Portionem reliquiarum ſumpſimus, & nihil nos minus poſsidere confidimus, dum totos Quadraginta in ſuis fauillis 12 uenerantes amplectimur, ſicut illa in Euangelio fidelis mulier, quæ per fimbriam Chriſti ſaluata eſt, oram tenuit ueſtimenti, & uirtutem diuinitatis exegit attractu fimbriæ, medelã credenti fides traxit, & ſalutem, quam præſumpſerat, acquiſiuit. Itaque pars ipſa, quam meruimus, plenitudo eſt: diuidi enim quadraginta iſti martyres ab inuicem nullo modo poſſunt, quorum ſunt inſeparabiles & indiſcretæ reliquiæ: nam ſicut animas eorum igneus ille ſpiritus Dei ſalutaris fidei unitate coniunxit (erat enim omnium credentium cor unum, & anima una) ita etiam membra eorum concremans ignis in unum fauillæ corpus redegit.

Habemus ergo & hos quadragintá, & prędictos decem ſanctos à diuerſis terrarum partibus congregatos: Hanc uero ipſam baſilicam eorum meritis 13 dedicatam, Concilium ſanctorum nuncupari oportere decernimus. Dignum eſt enim, ut ad tantorum martyrum 14 uenerandas reliquias proceſſuri, ad Concilium ſanctorum nos procedere fateamur. Tot igitur iuſtorum patrocinio adiuuandi, tota fide, omnique deſiderio 15 ſupplices ad eorum ueſtigia concurramus: ut ipſis intercedentibus, uniuerſa quæ poſsimus, adipiſci mereamur,

12 *Ecce quantam uenerationem ſanctis reliquijs habeat uenerabilis Epiſcopus.*

13 *Nota baſilicã ſanctorũ meritis dedicatã.*

14 *Ad tantorũ martyrũ uenerandas reliquias proceſſum.*

15 *Ecce ſanctos inuocandos, & ipſis pro nobis intercedentibus uniuerſa quæ poſsimus à domino noſtro Ieſu Chriſto præſtari.*

magnificantes Chriſtum Deum tanti muneris largitorem, cui diuinus honor, uirtus, & gloria cum patre & cum ſancto ſpiritu ante omnia, & nunc, & ſemper, & incuncta ſecula ſeculorum. Amen.

VITA ET AGON SANCTORVM DVODECim fratrum martyrum per D. Alphanum Archiepiſcopum ſalernitanum uerſu exametro edita.

Ex bibliotheca Caſſinenſi, & libro uetuſtiſsimis literis manu ſcripto.

VNde nimis ſtuduit tua nos reuocare uoluntas,
Res leuis hæc, Roffride, fuit contenta meoq;,
Et paucorum iudicio, quos noſtra iocoſo
Sæpe leuare ſolent multumq; poëmata riſu;
In quibus eſſe quidem ualet omnis idoneus author,
Et facili poterit quod dicere conuenit arte.
At quod ferre iubes non eſt tolerabile pondus,
Viribus & noſtris ęquum: nam ſi dabit auſum
Improbitas tua, mox facundia noſtra uidebis
Quòd cadat in uitium, tibi nec fortaſſe placebit
Quod tanto ſtudio, deſiderioque requiris.
Præcipis hiſtoriam duodenum ſcribere fratrum
Verſibus herois ueterem, ſint unde creati,
Et generis titulos, Fideique celebria facta;
Inde tyrannorum cum quo fortiſsima bella
Conſeruere, quibusq; locis, quo tempore palmam
Martyrii, dignas & ſuſcepere coronas;
Poſtque quòd Arethis magnus Princeps Beneuentum
Corpora diuerſis ſparſimque iacentia terris
Tranſtulerit, nunc & qua ſunt, ſepeliuerit ede.
Hęc magni repetis, quàm ſi mihi creditor eſſes;
Æris, & es certe, tibi nos debere negamus.
Nunquam; ſed uellem non his parere rogatis,
Si poſſem. Non is tamen es, qui cepta relinquas.
Teque ſinas uinci. Parebo; iuſsio tanta
Excuſabit opus, uel ſi non diſtet ab illis
Vni quæ tantum Cicero uult eſſe legenda.
Tu prece continua multo ſtudioſius inſta;
Vt qui martyribus fuerat dux ſpiritus, idem
Horum me faciat tandem pro laude diſertum.
Aphrica poſt Latium terrarum maxima quondam
Egregios habuiſſe uiros uirtute probatos,
Viribus & ſummis pręclaros pace uel armis,
Artibus inſignes, terraq;, mariq; potentes,

Fertur,quos in Cannenſi certamine uicti
Romani ſenſere duces;quod mundus iniquum
Extimuit facinus.Iuxta, propiuſque perennem
Tum fuit & miſeram caput orbis Roma ruinam.
Hæc regio poſtquam Deus immortalis ab alto
Virginis in gremium deſcenderat,unde ſalutem
Humani generis decreuit ſumere carnem,
Sacra Redemptoris ſeruantem iura cohortem
Ocultabat ob immites ſine fine tyrannos.

Hic Orbs extabat Drumentum nomine dicta,
In qua magnus & illuſtris cum coniuge Teda
Vir Bonifacius à feſcenninis erat armis
Indutus fidei,ſimplex & iuſtus uterque.
His tot erant nati numero,quot habent duo illuſtra
Annos,adiunctis annis ſuper illa duobus.
Dictus Donatus prior eſt,fœlixque ſecundus;
Tertius(ut perhibent)Arontius eſt uocitatus,
Quartus Honoratus, quintus Fortunatianus.
Hic,& de reliquis duo ſunt,quos poſſe uenire
Lex pedis in carmen prohibet;nam tertia quintum
Primaque poſtremum,ſic hunc, qui ſeptimus extat,
Syllaba de uerſus pellit ſtatione ſecunda.
Hæc tamen his pedibus decurrere nomina fas ſit,
Et liceat ſolitum ius ſoluere carminis huius:
Non erit hoc uitium.Sextus quoque ſabinianus,
Septiminus ſeptimus,Octauus Ianuari,
Et nonus fœlix,decimus Vitalis habetur,
Vndecimus Satorus,Repoſitus duodenus.

Hos ſimul aſſiduè ſanctam docuere parentes
Obſeruare fidem,nec eos niſi quod didicerunt,
Scire uolebant te natum de lumine, Chriſte,
Iuſtitiæ,uel uirtutis quem ſemper amare
Eſt;cui:ſępe parens hac uoce locutus uterque
Accipitur:Ieſu bone,qui ſine labe uocaris
Agnus,quicque nouo reparaſti lumine mundum
Affectum tenebris,ſcelerum ſub nube iacentem,
Fac ſis natorum ſolita pietate miſertus,
Quos monui ſeruire tibi, proprioſque dicaui;
Effice ne pereant,nec quemquam ſcire deorum
Fas ſit eis præter te, qui ſuper omnia regnas.

Iamq; probis ętas pueriles actibus annos
Sanctorum ſuperare ſuo pro poſſe parabat.

Seminibus patrijs erat illis fertile pectus.
Frugibus ut ſegetum campus ſolet ingenioſus.
Inſtabat ſuprema dies, fundiq; larisque,
Spernere quęque placet, quibus in præcordia Chriſtus
Spem dederat, quam ſit mundus potiora ferendi.
Non ſocij, non cognati, non ille parentum
Qui ſolet affectus naturæ lege ualare,
Plus reliquis retinere ualent, Primumque fideli
Multos Pœnorum cœtus munimine uerbi
A ſimulachrorum defendunt ignibus atris.
Inde uelut totidem præclara micantibus horis
Illa dies, quam tunc nitidiſsimus exhibet annus,
Cum ſol octipedis ſub tempore ſolſtitiali
Prima tenet cancri ueſtigia, noctis opacas
Summis auxilijs radiorum ſummouet umbras,
Sic ſtatuunt proprijs à ciuibus exitialem
Pellere culturam celeri ratione, uel omni
Signorum uirtute: Iouem nam quiſque prophanus,
Et ſimul Alcidem ueſana mente colebat,
Pontifices & eis ſolenni iure litabant,
Thure, quod Euphrates mandarat naue, habeo,
Omne domicilium fumabat dæmonis. Huc ſe
Proripiunt fratres; Cæco quid pectora, dicunt,
Turbine ueſtra nimis miſeri confunditis uſque?
Num Deus Alcides natus Ioue? ſurdus uterque
Non habet, orantes qua uos exaudiat, aurem.
Diſce creatori, non te factura creatis
Subdere, ſupremoque Deo perſoluere uota,
Quę tantis ſtudijs das infernalibus umbris.
Non ualet opprobrium tantum ſufferre ſacerdos
Herculis, in medium ueniens Florentius ira
Valde commotus, magna comitante caterua.
Pontificum, dixit, cuius uos religionis
Edite, uel quibus eſtis uos natalibus orti.
Cœtus ad hæc fratrum, noſtrum cultumque genusque
Vera fides Chriſti decorat. Florentius inquit,
Ergo ne uenistis cultus reprobare deorum,
Nota nec Herculei ſunt uobis Maximiani
Alcidæ, atque Ioui, quæ perdunt iuſſa rebelles:
Hunc, quem conſtanter fertis uos credere, Chriſtum
Innumerabilibus pœnis periere profeſsi.
Talia dicentem fratrum ſic turba refellit;

Nulla fides,& nulla ſalus eſt prorſuſ in orbe
Præter quam colimus. Quis nam Tirynthius iſte,
Et Iouis hic uobis poterit præſtare ſalutem?
Quos etiam baratri ſtigialis pœna tenebit,
Feruida Plutonis comburet flamma peruſti
Victima Vulcani fabricantis fulmina. Veſter
Hic erit Auguſtus, quem Minos, uel Rhadamanthus
Omni iudicio condemnat. Vana quidem hæc eſt
Fabula ueſtrorum nugis comperta deorum:
At peiora ſatis ueſtros artus, animaſque
Debita nequitijs tantis tormenta manebunt,
Quorum nullus erit poſt omnia ſęcula finis:
Quoſque putatis ut inſanos uincique, moriq;
Tormentis actos, cęleſtis curia ſertis
Vſque coronauit non deficientibus unquam;
Hos Deus in mundo, uelut in fornacibus aurum
Artifices docti, probat; horum ſpectat agones.
Et uincentibus his habitis meliora rependet,
Pro terra cœlum, modico pro tempore uitæ
Viuere perpetuum, pro natis cuncta polorum
Agmina, pro rebus paradiſi gaudia ſumma:
Non ſitient, non eſurient, non percutientur
Sole, uel æſtu, clamor, luctus, non dolor ullus
Amplius ex illis quemquam turbare ualebit;
Cumque dies totum concuſſerit ultimus orbem,
Cenſores mundi Chriſto cum principe fient.
Maxima pars plebis, ſanctis dicentibus iſta,
Grande ſacramentum fidei baptiſma recepit.
Dic age, Florenti, dat donatiua miniſtris
Alcides proprijs, tantis æquanda triumphis?
Qui ſibi, nec tibi defunctus ualet auxiliari,
Vtque ſuis uerbis utar, qui dura Leonis
Contriuerat facili, dum uiueret, ora labore,
Perculit & Cacum proflantem fortius Ethna,
Atque renaſcentem toties proſtrauerat Hydram,
Fregerat Antheum procul à tellure retentum,
Quiſque ſuis omnem ſubiecit uiribus orbem,
Non potuit ueſtis centauri ſanguine tinctæ,
Pellicis inuectæ, quam Deianira furore
Texuerat, ſolita uirtute leuare dolorem.
Sic ait: O uarios, ualidos & paſſe labores,
Non te Centauri, non cerberus, atque gigantes,

Non quæ fudiſti, mouerunt monſtra, ſed arte,
Fœmineaque manu moreris, furialis amictus
Viſcera dilacerat, flatum pulmonibus haurit.
Iuppiter, in me nunc fulmen iace quæſo coruſcum,
Paſcere, Iuno, meis, quas condis, cladibus; Hæc ſunt
Quæ nimis inuiſo decuit donare nouercam:
Eripe me uitæ, corpuſque laboribus aptum
Confice, non tibi iam de me ſperare licebit.
Interea Rhetor præclarus, philoſophusque,
Poſt martyr Cyprianus fungebatur honore
Pontificatus Eccleſiæ Carthaginenſis.
Hic ubi tot fratrum ſenſit mirabile factum
Orantem direxit eos ad ſe properare
Quantocyus, patrio quos ſic animauit amore:
Si reſpondendum uobis certantibus eſſet
Humana re, non etiam ſi cuncta darentur
Quæ ſunt in mundo, morientes illa iuuarent;
Muneribus quis enim poſt mortem à talibus uſum
Expetat? Hæc quamuis ſe plus utentibus ipſa
Durent, intereunt tamen omnia; gloria ueſtra
Chriſtus erit, Ieſus merces, Deus ipſe corona;
Quem iam confeſſi primordia religioſa
Feciſtis: Conſtanter et hoc, quod reſtat inite
Certamen; Corpus, crucis eſt quod morte redemptum,
Non timeat fuſtes: Quod ſi mortalia membra
Stringuntur nexu non ſpiritus ille ligatur,
Qui cœlum ſcandit, carnis ſtatione relicta.
Pœna breuis gladius ſi guttur fregerit, omnes
Mœroris curas in gaudia longa remutat.
Vos dignæ proles, digniſque parentibus ortæ
Eſtis, ſicut in exemplo perpenditur almo,
Fructus namque bonos bona ſemper germinat arbor.
Poſtquam ſic dixit, cunctis ætate priorem
Præsbyterum fecit Donatum. Nec mora fœlix
Hyppodiaconus eſt factus: quos intrepidanter
Vt tribuant ægris animis conſulta ſalutis,
Accumulans fidei cultum cum pace ſuprema
Dimiſit. Fratrum mox contio docta fidelis
Cunctorum morbos expellere cœpit ab urbe,
Non medicinali ferro, nec melle, nec herbis,
Vnde fit antidotum: Sed eis medicina probata
Chriſti nomen erat. Vim uerbi non feret huius

Languor:ad hoc teter tenuit quos ſpiritus artus
Effugit obſeſſos,ſanctiſque dicata poteſtas
Se quoque pellendi quòd ſit ſermone,fatetur.
Hoc probat euentus.Quędam matrona ſenatrix
Nomine Reſtituta,domo plus,triſtia multo
Signa ferens erat in uidua;ſpes unica cuius
Filius immanes motuſque ferebat acerbos
Dęmonis.Hic pueri clamabat ab ore furentis,
Huc niſi Donatus, fœlix,& cætera fratrum
Concio conueniat,non hoc à uaſe recedam.

Eſt ad eos miſſum;nam ſupplicium tolerare
Nati non poterat mater. Carthagine nondum
Exierant miſsi,ſubito cum ſtare gregatim
Inueniúnt ſanctos:dicunt mandata præcanter,
Vt placeat pueri tormenta uidere, parentem
Solari propè caſuram de limine uitæ.
Dat pietatis amor legatos eſſe ſequendos.
Conuenere domos fiducia maxima fratres,
Ducentes ſecum pellentes dæmona curas.

Reſtituta ſuis complens clamoribus æthra,
Ante pedes horum lachrymando corruit,orat
Donatum,potius quem nomine prodit iniquus,
Felicemq́ue ſibi miſereri, reddere natum,
Hoſtis quem ueſanus habet,quem nocte, dieq́ue
Afficit,& lacerat,ſuffocat,territat,arctat.
Cui ſancti dixere;Deos quid poſſe putatis
Veſtros? Cur non ſubueniunt pueroq́ue tibiq;?
Nonne Iouem decuit ſuccurrere caſibus iſtis?
Cur hoc tale malum nec Apollinis arte leuatur?
Pauca Deodatus reſpondit ad iſta Tribunus

Pacificis dictis;Vtinam medicamina ueſtra
Prodeſſent,ut magnificè donis pretioſis
Donatos hodie uos Vrbs carthago uideret.
Sancta cohors riſum tunc ſignificando modeſtum
Talia ſpondentem ſic eſt affata Tribunum:
Omnia quæ tellus,quæ pontus præſtat,ut aër,
Vilia ſunt ualde,nobis inhoneſta putamus,
Et cunctis mortalibus:eſt hoc munere maius
Scilicet id,quo uera Dei titulatur imago;
Hic fuit eius naturæ,quô uiuere ſemper
Deberet fœlix,ea ſed uitiata prioris
Fecerat hunc miſerum uitio natura parentis:

Quod fuit, eſt & idem, ſolumque manere beate
Deſijt; & meritò pœnas hinc & cruciatus
Subſtinet æternos tandem mens, carne relicta:
Cui niſi morte ſua mundi ſpes unica Chriſtus,
Amiſſam nullus potuit reparare ſalutem,
Ad quam credentes ducit, reliquoſque perenni.
Concremat igne. Parumne uidetur, ab exitiali
Hos reuocare uia? Ne nos certamus in iſta,
Hic labor incumbit, plus omni munere nobis
Iſta placent, pluris facimus, quàm corpora, mentes.
Vos hac, quæ cinis eſt, tantum de carne timetis,
Eſt quæ gemma, nihil pueri de mente doletis.
Spondeat hunc mater ſimulachra nefanda relictum
Ire, creatori ſeruitutumque, uidebis
Quòd dæmon fugiat, puerum nec torqueat ultra.
  Mater ſic, potuit quàm feſtinantius, inquit,
Ex uobis quoniam pendet mea uita, ſaluſque,
Spondeo facturam me iam quodcunque iubetis;
Confiteor Chriſtum ueſtrum, quod protinus omnis
Noſtra domus faciet, tantum mihi filius eſto
Sanus. Nonne ſatis paucis dixiſſe uidetur?
Itur ad auxilium pueri, precibuſq; ſeorſum
Atque diutius inſtatur. Promiſſa manentes
Intenti ſunt conciues hinc, inde clientes,
Mater & illa ſui nati confecta ruinis,
Sat tempeſtiuam ſeram putat eſſe medelam.
  Surgit Donatus, fit lecto proximus ægri,
Et dicit: Deus æternorum Chriſte creator
Ecce oratio Qui prolem Chananæ pœnis eripuiſti
Talibus, iſtius miſerę miſerare dolores,
A te ſolamen, quod puro corde requirit,
Annue; progeniem proprium columenque decuſque
Dæmonis à laqueo tetri diſſolue maligno.
Finierat. Subito rugiens ferus exilit hoſtis,
Et eius mirabilis effectus. Indiciumque ſui nullum fugiendo relinquit.
Inſonuit lætata domus clamoribus: illuc
Vndique concurſum fuerat: memorabile factum
Sanctorum populi tollunt ad Sydera plures,
Tale nihil quemquam dicunt feciſſe deorum.
Sanatus terrę proſtratus ſemina uitę
Poſtulat ęternę, quę mox data ſuſcipit ipſe.
Tunc mater Chriſto (Quid enim dubitaret?) adhęſit,

Et quod promiſit,compleuit mente fideli.
Tum magnam populi diuina potentia partem
Traxit ad immenſum patrię cœleſtis amorem.
Hincque ſuam fratrum repedat conuentus ad Vrbem,
Robore quaſſatas mentes firmare uirili,
Neue labent,fidei fortes opponere muros.
Auribus hoc iam Roma ſuis,quibus omnia, ſentit,
Et ſcelus approbat,atque nefas contemnere ſacra
Tarpeij Iouis,& magni ius Cęſaris ipſum:
Hoſtiles animo motus,& iurgia captat
Non odij ueteris,non cædis, non aliquantum
Abſtinet irarum,tanquam Barchina propago
Pullulet,& porta modo ſit cernenda latina;
Diſponit gladios,ſanctorum uiſcera ferro
Pręcipitem præceps ſcrutatum Valerianum
Dirigit;implent ut Carthaginis omnia plauſu
Mœnia;tympana cum cytharis,& barbitus, Vrbis
Pręfectum ueniſſe docent.Is triſtis ad ędes
It Reſtitutæ,nam linea ſanguinis alti
Regibus ex atauis inerat communis utrique.
Clauſerat illa domum ſonitu concuſſa ſenatrix,
Officiumque Deo gratum,pręconia laudis
Chriſticolis coniuncta choris,immenſa ferebat.
Hanc ita Pręfectus uerbis affatur ineptis,
Ni conſanguinitas,qua iungimur,ipſa uetaret,
Sacrilegam noſter gladius te iure feriret,
Et fieres canibus,truncato uertice,paſtus:
Euacuas leges,quibus eſt & ſubditus idem.
Terrarum dominus Cęſar;libamina ſpernis,
Quę teretem ſtabili conſeruant fœdere mundum.
Quis tua uipereo cordis penetralia uirus
Infecit? Quis & illuſtrem natalibus, atque
Forma,diuitijs,& ſenſu pręcipitauit
Crimen in obſcœnum? Veneris plus luce coruſca
Ora quis obduxit tenebris? Vbi ueſtis & illa,
Quę ſolet aurato plumata niteſcere cocco?
Quóue laborabas,ubi ſunt geſtamina cultus?
Non uideo digitos ſolito radiare Iacyntho,
Vlla nec in flauos rutilantia ſerta capillos:
Te tam deiectam,tam,uilem, tam tenebroſam
Numina fecerunt,hęc numina ſpreta rependunt.
Dixerat.Illa refert,Horas Præfecte fuiſſe

Me patris,atque uiri cum diuitijs opulentam
Exoticarum rerum,tum fundis, domibusque:
Omnia penè dedi pro dulci prole tuenda,
Atrox quam dæmon uexabat.Non ego Ianum,
Qui nunc Cluſius eſt,nunc ipſe Patultius idem,
Ridendum numen,donaui cum ſale farre?
Et caricis Ariſteum,boue culta Priapum?
Herbiferúque rudi ſeruantem ruris aſello?
Semicaprum Capro Faunum? Titanaque tauro?
Alciden raptis? cauſis immanibus orcum?
Mille Iouem uitulis? totidem te falcifer agnis?
Nonne racemifero feci ſolemnia Baccho?
Multoties etiam Veneri,Cererique litaui;
Sed mihi poſcenti non affuit ullus eorum.
Proh pudor à quibus auxilium decepta petebam,
Quorum pars ſtupris,pars cladibus ante uacabat,
Et furtis:alios Regno terriſque repulſos,
Exuſtos alios,omnes & morte retentos
Nouimus. Eſt ſed uera ſalus,medicinaque Chriſtus,
Qui me ſeruauit,natum ſaluauit,auerni
Faucibus abſtraxit, 2 meritis precibusq; ſuorum
Sanctorum,dęmon quos peſsimus omnibus horis
Nomine clamabat,quos & uirtute ferebat
Pręcipuos. His auditis, Pręfectus iniquus
Inquit,Dic ubi ſunt hi,quàue morentur,in urbe.
Cui ſic illa refert,Drumentinis potiuntur
Hoſpitijs.Victorem mox accire Tribunum
Prefectus iubet,& Drumentum dirigit,iſta
Mandans,Perge celer ſtipatus milite, ſæuos
Et fratres blaſphemantes decreta Deorum
Omnimodis inquire,repertos colla catenis
Nexos,fac noſtrum pręſentes ante tribunal.
Victor ad hoc animo faciendum tendit eodem,
Quo directus erat:ſed talibus excidit auſis
Ætherea uirtute repreſſus, repperit omnes
Orantes,uultum quibus intulit ipſe minacem,
Hęc referens: O turba deis inuiſa ſupremis,
Vos hominum crimen,quo certius omne piatur,
Spernere libamen populos ſuadendo docetis.
Donatus reſpondit; Auarum ſpero putares
Plenum diuitijs,ſi nil conferret egenis:
Rebus abundamus,quas uos & habere deceret;

2 Nota Chriſtus Saluauit filium uiduæ meritis et pr(a)ecibus ſuorum ſanctorum, quæ tamen nil aliud ſunt quam dona eius, eorũ liberum arbitriũ pro illius libera natura ad ita per gratificã gratiam iam receptã operandum liberaliter excitantis.

Hę ſunt cœleſtes,damus has cupientibus omnes,
Sponte Deo uiuo qui colla tumentia flectunt.
Victor ad hęc;Poſt ergo Iouem qui credat,& acrem
Non erit Alciden,ſi cuncti credimus iſtum
Eſſe Deum ſolum,quem dicitis.Inde beatus
Donatus dixit;Ratione probabimus apta,
Hos,Victor,non eſſe Deos.Hominum prior ætas,
Ante pererrato quàm cœli filius orbe
Saturnus naui Thuſcum ueniſſet in amnem,
Montibus & ſyluis uitam ducebat agreſtem,
Moribus & tectis,potuq; ciboq; ferarum.
Hic docuit tam diſperſos & legibus uti,
Et ratione frui,latium meritoq; uocari
Italiam,cuius tutus latuiſſet in oris.
Inde rudis Regem diuino cepit honore
Laudibus & ſummis extollere concio,uel quòd
Struxerat huic animos humanis cultibus ipſe,
Vel quòd adulanti ſibi pręmia grata ferebat.
Denique ſic charus proprÿs cum ciuibus eſſet,
Mortuus effigie quò donaretur acerna,
Eſt uiſum populo,quæ teſtaretur amorem,
Imperiumq; ſui:quem poſteritas coluiſſe
Dicitur,ut cupidos faceret de more ſequentes
Ad bene regnandum.Sic India maxima Bachum,
Creta Iouem,Venerē Cyprus,Plebs Delphica Phębum
Nobilis atque ſamus Iunonem,Troiaq; Martem,
Alciden Lindus,ſacrauit Roma Quirinum.
Vt reliquos taceam,Saturnum pectore ſano
Eſſe Deum cenſes,qui nati ceſſerat irę,
Qui pulſus Regno fugit,latuitq; tot annis?
Quoue modo credis non uim,mortemq; timere,
Qui fugit,ut lateat?qui nullam ſperat habere,
Ad pelagi fluctus niſi confugiendo,ſalutem?
Quis Deus hic erat?Hinc ſequitur,quòd celſa poteſtas
Natorum non ſit,cum non fuit ulla parentis.
Ergo nec Alcides Deus eſt,nec Iuppiter ipſe.
At uerè Deus eſt,cui nulla ſuperflua,nulla
Imperfecta ualent,aut extera,prorſus ineſſe.
Hic de materia nulla,nec pondere quouis
Mundanam molem tam mira condidit arte
Caſibus addictam nullis,ſed creditur,eius
Perpetua ratione regi,uirtute tueri.

Hunc homines infelices cognoſcere nolunt,
In ſimulachrorum dum corda ſuperſtitione
Deponunt,& ſublimem,quem conditor idem
His dederat uultum,quo poſſent cernere cœlum,
In terram flectunt potius,quęruntq; deorſum,
Quod debent ſurſum. Quantum ſit mente minutus,
Dicere quis poterit,ſtatuas qui poſcit,& orat?
Atque die toto ſuſpirat,ſupplicat,aſtat?
Aſsidet illis,ſiue ſtipem iacit,aut litat? Et cum
Suſpiciat tanto ſtudio,qui fecerat illas,
Contemnit fabrum? Quę res peruerſior iſta,
Si ſtatuarius eijcitur,ſtatuę uenerantur,
Quiq; Deos fecit,uotis non poſcitur ullis?
Quam'ue poteſtatem,quam uim retinere ualebunt,
Cum qui fecerit,haud habeat? Sed nec faber illis
Quos habuit ſenſus,audire,uidere,alioſq;
Ferre quidem potuit. Viuum,qui uiuere quęrit,
Eſſe Deum credat: Moriatur nanq; neceſſe eſt,
Qui ſe defunctis adiudicat. Eſt tibi, Victor,
De Ioue,uel reliquis dubitatio quęlibet? Vna
Victor ait,tantum;cur effigies dare poſſunt
Supplicibus reſponſa ſuis: Nam quòd deitatis
Nil habeant penitus,facili ratione probaſti.
Donatus dixit: Res,de qua conſulis,hęc eſt
Humani generis deceptio,pernitieſq;,
Vnde quod emergat,rationem ſi cupis,edam.
Has prius in ſpecies quàm pontus,terra,poluſq;
Extarent,opifex rerum Deus arte ſuprema
Compoſuit Cherubin,Seraphin,necnon aliorum
Agmina ſpirituum;quos inter condecorauit
Sic mirabilius,ſic & pretioſius unum,
Eius ad ornatum reliqui quaſi ueſtis ut eſſent,
Quo pretioſa nimis tantorum gloria longè
Pręcipuum faceret,cui non ęquabilis eſſet.
Qui cum ſic inter ſociorum caſtra niteret
Perſpicuè,ſtellas uelut inter Luna minores,
Mox maieſtati diuinę,qua fuerat tunc
Inferior tantum,ſimilem ſe poſſe putauit,
Atque parem fieri. Sed quid latet Omnipotentem?
Dum cupit hęc,cecidit,ſecum deiectus & ordo
Nequitię fuit eiuſdem;genus unde creator
Protinus humanum finxit tellure madenti,

Cui patriam,decus,& lucem præberet eorum;
Id quoque militię bonitatis amore ligatę
Æquandum numero decreuit prole futura.
Principioq; uirum cum coniuge protulit orbi,
Et poſuit medijs paradiſi in fructibus,illi
Mandans,Ex omni paradiſi ueſcere ligno,
De ligno uerò ne mande boniq; maliq;,
In quo conſiſtit nocitura ſcientia uitę,
Mortis & intentans pœnam,ſi forte fuiſſet
Hęc tranſgreſſus homo.Sed apoſtata,ſpiritus ille
Vidit,& inuidit,doluitq;,quòd unde ſuperbus
Decidit,humano generi locus ille daretur.

Tunc oculis Euę dirum ſe uertit in anguem,
Arboris & uetitæ ieiunia ſoluere fructu,
(Res erat hæc etenim pulcherrima)ſuaſit,& illa
Decepit decepta uirum;mox delitiarum
Cum conſorte loco caruit,uitamq; perennem
Qui fruiturus erat felix,niſi culpa fuiſſet,
Præcepti,pœnę,uel muneris immemor idem
Perdidit,& mundo regioni mortis adhęſit.

Hoc ita confuſo,lamentum,mœror,& angor,
Et dolor,obtrectatio,deſperatio,luctus,
Erumna,angor,ſolicitudo,moleſtia,languor,
Et metus,atque pudor,pauor,exanimatio,terror,
Ira,libido,odium,diſcordia,ſi qua uel huius
Sunt generis,genus omne ſuum cepere priusq;
Poſt protoplaſti delictum peſtifer egit
Angelus immenſum facinus liuoris iniqui,
Perderet ut frater fratrem.Scelus inde,nefasq;
Crimen,& omne malum Domino cœliq; ſoliq;
Inuiſum docuit populos,tantumq; ſubegit
Hos,ut adorarent,ſpreto factore creata,
Aëra ſcilicet,& terram,pontumq;,polumq;,
Ignem,ſydera,ſtellas,fontes,flumina,uentos,
Et nemora,& lapides, immania monſtra ferarum,
Vel quicquid ſolui poterat,ſtatuasq; deorum,
Per quas deceptis reſponſa nociua referret,
Inſtituit,iuſsitq; coli,ſic impulit illos
In barathrum mortis, quo ſe miſer excruciandum
Nouerat æternum:Fuit hoc miſerabile cunctis
Ius mortalibus impoſitum,dum cunctipotentis
Filius humanæ ſumma pietate ruinæ

Compatiens,mirabiliter de Virgine carnem
Sumpſit,& effuſo pretioſo ſanguine priſcum
Soluit delictum,culmen credentibus atque
Præbuit,unde prius primi cecidere parentes.
Hinc eſt,quòd Sathanas doctiſsimus arte nocendi,
Nam nec momento deſiſtit perditus uno
Exercere nefas;regesq́;,ducesq́;,tribunos
Chriſtum confeſsis multos facit eſſe tyrannos,
Vt pereat ſecura fides,quam ſæpe doloris,
Interitusq́; ſui cauſam uidet eſſe ſecundi.
Hic tuus,ò Victor,Iouis eſt,Saturnus,Apollo,
Hic cyrrhea quidem ſecreta retexit,& iſte
Anſeris horrenda capitolia uoce tuentis
Ignauum numen peiores ut pote cunctis
Gentibus edocuit Dominos ſeruire Quirites.
Nunc agè,ne cęcus furor hic te perdat,& error
Tantis ſupplicijs,ex toto corde fatere
Eſſe Deum Chriſtum,ſacroq́; renaſcere fonte.
Victor ut à cuncto fratrum pia dicta ſenatu
Hæc ſenſit,cum militibus diuina ſalutis
Perpetuę lętus ſuſcepit munera.Longo
Cumq́; moram uetitam feciſſent tempore,plures
Qui caperent illos Pręfectus miſit,& omnes
Compedibus nexos Carthaginis arce retruſit.
Iamq́; dies alius comitantes ocia ſomnos
Expulerat,roſeis ſolaris ſtella quadrigis
Ibat in excelſum,ſibi cum iubet ante tribunal
Adduci ſanctos acer Pręfectus,eosq́;
Increpat his uerbis:ſummosq́;,hominesq́;,deosq́;
Iure quidem rebar ſtudijs huc uſque colendos
Omnibus,irrita nec digitis incendere thura,
Vana nec orantem me ſoluere uota putabam.
Vos(ut comperimus)nixu quocunque ualetis,
Exhibitos ſuperis tot religionis honores
Temporibus cunctis,contemnitis, eſſeq́; nuſquã
Neſcio quo pacto tamen,hos impunè probatis.
O quotiens,quotiens eſſet mihi cultus inanis
Victima perniciem,ſed non latura ſalutem.
Talibus ipſe fidem forſan nugis adhiberem,
Ni Iouis auxilijs mundus confideret omnis,
Illius & nutu Romana potentia ſemper
Mitteret indomitas ſub fortia fœdera gentes.

Sed

Sed uos obteſtor per cœli numina, qui nunc
Orbis ad exitium ſcelus hoc defenditis, unde
Improba tam dirum primum mens iſta uenenum
Hauſit, & Herculei fœdum plus ſanguine monſtri.
O pietas innata deis, quę ſola furentes
Blaſphemosq́; reos non mortis damna ferendo
Perdit, ſed patria tantum bonitate monendo
Suffert; nam meritò uos iam palus illa teneret,
Quę negat aſcenſus inferna petentibus umbris,
Si quemquàm ſuperis hęc ob maledicta placeret
Perdere. Denique nos, quibus eſt iniuria nulla
Auribus iratis non admittenda deorum,
Dignos ſupplicijs decernimus omnibus illos,
Qui contra patrias leges pia ſacra refutant.
Sacrificate deis, ceſſet uesania ueſtra
Vltra diuinos animis audacibus, auxit
Quos Dominus Cęſar terrarum, ſoluere cultus.
Sin aliter per Cęſaream tormenta ſalutem
Pręcipites acerrima uos ſub tartara mergent.
Maximus hic furor eſt, inſania maxima, crimen
Grande, ſcelusq́; nouum, cœleſtia numina cuidam
In cruce crudeli poſtponere morte perempto.
Finierat. Retulit Donatus uerba quieto
Pectore, corde pio, facie, uultuq́; ſereno,
Fratribus adnitentibus: O Pręfecte, refelli
Quàm facilè poſsis, conflictus hic ipſe docebit.
Sacra deis ueſtris nunquam facimus, neque thura
His incendimus; hunc proprijs infundat amorem
Supplicibus, quibus auxilium Tarpeius, opemq́;
Fert Iouis ille ſuam, ſolito qui fulmine rupem
Terret: non odium nobis ualet eius obeſſe,
Non amor ipſe quidem, non trux ualet ira timorem
Addere; ſi qua tibi uis eſt, licet experiaris
Vtrum dęmonibus poſsit plebs cedere Chriſti.
Sed uolumus te noſſe, quòd hoc certamine cuncti
Poſſumus occidi, uinci non poſſumus, & quòd
Defunctus noſtrum fuerit quicunque, ſuperſtes
Fortior apparebit, erit uictoria noſtra,
Virtus noſtra, uigor noſter, noſtrumq́; trophęum
Crux Chriſti, quod polluto ſcelus ore uocaſti
Infremuit Pręfectus ad hęc: Tunc mandat in omnes
Fuſtibus hos animaduerti. Conſtanter ad ictus

Corpora multiplices tenduntur ſacra, cutiſq;
Scinditur, atteritur caro, ſanguis defluit, oſſa
Franguntur, nudantur uiſcera, ſpesq;, fidesq;,
Et dilectio ſola manent, quæ tam cruciatus
Immanes ſuperant; tantum ſunt dulcia Chriſti
Præmia militibus. Poſt iſta pericula tetro
Carceris, & diro ſancti religantur in antro,
Vt Regi, ſi res ſinat, omnes Maximiano
Repræſententur; media cum nocte repente
Cœleſti fulſit cuſtodia lumine, quod non
Lumina cuſtodum ualuerunt ferre; ſed unus
Ex his dum ſtudioſius intendit, profitetur
Amiſiſſe ſuum; factumq; ſtupentibus ipſis,
Angelus in tantis fulgens ſplendoribus inquit;
Miſit me Dominus diſſoluere uincula ueſtra.
Dixerat, & ſubitò quibus arctabantur eorum
Colla, manusq;, pedes, ruptæ cecidere catenæ.
His mirabilibus carthago ſuperba mouetur,
Exultat populus, collaudat & Omnipotentis
Chriſti uirtutem, ſanctos ueneratur, iniquum,
Immanem, ſæuum, uiolentum, carnificemq;
Dicit Præfectum, cuius furor impietatum
Tranſcendit metas, humanæ rupit & ipſa
Fœdera naturæ, quem mentis non pudor ullus
A' ſcelerum tanto ualuit reuocare reatu.
Senſerat attonitus populari uoce tyrannus
Ciuibus execrabile factum diſplicuiſſe,
Mœnibus atque uiris illuſtrem fortibus urbem
Coniurare timet, uel, quod ſolet ipſa, rebellis
Ne fiat, ne plus noceat, ne denique contra
Arma furor reparet, timido tum pectore curas
Colligit ingentes; & ſecum mente uolutat,
Quid ſit opus facto, nec eum ſuffragia poſſunt
Vlla, fugam præter, cauſa quacunque tueri.
Noctis ad ingreſſum nauem de littore ſolui
Secreto iubet, & trucius dubium uariumq;
Carpit iter pelagi, nocturna ſilentia rixæ
Eripuere metus, & cuius luce potiri
Non potuit, tandem tenebroſo tempore ſumpſit
Noctis amicus opem; nullum formidinis ultra
Stare locum reputauit amens, ſed perdere ſacra
Intrepidus ſæuis deuouit corpora pœnis.

Proſpera gauiſi,ſicut rebantur,in altum
Vela dabant nautæ.procul & Carthaginis altæ
Mœnibus abducti gratam tribuere quietem
Corporibus feſsis;ſubitò cum turbidus Auſter
Aëra concutiens rutilantia luce ſerena
Sydera condenſis,& nubibus abdidit atris:
Flatibus horriſonis uaſti maris unda procellis
Intumuit.Trepidę nauis tunc rector in omnes
Clamat,ut euigilent,pelagiq; proteruia,monſtrat,
Quanta paret,totumq; polum Zephyrisq;,nothisq;,
Et mare confuſum;neſcit qua parte carinam
Obuertat;ferit hanc contrarius undique uentus.
Enſifer Orion ſydus trepidabile nautis
Solus habet cœlum:dux quæ ſolet eſſe uiarum
Congrua temonis non lucet ſtella minoris:
Omnibus efficitur momentis ſæuior ira
Ponti:puppe,ſimul prora dextraq; ſiniſtra
Intrat parte fretum,deſperat quiſque ſalutis
Auxilium;Iam Præfectum ſuprema minantem
Pœnitet aufugiſſe,ſuperos,Acherontaq; poſcit,
Votaq; decernit non perficientia quicquam.
Vertitur ad ſanctos,ſi forte iuuamina ferre
Poſſent in tanto caſu;tandem uocat omnes
Nominibus fratres,rogat hos,oratq; ſuperna,
Quam profitebantur,uirtute fugare procellas.
Cui mox archano ſic reddunt pectore uoces
Donatus,Felixq; ſacras:Præfecte,nocentem
Si te numinibus,quæ cunctis excolis horis,
Omne ſcelus faceret,non plus irata nocere
Deberent merito tibi,quàm tot mortibus ultra:
Nec dici fas eſt,ut iuſti quidlibet in ſe
Obtineant,operantibus illis ſi modo credas
Eueniſſe nefas tantum:ſed credere quemquàm
Mente quidem ſanum nequaquam poſſe putamus,
Vt bona,uel mala,quæ non ſunt,tua numina præſtent.
Ergo ſuperſtitioſa nimis cultura recedat
Prorſus,& à ſolito læſum libamine pectus
Fac cures,Chriſtumq; colas,ſimulachra refutes,
Vt quòd te pudeat quæ dæmonis arte maligna
Feceris,hinc certè maris indignatio ceſſet.
Et Pręfectus ad hęc:Mihi res hęc iuſta uidetur,
Numen adorari,quod tanta pericula ſoluit;

Nec tam praua mihi mens eſt,nec dira uoluntas,
Vt cuius fuero liber uirtutibus,illi
Ingratus fiam ; tantum ne corpora noſtra
In tumulis tumulare ſuis mare poſsit iniquum,
Scilicet horrendo ne belua quælibet ore
Sorbeat,efficito precibus.Sic fatur;at illi
Protinus incipiunt aures pulſare tonantis
Vocibus his:Elementorum dominator,& author
Chriſte Deus,cui tam pelagi,quàm cætera rerum
Inclinat natura caput,quę prodere nunquàm
Pręter te potuit,proprias nec condere uires,
Has ponti depelle minas,non iuſta tyrannum
Vltio,tot miſeros non inſipientia mergat,
Quamuis hoc meruiſſe ſuo pro crimine certum
Sit,tamen his emptis pretio maiore cruoris
Vt faueas inſtare licet,tu fons pietatis,
Spes ſolaminis,auxilij fiducia,uitæ
Subſidium,portus requiei,ſemita pacis,
Irradia miſeris,pereuntibus auxiliare,
Erige labentes,mergentes excipe,ſicut
Quondam diſcipulos his caſibus interituros.
5 Talibus in dictis 5 condentia nubila cœlum
Et hic uide mirum orationis effectum. Diſcedunt,ultra nec tangere fluctibus audet
Æquoris ira ratem ; leni componitur aura
Tunc facies pelagi,tumidi maris unda paludis
Efficitur ſtagnum.Iam fletus omnis amaros
Nauita compeſcit,gaudetq; timore fugato,
Se nimis horrendę mortis fugiſſe ruinam
Sanctorum meritis,multiq; repentè ſecuti
Sunt Chriſtum:ſolus mendaci clamitat ore
Pręfectus,uirtute Iouis pacata uideri
Æquora,ſeq; Iouis tantum munimine tutum,
Atque reſeruatum patrię,conciuibus,aris.
Acta ratis uelo,iuuenum ualidisq; lacertis
Felici curſu ſiculis allabitur oris ;
Pręcipitis memores fluctus,mirabile ducunt
Heſperię tetigiſſe ſolum,littusq; tenentes
Optata potiuntur humo,ſpatiantur harena.
Inde uenenatis tentat configere telis
Alloquij Pręfectus amens penetralia caſta
Sanctorum,ſtabili promittens fœdere,tantum
Sacrificare Ioui placeat,fore ſemper amicos

Cæſaris,auctos diuitijs,& honoribus illis,
Quos nouit patribus Romanis ferre ſenatus.
Nil agis,ô Præfecte,putas corrumpere uerbis,
Quos noris pœnis nullis potuiſſe moueri.
Inconcuſſa fides non excutietur ab illis
Verborum phaleris,quam nec mucro remouebit,
Cum ceruicibus inſtiterit uibratus eorum.
Viribus hinc iterum nautę pro tempore ſumptis,
Altius æquoreas trepidantes ire per undas
Proponunt,littus remis pulſare ſiniſtrum,
Perq; Syracuſios portus,Cathinosq; meando,
Meſſanos tandem,uentis ſpirantibus,intrant;
Hincq; renaſcenti tenebris Phaëtonte repulſis,
Regia Lucanis urbs nobilitata colonis
Hos recipit;nec iam Prętecto,credere ponto
Seq;,ſuosq;,placet;Via quęritur altera nulli
Cognita nauigio,tunc Imbritiamq;,Locrosq;,
Quaq; Cuſentinus ſuaues ager efflat odores,
Linquunt præcipiti curſu,Scyllatia rura,
Et mare Tyrrhenum,calabrosq; notantia fines
Sanctorum ſenſere pedes,ſenſere catenas
Colla recuruantes gemmis meliora,uel auro.
Extimuitq; duces Aphrorum nomine priſco
Drumentina phalanx,forteſq; Potentia uidit,
Atque triumphantes diſtinguens Apula rura
A Calabris,& Lucanis. Vbi uerba Tyrannus
In faſto recitanda die,reticenda nefaſto,
Sede tribunali dicturus,quatuor ex his
Officio citare iubet,qui ſic uocitati
Sunt,Arontius,Honoratus,Sabinianus,
Et Fortunatianus,quos conuenit amicis
Dictis: O quoties monui uos cultibus uti,
Quos,ſua poſt ſuperos qui dat moderamina mundo,
Magnus amat Cęſar;ſi non inſania ueſtram
Confundit mentem,uel nunc parete ſupremis
Thura cremando Deis. Cui ſic Arontius inquit;
Vt dijs ſacrificet noſtrum quem torſeris,optat
Pro Chriſto plecti,ꝗ uiuere pro ſimulachris.
Vix bene deſierat,reliqui cum torua minanti
Pręfecto referunt;Aliud nil dicimus ultra,
Nec facimus,quàm quod fratris uox ſacra probauit.
Indignatus ad hæc ueſana mente Tyrannus

Hos iubet occidi quintæ ſub luce diei
Ante Kalendas Septembris: poſt in Venuſinam
Vrbem, alia redeunte die, uenit: hic quoque fratres
Hi, ſeptiminus, Felix, Ianuariusq;,
Conſolidata ſibi fidei documenta tenentes,
Et manifeſtantes uirtutum præmia Chriſti,
Cœduntur gladio ſub eadem luce. Recedens
Inde Tyrannus Velimanum tendit, ibiq;
Plenus quæſitis epulis terraq;, mariq;,
Et uino, quod gemma capax, aurumq; ferebat,
Plus ſed adhuc ſitiens humani ſanguinis hauſtum,
Ante recumbentes allatos decapitari
Iuſsit Vitalem, ſatorum, Repoſitumq;,
Virgine ſub Quarto ſolem referente Kalendas.
  Vltima lux magno finem poſitura labori
Magnanimos ſummoſq; duces, & robora belli
Ad quæſita diu poſcebat prēmia, cœli
Regia ſigniferi reliquos exceperat omnes.
Congaudete 4 polo celebres, quos celſa triumphis
Curia ſupremis inter ſua ſceptra locauit,
Patritios fecit, Dictatoreſq; creauit,
Non, Capitolina uelut eſt in rupe ſtatutum,
Semeſtri ſpacio, ſed tempore perpetuali.
Nam neque diuinis humana potentia rebus,
Nec honor æterno breuis eſt æquandus honori.
  Conſulis ad culmen tendentem cura ſenatus,
Plebis & aſſenſus magnis, maioribus inde
Erigit officijs, intercurrentibus annis,
Et maieſtati tautæ ſic præbet honorem,
Vt tamen hic ſolo non amplius imperet anno.
Egregius Chriſti miles ſemel omnia ſumit,
Omnia ſemper habet, prætoria, iura, curules
Sedes, & ſummos apices, non temporis illi,
Non alius caſus, non ius, non ulla poteſtas
Auferet imperium; tanti ſunt quippe uigoris
Prēmia perpetuis non deficientia gazis.
  Euolat interea Prēfectus uerſus Ecanam
Vrbem, quam uulgus mutato nomine Troiam
Dicit, & in fundo quodam remoratur eundo.
Huius erat fundi perpaucis auribus uſa
Fama prius, ſed martyrio prēſtante decorem,
Terrarum, qua geſta ſonant, ſentianus ubiq;

4 Vides ſanctorũm animas poſt mortem recipi in cœlo.

Fertur,& eſt multis monumentum Relligionis.
Hic Donatus,& alter Felix ſiſtere iuſsi,
Hoſtiles bello confringere uindice uires,
Atque coronari,ſed non niſi ſanguine fuſo,
Exoptant:non terret eos crudele Tyranni
Iudicium,non & Phalaris miſerabilis illa
Pœna,nec ungula diſcerpens penetralia,ſed nec
Anceps in iugulum gladius condendus;inane
Ducunt certamen,ſi ſeſe corpore nudo
Hoſtibus obiectent;orbem q̃ uincere,plus eſt
His in agone mori;norunt ita namq; coronas
Germanos meruiſſe ſuas.His inclyta fratrum
Portio,quæ ſupereſt,Dominum firmata precatur.
 Iuſtitię Deus omnipotens & amator,& author,
Conſcie uotorum,pariles attende,labores
Fraterni placuere tibi,placeant quoque noſtri,
Nec patiare tuo ſumpti pro nomine belli
Victores non eſſe;duces,te remige,fratres
Quòd gratæ portum primi ſubiere quietis,
Innumeras tibi nos agimus grates,& habemus.
Hoc ſolum pietate tua concede,rogamus,
Vt quos una fides,affectus,ſanguis & unus
Germanos fecit,meritum non ſeparet ullum.
 Hęc inter Pręfectus eos accerſit,& ante
Armatas acies ſit increpat ore minaci:
An ne duces ſcelerum uos eſtis,ſolicitantes
Fraternos animos mortem præferre ſaluti?
Ergo ne tam dirum putat improba ueſtra uoluntas
Tot populos ſeruire deis?cenſetis & eſſe
Cœlicolis libare nefas,quod Regna,quod Vrbes
Innumerę faciunt? Iam nunc primordia ueſtra
Quę fuerint,res ipſa docet;peiora probabit
Infelicior euentus:mutate malignam
Mentem;peruerſum,ſimul & reprobabile ſcite
Pręferri polluta ſacris;deſiſtite ceptis,
Pœniteatq; negaſſe Deos,dum tempus habetis
Mutandi uotum;ſacros celebrate penates,
(Si dici fas eſt) quos Cęſar,& orbis adorat,
Eſſe ſacros;aliter ſententia uos capitalis,
Vt reliquos,feriet.Sic fato fatur uterq;
Fiſus nulla ſibi contraria poſſe nocere.
A nobis moniti fratres felicibus armis

Perfidiam uicere tuam;nos turpe putamus
Cedere,qui ſemper ſocios inſtruximus hoſtem
Vincere;pro nihilo tua ducimus omnia dicta;
Teq́;,tuosq́; Deos contemnimus,eſſe retruſos
Quos ſcimus barathro,non cœli ſede locatos
Cœca tibi rabies obtutus cordis ademit,
Nec uerum ſpectare ſinit:mendacia tantum,
Quæ ſemel admiſit tunc in puerilibus annis,
Seruat adhuc pectus;quem non fortuna ſaporem,
Non ualet ingenium,non immutare ſenectus.
Sed tamen hoc animi ſtudio quòd iura tueris
In præfecturę cõmiſſo munere,poſſes
Vel modicè tecum reputare,ſceleſta deorum
Geſta quid exhibeant:An non ibi furta leguntur?
Non & adulterijs maculata cubilia?ſcorta?
Iurgia,conflictus,periuria,damna,rapinæ?
Inceſtus,rixæ? pellex ibi filia matris?
Et pater eſt natæ coniux,fraterq́; ſororis?
Hi poſſent habitare polum,quos uilis inopsq́;
Vrbs excluderet? Adde domicilium quibus ipſum
Dicuntur decoraſſe modis immanibus;omnis
Atque feris plenus beluis oſtenditur æther.
O decus occultum Tarpeium,qua ratione
Monſtrorum ſedes diuina putabitur ædes?
Quis pecudis uellus,quis taurum parte latentem
Dimidia,quis Tyndaridas,Cancrumq́;,Leonem,
Virginis & thalamum,chelas,& Scorpion atrum,
Arcum non unq̃ uacuum ſtridente ſagitta,
Illic impoſuit?Capricornus,Aquarius,atque
Piſces ſunt ibi:ſerpens cum geminis micat Arctis:
Pegaſus,Eridanus,Centaurus,& Hydrus,& Argo
Illuſtrant cœlum. ſunt hęc credenda peritis,
Et dominis Terræ? Non uos fidei pudet huius?
Cornigeros tua Roma Deos fallens,ſecus undam
Fontis Auentini,quos nunc religauit,adorat:
Semicanemq́; uirum colit,& phantaſmata cœlo
Credit,& eſſe docet,nolentes credere multis
Supplicijs lacerat:quàm perdita,quam furioſa
Sit,Præfecte patet.Cur non reminiſcitur eius,
Qui mare,qui terras ſibi contulit,atque ſubegit,
Arbitrio curanda ſuo,qui principiorum
Eſt ortus ſine fine manens,qui protegit omnes

Inuicta

Inuicta uirtute ſuos,qui fortibus aulam
Cœleſtem confert? nox non ibi lumina condit,
Non ſol iſte diem facit;at ſunt omnia plena
Luce creatoris,cuius recreantur odore,
Affectu gaudent,paſcuntur amore fideles.
Tunc Præfectus eos feruenti concitus ira,
Suſpendi manibus iuſsit poſt terga ligatis,
Torqueriq; diu clamantes:ſint tibi grates
O Ieſu pie,qui nobis tormenta ferendi
Virtutem præbes. Inſtanti tempore noctis,
Diſtulit immitis pœnis certare Tyrannus.
Semineces nox una leuat.Redeunte diei
Luce,cruenta deis libamina ferre iubentur.
Nolunt,nolentes deflectunt colla,minaci
Truncantur gladio,corpus mortale repellunt,
Mercedem [5] ſumunt æternam.Taliter ambo
Septembris primo cum ſole ruente ruerunt.
Victuri cum Rege Deo,cum ſole perenni.
Tunc Marcus præſul uenerabilis urbis Ecanæ,
Cum [6] clero ueniens ſanctorum corpora noctu
Detulit,& pretij fundens opobalſama magni,
Atque peregrino peregrinis rebus odori
Permixtis ſtudio,ſolennibus & celebratis
Exequijs,eadem ueluti res tanta petebat,
Mœnibus in proprijs ſummo tumulauit honore.

5 Si ſancti æternā mercedem ſumunt, meritum habent apud Deum obſeruata ab illis eius mandata, quod illis cū ex parte diuinæ promiſsionis; tum ex ſpiritus ſancti gratia, ſeruationis huiuſmodi radice prouenit.

6 Ecce Catholicæ Eccleſiæ antiquum morem ſepeliendi Chriſtianorū corpora cum clero,cum odoramentorum ſuauitate, cum ſolennibus exequijs. Quid hic dicere poſſunt Lutherani?

VITA BENEVOLI SERVI DEI per Caſsiodorum Senatorem deſcripta.

Habetur hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tripartitæ lib.9.cap.20.

Sozomenus.

CVm populus ſingulariter diligens Ambroſium repugnaret, & trahentibus eum ad exilium ualde reſiſteret,magis indignata Iuſtina uocauit Beneuolum tunc Quæſtorem,iubens ut uelociter proponeret legem,quę fidem prolatam Arimini confirmaret. Cumq; ille hoc agere declinaret(erat enim Orthodoxus) maioribus cum cingulis inuitabat. Beneuolus autem diſcingens ſe balteum ante pedes Auguſtę proiecit,dicens,Non illum honorem,neque maiorem uelle ſe pro impietatis habere mercede. Cumq; ille hoc facere omnibus modis refutaſſet, inuenti ſunt alij, qui nequitiæ iuſsionibus miniſtrarent.

Habetur hiſtoria Eccleſia.lib.11. cap.16

ITEM DE EODEM PER RVFFINVM presbyterum Aquileienſem.

INterim dictanda aduerſum patrum Imperialia decreta mandantur Beneuolo tunc memoriæ ſcriniis præſidenti. Sed ille, cui ab incunabulis ſacra fides & uenerabilis fuit, abnegat ſe impia uerba poſſe proferre,& contra Deum loqui. Tum uerò,ne inceptum Reginæ fruſtrari uideretur,celſior ei honor promittitur,ſi impleret iniuncta. Ille qui nobilior in fide eſſe, quàm in honoribus cuperet: Quid mihi,ait,pro impietatis mercede altiorem promittis gradum? Hunc ipſum,quem habeo,tollite,tantum mihi conſcientia duret illæſa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum iecit.

Habetur in eius operibus nondũ excuſis. Et eſt epiſtola nuncupatoria ad eundem.

ADHVC DE EODEM BENEVOLO per D.Gaudentium Epiſcopũ Brixienſem.

Seruo Chriſti Beneuolo Gaudentius.

COmmunis uoti fuerat,ut ea,quæ de diuinis eloquiis per Paſchales dies proximè præteritos explanaui, coràm ualuiſſes audire. Cum enim ſemper, tum præcipuè diebus feſtis præſentia tua nobis meritò grata eſt in Eccleſiæ Brixianæ conuentu: nam ſicut honoratorum noſtrę Vrbis,ita etiam Dominicæ plebis, Deo annuente, digniſsimum caput es,quia non minore diligentia ſeruare ſtudes Dei præcepta,quàm diſcere,robuſtam catholicæ fidei profeſsionem præclarę uitæ meritis æquiparare cõtendens;ita ut habeat ſyncera 1 fides opera ſuę puritatis nitore condigna. Qua in re maximus dicentis fructus eſt,& immortalis utilitas audientis,dicente Apoſtolo:Non auditores tantum,ſed factores legis iuſtificabuntur apud Deum.

1 Vides ubique quod ſyncera fides habere debet opera pura eã concomitantia? Quæ ſi deſint cum adeſſe poſſunt,non eſt illa fides uiua & efficax, ſed mortua & inutilis.

Nec mirum ſi hodie taliter in timore Domini conuerſeris,qui nec dum percepta Baptiſmi gratia, ita pro fidei cœleſtis ueritate pugnaſti,ut imbutum te admirabilibus doctrinis Apoſtolici per omnia uiri patris noſtri Philaſtrii tantę Conſtantię teſtimonio approbares. Noſtri nanq; temporis Regina Iezabel, Arrianę perfidię patrona, ſimul ac ſocia, cum beatiſsimum perſequeretur Ambroſium Eccleſię Mediolanenſis Antiſtitem,te quoque ea tempeſtate Magiſtrum memoriæ,oblitum ſalutaris fidei arbitrata,contra catholicas dictare eccleſias compellebat.Quod ne faceres,ultrò & promotionis pollicitæ dignitatem,& ambitionem ſeculi,gloriamq; mundanam pro Dei gloria cõtempſiſti, magis eligens priuatus uiuere, quàm mortuus militare. Verè enim 2 moritur apud Deum,qui ab Apoſtolicæ fidei ueritate diſcedit, cui Chriſtus, qui uita dicitur, & eſt, amputatur, dum coæternæ Trinitatis homouſion deneganti ſubtrahitur.

2 Si moritur apũd Deũ quiſquis ab Apoſtolica fidei ueritate diſcedit, cogitet quilibet utrũ hæretici noſtri temporis uiuant, uel mortui ſint.

Sed ut ad propoſitam cauſationem redeam, ex ingenti ægritudine tuũ tunc adhuc corpus inualidum, ne ſupradictę feſtiuitati intereſſes, inhibuit. Vnde uehementer dolebas animo, fraudem tibi bonorũ ſpiritualium reputans peccatis urgentibus irrogatam: ac propterea ueluti ſingulare quoddam diſpendio memorato remedium magnopere exegiſti, ut ſcriberem quid unaquaque die illius ſacratiſsimæ hebdomadis, ſanctæ fraternitati à me expoſitum meminiſſem. Quod planè ego mediocritatis meæ conſcius literis non mandarem, niſi tu religioſa inſtantia compuliſſes. Satis eſt enim mihi, ſi inſtruere cõmiſſam plebem uiua ſaltem uoce ſufficiam.

Sciens itaque uirum diuinæ ſapientiæ amatorem, non ſuper aſſertione inutilium rerum, inanis eloquentiæ pompam quærere, ſed ſalutarem de ſcripturis ſanctis explanationum congruentium deſiderare doctrinam, ſcribere tibi aggrediar, omnino ijſdem ſenſibus, & fortaſſe etiam uerbis, quibus me in Eccleſia locutum eſſe reminiſcor; ut loquelam meam, qualiſcunque eſt, facilè, cũ legeris, recognoſcas. Quatuor præterea breuiores tractatus, quos de diuerſis capitulis Euãgelij apud te olim fuiſſe prodidiſti, & Quintũ de Machabęis martyribus emendatos tibi, qñ cogis, remittam, ut eos, ſi ulla utili memoria dignos arbitraris, in poſtrema parte ſchedæ huius ſimul trãſcribendos adiungas.

De illis uerò tractatibus, quos, notarijs (ut comperi) latenter appoſitis, proculdubio interruptos, ac ſemiplenos ocioſa quorundam ſtudia colligere præſumpſerunt, nihil ad me attinet: mea iam non ſunt, quæ conſtat præcipiti excipientium feſtinatione conciſa. Vereor tamẽ, ne aliqua ſub ſermonis mei titulo ſanæ fidei inimica alieni errores inuoluant, & efficiantur ſempiterni criminis rei, qui fuerint incautæ præſumptionis authores. Ergo quomodo deſiderio tuo negare operã non potui poſtulatam, breuiter tibi prius oſtendam, non ſemper ægritudinum plagas pro peccatorũ cumulo noſtris corporibus irrogari.

INCIPIT PROLOGVS IN PASSIONE BEAtiſsimi martyris Placidi diſcipuli beatiſsimi patris noſtri ſancti Benedicti & fratrum eius, Victorini, Eutichij, ac ſororis Flauiæ uirginis, Donati, Firmati diaconi, ac Fauſti, & aliorũ triginta edita à Gordiano eiuſdem martyris famulo in noua Roma Conſtantinopoleos iuſſu Iuſtiniani magni Imperatoris.

Ex Bibliotheca Vaticana, & libro uetuſtiſſimo manu ſcripto exemplata.

IN claro & renitenti triumpho beatiſsimorum martyrum Placidi, Euthichij, & Victorini fratrum, eorumq; ſororis Flauiæ uirginis, & ſociorũ triginta ac trium laudes aliquas addere ocioſum quiddam

& ſuperuacuũ eſt. Quos enim Chriſtus in cœleſti regno locauit,quos etiam cũ angelis & archangelis indiuiduam maieſtatem laudare conſtituit,Hos nimirum hominum laudibus non egere monſtrauit. Verum quia omnes ſpiritus & omnes creaturas ad Domini laudem pſalmographus uates inuitat, operepretium reor ego Gordianus patris Benedicti diſcipulus, ad Regis æterni gloriam eorundemq; martyrũ paſsiones almificas argolicis apicibus annotare. Tanta enim miraculorum prærogatiua, tanto uirtutum iubare ſanctiſsimus Placidus horũ martyrũ dux & prçuius ſplenduit,ut non ſolum fideles, uerum etiam infideles in Chriſti laudem exclamare cogantur. Et meritò, nã iuxta magiſtri ſui Benedicti præceptum,Chriſtum toto corde, tota anima, tota uirtute dilexit,& pro eius nomine cũ ſupradictis martyribus ſuũ ſanguinẽ fudit. Hi nanq; ſunt cœli qui enarrant gloriam Dei. Hi lux mundi,qui ſedentes in tenebris ad ueram lucẽ reducunt. Hi ſal,terræ, qui mentes ne tędij torpore deficiant,ſaliunt,& ad cœleſte regnũ inducunt. Freti nanq; Dei omnipotentis uirtute,eiusq; ſapientia debriati, frementem mundum uelut ſtercora contempſerunt, & ueram fidem oportune prædicauerunt,& pro eadem animam poſuerunt.

Hanc nanq; Dei magnitudinẽ,uirtutẽ & ſapientiam Dauid admi rans dicebat. Magnus dominus Deus noſter & magna uirtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Magnus ſiquidem,cũ nos inenarrabiliter ex luti materia condidit, & ex nihilo cuncta creauit. Magna uirtus eius,cum tartareas legiones dirupit mundi principem uinxit,uaſa & arma eius abſtulit, regnum deſtruxit, humanũ genus ſuo pretioſo ſanguine redemit,pacis coagulum inter Deum & hominẽ reformauit,terrenis cœleſtia ſociauit,ac filios hominũ de terra eleuans in cęleſti regno,ſupernarũ uirtutum ordinibus iunxit. Intonet ergo iam ſancta & uniuerſalis eccleſia, & cũ eodem celeberrimo ſublimiq; cythariſta cęleſtis armoniæ tympanum ſumens, det uota, promat cantica dicens, Magnus dominus noſter, & magna uirtus eius,& ſapientiæ eius non eſt numerus. Magnus utique ipſe, magna uirtus eius, & ſapientia,qui ab ipſo fere mundi principio paruulos,ſenes,inſipientes,ſapientes,armentarios,ruricolas,piſcatores & monachos,æterni regni oratores & milites contra diabolum fecit. Ad quã rem nobis idoneę confirmandam, adeſt cũ ſocijs & ſorore Flauia uirgine ac duobus fratribus Eutichio & Victorino,Placidus ſanctiſsimus & beatiſsimus patris Benedicti diſcipulus,qui terrenis cœleſtia cõmertia mutans, patriarchis, prophetis, apoſtolis, martyribus, ac confeſſoribus ſimilis apparuit, & in carne adhuc lutea poſitus,labentes delitias & quiſquilias ſpreuit, & crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro Chriſti nominis amore portauit.

In huius itaq; martyris paſsione explicanda cuius ad iuſſum agere

orſus

orſus ſum promam. Diues enim Iuſtinianus triumphator, inuictus æneades, dum agnouiſſet qualiter iam dictus martyr domini Placidus triumphalem lauream ſuſcepiſſet, illico noſtram exiguitatem aduocans, præcepit ut paſsionē illius atque miracula prout oculis ipſe proſpexeram exerens, ſanctæ eccleſiæ filijs ad legendum morigerarer. Cuius ſacratiſsimo imperio parens, ad tanti martyris paſsionem deſcribendam animum dedi, ſciens indubie quia omnia quæ fuerunt & ſunt, ex Dei uoluntate & permiſsione conſiſtunt & permanent. In hoc tamen opere ſtudioſi lectores non panegyricum requirant, ſed ueritatem. Alij ſua ſcripta faleris ornent, promentes quod turpe uidetur & tenebroſum, nos omiſſa purpura obumbrationis, nudum oſtentabimus, quod in ſe honeſtum ſit ac luculentum. Non eſt autem eccleſiaſticorum uirorum molles & delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad praua noxia quæq; illiciant, ut faciunt comicorum & tragędorum, ſed quæ ad puritatem, caſtitatem integritatemq; mētes audientium ædificent, & ad uitam æternam perducant. Quod autem Deo dilectiſsimi Placidi & ſociorum eius paſsionem ruſticano deſcribimus calamo, non ideo ſpiritalis homo qui dijudicat omnia, ut animalis, qui neſcit quæ ſunt ſpiritus, ſurda aure prætereat, cū ſola quæ ſunt ſpiritus ſapiat. Superni itaque regis munimine fultus, tantorum martyrum paſsionem ſcribere aggrediar.

INCIPIT VITA SANCTI PLACIDI.

TEmpore quo Theodoricus Auguſtus in ſeniori Roma, in noua uero Iuſtinus ſenior & Iuſtinianus Romani Imperij ſceptra retinebant, ſedi uero apoſtolicæ, Ioannes primus & Felix ſecundus pręſidebant, Tertullus uir nobiliſsimus ac præclariſsimus, & in utraque curia Romani imperij poſt Auguſtos nulli ſecundus, homo illuſtriſſimus ac dilectiſsimus, in ſeniori Roma patriciatus retinebat habenas. Qui ex Aniciorum ſanguine ſtēmatis lineam ducens adeoq; ſapientia, fortitudine atque prudentia uiguit, ut ab Imperatoribus omniq; Romano populo pater patriæ uocaretur. Hic de Octauiæ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus ſpecioſiſsimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea ſuſcepit. Primum nanque Placidum, ſecundum Eutichium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuiſſet, pro eo quod ex Octauiorum & Flauiorū ſtirpe deſcendebat, Flauiam nominauerunt. Hos cū dicto patricio peperiſſet, uiam Dñi illos colere docuit, ſectarē patientiā, humilitatē, ſobrietatē, caſtitatem & charitatē. Patres ſiquidem erant pauperum, iudices uiduarum, cauſam autem quā neſciebant, diligentiſsime inueſtigabant. Ipſius autem Patricij animus, licet Imperialibus negotijs implicitus eſſet, ſem-

per tamen aut circa eccleſias, aut circa monaſteria erat, ſemper ea quę Dei ſunt quærens. Eodem tempore beatiſsimus ac Deo dilectiſsimus Benedictus, uelut Lucifer inter aſtra apud Sublacum radiabat. Ceperunt deinde in eodem loco ad eum multi confluere, & ſub leni redemptoris iugo cordis ceruices edomare, multiq; ab eodem patre in eadē regione ad omnipotentis Dei ſunt ſeruitiū coadunati, ita ut illic duodecim monaſteria conſtrueret, in quibus ſub ſtatutis præpoſitis, duodenos monachos deputauit, nonnullos uero ſecū retinuit, quos adhuc in ſua pręſentia aptius erudiri iudicabat.

Fama itaq; tanti patris per totum Romanū imperium uolitante, urbem ipſam Romam quæ Romani imperij omniumq; urbium caput eſt, ceu ſol radians, repleuit intantum, ut Tertulli patricij perueniret ad aures. Qui cum optimatibus Romani imperij, temporibus Iulij papæ, diuinæ autem incarnationis anno xxij. ac quingenteſimo, ad patrem ſanctiſsimū Benedictum perueniſſet uir excellentiſsimus, & Imperatoris in orbe Romano pręcelſus ac ſingularis, purpura indutus, gēmis & auro radians, pedibus eius prouoluitur, utq; pro ſuis cōmiſsis Domini flagitaret clementiam, cū lachrymis atque ſingultibus expoſcebat. Vir autem Domini Benedictus, patricij humilitatem aduertens, ē terra eum leuauit, & de his quæ ad æternam uitam attinent ſufficienter inſtruxit. Idem uero Patricius ſerui Domini doctrina delectatus, eo die obtulit Deo & eidem patri Benedicto Placidum 1 filium ſuum ſeptennem, nutriendum & erudiendum ſecundum regularem normam inſtitutionis, ſicq; benedictione munitus ad urbem reuerſus eſt.

1 Duo hic habes contra nouos Magiſtros, Primum quod iam annis mille & amplius monachi habuerunt regulas & conſtitutiones. Alterū, quod etiā ante pubertatis ānos filios religioni parentes adigebant.

Placidus autem ſanctiſsimus cum ſub beatiſsimi Benedicti regulari magiſterio creſceret, ſanctam ex Deo placitam uitam in omnibus ducere cœpit. Quem uir Dei cernens ad alta ſuccreſcere, ac ſicut proprium filium illū unice diligens, de his quæ Dei ſunt, ſollicite inſtruere cepit, ac contra, temperantia, pręmunire uitia, qui ab ipſo pueritiæ ſuæ tēpore 2 abſtinentiam ac uigilias eſt ſecutus. Curſu nanque pręperte, cœleſtē tendens ad patriam, ardua & ſanctiora appetere non deſinebat, noctibus atque diebus horis ac momentis quę Dei ſunt quærere non ceſſabat. Obedientiæ uero ita ſibi callem uendicauit, ut pro hoc ipſi ſanctiſsimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam uero die dum aqua in cella deeſſet, ad hauriendam aquam de lacu Placidus eſt beatus egreſſus, qui dum uas quod tenebat incaute in aquam miſiſſet, ipſe quoque cadendo ſecutus eſt, quē continuo unda rapuit, & pene in unius ſagittę curſu a terra introrſus traxit. O inenarrabilis clementia Saluatoris. O inquam indeficiens ſuper eius electos uſque in finem mundi, diuina cuſtodia. Ille nanque fuit cum Placido in aqua ne necaretur, qui fuerat cum Petro in mari ne mergeretur. Hoc ille

2 Ecce quomodo etiam antiqui monachi abſtinentia, uigilijs & obedientia utebātur ſicut & modo noſtri utuntur.

egregius pſaltes prefigurauerat cum dicebat. In mari uiæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Sed quid preualet contra Dei potentiam antiqui hoſtis uerſutia? Mox enim, ut ſanctus in aquam Placidus cecidit, euentum rei ſpiritus ſanctus, qui in ſanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto patri ſanctiſsimo reuelauit. Qui eueſtigio beatum Maurum ſub magna celeritate uocauit dicens. Frater Maure curre uelociter, quia puer Placidus qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumq; iam longius unda trahit. Res mira & poſt Petrum Apoſtolum omnibus retro ſeculis inaudita, Benedictione enim poſtulata atque percepta, ad patris imperium concite Maurus perrexit, atque ad eum locum quo ſanctus Placidus ab unda trahebatur, per terrã ſe ire exiſtimans, ſuper aquas cucurrit, Placidumq; beatum per capillos tenuit, rapidoq; curſu rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad ſe Maurus reuerſus, poſt terga reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet cognouit, & quod præſumere non potuit ut fieret, miratus expauit factum, reuerſusq; ad patrẽ, rem in ſe geſtam maturius per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non ſuis meritis ſed Mauri cœpit deputare obeditioni, contra Maurus pro ſolo eius Imperio factum dicebat, ſeq; conſcium in illa uirtute non eſſe, quam neſciens feciſſet. Sed in hac humilitatis mutuæ amica contentione, acceſsit arbiter Placidus, qui ereptus eſt puer. Nam dicebat, ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meũ Abbatis melotem uidebam, ipſumq; me ex aquis educere conſiderabam. Hic plane reſpiciendũ eſt, qualis ſub patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donauit cernere, quod beato Mauro non eſt permiſſum conſpicere. Dic dic nunc coluber uenenoſe, quid profuit tibi ſæuitia tua? ubi eſt nunc uictoria tua? Ecce terebro Chriſti perforatum eſt guttur tuũ ereptus eſt ab aquis Placidus ſanctus, ſuper cuius caſu non mediocriter gaudebas. O beatiſsimi uiri admiranda ſanctitas, qui qđ ſuis effici nõ dubitabat meritis, diſcipuli potius aſcribendũ cenſebat obedientię.

Ex his autem monaſterijs quę in eodem loco Benedictus pater extruxerat, tria ſurſum in rupibus montis erant, & ualde erat fratribus laborioſum ſemper ad lacum deſcendere, ut aquã haurire debuiſſent, maxime quia ex deuexo montis latere erat graue deſcendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eiſdem tribus monaſterijs ad beatiſsimum patrem Benedictum uenerunt, dicentes laborioſum nobis ualde ò pater propter aquam quotidie uſque ad lacum deſcendere, & idcirco neceſſe eſt ex eodem loco monaſteria mutari. Quos uenerabilis pater blande conſolatus, ad ſua loca eos diſcedere iuſsit. Nocte uero inſecuta unà cum beatiſsimo Placido diſcipulo ſuo montis aſcendit uerticem, orationemq; ibidem faciens, tres petras in eodem loco pro ſigno poſuit, atque ad ſuum unà cum Placido cunctis illis ne-

ſcientibus Monaſterium redijt. Cumq; die alio pro neceſsitate aquæ prædicti fratres ueniſſent, dixit. Ite ad rupem illam in qua tres ſuper inuicem petras poſitas inuenietis, ibi modicū cauate, ualet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut uobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem iam ſudantem inuenerunt. Cumq; in ea concauum locū feciſſent, ſtatim aqua repletus eſt, quæ tam ſufficienter emanauit, ut nunc uſque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine uſque ad inferiora deriuetur. Nemo ergo dubitet beatiſsimum Placidum tanti miraculi participem non extitiſſe, quem beatus magiſter ſolum huius ſigni uoluit habere conſcium.

Cumq; omnia loca eadem in amore Domini noſtri Ieſu Chriſti longe lateq; ferueſcerent, & ſecularem uitā multi relinquerent, Quidam presbyter Florentius nomine, antiqui hoſtis ueneno debriatus, ſancti patris ſtudijs cepit æmulari, quoſq; etiam poſſet ab eius uiſitatione cōpeſcere. Cumq; iam ſe conſpiceret eius profectibus obuiare non poſſe, panem ueneno infectum ei quaſi pro benedictione tranſmiſit. Quem uir Domini cum gratiarum actione ſuſcepit, ſed eum quid peſtis lateret in pane non latuit. Ad horam uero refectionis illius ex uicina ſylua Coruus uenire conſueuerat, & panem quē presbyter tranſmiſerat uir Dei ante Coruum proiecit, eiq; præcepit dicens. In nomine Ieſu Chriſti tolle hunc panem, & tali eum in loco proijce, ubi a nullo homine poſsit inueniri. Tunc Coruus aperto ore expanſis alis circa eundem panem cepit diſcurrere & crocitare, ac ſi aperte diceret, & obedire ſe uelle, & tamen iuſſa implere non poſſe. Cui uir Dei iterum atque iterū præcipiebat dicens, Leua leua ſecurus, atque eum ibi proijce, ubi inueniri non poſsit. Quē diu demoratus, quandoque Coruus momordit, Leuauit & receſsit. Poſt trium uero horarū ſpacium abiecto pane redijt, & de manu hominis Dei annonam quam conſueuerat accepit. Venerabilis autē pater contra uitam ſuam inardeſcere ſacerdotis animum uidens, illi magis quàm ſibi doluit. Sed prædictus Florentius quia magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accendit, ita ut in horto cellę cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas ſeptem puellas mitteret, quæ coram eis ſibi inuicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorū mentes ad peruerſitatem libidinis inflammarent. Quod ſanctus uir de cella conſpiciens, lapſumq; tenerioribus diſcipulis Placido & Mauro pertimeſcens, eos cuſtodiri præcepit, dareq; inuidię locū diſpoſuit. Hæc dum ſollicita ſecum mente tractaret, reuelatio cœleſtis tali illum adhortari eſt dignata oraculo. Vt quid dulciſsime ac dilectiſsime Benedicte triſtaris? Nunquid nam non reminiſceris illud quod ego diſcipulis meis locutus ſum, dicēs, ſi me perſecuti ſunt & uos perſequētur? Tibi enim

alia

alia eſt eligenda uia,aliud iter quærendum. Te nanque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu euangelij mei tuba cœleſtis exiſtens,ſpiritu es meo repletus. Surge iam,& uade ad caſtrum Caſsinum, & populum eiuſdem prouinciæ qui adhuc idolorum nefandis cultibus ſeruit,& in quorum pręcordijs Sathanę uerſutia regnat, qui nihil ſciunt aut dicunt, niſi quod in cordibus eorum ueternoſi ſerpentis uerſutia ſcripſit,ſermone uerifico prędicans,meū ad cultum conuertere ſtude, quia tecum ego ero,& non te deſeram,& confundam omnes aduerſarios tuos. Proficiſcere idolorum ad pugnam, confortare & eſto robuſtus,quia caſtrum tibi tradam,& illic ſedes nominis tui imperpetuum erit. Talia dum ſanctus pater Benedictus audiſſet,ſuos ad ſe diſcipulos euocans,ſic eis orſus eſt fari.

Audite me fratres & filij, cohęredes & ſocij in promiſſo regis ęterni. Nam mihi dominus meus Ieſus Chriſtus pręcepit ut ad culturam idolorum exterminandam,æternæq; obliuioni tradendam caſtrum petam Caſsinum, ideoq; uoluntas Dei,noſtris uoluntatibus,modis omnibus anteponenda eſt. Noſtis pręterea & bene noſtis,quantos dolos quantaſq; inſidias Florentius presbyter intulit, qui me ueneno interficere, & diſcipulorum meorum Placidi & Mauri animas extinguere uoluit. Quapropter cedendum loco eſt iuxta illud ęterni regis eloquium,ſi uos perſecuti fuerint in unam ciuitatem,fugite in aliam. Et quia ita eſt,iuſsioq; eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti imminet, parere debemus,eundum eſt. Super hoc autem & illa nobis lex eſt,ut uiſcera pietatis omnibus apertamus,& fraterno charitatis amore omnibus mortalibus iuuamen conferamus,ſicut & nos accepimus à Domino Ieſu Chriſto. Vos autem ſtate, & permanete in gratia & conuerſatione ſanctæ religionis,proculdubio ſcientes quia quanto ſtudioſius in ſpiritualibus diſciplinis permanſeritis,tanto maiora præmia in futuro examinis die percipietis. Hæc cum dixiſſet,anno Dominicæ incarnationis quingenteſimo uigeſimo nono,temporibus Iuſtini monocratoris,oratoria cuncta quæ conſtruxerat, adiunctis in uno quoq; duodenis fratribus,ſub ſtatutis prępoſitis ordinauit,& duobus angelis, tribus Coruis ſe comitantibus,ad Caſsinum caſtrum pergere cœpit.

Cumq; iuxta ciuitatem Alaternam deueniſſet, in monaſterio ſancti martyris Chriſti Sebaſtiani hoſpitio ſuſceptus eſt. Inde quoq; uir Dei recedens, & ſancto Seruando diacono ualefaciens, cum diſcipulis ſuis Placido atque Mauro iuxta ciuitatem Herculanam deuenit,in locum ſcilicet qui Aureola ab accolis appellabatur, in quo dum perueniſſet, agnouit per ſpiritum ſanctum congregationem religioſorum uirorum ibidem eſſe futuram fundamentaq; ipſe pro eccleſia conſtruenda manibus ſuis iaciens, præcepit diſcipulis ſuis Placido atque Mauro, quatenus eandē eccleſiam in honore ſancti martyris Chriſti

Heraſmi à ſe fundatam ad finem perducerent, ſicq; Caſsinum ueni-
rent, quod & fecerunt. Ipſe autem pater ſanctiſsimus inde procedens,
Caſsinum tendebat. Sed cũ per ignota loca ſolus uiator incederet, ubi-
cunque biuium uel triuium occurrebat, duo ut ante diximus in figura
iuuenum aderant Angeli, qui tanto patri per montium deſerta quo
greſſum dirigere deberet, indicabant. In eodem uero locò ſanctus qui-
dam uir nomine Martinus, tunc habitaculum habebat, cui diuinitus
ita dictum eſt. His tu parce locis, alter amicus adeſt. Ille autẽ continuo
diuinis iuſsionibus aurem accõmodans, montẽ Marſicum petijt, ibiq;
uitam uirtutibus glorioſam ſancto fine concluſit.

Cumq; ad Caſsinum caſtrum Benedictus pater perueniſſet, ꝑ qua-
draginta dies, non longe à templo Apollinis, Deum omnipotentem
orans permanſit. Demum uero contriuit idolum, ſubuertit aras, ſucci-
dit lucos, atque cum diſcipulis ſuis Placido & Mauro Caſsinenſe fun-
dauit monaſteriũ, illudq; in ſua corporali requie regulæq; deſcriptio-
ne, caput omnium monaſteriorum conſtituit. Vbi autem templum
Apollinis erat ʒ eccleſiã beati Martini, ubi uero ara Apollinis fuit,
oraculum ſancti Ioannis conſtruxit, & circumquaq; manentes popu-
los ad Chriſti fidem conuertit. Sed hæc antiquus hoſtis tacite non fe-
rens, non occulte, uel per ſomnium, ſed aperta uiſione eiuſdẽ patris ſe
oculis ingerebat, ita ut etiã uoces illius Placidus & Maurus audirent,
quamuis imaginẽ minime cernerent. Vt enim diſcipulis ſuis Placido
& Mauro idem pater dicebat, corporalibus eius oculis Diabolus teter-
rimus & ſuccenſus apparebat, qui in eum ore oculiſq; flammantibus
ſęuire uidebatur.

ʒ Vides primum Chriſtianæ fidei ſuſceptæ indicium eſſe Eccleſiarum ædificationes? Vides etiam quod in nomine ſanctorũ antiquitus Eccleſiæ conſtruebantur?

Quadam uero die dum ſanctiſsimi uiri Placidus & Maurus habi-
tacula Cenobij Caſsinenſis conſtruerent, lapis in medio iacebat, quem
in ædificium leuare decreuerant. Cumq; eum mouere non poſſent,
plures adiuncti ſunt, ſed ita immobilis permanſit, ac ſi radicitus in ter-
ra teneretur, ut palam daretur intelligi, quod ſuper eum ipſe per ſe
antiquus hoſtis ſederet, quem tantorũ uirorũ manus mouere nõ poſ-
ſent. Difficultate igitur facta ad uirum Dei Placidus & Maurus miſe-
runt ut ueniret, & orando hoſtẽ repelleret, ut lapidem leuare poſſent.
Qui mox ut uenit, orationẽ dedit, & tanta lapis celeritate leuatus eſt,
ac ſi nullum prius pondus habuiſſet. Tunc in conſpectu uiri Dei pla-
cuit ut in eodẽ loco terrã foderent, quã dum fodiendo altius penetraſ-
ſent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam caſu in co-
quinam proiecto, exire ignis repente uiſus eſt, atque in Placidi & alio-
rum fratrũ oculis quia omne eiuſdẽ coquinę ædificium conſumeretur
oſtendit. Cumq; iaciendo aquã & ignẽ quaſi extinguendo perſtrepe-
rent, pulſatus eodẽ tumultu uir Dei aduenit. Qui eundẽ ignẽ in ocu-
lis fratrũ eſſe, in ſuis uero non eſſe conſiderans, caput protinus in ora-

tionem flexit,& 4 eos quos fantaſtico repperit igne deludi,reuocauit fratres ad oculos ſuos,ut & ſanũ illud coquinæ ædificium aſsiſtere cernerent,& flammas quas antiquus hoſtis finxerat non uiderent.

4 *Vide quanta ſit orationum uirtus.*

Rurſus dum ſanctus Domini Placidus cũ fratribus parietem paulo altius ædificaret,uiro Dei in oratione conſtituto diabolus apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod uir Dei p nuntium celerrime mãdauit fratribus dicens. Fratres caute uos agite,quia ad uos hac hora malignus ſpiritus aduenit. Is qui mandatum detulit, uix uerba cõpleuerat, & diabolus parietem qui ædificabatur euertit, atque unum 5 puerulum monachum nomine Seuerũ opprimens, ruina contriuit,quẽ in ſago ad patrẽ Benedictum portantes,nõ ſolum membra, ſed etiam oſſa contrita habentẽ,in matta qua ſanctus pater orare conſueuerat proiecerunt, orationemq; faciens,hora eadẽ illum ſanũ reſtituit & ualentem ut prius atq; ad eundẽ iterum laborẽ miſit, ut ipſe parietem cũ Placido & fratribus perficeret de cuius ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare crediniſſet.

5 *Nota puerulum monachum,contra noſtrorum Nouatorum querelas.*

Igitur cum ad aures Tertulli Romanæ curiæ patricij perueniſſet, quod ſanctus Domini Benedictus unà cũ Placido eiuſdẽ patricij filio & diſcipulo ſuo Mauro,in ſua poſſeſsione Caſsini monaſterium conſtruxit,gauiſus eſt gaudio magno,filioq; ſuo dirigere ſtuduit ut patris Benedicti uoluntatem ſuper ſuo aduentu perquireret,& ſibi remitteret,uelle enim ſe aiebat ſi id ſeruo Domini placeret,& Caſsinenſe cenobium,& Placidum filium ſuũ uidere. Quæ cũ idem ſanctus Placidus patri Benedicto reſeraſſet, uir Dei reſpondit ſibi placere ut tam idem Patricius, quàm amici eius ad monaſterium uiſendũ uenirent. Placidus autẽ certũ diem Tertullo patri ſuo quod ad cęnobium uiſendum uenire deberet & iuxta quod pater Benedictus in mandatis dederat tranſmittere ſtuduit.Qui confeſtim accerſitis ad ſe nobiliſsimis de ciuitate Romę uiris.Boetio ſcilicet,Symaco,Vitaliano,Gordiano atq; Equitio,aſcenſis equis concito gradu ad prædiũ poſſeſsionis ſuæ quod ei de paterna hęreditate obuenerat,Caſsinum peruenit.Cuius aduentus dum patri Benedicto nunciatus fuiſſet,cum diſcipulis ſuis Placido & Mauro ante ianuam monaſterij in eius pergit occurſum. Patricius autem beatiſsimũ patrem Benedictũ corpore præ abſtinentia exhauſtum perſpiciens,de equo quo inſederat celeriter deſcendit, & ita ut erat auro gemmiſq; ornatus in terrã corruens, deoſculabatur ueſtigia eius.Quem pater ſanctiſsimus à terra eleuans,& ad pectus ſuũ conſtringens,deoſculatus eſt. Demũ uero in eccleſiam ſancti confeſſoris Chriſti Martini inducens,& præ gaudio in fletu prorumpens, illum & reliquos in fratrũ conuentum deduxit. Tertullus uero deoſculata omni congregatione,rogauit patrem Benedictum quatinus eum fratres dignarentur in ſuam recipere ſocietatẽ. Qui cum celeriter ea quę

ſumma deuotione poſcebat, unà cũ patricijs cõſulibus ac ſenatoribus qui cũ eo uenerant impetraſſet, obtulit Deo & eidẽ patri beatiſsimo Benedicto totũ ex integro Caſsinũ montem cũ uniuerſis pertinentijs ſuis, atque à ſuo proprio iure illum abſcindens, eidem patri tradidit in perpetuũ poſsidendum. Conuocansq; ad ſe Reipublicæ primiſcriniũ, teſtamentum iuxta morem Romanum conſcribi fecit, ab omnium mortalium iure atque dominio locum eundem perpetuo manſurum alienum decernens.

6
Etiam antiqui monachi bona immobilia deuotorum fidelium elargitione conceſſa poſſederunt in cõmuni. Quod ſi malum eſſet Deoq; diſpliceret ut plerique nunc iactant, uir ſanctiſſimus Benedictus tot tantaq; à patritio Tertullo oblata non acceptaſſet.

Pariter a mmodo eidem patri *6* obtulit caſtra, uillas & poſſeſsiones, qua ſibi in re hęreditaria pertinebant cũ uniuerſis appenditijs ſuis habentes hos fines. Ab una ſiquidem parte fluuium Vulturnũ, ab alia fluuium Ligirlanum, à tertio fluuium Sacrum, à quarto latere municipium carſiolanum cũ uniuerſis quę intra prædictos fines tunc tẽporis habebantur. Domũ uero in quã Placidus filius eius natus fuerat in urbe Roma in Celio monte, beati Heraſini nomini dicans, patri ſanctiſsimo ex toto conceſsit. Obtulit etiam ipſo die Deo & ſanctis eius medietatem de lacu Lucrino, necnon & inſulam Caprariam in ſalo Neapolitano locatam, portumq; traieſenſem & ultranenſem & totã piſcariam Leſinenſem unã cũ faſce ſua, ſimul etiam tres inſulas Dyomedis & fluuium Lauri iuxta piſcariam Leſmenſem. Propria uero quæ in Apulia habebat rogatu Placidi filij ſui parimodo cõceſsit, quorum nomina hęc ſunt. In canuſia fundum melitenſem, podenſem, uillam pertuſam, cãpum calienſem, babolianum uiculum, & eccleſiam ſanctæ Mariæ in eadem canuſina ciuitate conſtructum cum cortibus iſtis, mirazanum, plazanum, campi paſcua, lacum romanũ in territorio capuano, fundum patenarienſem & amartonum in territorio con ſino, fundum curritanum, laudanenſem melaſſanum, funiclirum, nec non & res ſuas in magella, ubi poſtea ab eodem patre Benedicto monaſterium domini Liberatoris conſtructum eſt, unã cũ omnibus quæ ibi idem Patricius poſsidere uidebatur regiones ſcilicet has Theate, Aprucium, Pinæ Aſculum, Firmum, in mari adriatico portũ Sabini & portum maurini. In liguria cortes has, Adili, muſalinum, montironem, fraguanelum, rongalia, campodulſum laurentianum, argelæ, ragoguſoſa, calderaria, fraſſeuetula, ſeratam, petroſam, pontem longum berſeli, gremanũ, moncerionẽ. In ſalo gadicano inſulas has, pontiam, pontateriam, palmariam, & portum fluuij gariliari. Iſta omnia Tertullus patricius cũ Placido filio ſuo patri Benedicto per ſcriptũ tradiderunt in perpetuum poſsidenda.

Hunc æmulatus ad bonũ, Equitius ſenator, obtulit & ipſe unà cum filio ſuo Mauro fundum gentianũ cũ cella ſancti Agapiti, & cortem ſuam in ciuitate Neapolitana locatã, cũ eccleſia ſanctæ uirginis Chriſti Ceciliæ & ſancti Seuerini. In ſurrentoni ſari intraui, in quibus po-

ſtea à patre Benedicto eccleſiæ ſitę ſunt, necnon eccleſia ſanctę Marię in coſentia. Gordianus quoque Romanæ urbis uir ſpectabilis, horum deuotione delectatus, obtulit pro ſe & Siluia uxore ſua, uillam Enchelium in ſuburbio Aquinenſi locatam cum pertinentijs ſuis inter hos fines. Ab uno latere ſilicem & riuũ qui ex nomine beati Mauri poſtea nominatus eſt, ab altero cãpum longum & riuũ qui uadit per agrum de matilia famelica, & fluuiũ caruellum, ab altero à riuo ſiluatici uſq; in ſilicem. Pari etiam modo obtulit fundũ granarium inter hos fines qui incipit a ſancto Firmano, & uadit directe in camarda, & inde in fluuium melphia, inde in limitem ſub granarium, & uadit ad montẽ ſancti Angeli. Cõceſsit etiam fundum reginæ inter hos fines. Ab uno latere habet uiam Latinam, ab alio ſilicem, ab alio fluuium melfua, & uiam cãpaniam inde in portariciam, & uadit in foſſam, & mittit in ſilicem. Hæc omnia cũ alijs quamplurimis rebus eidem ſanctiſsimo patri Benedicto idem Gordianus uir illuſtriſsimus obtulit iure perpetuo poſsidenda.

Eodem tẽpore iam dictus Tertullus patricius hortatu ſanctiſsimi Placidi filij ſui obtulit beatiſsimo ac uenerabili patri Benedicto decem & octo patrimonij ſui cortes quas in Sicilia habebat, & in diuerſis locis uir præpotens poſsidebat, bonas ualde & magnas cũ portubus ſuis, ſiluis, aquis, piſcarijs, molendinis, aquarumq; decurſibus ad eaſdẽ cortes pertinentibus, cũ ſeruis ſeptẽ milibus exceptis uxoribus eorum & filijs, cũ procuratoribus earundẽ cortium; atque à proprio iure eaſdẽ cortes abſcidens, eidem patri per prçeptũ tradidit in perpetuũ poſsidendas, pęna appoſita quatuordecim millium talentorũ auri, qui id remouere temptaſſet. His quoque diebus Gordianus quidam natione Romanus, litteris græcis apprime eruditus, ad uenerabilem patrẽ Benedictum peruenit, ſeq; eius magiſterio ſubdidit. Placidus autem beatiſsimus dũ robur uirilis inuaſiſſet ætatis, ſe in omnibus magiſtro ſuo Benedicto ſubdere ſtuduit, & ſub eius prçſentiã angelicã uitam in terris ducere cępit, quẽ pater Benedictus, ac ſicut proprium filium unicũ diligens, cum ſumma induſtria de his quæ Dei ſunt, ſollicite ac diligenter inſtruxit.

Per idem tempus procuratores cortium, quas in Sicilia Tertullus patricius patri Benedicto cõceſſerat, legatos Caſsinum ad beatiſsimũ patrem Benedictum direxerunt, eo quod cortes ipſæ, a quibuſque deuaſtarentur, adeo ut a procuratoribus nullo modo poſſent defendi, neq; debitum penſum a poſſeſſoribus exigi. His uenerabilis pater auditis, omnẽ conuocans congregationẽ, quæ in ſuis poſſeſsionibus acta, ſibiq; nunciata eſſent, per ordinẽ pandit. Demũ uero ex conſulto caſsinenſis congregationis, Placidum ſanctiſsimũ diſcipulum ſuũ, ad tantũ laborem ſuſtinendum aptiſsimũ iudicans, ob id uel maxime, quia nullus

eaſdem poſſeſsiones ſicut ipſe defendere & cuſtodire ualeret, euocat, illumq; ad tuitionem earundem cortium dirigens, dixit ad eum. Ad ſuſcipiendum militiæ laborem dilectiſsime, accinge ſicut uir lumbos tuos, quē per me nunc tibi dat rex omniū Chriſtus, qui factus eſt obediens uſque ad mortem, reminiſcere igitur ſermones eius dicentis, nō ueni facere uoluntatē meam ſed eius qui miſit me patris. Non te longi itineris conturbet auſteritas, recordare illud apoſtolicū: quia non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad futurā gloriam quę reuelabitur in nobis, & per uarias tribulationes oportet nos introire in regnū Dei. Pro Chriſti nanq; nomine, qui in hac 7 uita decertauerint, in futura æternā remunerationem accipient, illam ſcilicet, quā nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Ieſus Chriſtus autem filius Dei, ſemper ſit tecū, perducat te ad uitæ æternæ conſortium.

7 Vides quod pro huius uitæ certaminibus, in futura remuneratio æterna accipitur.

Hæc dum peroraſſet, dedit cōmilitones tanti itineris, Gordianum & Donatū, mandans, ut ita beato Placido unico ſibi ac cariſsimo, ſicut & ſibi eatenus in omnibus obſequerentur, oſculansq; beatū Placidum & benedicens, dimiſit à ſe, anno dominicæ incarnationis quingenteſimo xxxvj. Igitur benedictionē & oſculum ſuſcipiens tanti patris, tertiodecimo Kalē. Iunij beatiſsimus Placidus cum duobus famulis ſuis Gordiano & Donato aſcenſis equis, primo diluculo iter aggrediens, aduesperaſcente iam die, Capuanā peruenit ad urbē, ubi benignè cum ſuis à beato Germano eiuſdē ciuitatis epiſcopo ſuſceptus eſt. Primicerius uero eiuſdē capuanæ eccleſiæ nomine Zoſfas, laborans ualde peſſima infirmitate capitis, quam medici græco uocabulo cęphaleam uocant, ubi cōperit illic adeſſe Placidū, beatiſsimi patris Benedicti diſcipulum, cuius iam per totū orbem Romanum miraculorū fama radiabat, procidit ad eius pedes dicens, A diuro te Placide ſerue Dei ſummi per uenerandum nomē precioſiſsimi magiſtri tui Benedicti, ut digneris ſuper caput meum manus tuas ſanctas imponere, ac preces Redēptori & Saluatori omnium fundere, confido enim & conſtantiſsime credo, quia ſi hoc feceris, continuo recipiam ſanitatē. Sanctus autē domini Placidus ab eodem primicerio talia dum uerba audiſſet, pauore perterritus, omnimodis contradicere cœpit dicens, recedite, quia hæc mea non ſunt, ſed beatiſsimi patris Benedicti, & illorum qui Saluatori omnium placuerunt. Ego enim peccator ſum, & perfectiſsimorum uirorū ſuffragijs indigens. Sanctus uero Germanus epiſcopus unà cū clericis ſuis ſerui domini Placidi ore hæc audiens, & Deo & hominibus illum chariſsimū ac dilectiſsimū eſſe prænoſcens, primicerij precibus uinctus, pro eiuſdē languidi incolumitate illū rogare inſtantiſsime cœpit. Vir autē Domini, ſupplicationē tanti patris minime contemnendam ducens, erexit ſe, ſurgensq; manū capiti eius impoſuit,

8 & ad cœlum oculos eleuans dixit, In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius uirtute nihil læſus ſum, ereptus de aquis, à quibus trahebar, adiutus meritis & orationibus magiſtri noſtri Benedicti, ſi fidem habes tantæ credulitatis, reſtituat te Deus in priſtinã ſanitatẽ. Cumq; omnes qui aderant reſpondiſſent amen, confeſtim dolor capitis quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo diſceſsit, cępitq; laudare & benedicere Deum dicens, Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui me ſanũ fecit meritis & interceſsionibus beatiſsimi patris Benedicti per ſanctiſsimũ Placidum diſcipulum eius.

8 *Ecce orationem cum eleuatione oculorum ad cœlum.*

Itaque dum beati Placidi ſanctitas per ora omnium uolitaret, quidam cęcus inopinato uociferantis populi clamore perculſus, ſollicite interrogare cœpit quid eſſet. Qui cum reſpondiſſent, quòd Placidus diſcipulus beati Benedicti ueniſſet, cęcus fide feruens, duci ſe ante beatum Placidum fecit, rogansq; eũ per ſanctum & terribile nomen domini, & obteſtans ut ſuis ſanctis precibus ſanitatẽ impetraret a domino. Sanctus autem domini Placidus more ſibi ſolito in fletum erumpens, iuſsit eũ adduci ad ſe, & cũ appropinquaſſet, ſuper eius oculos 9 ſignum ſalutiferæ crucis faciens, orauit ad dominum dicens, Mediator Dei & hominum Domine Ieſu Chriſte, qui ideo de cœlis ad terram deſcendiſti, ut ſedentes in tenebris & umbra mortis illuminares, qui beatiſsimo magiſtro noſtro Benedicto tantam gratiam contuliſti, ut omnibus languoribus & uulneribus ſubueniret, tu per ipſius merita huic cęco lumen reſtitue, ut uidens magnalia tua, te patrem, te dominum ueneretur & adoret. Expleta oratione, ſanctus Domini conuerſus ad cęcum dixit, In nomine ipſius qui Solem & Lunã in cœli ornamento conſtituit, & cęco nato oculos quos natura negauerat, condonauit, adiutus meritis ſanctiſsimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & [illegible]ca omnibus, mirabilia Dei. Ad hanc uocem ſanus exurgens, a[illegible]uiſo ſanguine manante de lumine, ſalutem ſuam oculi mirabiliter receperunt. Mox uero ut lucem conſpexit, ad eius ueſtigia ruens, pedes illius inſaciatus gaudio deoſculari auidiſsime cœpit, pariterq; Gordiano & Donato pręcõpunctione deflentibus, qui Dei laudabant magnalia quia eidem cęco oculos reſtituit. Sed hęc quidem pręſente ſancto Germano epiſcopo geſta ſunt.

9 *Signo Crucis & oratione ad Deum fuſa, cæci oculos Placidus illuminauit.*

Inde quoque ſanctus Domini dum receſsiſſet, ac iuxta ciuitatem Calatiam iter ageret, quidã languidus ei factus eſt obuius, conquerens quod accolæ regionis illius graui tædio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, 10 oratione præmiſſa, ſalutiferæ crucis uexillo languidos cunctos qui præſentes erant conſignans, priſtinę ſaluti reſtituit. Tunc temporis quędam mulier filium paruulum habens in ultimo flatu palpitantem, iam iamq; moriturum ante ſanctum Domini Placidum obtulit dicens. Placide pater honeſtiſsime, qui ſanitatis gau-

10 *Vide aliud einſdem generis miraculum.*

dia quàm plurimis reddidiſti,reſpice quæſo uoces ancillę tuæ,attende fletum,ſuſcipe preces, & mihi unicum filium iam in extremis poſitū redde,ut plena gaudio, uacua gemitu, cuncta regētis,laudare poſsim magnalia. Vides infęlicem extorquente morte rapinam, aut mihi filium reſtitue,aut pariter cum ipſo,funeratam me obtine. Indulge pater Placide miſerę, per magiſtrum tuū Benedictum te adiuro:quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poſcente,mox ut beati Placidi

11 *Nota uirtutem ſigni ſalutiferæ crucis.*

dextra ſupra expirantem 11 ſignum ſalutiferę crucis expreſsit,quaſi euigilans de ſopore, matris papillas expetijt,qui iam frigebat in mortem. Ita in momento temporis,filius de mortis fauce,mater tollitur de meroris funere. Gratia creatori & gubernatori,ab omnibus redditur, patris Benedicti ſanctitas,cunctorū ore prædicatur, qui talem dignus fuit nutrire diſcipulum, à quo nobis iugiter ac languoribus imperabatur. Poſt hæc oblatus eſt ei quidam paralyticus,uniuerſorū membrorum damnata ferens officia, nullumq; uigorē retinens plantę uel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus,qui dona larga præſtabat mor-

12 *Et hic Crucis ſigno ſanat paralyticum.*

talibus,ſuper eum ſalutiferę 12 crucis ſignaculum fecit,confeſtimq; morbus excluditur,ſalubris uigor illabitur, recreatiſq; uiſceribus melius renaſcitur ſalute, quàm germine, plus acquirens, & plus ſumens ex munere,quàm ſumpſit ex origine.

Alius interea uir cum quartano typo grauiter affligeretur, fidens de beneficio Dei beato occurrere ſtuduit Placido, quē ſanctus uir attritum conſpiciens, orationem fudit ad Dominum dicens, Domine Ieſu Chriſte:qui ſocrum Apoſtoli tui Petri,puerumq; Centurionis ſolo uerbo curaſti,te quęſo per ſuffragia dilectiſsimi ſerui tui magiſtri

13 *Ecce quanta orationis uirtus.*

noſtri Benedicti,huic languido portum ſalutis oſtende. Nec 13 dum uerba finierat, & quaſi impetus fluminis,ita quartanæ febris ignis extinctus eſt,ſanuſq; conſurgens,laudem dice[illegible]ſimo.

His porro diebus quidam claudus uix à d[illegible]aduectus, ei præſentatus eſt,qui erat mutus & claudus, lingua uigebat ĩmobilis anhelitu palpitante,pars erat tota de funere, ut uidentibus oculis reliquum

14 *Ad ſignum Crucis æger ſanatur.*

eſſet cadaueris. Super quem miſericorditer ut 14 ſignum ſalutiferæ crucis Placidus pater impreſsit, confeſtim omnis uiror per membra diffunditur,uenarum fluxus ac ſi riuulus eſſet ſuſcitantur, neruorum imbecillis ſtupor excutitur,naturali motu ad uitalem uſum tota fabrica renouatur. Mox linguæ plectrum,digitorum glomi tenduntur, pedum baſes ſolidantur,totaq; uiſcerum moles. Hoc fuit Placido uiuificare quod tangere,ac conualeſcente medela,Deo gratias referens ſancti deoſculabatur ueſtigia.

Eo quoque tempore quidam uir ad ſanctū Domini accedens, ſupplicare cępit ut ad amicum ſuum aut ipſe aut miſsi eius uenirent. Sed quia ſeruo Domini fuit acceſſus difficilis,parumper diſtulit. Alteraq;

die

die exoratus ad eũ accedere ſtuduit, qui ſub tortore duplici, hinc preſſus ualetudine erat, inde podagræ uulnere cruciabatur. Quem uir Domini præmiſſa 15 oratione ſignauit, eodemq; momento debilis, manibus directis de languore longinquo greſſu ſolidato proſiluit. Sed ut duplicaretur tunc ſanitatis myſterium, ſanitas quæ præceſsit in uno, peruenit ad alium.

15 *Oratione & ſigno Crucis et hic ægrotus ſanatur.*

Nam quidam uir habens filiam mutam cęcam & ſurdam, exponit uiuũ cadauer ante ſancti uiri ueſtigia dicens, Pater ſanctiſsime, quod tibi de medicina reſtat, huic languidæ impende. Nam tibi credimus reſeruatũ eſſe, ut ei reſtituta ſanitate acquirat à te quod amiſit de germine. Tunc pietas inſignis euocatur in lachrymis. Mox ad militię ſuę Placidus belliger arma conuertitur, ad obtinendam uictoriam preces offert ſummus inter oratores orator. Vir autẽ ſanctus ab 16 oratione exurgens, ſalutiferæ crucis ſignaculum ſuper languidum faciens, eo momento in trinitatis nomine trino depulſo languore, ſtatim patefactis aurium oculorumq; meatibus, plaudẽtibus cunctis muta loquax, ſurda audiens, cęca uidens effecta eſt. Quo facto uniuerſi laudem dederunt altiſsimo, & Placido beatiſsimi patris Benedicti diſcipulo.

16 *Vides ſolita in Sãctis ad conferendas ſanitates præſidia, Oratio & ſignum Crucis.*

Alius pręterea Romanæ urbis incola cum peſsimum typum infirmitatis incurriſſet, ad ſanctũ Domini deductus, ſanitati priſtinæ redditus eſt. His taliter prçlibatis, proſequamur & reliqua.

Quidã præterea non ignotæ gentis municeps, miſſa manu in uulnere cuiuſdam tota intumuit, hinc craſſante feruore tota pars brachij relaxatur putredine. Hic ſancto Domini nuntium mittens, ut ad ſe diuerteret, precibus fuſis obtinuit. Sed mox ut eius brachium uir Dei ſacro uexillo muniuit, mirificus medicus quicquid inerat ulceris, 17 precioſo ſigno reſtrinxit.

17 *Precioſo Crucis ſigno ulcus reſtrinxit.*

Alij interea uiro [illegible] manus contractæ fuiſſent, ad ſanctiſsimum uirũ morbo inſtigante percurrit, quẽ ſacro ſigno addita orõne, ſanitati priori reſtituit. Mirandis, plus miranda ad gloriam Chriſti ſuccedunt.

Quidam præterea uir, dum ſpiritu immundo acriter infeſtaretur, ad ſancti uiri præſentiam curandus deductus eſt. Quem pater ſanctiſſimus ſanitati reſtituens, uidentibus enim circum aſtantibus uelut fumus de capite energumini umbra fucata egreditur.

Eo etiam tempore uiro Dei oblatus eſt languidus cui duplex morbus inerat, inde uetuſtas, hinc cęcitas, qui ſalutem deprecari uerbis trementibus incipit. Qua ſupplicatione Placidus pater permotus langui di ſenis & debilis 18 oratione præcedente, ſanctæ crucis ſignaculo lu cernæ oculorum reddunt luminis radium, & dato ſpeculo crucis, tene bræ diffugerunt. Qui illuminatus Deo patri reddidit gloriã: per quẽ Chriſtus operatur, ſanctiq; pręconia circũquaq; diffamabat, dinume rantur morbi, ut Chriſtus glorificetur fons Placidi patris ſanctiſsimi.

18 *Oratione et ſigno crũcis languidum ſanat.*

Quidam namq; languidus ita capite,oculis & totis hydropis morbo tenſus erat uiſceribus, ut in utris ſimilitudinem (quaſi totus uenter eſſet pertractus in uitalibus, & uelut uitrum perluceret infecta cutis extrinſecus,qui a medicis deſperatus ad beatũ confugit extrema ſorte remedium,quiq; mox ut ueſtibus exutus, & ſacratiſsimæ 19 crucis eſt ſigno munitus,hydropis incluſus liquor ſacri ſigni impreſsione cõſumitur. Sic modo admirabili nec intus humor retentus eſt,nec foris egreſſus,arte prædicabili,humorem ſigno ſiccauit. Is autem qui languidus fuerat,diuinum beneficium per beatiſsimum Placidum in ſe patratum aduertens,Deum laudare & benedicere cœpit dicens,Dñe Ieſu Chriſte qui mihi ſanitatẽ reddidiſti meritis ſanctiſsimi ſerui tui Benedicti per precioſiſsimũ Placidum diſcipulum eius,te benedico.

19 *Signo quoque Crucis hydropicum ſanat.*

Vir autẽ Domini cum iam ad furcas caudinas propinquaret, quidam cęcus lucem poſtulaturus ad eum acceſsit. Quem ſanctus domini ut uidit,iuſsit illum perduci ad ſe. Et dum appropinquaſſet,manus ſuas ſuper oculos eius clauſos imponens,atque ad 20 cœlum ſua lumina uertens,orauit ad dominũ dicens,Lux mundi Deus,qui in fine temporum filium tuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum incarnari de Virgine conſtituiſti, qui mundum in peccati fouea iacentem miſericorditer per iam dictum filium tuum erexiſti, qui beatiſsimũ patrem noſtrum Benedictum eccleſiæ tuæ ſpeculum & legiſlatorem dediſti, qui dediſti ei poteſtatem mederi omnibus uulneribus atque languoribus,tu per eius ſanctum interceſsionem huic miſero in tenebris conſtituto lucis gaudia cõdonare dignare. Cumq; orationẽ compleſſet, ſuper eius oculos ſignum Luciferæ crucis imprimens dixit. Illuminet te Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei qui cæco nato lumen reſtituit. His dictis mox ut ſuper eius oculos ſignum 21 crucis expreſsit, lux effulſit, & totum laborem medici uirtus crucis ceſſare fecit.

20 *Ecce oratio cum eleuatione oculorum ad cœlum.*

21 *Vide miros orationis & ſigni Crucis Chriſti effectus.*

Quædam interea mulier dum grauiſsima infirmitate detineretur, audita fama miraculorum ſancti uiri, ſollicite interrogare cępit unde tantum gaudium in populo eſſet. Qui cum reſpondiſſent, quod eò Placidus beatiſsimi patris Benedicti tranſiret, qui cęcos illuminat,dæmones fugat, omnibusq; neceſsitatem patientibus, diuina dona impertit Mulier fide in Deum,ſpe in ſanctum Domini feruens, ad eum accedere ſtuduit. Vir autem ſanctiſsimus præſcius futurorum, uidens mulierem uenientem, interrogare cępit unde, uel qua ex re ad eum uenire uoluiſſet. Illa autem ueſtigijs eius prouoluta dixit, Diu eſt pater reuerende quod diutino languore afflicta, ſanitatis beneficium ex toto amiſi. Vnde ſupplex tuam paternitatem exoratura adueni, quatenus preces ancillæ tuæ exaudias,luctum conſideres,& pietatẽ in me exhibens, redemptori & gubernatori omnium per me preces effun-

das,confido enim & fiducialiter credo,quod per tuam ſanctam interceſsionem oſtendat in me Dominus gratiam ſuam. Placidus mulieris fidem & deuotionem admirans, 22 expanſis in cœlum manibus orauit ad Dominum dicens. Lux æterne Deus, uita,uia,decus,ſapientia celſa tuorum, expelle quæſo ab ancilla tua omnẽ languorem, ut ſanitati reſtituta, nomini tuo ſancto gratiarũ præconia perſoluere ualeat. Vix in oratione Placidus ſanctus uerba compleuerat, & redeunte ſanitate mulier ad uerbum uiri Dei feſtina conſurgens, facienti mirabilia in cœlo & in terra laudum munia decantare deuotiſsime cępit, confitens Placidi interuentu ſanitatis ſibi aduenisse beneficium.

22 *Ecce orationem cum expanſione manuum ad cœlum.*

Hæc dum per ora circum manentium ſerperent, quidam uir per q̃plura tempora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatiſsimi Placidi miracula relata fuiſſent, curſu quo poterat beatum adiens Placidum, poſtulabat ab illo benedictionem. Quem uir ſanctus uiuificæ crucis uexillo muniẽs, dixit, benedicat te Dominus Deus ex ſion, ut uideas quæ bona ſunt in Hieruſalem omnibus diebus uitæ tuæ. Ad hanc itaque uiri uocem qualitudo languoris receſsit, dolor fugatus eſt, omneſq; aſtantes in ſtuporem & admirationẽ conuertit dicens, quod uere Deus uiſitauit plebem ſuam, qui tantum ac tale ad partes illas dignatus eſt tranſmittere donum. Ipſe autem ſanctus uir licet tanta magiſtro ſuo iuuante patraret ſtupẽda miracula, humilitatis amicus, humilitatem modis omnibus retinens, ultimum ſe omnium hominum iudicabat dicens. Vermis ſum & non homo, obprobrium hominum & abiectio plebis.

Poſt patratum itaque per beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum acceſsit. Quem dum ſanctus uir perſpexiſſet, oculis in cœlum erectis dixit, Domine Ieſu Chriſte qui ad interuentum Apoſtoli tui Petri claudum ad fores tẽpli ſedentem mirabiliter erexiſti, tu per interceſsionem dilectiſsimi ſerui tui Benedicti magiſtri noſtri, huic contracto manũ reſtitue. Ad hanc uocem dum digitos eius ſuis ſanctis manibus cõtrectaſſet, ſubito ſicca palma reuiruit.

Iiſdem porro diebus quidam uir grauiter à ſpiritu immundo uexatus, ad ſanctum Domini Placidum curãdus adductus eſt. Cumq; pro eo omnipotentis Dei clementiam exoraſſet, manu ſua ſignum crucis ſuper eum faciens, ſtatim à circunſtantibus de eius naribus ſcintillante igne fumus egredi uiſus eſt, cunctiſq; patenter innotuit prauæ cogitationis autorem in ſpecie fumi ab eo diſceſsiſſe.

Iam uero ſi exequerentur miraculorum ſingula quæ in tali præcipue floruerunt itinere, hæc ſine numero eſſent, nec eſſet modus in pagina. In quocunque enim loco ubi Placidi beati ſe conuertit præſentia, nulla morborum generibus eius interuentu defuit medicina, quia

quot ſe obtuliſſent languentium uulnera, tot ſuper ęgros fundebat ſalutis ſemina. Nam beati Placidi, quis exęquare poterit prima ad ultima? cum per 23 ſignum crucis ſaluaret languidos, curaret inergu-minos, ante quē q̃uis occulte ueniſſet antiqui hoſtis uerſutia, ſtatim ſe manifeſtauit fraudulenta fallacia. Hac de re à conſpectu ſancti uiri quia cęlari non poterant, nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſsim per loca uiolenter exponebant crimina, ſuſpenſa per aēra frequenter nec interroganti confitebantur & nomina, & ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum uirum crucianda dæmonia, pendebantq; religati inergumini aērio uinculo, & quaſi clauis defixo tendebant ueſtigio. Cumq; iter ageret, ſtrages dæmonum ante Placidi beati obtutum cadebant cateruatim, per ueſtigia diuerſis modis effuſa. Hæc muta, illa clamantia, illa fixa, hæc lubrica, & uelut ante iudicem dum geſta ferrent, nō effugiebant tormenta. Sed ad ſancti uiri præconium quanta eſt hęc laudatio, cum ineffabiliter multa & ſtupenda fierent ſub momento?

23 *Quot miracula per ſignum Crucis operabatur ſanctus uir?*

Iam uero de miſeria egenorum releuanda quantum fuerit prodigus explicare quis poterit? In tantum enim etiam in itinere conſtitutus, miſerias & ęgeſtates aliorum releuare ſtudebat, ut iure cum Iob dicere poſſet, Ab infantia creuit mecum miſeratio.

Tunc temporis quidam iuuenis in tantum fuit membrorum deſtitutus officio, ut calcanea natibus quaſi clauis inhærerent affixa, manusq; ad mamillas & brachia retro hinc inde coſtis quaſi quodā glutino necterentur, oculis quoq; & auribus ipſiq; linguę propria erant negata officia. Hic adiutorio ſuorum impoſitus in ſiſarcia, comitantibus ſibi pueris, ad beatum Placidum peruenit, proſtratusq; pedibus eius, rogabat ut ſibi ſolita pietate ſuccurreret. Quem flebili uoce miſericordiam poſcentem ſanctus Domini cum perſpexiſſet, inquirit unde ueniſſet. Tum ille propter te inquit pater ſanctiſsime, patria parentibusq; relictis, nequaquam de pollicitatione dubius, ſed Chriſti uirtute ſecurus, huc ad te ſanandus adueni. Ad hæc ſanctus erectis in cœlum 24 manibus & oculis, Dei omnipotentis clementiam deuotiſſime cępit ſupplicare, ut per merita ſanctiſsimi Benedicti miſero ſola pietate ſuccurreret. Cumq; orationem compleſſet, languidus magnis uocibus cœpit clamare, ita ut uocibus eius omnes præcellerentur. Et ecce repente cohærentia cœperunt membra reſolui, atque decurrente cruore paulatim crura & manus diutino glutino coartaæ, in priſtinū uigorem reſtitui. Sicq; factum eſt, ut æger qui alienis manibus delatus aduenerat, proprijs iam ſanis incederet ueſtigijs. Et ita eſt in eo plenitudo reſtaurata ſalutis, ut in uno eodemq; tempore, & uirum oculi, & aures auditum, & lingua eiuſdem recte loquendi priſtinum recepiſſent officium.

24 *Sanctus uir erat cum manuum & oculorū in cœlum eleuatione contra noſtri temporis Nouatores.*

Quidam

Quidam uero dum per annos quamplures manuum ac pedum ſed & oculorum fuiſſet priuatus officio, ad Placidum patrem almificum ueniens, uniuerſa debilitatis moleſtia liberatus eſt.

Alius quoque adoleſcens qui erat a genibus uſque deorſum, omniũ immobilis rigiditate membrorũ, ita ut manibus innitens uniuerſum poſt ſe corpus trahens, ad inſtar uermium per terram reperet. Hic ad ſanctum Placidum adductus, ſalutem integerrimam recuperauit in omnibus membris.

Per eos dies dum ſanctiſsimi Placidi miracula per ora hominum uolitarent, Deoq; ac patri ſanctiſsimo Benedicto magiſtro eius ſuper tanta prodigia gratias agerent. Quidam cęcus duci ſe ad beati Placidi pręſentiam fecit, clamans & dicens. Placide ſerue Dei uiui, adiuro te per magiſtri tui Benedicti dulciſsimum nomen, ut mihi a Domino Saluatore illuminatore omnium uiſum impetrare digneris. Confido enim, & fideliter credo, quia quicquid a domino petieris impetrabis. Sanctus autem domini Placidus pietatis diſcipulus, more ſibi ſolito ad miſericordiam flexus, uiuificum 25 ſignum crucis ſuper oculos eius faciens dixit. Domine Ieſu Chriſte qui cęco nato oculos quos natura negauerat reddidiſti, & ſedentes in tenebris & umbra mortis illuminaſti, tu per merita ſerui tui magiſtri noſtri Benedicti, huius cęci oculos illuminare dignare, ut uidens mirabilia tua, ſanctum nomẽ tuum quod eſt benedictum in ſecula laudet hic & ubique. Cum a circũſtantibus reſponſum fuiſſet Amen, illico aperti ſunt oculi eius, cepitq; laudare Deum dicens. Benedictum ſit nomen domini glorioſiſsimi, qui me illuminauit per interceſsionem beati patris Benedicti, & per ſanctiſsimum Placidum diſcipulum eius. Fit uox letitiæ per ora cunctorum, pueri cum mulieribus, iuuenes cum ſenibus, dominatori & ſaluatori domino Ieſu Chriſto laudem decãtantes occurrunt, clamabantq; gloria tibi ſalus ac uita cunctorum, qui tantũ ad partes noſtras dignatus es tranſmittere donum.

25 *Oratione cum ſigno crucis cęcum illuminat.*

Inde itaque Placidus beatiſsimus pater egrediens, Beneuentũ deuenit, atq; à ſancto Martiano epiſcopo ob amorem beatiſsimi patris Benedicti cũ omni reuerentia ſuſceptus eſt. Ibi itaque uir domini Placidus dum cum eodẽ ſancto Pontifice reſideret, claudus quidam Malo nomine, iuxta epiſcopũ eundẽ cõmanens, qui non aliter quam genibus repens, cũ ſcabellulis terrã uerrebat, comperi à Gordiano & Donato ac ciuibus urbis illuc aduenisse Placidum beatiſsimi patris Benedicti diſcipulum, cuius ſanctitatis & uirtutis fama ſe iam per totum orbẽ extenderat. Hic niſu quo poterat beatum adiens Placidum, cepit clamare dicens, Adiuro te Placide ſerue Dei excelſi, per orationẽ magiſtri tui ſanctiſsimi Benedicti, cuius meritis ſicut audiuimus, liberatus es ne ab aquis lædi potuiſſes, ut me ſanitati reſtituas. Et cum à ſancto Mar-

tiano epiſcopo & ab omnibus rogaretur, iuſsit eũ adduci ad ſe, & ſtans ſuper illum orationes fudit ad dominũ dicens, Domine Ieſu Chriſte qui totum mundũ cum eſſet perditus reſtauraſti, tu per merita beatiſſimi patris Benedicti adeſto nobis & huic famulo tuo, opem ſalutis ei inferendo, ut priſtina ſanitate recepta, nomen tuũ glorioſum benedicat in ſecula ſeculorum. Et cum omnes reſpondiſſent Amẽ, protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ, & ſaniſsimus ſurgens clamabat, Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte, qui me ſaluũ feciſti per beatiſsimũ Placidum diſcipulum ſanctiſsimi Benedicti ſerui tui. Habitatores autem ciuitatis Beneuentanæ tale miraculum per beatum Placidum patratum uidentes laudabant & benedicebant Deum dicentes, Iubilet & pſallat tibi Deus terra, pontus, & plebs fidelis hymnũ decantet qui ſeruo tuo Benedicto tam pretioſum conceſsiſti diſcipulum.

Talia dum quidam cecus audiſſet, propinquorũ manibus ad patris Placidi pręſentiam ſe duci fecit, lachrymoſisq; ſingultibus clamabat dicens, Placide ſerue Dei dilecti, q meritis magiſtri tui Benedicti adiutus, ſanitatis gaudia quãpluribus reddidiſti, ſuccurre quæſo meæ miſerabili cęcitati, quatenus deletis tenebris lucem poſsim aſpicere, & cuncta regentem cũ cordis iubilo ualeam collaudare. Sanctus uero domi-

26 *Oratio cum manuũm erectione.* ni Placidus ad miſericordiam flexus, 26 erectis in cœlum manibus dixit, Domine Ieſu Chriſte lux uera, quæ illuminas omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundum, tu per merita magiſtri mei ſerui tui Benedicti, huic cęco lumen donare digneris, ut uidentes mirabilia tua laudent, & benedicant nomen tuũ quod eſt glorioſum in ſecula. Hi uero qui aderant, cũ reſpondiſſent Amen, exaudiuit Dominus de templo ſancto ſuo ſeruum ſuũ, cęcoq; poſcenti lumen reſtituit. Qui ſanitati redditus clamabat dicens, Tibi ſit Chriſte laus, honor, decus & iubilatio, qui me illuminaſti interceſsione ſanctiſsimi ſerui tui Benedicti ꝑ beatiſsimũ Placidum diſcipulum eius. Fama huius rei omnem continuo repleuit urbem Beneuentanam. Ad tantũ miraculum ruunt cuncti obuiam, cuncta regentẽ cum magna exultatione laudantes.

Beatiſsimus uero Placidus ſanctum Martianũ epiſcopum ſalutans in oſculo ſancto, poſt aliquos dies ad Canuſiam Apuliæ ciuitatẽ deuenit, in qua cũ ingenti gaudio & dilectione ob amorẽ beati Benedicti a ſancto Sauino eiuſdem ciuitatis epiſcopo ſuſceptus eſt. Idem ſanctus Sauinus epiſcopus tam beatiſsimo Placido, quã & omnibus qui cũ eo uenerant, omnẽ humanitatis curã exhibuit. Sanctus autẽ Sauinus per tres dies beatum Placidum ſecũ retinens, dulcia inuicem perennis uitę inter ſe ferebant colloquia, & per interualla horarũ interrogabat illũ de uirtutibus quas per beatiſsimũ patrem Benedictum diuina exercuerat maieſtas, ſimul etiam de uita & melliflua ac diſcretiſsima doctrina eius.

Interea dum iſta dicuntur, & illa referuntur, Laudulfus quidam nomine, manũ aridam & incuruatam habens, ubi comperit illuc aduenisse Placidum diſcipulum beati Benedicti, flens & eiulans uenit, clamauitq;, Placide uirorum ſanctiſsime, adiuro te per eum qui cuncta creauit, & per magiſtri tui Benedicti ſanctum nomen, ut mihi ſanitatis beneficium implores a Domino, cõfido enim, quia per te oſtendet in me Dominus miſericordiam ſuã. Hæc cũ dixiſſet cũ ingenti luctu, aridam manũ beatiſsimo Placido oſtendebat. Id ipſum omnes qui in eodẽ ſpectaculo erant, & qui occurrere poterant, unà cũ ſancto Sauino epiſcopo ſuppliciter expoſcebant, rogantes eum ut pro eo omnipotenti Domino ſupplicaret. At ipſe ut erat piiſsimus, ex intimo cordis trahens longa ſuſpiria, cũ lachrymis 27 orationẽ fudit ad dominum dicens, Deus omnipotens cui nihil eſt impoſsibile, qui cœlum, terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt ex nihilo creaſti, qui dediſti huic famulo tuo in baptiſmate remiſsionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatiſsimi patris noſtri Benedicti in priſtina incolumitate reintegrare dignare, per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ, qui tecum uiuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Hæc cũ dixiſſet, utraq; manu ſua manũ eius aridam apprehendens ait, Sanet te dominus Ieſus Chriſtus, qui dignatus eſt extendere manũ aridam in ſynagoga. Continuo itaque extenſa eſt illius arida manus & incuruata, & priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. Sanctus uero Sauinus epiſcopus tale miraculum per beatum Placidum dum aduertiſſet, glorificabat dominũ dicens, Gratias tibi refero cunctorum uita ſalusq;, qui beatiſsimo ſeruo tuo Benedicto talem nutrire conceſsiſti diſcipulum, per quem tibi ſigna & prodigia patrari ſit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc & uſque in ſeculum. Hi autem qui præſentes erant, hoc uidentes glorificabant Deum, patremq; ſanctiſsimum Benedictum ſummis adorijs extollebant.

27 Sanctus cum lachrymis orationem fudit ad dominum.

Sanctus uero Placidus beato Sauino epiſcopo ualefaciens, & inde iter accelerans, poſt non multos dies deuenit Regium Calabriæ ciuitatem. Quem ſanctus Siſinius eiuſdem ciuitatis epiſcopus ob reuerentiam quam in ſanctiſsimo patre Benedicto habebat, cũ omni diligentia ſuſcepit, duobusq; diebus ſecum retinuit. Itaque dum fama per omnem prouinciam Calabriæ de beati Placidi aduentu uolitaret, Leproſus quidam audita opinione miraculorum ſancti uiri, uenit ad eũ clamans & dicens, Placide ſerue Dei, adiuro te per magiſtri tui Benedicti ſanctum ex uenerabile nomen, ut tuis ſanctis precibus ſanitatis gratiam pro me implores a Domino, ideo te Dominus ad has partes direxit, ut languidis & debilibus ſanitatem cordis & corporis conferas. Vir autem domini Placidus erigens ſe in cęlum, orationem fudit ad Dominum dicens, Deus omnipotens ſolus ſine fine & initio, qui

totum mundum creaſti ex nihilo,qui in fine temporum filium tuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum incarnari de Virgine,& crucis patibulum ſubire feciſti,quo uetuſtum ſolueret proprio cruore peccatũ,tu per merita ſanctiſsimi ſerui tui magiſtri mei Benedicti hunc leproſum dignare emũdare,ut ſanitate corporis ſui animæq; recepta, nomen tuum ſanctum collaudet hic & ubiq;. Confeſtim itaque ſanitati redditus benedicere cœpit & laudare Deum, qui tanta mirabilia per beatum Placidum oſtendere dignatus eſt.

Hæc dum ad notitiam cunctorum perueniſſent,quidam uir diuti no languore uexatus,ad ſanctum domini uenit, procidensq; ad pedes illius cũ lachrymis dicebat. Credo pater ſanctiſsime,quia tuis ſanctis interuenientibus meritis, in recipienda ſanitate Deus petitioni meæ dabit effectum.Pater autem ſanctiſsimus pro eo orationem ad domi num fundens,ſanitati reſtituit. Et qui ſemiuiuus uenerat,cunctis mirantibus incolumis redijt.

Non ſolum uero ibi,uerum & per omne itineris ſpatium ad laudẽ & gloriam ſui nominis multas uirtutes operari dignatus eſt dominus Ieſus Chriſtus per beatum Placidum,meritis & orationibus beatiſſimi Benedicti magiſtri ſui interuenientibus.Cęcis namq; uiſum reddebat,ſurdis auditũ,exinanitis & ſtolidis rectum ſenſum,clãdis greſſum reſtituebat,dęmones effugabat,leproſos mundabat,omnibus infirmitatibus ſubueniebat.Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes beati Placidi merita magnis præconijs extollebant dicentes,Be nedictum ſit nomẽ Domini glorioſum à ſeculo & uſque in ſeculum, qui per ſanctiſsimum ſeruum ſuum Placidum beati Benedicti diſcipulum,tales ac tantas uirtutes operari dignatus eſt.Donatus pręterea eiuſdem beati Placidi famulus,dum ſollicite quæreret nauem cũ qua poſſet Siciliam nauigare, obuium habuit quendam clericum mutũ & ſurdum,nomine Siconem, inauditis ac flebilibus morbis laborantem,cui ex auribus putredo cum uermibus profluebat.Hic quamuis auditum & loquelam in infirmitate amiſiſſet,ſcientia tamẽ agnoſcendi & uidendi quàm maxime uigebat,& ea quæ ad corporis ſuſtentationem congrua erant,nutibus & inditijs expoſcebat. Quem cũ Donatus tanto infortunio depreſſum & aggrauatum uidiſſet,eos qui cominus ſtabant ex re tantæ calamitatis inquirit. Dictumq; eſt ei, quia loquelam & auditum ui longæ infirmitatis amiſit. Hæc Donatus a ciuibus dum uerba cœpiſſet,calamitatem eius miſeratus,ad uirũ Dei illum perduxit,atq; ad pedes eius proijciens,rem pro ut erat per ordi nem pandit. Ipſe namq; ſeruus Domini tunc reſidens, lectioni operã dabat,cũq; à ciuibus & clericis qui ad eum uiſitandi gratia uenerant, rogaretur ut pro eodem languido omnipotentis Dei exoraret clemen tiam,ſurgens pauliſper intra ſe Dominum rogauit,dehinc conuerſus

ſuas

ſuas manus ſuper caput infirmi poſuit dicens, Domine Deus omnipotens qui hominem de limo terræ plaſmaſti & inſpiraſti in faciem eius ſpiraculum uitæ,qui dediſti ei dignoſcentiam boni & mali,tu domine per orationes & merita ſanctiſsimi patris noſtri Benedicti, & omnium monachorũ qui tibi ſub eius magiſterio famulantur,dignare adeſſe nobis,& p nos humillimos & peccatores ſeruos tuos occurrere huic famulo tuo, conferendo ei ſanitatem, ut omnes uidentes & audientes dent gloriam nomini tuo ſancto,quod eſt benedictum ante omnia ſecula,& benedicatur nunc & p infinita ſecula. Cumq; omnes qui aderant reſpondiſſent Amen, illico ſolutum eſt uinculum linguæ eius,& apertæ ſunt & ſanatæ aures illius, & audiens planiſsime loquebatur ſine offenſione,laudans & benedicens Deum & patrem ſanctiſſimum Benedictum.

Alio uero die ualefaciens beato Siſinio epiſcopo, nauem cõſcendit, transfretansq; Farum,Meſſanam Siciliæ deuenit ad urbem. Cumq; deſcendiſſet ad terram,Gordianum famulum ſuum direxit ad ciuitatem,mandans ut Meſſalinum ciuem romanũ,Tertulli patris ſui amiciſsimum,ad ſe uocaret,erat enim ditiſsimus. Quem ubi inuenit, ad littus maris ubi ſanctus domini Placidus morabatur, ſecum adduxit. Videns autem Meſſalinus beatum Placidum iuxta maris littora ſtantem, formamq; eius uultui Tertulli patris ipſius aſsimilantem,equo quo inſiderat deſcendens,ad pedes eius cecidit. Quẽ ſanctiſsimus Placidus à terra eleuans,oſculatus eſt eum,atque benedicens,rem propter quã a ſanctiſsimo patre Benedicto directus fuerat,per ordinẽ pandit. Meſſalinus uero beatum Placidum diutius complexans,& ad pectus ſuum aſtringens, lachrymas quoque inuicem præ gaudio fundentes immorati,demum quoque idem Meſſalinus Gordianum & Donatũ famulos eius deoſculans, apprehendens iterum dexteram beati Placidi ac diu exoſculans, cum ingenti honore duxit ad domum ſuam, & repleta eſt omnis ciuitas Meſſana gaudio ſuper aduentu eius. Meſſalinus autem dum in domo ſua cum beato Placido reſideret, & nõnulla de his quę ad æternam uitam attinent ab ipſo audiret,requiſitus ab eodem ſeruo domini eſt de poſſeſsionibus ac portubus,de ſeruis & ancillis quæ ipſe unà cum Tertullo patre ſuo imperpetuum poſsidenda beato Benedicto tradiderat. Deſiderabat enim uidere ſingillatim loca in quibus poſſeſsiones erant. Rogauit etiam ut aduentum ſuum omnibus amicis Tertulli patris ſui notificaret,necnõ ſeruos & ancillas quos ibi habebat oſtenderet,procuratores quoque quos iam dictus genitor ſuus ſuper eaſdem cortes prępoſuerat,ad ſe accerſiri iuſsit. Meſſalinus uero Metellum filium ſuum euocans, præcepit ut cum uno ex ſeruis ſuis cortes & poſſeſsiones Tertulli patricij percurreret, & earundem cortium procuratores ac portuum cuſtodes cum amicis iam dicti pa-

tricĳ ad beatum Placidum duceret. Qui paternis iuſsis obtemperans, uno tantum ſeruo aſſumpto aſcenſis equis, quæ ſibi iniuncta fuerant implere ſollicite cœpit.

Illuceſcente uero die beatus Placidus Meſſalinum euocans, dixit ad eum. Non decet 28 Monachum in domibus laicorum ſtationem habere, quia cōtrarium eſt omnibus modis ordini noſtro. Quapropter ſi ueſtræ nobilitati non habetur contrarium, eamus, & prouideamus locum in poſſeſsionibus patris mei, in quo monaſterium conſtruere ualeam, nō ædificare enim ſupra fundamentum alienum decreui. Veniensq́; poſt hæc ad portum maris, inuenit locum habilem ad monaſterium conſtruendum, & cum baculo quod manu geſtabat, deſignauit locum in quo oratorium Baptiſtæ Ioannis, in quo domum ſuam & omnis monaſterĳ officinas conſtruere ualeret. Poſt hæc beatus Placidus conuerſus ad Meſſalinum dixit, Præpoſitus iſtius portus Meſſanæ ciuitatis ubi eſt, & quo nomine nuncupatur? Et Meſſalinus hic inquit prope eſt, de nomine autem unde interrogaſti ſcias quia Pōpeius cilius appellatur. Tum ſanctus iuſsit illum uocari ad ſe, qui dum ueniſſet, cecidit ad pedes eius. Quem beatus Placidus è terra eleuans, præcepit quod de pretio quod de portu acceperat conſtrueret domum, in qua ipſe cum ſuis habitaret, ſimul etiam & eccleſiam ad honorē beati Baptiſtę Ioannis, in qua die ac nocte omnipotenti domino deſeruiret. Et dixit ad illum, Tuum uolo ut ſit artifices in hoc loco ad operādum ubicunque eos per totam Siciliam inueneris adducere, nec non ſeruos & ancillas ad lapides & quæq; neceſſaria ſunt cōportanda adunari, ut hoc opus ipſum celerius poſsit expleri, maxime tamen domus in qua habitare ualeam. Et ut hæc omnia citius fiant omnes præpoſitos portuum & procuratores cortium tanto labori intereſſe uolumus, dando ſumptus & quæq; neceſſaria ſine dilatione aliqua. Filium uero tuum uice tua ſuper portum præpone. Tu uero inſta fabricæ, ut cito poſsit expleri, præcepitq́; ut de redditibus cortium, & de cenſu portuum pecuniam Romam ad columnas & epyſtilia emenda tranſmitteret. Deſignauit etiam corā Pompeio cilio, in quo loco dormitorium, refectorium, coquina, cellarium & omnes monaſterĳ officinę cōſtruerentur.

28 *Notent hoc illi Monachi, qui paſsim per ſecularium ædes uagantur, putantes hoc ſibi licere.*

Congregatis itaque quāpluribus artificibus, iactisq́; in Chriſti nomine fundamentis, ceptum opus certatim & ſine intermiſsione perficiebatur. Primo nanque ibi domum in qua beatus Placidus maneret, amplam ſatis extruxerunt. Meſſalinus autem interdiu aptiſsimā manſionem beato Placido aſsignauit, in qua libere poſſet ſolus ſedere, legere & orare. Cibos uero afferebant ei & ſuis ſerui illius, & omnes amici patris eius. Idem quoque Meſſalinus cum familia ſua ſequeſtratus in alia domo manebat. Pompeius autē cilius iuxta quod ſibi beatus Placidus imperauerat, uice ſua poſuit ſuper portum Meſſanæ ciuitatis fi-

lium ſuum nomine Pillium uitellium, iuuenem prudentiſsimum, ſapientia & bonitate multa pollentem. Quadam uero die dum a conſtructione monaſterij ad domum ſuam quam ſibi Meſſalinus cõmodauerat ſanctus domini Placidus rediret, obuium habuit quendam cęcum nomine Siluium, natione Romanum, qui plorando lumen amiſerat, & per decem & octo annos penitus non uiderat. Illo nanq; tempore omnes qui inſulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorũ erant. Puer autem qui cęco ducatum prębebat, Placidum patrem ſanctiſsimum uenientem proſpiciens, dixit ad eum. Ecce ſanctus domini Placidus beati Benedicti diſcipulus, nuper ab Italia ueniens, de quo per totam Siciliam rumor exiuit, iam appropinquat. Cœcus autem ex ore pueri talia dũ uerba audiſſet, cœpit clamare uoce magna dicens. Adiuro te Placide beatiſsime ſerue Dei, per crucẽ domini noſtri Ieſu Chriſti & ſanguinem illius precioſiſsimum, quẽ pro ſalute humani generis fudit, ut digneris pro me intercedere ad Dominum, ut reddat mihi lumen oculorum meorum quod plorando amiſi, quia per decem & octo annos omnino lumen cœli uidere non potui. Id ipſum Meſſalinus cum famulis ſuis, & alij quãplures qui unà cum eo ad ciuitatem redibant exorabant. Tantis itaq; uir domini Placidus ſupplicationibus motus, ſubſtitit, iuſsitq; cęcũ adduci ad ſe. Et dum ueniſſet, poſuit manum ſuper caput eius, orans 29 intra ſe parumper. Completa oratio 29
ne ſacroſanctum ſignũ ſuper oculos eius faciens, & manus ſuas ſuper *Oratione, & ſigno*
eum imponens, cũctis audientibus dixit. Domine Ieſu Chriſte qui es *Crucis cæcum illumi-*
Lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mun *nat.*
dum, qui cęcum a natiuitate illuminaſti, & dediſti ei lumen quod natura negauerat, tu illumina oculos iſtius cęci ad gloriam & laudem tui nominis, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum Amen. Statim uero aperti ſunt oculi eius, & ita acutiſsime cœpit uidere, ac ſi infantulus eſſet. Hi uero qui aderant hæc uidentes & audientes, procidentes in terram, benedicebant & glorificabãt Deum, patremq; ſanctiſsimum Benedictum digna extollebant uene ratione. Diffamatum eſt hoc miraculum per uniuerſam Siciliam, ita ut ex omni inſula ęgroti & languidi coadunati ad eũ producerentur.

His quoque diebus quidam uir a dęmonio correptus dolendo exitu cruciabatur. Rogatus itaque uir domini Placidus ut pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, iuſsit eum ad ſe attrahi, & ſtans ſuper illum orationem fudit ad Dominum dicens. Domine Ieſu Chriſte qui mundum diabolica fraude ſeductum de eius poteſtate liberaſti, qui regnum illius deſtruxiſti, tu per interceſsionẽ dilecti ſerui tui Benedicti magiſtri noſtri, hunc hominem ab hac dęmoniaca uexatione dignare mundare, ut uidentes nomen tuum ſanctum collaudent in ſecula ſeculorum. Cumq; circumſtantes reſpondiſſent, Amen, uir do-

mini Placidus ſignum crucis contra uexatũ faciens, immundum ſpiritum ab eo effugauit. Hi uero qui præſentes erant, cęperunt laudare Deum qui per ſanctiſsimum Placidum beati Benedicti diſcipulum, tam inſigne dignatus eſt operari miraculum. Igitur cũ fama per Siciliam exiſſet, quod eſſet in eadem prouincia Placidus beati Benedicti diſcipulus, qui ægrotantibus manus imponit & ſanãtur, cęcis reddens uiſum, ſurdis auditum, claudos erigens, dęmones fugans, & omnes infirmitates curans, ex tota Sicilia, necnon etiam de Africa conuenientes, omnes infirmantes in unum congregauerunt, rogantes, ac per patris Benedicti nomen Placidum atteſtantes, ut illis ſanitatis gratiam impetraret a Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, ſimul etiam & fidem admirans, orauit ſic. Domine Ieſu Chriſte qui magiſtro meo Benedicto dediſti poteſtatem apud te impetrandi quod uellet, tu per ipſius ſanctam interceſsionem omnibus languoribus iſtis ſalutem conferre dignare, ut ſanitate percepta laudẽ referant nomini tuo ſancto. Et dum reſponſum fuiſſet Amẽ, ſani effecti ſunt laudantes & glorificantes Deum.

Quanta etiam miracula per beatiſsimum Placidum illis temporibus dominus Ieſus Chriſtus operari dignatus ſit, enarrare ea omnia ualde longum eſſet, de quibus tamen aliqua dicemus.

Dum enim in ciuitate Meſſana maneret, & Meſſalinus cum amicis iuxta eum reſideret, quidam uiri eidem ſeruo domini paralyticum quendam ita afflictum obtulerunt, ut nequiret quis diſcernere cõpages membrorum. Rogante uero Meſſalino & his qui pręſentes erant pro eo, uir Domini Placidus oratione facta, contrectansq; diſſolutos artus, dixit ad eum, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti filij Dei uiui, cuius uirtute uniuerſa conſiſtunt, adiutus meritis ſanctiſsimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & perage opus tuũ. Statim itaq; ad eius iuſsionem conſurgens, benedicebat Deum ex patrem ſanctiſsimum Benedictum. Quod miraculum uidentes Siculi, benedicebant dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tantam gratiam diligentibus ſe conferre dignatus eſt.

His quoque diebus quidam Siculus ad uirum domini uenit, rogans & multa prece depoſcens, ut ſodalem ſuũ ex multo iam tempore paralyſis languore detentum, ſua uiſitatione ſanaret. Obſecrante itaque eo unà cum his qui præſentes aderant, ad lectum ægrotantis accedere ſtuduit, orationemq; ad dominum fundens, ait, Domine Ieſu Chriſte altiſsimi patris fili, qui paralyticum in lecto iacentem ſolo uerbo curaſti, tu per interceſsionem dilectiſsimi ſerui tui Benedicti magiſtri noſtri, hunc paralyticum a lecto doloris abſolue, quatinus curatus à tanto languore, gratiarum tibi in eccleſia tua referat actionem. Completa oratione 30 ſignum crucis ſuper eum faciens, de lectulo conſurgere

30 *Aduertis quod ſemper eodem remedio morbos curat? Nempe ſigno crucis & oratione.*

inſſit. Confeſtim is qui prius nequaquam proprijs uiribus præ ægritudine & dolore ſurrexerat, ad Placidi præceptum ſanctiſsimi ſurrexit incolumis. Omnes autem qui aderant tanto perculſi miraculo, magnificabant Deum facientem mirabilia ſolum, ceperuntq; ei certatim infirmos offerre, quos ille ſignans & benedicens, incolumes reddebat.

Eodem quoque tempore quidam uir à Dæmonio obſeſſus, ad beatum Placidum adductus eſt, cuius uirtutem ut ſenſit hoſtis nefandus, clamare cœpit per os eius dicẽs, Quid eſt Placide? animaduertis quod ipſe ſim quem ſuperatum eſſe paulo ante gratulabaris? Sanctus autẽ Placidus conuerſus ad uexatum dixit, Dominus meus Ieſus Chriſtus filius omnipotentis, cui omnis creatura cœleſtis & terreſtris obtemperat, ipſe tibi in uirtute ſancti ſpiritus, per interceſsionem ſanctiſsimi patris noſtri Benedicti imperet execrabilis Dæmon, ut exiens recedas ab hoc homine, & ulterius nõ habeas poteſtatem introeundi in eum. Confeſtimq; ab homine exiens, ſtrepitum immanem & terrificium dedit. Hi autem qui ſpectaculo aderant in ſtuporem conuerſi, benedicebant Deum.

Quidam uir mentis depreſſus inſania, cum ad ſanctum Domini perductus fuiſſet, orationem ſuper eum faciens, benedictionem dedit, ſicq; perditæ mentis, effectus eſt particeps ac ſi dementiam nullo unquàm tempore perpeſſus fuiſſet. Reuerſus uero ad patriam, ſonora uoce patris Benedicti merita, & beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

Tunc temporis duo cęci audita fama miraculorũ ſancti uiri, dixerunt adinuicem. Cur exterioribus tenebris obcęcati, interioris hominis lumen perdidimus? quicunque enim languidus ad beatum Placidum accedit, ſanus abſcedit, & nos torpentes deſidia in tenebris remanemus. Eamus itaq; ad uirum Dei, quatinus per eius ſanctam interceſsionem donet nobis Dominus Ieſus Chriſtus gratiam ſuam. Hæc dum inter ſe collocuti fuiſſent, propinquorum adminiculo fulti, ad patrem Placidum peruenerunt. Hoc ſanctus pater ut uidit, illorum cæcitati condolens, 31 eleuatis in cœlũ oculis dixit, Domine Ieſu Chriſte fili Dei, qui cum patre & ſpiritu ſancto in principio cuncta creaſti, qui cæci nati oculos aperuiſti, qui mundum in peccati cęno & in tenebris & in umbra mortis iacentem, tua potenti uirtute erigens, ad ueræ lucis ſplendorem reduxiſti, intret oratio mea pijſsime in conſpectu gloriæ tuæ, inclina ad me aurem tuam & exaudi me, & per ſuffragia dilectiſsimi ſerui tui patris noſtri Benedicti, his lumine priuatis uiſum reſtitue, ut tuum ſanctum nomen benedicere ualeant per omnia ſeculorum ſecula. Cumq; hi qui preſentes erant reſpondiſſent amen, exaudiuit Dominus de templo ſancto gloriæ ſuæ ſeruum ſuũ, cæciſq; lumen reſtituit clamantibus & dicẽtibus, Benedictus Dominus Deus

31 *Vide orationem cum eleuatione oculorum ad cœlum.*

Iſrael à ſeculo & uſque in ſeculum, & benedictum nomen gloriæ ſuæ ſanctum, qui percutit & ſanat, uulnerat & medetur, qui illuminauit nos orationibus ſanctiſsimi Benedicti per beatiſsimum Placidum diſcipulum eius. Sicq; gaudētes & exultantes cum benedictione ſancti uiri ad ſua reuerſi ſunt. Nullus nanque in Sicilia & Africa, & in toto oriente inueniebatur pręter Placidum, qui plus inter homines miraretur. Et ſicut inter multas gemmas precioſiſsima gemma micat, & iubar ſolis paruos ſtellarum igniculos obruit & obſcurat, ita in oriente & meridie cunctorum uirtutes & potentias Placidus ſolus ſuis uirtutibus ſuperauit. Minimū nanque ſe faciebat inter omnes, ut omnium maior eſſet, & quanto plus ſe deijciebat, tanto magis à Chriſto ſubleuabatur. Omnibus nanq; erat clementiſsimus, omnibus bonus, nihil animo eius clementius, nihil humilius, nihil blandius fuit. Flebat, ut ſemper gauderet, deſpiciebat, ut ſemper amaret. Fugiebat laqueos contritos, ut fontem indeficientem reperiret.

In talibus itaque exercitijs uir quidam dæmonis infeſtatione, quatiebatur, quem ante Placidum quoque uarijs Dæmon tunc torquere cruciatibus cępit, ullulabat luporum more, latrabat ut canis, fremebat ut Leo, ſibilabat ut ſerpens, mugitum dabat ut taurus, rotabat caput, & poſt tergum terram uertice tangebat. Miſerebatur ſuper tanto uexati infortunio Placidus, & lachrymas fundens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit dicens, Domine Deus cunctorum reſtaurator, uitæ protector & portus, qui hominē ab antiquo hoſte obſeſſum, tuo pretioſo ſanguine liberaſti, tu per interceſsionem magiſtri noſtri Benedicti dęmoniacum uirus ab hoc ſeruo tuo expelle, ut priſtinæ ſanitati redditus, ſanctum & uenerabile nomen tuum glorificare ualeat. Ad hanc itaque precem uexatus ſanus effectus, laudare cœpit & benedicere Deum.

Iiſdem porro diebus quidam uir omnium membrorū officio fuerat deſtitutus, adeò, ut nunq̃ abſque magno dolore manum ad os ducere, uel ad ambulandum pedes mouere ualeret, quoniam durius natibus adiuncti tenebantur. Eratq; ei mors ipſa uitalis, quia in corpore eius uelut in quodam uaſculo, intrinſecus latebat anima. Qui dum ab affinibus ad ſanctum Domini Placidum perductus fuiſſet, eumq; ſupplicíter poſcerent, quatenus pro eius liberatione Ieſu Chriſto Domino preces fundere dignaretur. Illorum ſanctus acquieſcens poſtulationibus ait, Domine Ieſu Chriſte Filij Dei uiui, qui es lux uera, ſalus, decus & uita generis humani, qui confractos reſtauras, & reſtaurando conſeruas, qui eliſos erigis, qui compeditos ſoluis, tu per ineffabilem
32 Ecce et hic iuncta oratio nem & ſignū Crucis. miſericordiam tuā reſtaura, repara ac conſolida hanc creaturam tuā, quam de Diaboli laqueis liberaſti, ut uidentes mirabilia tua, nomen tuum ſanctum benedicant in ſecula. Expleta oratione, 32 ſignum

cruci ſuper debilem faciens dixit. Sanet te Dominus Ieſus Chriſtus, qui dignatus eſt curare paralyticum in lecto iacentẽ. Mirabilis Deus in ſanctis, qui glorificantes ſe in ſua pręcepta ſeruando glorificat, & in momento exaudit. Nam ad uerbum uiri Dei ſanitati reſtitutus, laudẽ decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem qui ad ſpectaculum uenerant, hoc uidentes, ingenito patri & unico genito ſimulq; flamini ſancto perennẽ gloriam & laudem decantare cœperunt. Sanctus autem Domini Placidus, licet tanta per Chriſti Domini gratiam patraret prodigia, tanta exerceret undique ad ſe uenientibus ſtupẽda miracula, à conſtructione Monaſterij ſui nequaquam ceſſabat.

Die autem trigeſima Metellus filius Meſſalini cum ſeruis ſuis ſimulq; cum præpoſitis portuum omnium & procuratoribus cortium & multitudine amicorum Tertulli patricij, ad beatum Placidum ueniens, pecuniam infinitam ſecum deferens, ſancto Domini Placido obtulit. Quam accipiens, ad paoium ſolum ideſt, ad Vrbem Romanam direxit, ex 33 qua columnas & epiſtylia emit, quæ cum in Siciliam delatæ fuiſſent, locari iuſsit in eccleſia quã tunc conſtruebat in honore ſancti Baptiſtæ Ioannis. Cum uillicis autem & præpoſitis portuum & procuratoribus cortium diu multumq; eſt locutus. Et ob quã rem ad partes illas à ſanctiſsimo magiſtro ſuo Benedicto directus fuiſſet retulit, reddideruntq; ſinguli rationem uillicationis ſuæ de cortibus & portubus Tertulli patricij patris ſui, quas tenuerant. Poſt hæc omnibus in cõmune præcepit, ut ſine fraude & dolo aliquo & abſque qualibet dilatione quotidie impenderent, quicquid ſibi & ſuis in cibo, potu atque ueſtitu uel in cęnobij conſtructione neceſſarium eſſet, dixitq; ad eos, Ego ueniam uiſere uos, & omnes poſſeſsiones quas pater meus in hac prouincia tenuit, ideoque ita agite, ita ſtudete, ut noſtram gratiam obtinere poſsitis. Hoc ſcientes indubie, quia ſi me ſcandalizaueritis, ſcandalizabimini. Hæc cum dixiſſet, cũ benedictione ſancti uiri redierunt unuſquiſque in ſua.

33 *Si ædificare templa magnifica, & monaſteria, non eſſet deo gratum, & acceptũ, nequaquam Sanctus uir tantam in columnas, & epiſtylia, pecuniam, ſed ſolum in pauperes erogaſſet, ut uellent nõnulli Iudam imitantes; de profuſo in dominũ unguẽto murmurantem.*

Ipſe autem pater ſanctiſsimus, ea quę à magiſtro ſuo Benedicto didicerat, modis omnibus implere ſatagebat. Refulgebat ſane doctrina pietatis in eo, dilatabaturq; ſanctæ conuerſationis doctrina agrum ſerendo iuſtitiæ. Vnde factum eſt ut per beatum Placidum ac diſcipulos eius, patris Benedicti & caſsinenſis cœnobij ueneranda religio per totum orbem terrarum diffuſa ſit & diffamata. 34 Idem uero ſanctus Domini Placidus ſpiritu ſancto repletus ſine intermiſsione caſtigabat ſanctum corpus ſuum, & in ſeruitutem omnem redigebat, ut membra quæ ſunt ſuper terram mortificaret. Sermo uero eius aliud non erat quam mundi huius delitias ſpernere, onera orbis relinquere, ut Ieſum Chriſtũ Dei filium libere ſequeretur, memorans illud quod Dominus locutus eſt, niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſsidet,

34 *Tu qui monachis detrabis, uide ſi ſancti uiri propoſitũ fuit carnis concupiſcentias radicitus euellere & Euangelicam paupertatẽ in omnibus profiteri.*

non poteſt meus eſſe diſcipulus. In ſermone autem eius quanta grauitas, quanta modeſtia erat, enarrare quis ualeat? 35 orationi & lectioni ſolus quotidie inſudabat, ac ſępe & multum cum meditationi inſeruiret, lachrymis flebat, habebat enim ſpiritum magnæ compunctionis. Non diebus non noctibus à colloquijs diuinis & pſalmodia ceſſabat, omni tẽpore quadrageſimalem uitam ducens, 36 uinum nunquam bibens. In 37 quadrageſima dominico die, tertia & quinta feria pane tantum & aqua contentus erat, alijs diebus nihil omnino recipiens. Cilicio 38 ſemper ad carnem uſus eſt, & cum fatigatus eſſet ab oratione ſeu à genuflexione, ſedendo potiusq́ iacẽdo ſomnum capiebat. Nemo illo unq̃ aliquando uidit in aliquo actu commotum, ſed 39 ſemper honeſtum, humilem, grauem, manſuetum, benignum, nemini nocentem, nemini inuidentem, nemini quod malum eſt quærentem, erat enim omni hora, gratia Dei plenus. Nunq̃ aliquando alicui homini locutus eſt niſi neceſsitas coëgiſſet, aut fratrũ affectio, ſeu bonorum hominum uel pauperum, aut cum Monaſterij neceſsitas expoſceret, ſemperq; ſpiritus eius in Deo poſitus erat. Sed in omnibus uirtutibus in quibus eũ perfectiſsimus magiſter ſuus Benedictus inſtruxerat, de die in diem proficiebat atque creſcebat, non æqualem ſe aliorum ducens, ſed ultimorum omnium ſeruum. Iam uero de eius quid dicam clementia? nil enim menti eius carius fuit, quam potentẽ pauperi non præponere. Si pauperem uidebat, ſuſtinebat, ſi diuitem, ad benefaciendum hortabatur, illud prædicans euangelicum, Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat, ut cœlorum regnum accipere ualeat. Ibat autẽ frequenter ad operarios qui cœnobium & eccleſiam conſtruebant, ad portum quoque maris & cortes patris ſui uiſendas, ſicque demum reuertebatur ad domum quam ſibi accommodauerat Meſſalinus.

Quarto uero anno poſtq̃ in Sicilia ſanctus Domini Placidus uenerat, Monaſterium omne unà cum eccleſia ſancti Baptiſtæ Ioannis ſatis decenter in omni conſtructione perfectum, atq; ab epiſcopo eiuſdem Meſſanæ ciuitatis eccleſia 40 dedicata eſt quinto Kalen. Auguſti. Rogauit etiam idem ſanctus Epiſcopum, ut totius Monaſterij ambitum 41 aqua exorcizata reſpergeret, & orationem daret, ſicq; in eum ſanctus Domini ingreſſus eſt cum ſuis ad habitandum. Cęperunt deinde nonnulli mundum relinquere, & ſub beati Placidi magiſterio cordis ceruices edomare. Intra breue nanq; temporis ſpacium, triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei ſeruitium congregati ſunt. Poſt hæc oblatus eſt eidem ſeruo Domini Placido quidam energuminus qui diutius ſathanæ laqueis irretitus, dirè afficiebatur. Quem cum uir Dei ita attritum uidiſſet, eius calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominum dicẽs, Domine Ieſu Chriſte lux uera,

qui

35 Vide hic antiquorum monachorũ ſtudium & inſtitutũ non diſſorme à noſtris. Nam & illis inges orationes, meditationes, cõpunctiones & pſalmodiæ die noctuq; fuerunt in uſu.

36 Sanctus uir nunquã uino uſus eſt in potu.

37 Ecce quõ quadrageſimale ieiunium ſemper fuit in maxima obſeruantia.

38 Vides ſanctos priſcos monachos uilitate ueſtium in ſignum ueri mundi contẽptus fuiſſe uſos, præſertimq; Cilicios.

39 Ecce quot uirtutibus præditus erat ſanctus pater iſte, monachorũ ſplendor.

40 Si etiam tunc dedicabantur Eccleſiæ uerũ eſt uſum dedicationis huiuſmodi antiquiſsimum eſſe.

41 Vide quod etiam priſcis temporibus aqua benedicebatur, et illa creaturæ aſpergebantur, cuius uſum inſtituit Alexander Papa & martyr Quintus à beato Petro.

qui es pius, clemens & miſericors, expelle à figmento tuo per interceſsionem ſanctiſsimi magiſtri noſtri Benedicti inimicũ ſæuientem, ut à laqueo inſidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo ſancto. Qui cum orationem compleſſet, 42 ſignum crucis contra uexatum faciens, antiquũ hoſtem ab eo protinus effugauit. Igitur quia longum eſſet euoluere quanta per eum Dominns operatus eſt, ad eius glorioſiſsimam paſsionem exarandam ueniamus.

42 *Oratione & ſigno crucis energuminum liberat.*

INCIPIT PASSIO SANCTI Placidi & ſociorum eius.

PEr idem tempus dum in Vrbe fama creuiſſet, quod ſanctus Domini Placidus à uenerabili patre Benedicto ad Monaſterium conſtruendum, & cortes ac poſſeſsiones Tertulli patris ſui retinendas in Siciliam directus fuiſſet, & quia in cęnobio à ſe conſtructo triginta iam fratres ſub patris ſui Benedicti regula aggregaſſet, Eutichius & Victorinus germani eius, quorum ſuperius memoriam fecimus, una cũ ſorore ſua Flauia uirgine, Placidum fratrem uidendi deſiderio ducti, & in eius amorem ultra modum accenſi, ex cõſilio parentum ſuorum Vrbem Romam egredientes, nauem conſcendunt, danteſq́; carbaſa uentis, Siciliam adeunt, & ad portum ciuitatis Meſſanæ applicantes, claſſem in littore ſoluunt, deſcendenteſq́; de naui, ad ſancti Ioãnis cęnobium tendunt, uidenteſq́; fratrem repleti ſunt gaudio magno. Et primo quidem non cognouerunt eum, ob id ſcilicet, quia ex quo beato Benedicto oblatus eſt, illum ulterius nõ uiderant, & poſt tanti temporis ſpacium, uir factus, & 43 monachali habitu indutus, atque præ nimia abſtinentia ac enormitate uigiliarum & orationum, corpore tabefactus & annihilatus erat. At ubi per inditia agnouerunt eum, in oſculis eius ruentes, & ſe diutius complexantes, ob nimietatẽ amoris & gaudij in fletum maximum proruperunt. Poſt hæc cũ omnia monaſterij habitacula perluſtraſſent, ac conuenienter conſtructa laudaſſent, aliquantis diebus apud beatum Placidum fratrem ſuum remorari decreuerunt.

43 *Ecce quomodo antiqui monachi utebantur ſpeciali habitu, abſtinentia, uigilijs & orationibus.*

Eodem tempore apud paganos qui in Hiſpania inhabitabant, Abdala impijſsimus Chriſti inſectator & hoſtis, regnum adminiſtrabat. Hic Chriſtianæ religionis culturam funditus de terra eradere, & Molochi templa & Luciferi culturam augere cupiens, centum nauium expeditionem congregauit, & ſuper eas quendam crudeliſsimũ Agarenum nomine Mamucha, ducem præficiens, contra Romanum direxit imperium, mandans ut ciuitates & caſtra igni cremaret, eccleſias deſtrueret, Chriſtianos ad Dæmonũ, Molochi, rempham & Luciferi culturã cõpelleret, non conſentientes diuerſis ſupplicijs enecaret.

Cuius ille imperio parens, cum plurimam ſtragem noſtrorũ dediſſet, poſt aliquantos dies in quibus Eutichius, Victorinus & Flauia uirgo ad beatum Placidum uenerant, cum fratres 44 nocturnalem ſynaxim in eccleſia decantarent, iam dictus Mamucha in nauibus cũ paganis ſexdecim millibus octingentis aduenieus, fores Monaſterij confringi, & omnes in uinculis iuſsit aſtringi. Quod dum factum fuiſſet, Gordianus iam dictus, qui cum beato Placido à caſsinenſi cęnobio ad Siciliam uenerat, cum eſſet iuuenis, per quandam poſticam domus au fugiens euaſit. Donatus uero qui iam ſenio affectus erat, abſq; aliqua interrogatione capite truncatus eſt. Sanctus autem Placidus una cum fratribus ſuis Eutichio, Victorino & Flauia uirgine, Fauſto, Firmato diacono, ſimul etiam cum monachis triginta catenis uinctus, Mamuchæ aſpectibus præſentatur. Quem truculentus arbiter ut uidit, dixit ad eum. Quid uocaris? Sanctus Placidus reſpondit Chriſtianus ſum. Dux dixit. Nega Chriſtum tuum, & dic in eum conuicia, & iuxta ritum inuictiſsimi Regis noſtri Abdalæ Deũ adora, & dimitto te. Sanctus Placidus reſpondit, Ego Dominum Ieſum Chriſtum nunquam negaturus ſum, & pro eius nomine mori deſidero. Dux uero ad hæc ſæue indignans dixit ad Eutichium & Victorinum, Flauiam, Fauſtũ, Firmatum diaconum & reliquos triginta. Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentiſsimi regis Abdalæ, ut Chriſtum relinquentes, Deum noſtrum adoretis? Sancti autẽ martyres quaſi ex uno ore dixerunt, Quod in animo inſidet ueſtro perficite. Vnus enim nobis animus eſt, una fides, unus ordo uiuendi, quapropter ea quæ à primo audiſti, ab omnibus dictum eſſe putate. Pro amore nanq; Chriſti parati ſumus animam ponere.

44 Vides antiquos monachos & ſanctos pſalmodia et cantu etiam in nocte fuiſſe uſos.

Ad horum itaque martyrum famina dux Mamucha uehementer iratus, iuſsit ſanctos Dei Placidum, Eutichium, Victorinum ac uirginem Flauiam cũ reliquis ſanctis expoliari, & grauiſsime fuſtibus cędi dicens. Verba uerberibus cedant. Sancti uero martyres exultabant & gaudebant in Domino, quoniam digni habiti ſunt pro nomine eius uerberum ſupplicia pati. Videns uero impijſsimus dux quod iam in extremis eſſent, dixit ad eos, Dicite morti deſtinati ſi relinquere uultis crucifixum, an perire decreuiſtis? Sancti martyres dixerunt, Nos dominum Ieſum Chriſtum uerum Deum eſſe corde credimus, ore confitemur, & ab eius cultura nunq̃ recedemus. Fac quod uis, Chriſtiani ſumus. Stupefactus ad hæc crudeliſsimus Arbiter, dixit miniſtris, Iterum flagellẽtur, crudeliſsime torqueantur, uerbera uerberibus addantur, forſitan reſipiſcent hi qui in errore decreuerunt permanere. Miniſtri itaque iuxta Ducis imperium flagellantes & torquentes eos, clamabant dicentes, Negate Chriſtum ueſtrum negate. Sancti autẽ dum torquerentur rogabant Dominum dicentes, Domine Ieſu Chriſte

ſili Dei libera nos ab omni temptatione, & ab ſcandalis operantium iniquitatem. Dux uero ad martyrũ tolerantiam permotus, præcepit ut manibus à tergo ligatis, & compedibus uincti includerentur per ſeptem dies, & neque panem neque aquam eis dari, ut deficerent, procraſtinans eorum interitum, ſi forte plagis corporalibus fatigati, eius nefandis iuſsionibus obtemperarent. Sanctus autem domini Placidus in tanto ſupplicio conſtitutus, non diebus neque noctibus à colloquijs diuinis & oratione ceſſabat.

Dum hæc agerentur, tempeſtas magna in mari exorta eſt. Barbari uero ob aëris incómoditatem, dum ad Hiſpanias ſe remeare nó poſſe perſpicerent, ira permoti, circumquaque cuncta igni ferroq; deleuerunt, & adulteria ac innumerabilia mala in 45 eccleſijs, & in hominibus cõmittentes, & uiros ac mulieres ob Chriſti fidem trucidantes, ciuitati Meſſanæ ineffabilia mala intulerunt. Sanctosq; Dei martyres Placidum Eutichium, Victorinum & uirginem Flauiam cum ſocijs in terram ſuam transferre decreuerant. Itaq; dum maris inclementia ueniam illis obtruſiſſet, uidentes ſanctum Placidum cum ſocijs abſque cibo & potu Chriſto gloriam ferre, mirati ſunt, curſuq; concito ducis tentorium adeuntes, quæ acta & dicta fuerant per ordinem pandunt. Qui beluina rabie accenſus, iuſsit ſanctos Dei martyres per ſingulos dies acerrime fuſtibus cędi, & ſine aliquo cibo uel potu dimitti. Et dũ cęderentur, clamabant pagani, negate Chriſtum ueſtrum, & dicite in eum conuicia, & dimittemini. Sancti autẽ martyres quaſi ex uno ore dixerunt, Neque Chriſtum dominum noſtrum negamus, neque conuicia in eum qui creator eſt omnium inferimus, facite quod uobis uidetur. Barbari uero de ſanctorũ conſtantia ultra modum mirati, curſu rapidiſsimo Ducem adeuntes, rem prout erat exponunt. Dux autem ſolita inflammatus nequitia, iuſsit ſanctum Placidum cum ſocijs, pedibus uerſis ſuſpendi, & flagellis hinc inde crudeliſsime laniari, & ſub capite uniuſcuiuſque fumum horridum ſubminiſtrari. Quod dum factum fuiſſet, clamabant more ſolito contra ſanctos pagani, negate Chriſtum ueſtrum negate. Sancti uero martyres paganorũ monita uelut ſtercora contemnentes, clamabant ad Dominũ dicentes, Si conſtiterint aduerſum nos caſtra, non timebimus mala, quoniam tu nobiſcum es Domine. Cumq; omnes ſingillatim unus poſt unum hoc ordine cruciati fuiſſent, iuſsit dux Mamucha dari unicuique ſanctorũ pugillum unum ordei crudi ad manducandum, & paululum aquę ad bibendum. Dicebantq; ad ſanctos, ſi negaueritis Chriſtum Deũ eſſe, quicquid petieritis dabimus uobis, & annumerabimini inter primos amicos ducis noſtri Mamuchæ, & eritis quaſi fratres regis noſtri Abdalæ, ac Domini in omni regno eius. Sancti autem fratres Placidus, Eutichius Victorinus & ſanctiſsima Flauia uirgo ſoror eorum quaſi

45 Si noſtri temporis hæretici hæc & his deteriora faciunt, cõſtat eos paganis & Gentilibus ſimiles exiſtere.

ex uno ore dixerunt, Si polliceremini nobis facturos Dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui pro nobis mortuus eſt & ſurrexit, aſcendensq; in cœlũ uiuos & mortuos & omne ſeculum per ignẽ iudicaturus adueniet. Quinimo uos qui miſeria pleni eſtis, qui æternæ morti addicti, uos potius credite in Dominum noſtrum Chriſtum Ieſum, & ſalui eritis in æternum. Diriſsimus autẽ Mamucha ex beati Placidi ore talia dum uerba audiſſet, ac ſæue indignans, iuſsit eum cum ſocijs carceri tradi.

Nocte uero adueniente Gordianus iam dictus, qui tẽpore quo beatus Placidus captus fuerat fugiens euaſerat, uenit ad eum in carcere, procidensq; ad pedes eius, confortabat eum dicẽs, Conſtans eſto Domine mi Placide, & noli timere, quia tecũ eſt manus Domini, qui tibi manſionem in cœleſti regno locauit lapidibus pretioſis inſtructam. Si tibi perſecutores uerbis blanditi fuerint, noli illis adhibere conſenſum, ſi aurum uel argentum aut lapides precioſos obtulerint, ne accommodes animum, ſed potius illum reſpice, illum intende, qui fecit cęlum & terram & mare & omnia quæ in eis ſunt. Nihil enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius inuenitur, quippe cuius adiutor Chriſtus dominus eſt, & illi qui eum diligunt & cupiunt, immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O', quam terribilis eſt, & quam metuendus iudicij dies adueniet, in quo iuxta Apoſtolum unuſquiſque recipiet ſecundum ſuum laborem. In quo etiam Angeli trement, qui non peccauerunt, ac iuſti terrebuntur, qui Domino placuerunt. Hunc diem Propheta deſignabat cum dicebat, Dies illa dies iræ, calamitatis & miſerię, dies tubę & clangoris, dies magna & amara ualde, dies nebulæ & turbinis, plena indignatione, qua cęli magno impetu mouebuntur. Sol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumen ſuum, ac ſtellę cadent de cælo, & uirtutes cœlorum mouebuntur. Iam aduerſus cõmunem inimicum pugnam arripuiſti, iam caput ſerpentis antiqui conculcaſti, conſtantiæ & fortitudinis arma retine, ut poſsis tela & iacula eius ſcuto fidei repellere, & iuxta Apoſtolum indue armaturam Dei, uigila ſtrenue, quia aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quęrens quem deuoret, cui fortiter in fide perſiſtentes, reſiſtere conuenit. Diem ſupremũ ante mentis tuæ oculos reuoca, nocte ſimul & die horis atque momentis, & quam fluxa, quã breuis ſit huius mundi gloria, quam caduca, & quibus erumnis ſubiaceat. Aduerteq; qualiter illam turbo repentinus auferat, & ſedula mente pertracta. Vbi tunc erit ſublimium honor & gloria regum? ubi Duces & Principes? ubi fortes & Diuites? ubi tunc erunt qui ex obliquo egenos deſpiciebant, & ſua locutione indignos cenſebant? ubi argentum & aurũ, nunquid nam non ceu puluis præterijt, & uelut umbra euanuit, iam receſſit, iam tranſijt, ad Herebi profunda deſcendit, in quo uermis impiorũ

non

non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi tunc potentes potenter torměta paſſuri ſunt, & fortioribus cruciatus intolerabilis erit, ex quo non educet pater filium, aut filius patrem, nec ſodalis erit qui redimat, neque frater qui eripiat. Leua cor tuũ cum manibus ad Deum, dicens cum Propheta, Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgẽtibus in me libera me, de manibus odientium erue me. Iam pugnare cœpiſti, pugna ut uincas, & coronam immortalitatis accipias.

Audiens hęc beatiſsimus Placidus, gratias egit redemptori omniũ Deo. Deinde conuerſus ad Gordianum dixit, Omiſsis frater uerborũ ambagibus uincentem mundum inuocemus, rogantes ut qui dedit uelle, donet & poſſe. Illum enim deſidero, illum ſuſpiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam deuoui, qui me dignum fecit pro ſuo nomine pati. Et poſt hæc uide inquit, ut quicquid erga me euenire proſpexeris, in ſcriptis notifices magiſtro noſtro Benedicto, nec non condiſcipulis & cõſanguineis meis Mauro & Feliciſsimo. Ego enim iam delibor, iam alligatus corpore, alligatus & ſpiritu uadam quo me duxerit dominus Ieſus Chriſtus. Teſtis enim mihi eſt Deus, qa omnibus hominibus puram exhibeo charitatem, rogans Deum omnipotentem, ut nos in periculis conſtitutos ſua protectione defendat, & inter procellas & tempeſtates huius mundi illæſos cuſtodiat, & pacem 46 eccleſiæ ſuæ ſanctæ q̃ totius tribuat. Hæc cum dixiſſet, 46 expanſis in cœlum manibus, & oculis in altum erectis, orauit ad Dominum dicens. Vnigenite fili Dei, uerbum incarnatum, protege ac defende eccleſiam tuam tuo precioſiſsimo ſanguine redemptam, conſerua Caſſinenſem eccleſiam in ſancta religione, meq; ad te uenire uicto diabolo iube.

Expanſis in cœlum manibus, & oculis in altum erectis orauit ad dominum.

Mane itaque facto Dux Mamucha rabido inflammatus furore, iuſsit ſanctum Placidum cum ſocijs ſuis ſibi præſentari. Cumq; ante impĳſsimum Ducem manibus retro ligatis præſentati fuiſſent, in dicto ſilentio dixit. Teſtes inuoco Deos, excellentiſsimumq; omnium Luciferum, quia nec interrogatione dignos uos noſtra excellentia iudicauit. Hunc autem non ut criminis obnoxios, ſed ut fratres uos alloquor, ut deponentes pertinaciam uanæ ſuperſtitionis, adquieſcatis ſalutaribus monitis, obtemperantes præceptis regis noſtri Abdalæ, & magnificum Prophetam noſtrum Moloch uenerantes. Hoc ſi feceritis, huius uitę gaudijs feliciter fruemini, & dabimus uobis infinitas poſſeſsiones & uxores, quod ſi non feceritis, diuerſis ſupplicĳs interibitis. Sancti martyres dixerunt, Neq; nobis blandimentis ſuadere poteris, nec minarum aſperitatibus terrorem incutere ualebis. Tũc nefandus arbiter furore & ira magna accenſus, iuſsit ſanctum Placidum cum ſocijs ſuis expoliari, & fuſtibus cœdi, & membris omnibus crudeliſsime torqueri. Cumq; miniſtri iniquitatis Ducis iuſſa perficerent, Gordia-

nus cum omnibus Chriſtianis qui ducis Mamuchę manus euaſerant, cum fletu ingenti clamabant, Domine Ieſu Chriſte martyrum fortitudo & palma, ueni in adiutorium Placidi ſerui tui in huius agonis diſcrimine cõſtituti, & hoc diebus ac noctibus poſtulabat ſine intermiſſione pro eo lachrymarum & orationum hoſtias dño immolans.

Idem autem ſanctus domini Placidus cum a paganis ultra modũ cum ſocijs cruciatus fuiſſet, iuſſu ſæuiſsimi ducis á ſupplicijs amotus eſt, & beatiſsima uirgo Flauia incredibili decore micans, tribunalibus eſt præſentata. Quam truculenta beſtia dum perſpexiſſet, dixit ad eã, Dic ſcelerata & omni miſericordia prorſus indigna, adquieſcis præceptis regalibus an in ſtultitia permanere decreuiſti? Ad quem beatiſsima uirgo Chriſti Flauia reſpondit, Ego ſtultitiam nunꝗ habui, quia ſemper Chriſtum cuncta regentem dilexi, præcepta uero regis tui uelut lutum quod pedibus conculcatur abijcio. Dux autem aduerſus uirginem Flauiam ingenti ira ſuccenſus, dixit miniſtris, Expoliate hanc, & pedibus in altum erectis in ſublime ſuſpendite. Habeat honoris ſui dignum cõmercium, quæ ſalutaribus monitis cordis ceruicem flectere renuit. Pagani uero iuxta quod Dux imperauerat, ſanctam uirginem Flauiam pedibus in ſublime erectis ſuſpenderunt. Quam Dux ita allocutus eſt dicens. Stultiſsima omnium fęminarum, non uerecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et uirgo Chriſti ad hæc. Sacra ſcriptura teſtatur, quia eſt conditor uiri & feminæ, ob quam rem de ſexu nulla mihi adſcribetur iniuria, pro eo quod nuda ſum, neque nuditatem tantum corporis ſuſtinere parata ſum, ſed etiam gladium & ignẽ propter eũ qui pro me denudari & flagellari & crucifigi uoluit. Dux uero ad hæc Laruali furia fretus, dixit miniſtris. Quid agitis? Fuſtes afferte, & eam ſine intermiſsione acerrime flagellate. Cumq; milites ſanctam Virginem Flauiam crudeliter flagellarent, uirgo Chriſti clamabat ad Dominum dicens, domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, adeſto nunc famulæ tuæ Flauiæ in huius agonis ſtadio, ne dicant inimici tui ne dicant præualuimus aduerſus eam. Conturbatus ad hæc crudeliſsimus cenſor, ait, ſi iſta extincta nõ fuerit, maximũ Regi noſtro Abdalę conferet detrimentum. Et poſt hæc eia inquit frontem & mammillas nec nõ & brachia torquentes diſsipate. Subtus uero fumum acerrimũ ſubminiſtrate, uarijsq; tormentis corpus illius excruciando necate. Illi itaque toto mentis conamine perficientes, clamabant nega Chriſtum tuum turpiſsima & omni dedecore digna, quia iam parata tibi imminet mors. Itaque in talibus die decurſo, dux Mamucha ſanctam Dei uirginem deponi, & cum beato Placido ac reliquis in carcerem includi iuſsit, iraq; cõmotus pręcepit ut quotquot Chriſtianorum inueniſſent, diuerſis ſupplicijs enecarent.

Iam uero quis dignè enarrare ualeat quantis ſupplicijs Chriſtiani

eo tempore in Sicilia ſint affecti? Nonnullis nanq; palorum uectibus ora reſerantes, fętidum cenum ingerebant. Alios in frontibus & in tibijs remugientibus neruis torquendo cruciabant, plerunq; aquam marinam, acetum, amurcam & liquamen & alia multa & crudelia tanq̃ utribus imbutis ori appoſitis, ſine miſericordia porrigebant, ſtimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Paruulos etiam ab uberibus maternis rapientes, inſontem infantiam elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenentes, a meatu prorſus naturali uſq; ad arcem capitis diſſipabant. Alij candentis ferri laminis aduſti ſunt, aptanteſq; fuſtes in modum ſerrarum ex palmis cum ſtirpibus, & dorſa Chriſtianorum cum illis flagellantes, non tantum oſſa confringebant, ſed etiam terebrantes aculei intrinſecus remanebant, diſsipatiſq; carnibus uiſcera pandebantur. Nõnulli uero ligatis pedibus poſt terga currentiũ equorum, inter ſpinoſa loca ſyluarũ ducebantur, ut ducti & reducti, dumoſis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu & ſæpius tibias torquendo tinnientibus cordis conſtringebant. Fęminas autẽ per unum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis in capite, crinibuſq; in eiſdem colligatis, ac uehementius ſtringentes ſimul cũ capillis, omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in uno pede colligantes, & laminas ferri ignitas dorſo, uentri, mammillis ac lateribus apponentes.

Sancta uero uirgo Flauia dum in carceris ergaſtulo cum fratribus eſſet retruſa, Placidum fratrem ſuum alloquebatur dicens. Iam ſacris tuis orationibus Placide frater fauentibus inchoaui martyrium, nunc uero obſecro ne deſiſtas inchoata perficere. Ora attentius rogo, ut dignũ faciat dominus Ieſus Chriſtus deſiderium cordis noſtri ante conſpectum glorię ſuę, & tribuat nobis quod promittere dignatus eſt ſuis fidelibus, & omnibus quærentibus gratiam ſuam. Sanctus autem domini Placidus aperiens os ſuũ, Eutichium & Victorinum fratres ſuos & uirginem Flauiam ſororem ſuam ſocioſq; triginta tres cõſolabatur dicens. Forti animo eſtote, ſuſpicite in cęlum, & precibus exorate cuncta regentem, ut patris Benedicti intercesſione nobis patiendi tolerantiam donet. Alia uero die dux Mamucha reſidens in conſiſtorio, iuſsit ſanctos Dei martyres Placidum, Eutichium, Victorinum & uirginẽ Flauiam cum triginta tribus ſocijs ſuis ſibi præſentari, & grauiſsimè fuſtibus cędi, & per pedes ſuſpendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumq; horridum ſub eis adminiſtrari, dicens negate Chriſtum ueſtrum, & dicite in eum conuicia, & dabimus uobis bona huius mundi. Poſt hæc ſanctus martyr Chriſti Placidus erectis in coelũ oculis clamabat ad dominum dicens. Narrauerunt nobis iniqui fabulationes, ſed non ita ut lex tua domine. Omnia mandata tua ueritas, iniqui perſecuti ſunt nos, adiuua nos domine Deus noſter. Quinta uero die

uidentes pagani quod ſancti Dei martyres Placidus, Eutichius, Victorinus & Flauia uirgo ſpeciali quodam amore eſſent obligati, & honore ſe inuicem præuenirent, quod unà cibum caperent, quod ſegregati ab alijs ſtarent, quod ſimul ſoli orarent, mirati ſunt, & dicebat alter ad alterum, iſti affinitate coniuncti ſunt, ideo ab alijs diuiduntur. Interrogans itaque ſanctos unus ex paganis per interpretem quo utebantur, dixit ad eos, quam generoſitatem fertis inter uos? Reſponderunt hi, quatuor germani fratres ſumus ex uno uiro & fœmina generati. Ille uero rurſus percontatus eſt eos dicens, Ex iſta patria eſtis, an ex alia regione? Et reſponderunt ſancti dicentes. Romani ſumus, & Chriſtiani. Et ille bene inquit contingit uobis, quia hominum omnium genus ſemper uoluiſtis humiliare, & dominium exercere, nulli unquã genti uoluiſtis ſubdere colla. Sed dicite nobis, quæ ſunt nomina ueſtra? Ad hæc ſanctus Placidus proloquens ait. Hi duo fratres mei Eutichius & Victorinus uocantur. Hæc autem ſoror mea & uirgo, Flauia dicitur. Ego uero peccator Placidus monachus uocor. Et ille, aſſentite inquit nobis, & proderit uobis, negate Chriſtum ueſtrum Deum eſſe, & noſtro more Luciferũ ſydus Dei noſtri Remphani excolite, ut frui poſſitis unà nobiſcum huius gaudijs uitæ. Reſpondens autẽ ſanctus martyr Placidus dixit. Abſit hoc a nobis ut Deum noſtrum Ieſum Chriſtum creatorem cœli & terræ negemus, & hominem perditum pro Deo colamus, qui iam a domino Ieſu Chriſto cum diabolo & angelis eius damnatus eſt in inferno perpetuo igni exurendus.

Hæc pagani ex martyris ore dum uerba audiſſent, Mamuchę duci nunciare curarunt. Sæuiſsimus autẽ Dux furore nimio accenſus iuſsit ſanctiſsimum Placidum cum duobus fratribus & cum ſorore Flauia tamdiu uirgis mactari, donec inter manus deficerent. Quod dum factum fuiſſet, Pagani exiſtimantes eos mortuos receſſerunt. Sed Deus omnipotens cui cura eſt & ſollicitudo ſuorum, miſit Angelum ſuum ſanctum, qui ſanctorũ martyrum Placidi, Eutichij, Victorini & uirginis Flauia roborauit corpora, & curauit plagarum uulnera. Mane autem facto Pagani redeuntes ad ſtadium, ſanctosq; martyres Dei illęſos conſiſtere perſpicientes, dicebant ad eos, Animaduertite & uidete quanta miſericordia uſi ſunt Deus & Propheta noſter in uobis, qui cum debuiſſent interficere uos, contulerunt uobis ſanitatẽ. Relinquite ergo uanitatem & ſectam ſuperſtitioſam, & adorate eos qui præſtiterunt uobis ſanitatem, & gubernant uitam ueſtram. Sãctus Placidus reſpondit. Vos potius relinquite diabolum quem adoratis, & adorate dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui fecit cœlum & terrã mare & omnia quæ in eis ſunt, & relinquite perditum ipſum ueſtrum prophetam & ſathanam quem pro Deo coluit, cum quo damnatus eſt in ignem æternum. Sarraceni autem cum uiderent quod neque minis

neq; promiſsionibus ſanctos Dei ad ſuam culturam ualerent inflectere, acta & dicta Duci ſeriatim referre curarunt. Dux uero ſęuus indignans, iuſsit ſanctum Placidum cū ſorore & duobus fratribus ſuis per pedes ſuſpendi, & fuſtibus cędi, & fumum acerrimum ſubminiſtrari, clamantibus paganis iuxta cõſuetudinem, negate Chriſtum ueſtrum negate. Quod dum factum fuiſſet, clamabat beatus Placidus unà cum fratribus ſuis Eutichio & Victorino ac uirgine Flauia, quaſi ex uno ore dicentes, Gratias tibi agimus domine Ieſu Chriſte, qui confortas ſeruos tuos in te ſperãtes. At duriſsimus Dux dolore & ira permotus, beatiſsimo martyri Placido qui præ omnibus & pro omnibus loquebatur, cum lapide os & arterias confringi iuſsit dicens. Si non negabis Chriſtum tuū, & tu & alij mala morte peribitis. Sanctus uero martyr Placidus glorificabat dominum dicens. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte, qui me computare dignatus es in numero ſeruorū tuorum.

Non ferens autem impijſsimus Dux quod ſic beatiſsimus Placidus ſępe Chriſtum nominaret, ira magna accenſus, iuſsit ei linguam radicitus amputari. Sanctus uero Placidus clamabat lingua pręciſa dicens, Benedictum nomen & uirtus domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius nomē & uirtus pmanent in ſecula, qui & liberat nos ab omni malo ſemper. Cumq; fratres eius & ſoror reſpondiſſent Amen, præ nimia ira frendens dentibus ſæuiſsimus Dux iuſsit eos iterum grauiſsimis fuſtibus cędi. Sanctam uero uirginem Flauiam truculentus arbiter præcepit tradi quibuſdam Lęnonibus de exercitu ſuo ad corrumpendū dicens, Inuitate ad turpitudinem eius omnem exercitum. Sancta autē uirgo Flauia ſententiam in ſe prolatam dum agnouiſſet, ſuſpexit in cœlum & ait, Deus qui ſedes ſuper thronos & iudicas æquitatem, eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij ut ſaluam me facias. Surrexit in me iudex iniquus mordens carnes meas canina rabie, miſit truces manus ad uerbera, pedibus appenſa ſum, fuſtibus acerrimè uerberata ſum, omnibus mēbris crudeliſsimè torta ſum, fumus horridus ſub me adminiſtratus eſt, impinguatur Dux ſęuus ſanguine meo, tuus eſt amor, tua fidelitas, pro te hęc omnia patior, reſpice in me ſancte Deus Sabaoth, ne polluant inimici famulam tuam, ne dicant præualuimus aduerſus eam. Orauit, 47 & ecce ſubito uirtus diuina ſuper uirginem ſanctam reſpiciens, ſuo illam munimine ſępſit. Nam cū ad ducis imperium Lęnones ſanctam uirginē Flauiam uellent ſtuprare, uim ei inferre uolentes, quicunq; manus ad eam contingendam miſiſſent, ſtupebant nerui eorū, & areſiebant manus & brachia illorum, & præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant. Ipſa autem beatiſsima uirgo Flauia cum fuiſſet ſicut iam diximus, cum fratribus ſuis multoties pro Chriſti nomine cęſa & torta, & diuerſis ſupplicijs affecta, immobilis in fide Chriſti permanſit.

47 *Vide miram orationis uirtutem.*

Poſt hæc impijſsimus dux Mamucha ſanctos Dei martyres Placidum, Eutichium, Victorinum & uirginem Flauiam ſuo examini fecit aſsiſti, quos tumenti pectore, facie furibunda, uibranti capite, ita eſt allocutus. Quouſq; inſipientes uos noſtra tolerat clementia? Hortor & cõmoneo uos Crucifixum negare, & adorare Deum, cui excellentiſsimus rex noſter Abdala ceruicem ſuam flectit, ſin alias, acerrima morte peribitis. Sanctus Placidus reſpondit ò infelices, quare mẽtis ueſtrę oculos atra orbatos caligine non exeritis? Credite in dominũ Ieſum Chriſtum creatorem cœli & terræ, & dimittite diabolum quẽ adoratis, & falſum ueſtrum Prophetam relinquite, quod ſi non feceritis, ignis uos æternus excipiet. Mamucha uero poſt hæc conuerſus ad ſanctos martyres Eutichium, Victorinum & uirginẽ Flauiam dixit ad eos. Dicite infelices & miſeri, derelinquitis crucifixum, an cum Placido ſeductore perire decreuiſtis? Sancti martyres dixerunt, Iam ſæpius tibi diximus, quia nullo pacto nullaq; ratione dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum relinquimus, monita uero ueſtra uelut lutum quod pedibus conculcatur abominamur. His auditis ſęuiſsimus Mamucha nimijs furijs incitatus, iuſsit ſanctos Dei martyres Placidum, Eutichiũ Victorinum & Flauiam ſtrictius ligari, & ſuper tibias eorum anchoras nauium poni, & ſuper anchoras lapides magnos ſuperponi ut hoc dolore compulſi Chriſtum negarent. Pagani uero iuſſa iniquiſsimi Ducis perficientes, clamabant, niſi negaueritis Chriſtũ ueſtrũ Deum eſſe, acerba morte in tali ſupplicio conſumabimini. Cumq; die ipſa & nocte tota in tanto cruciatu perduraſſent, & ſanctus domini Placidus pſalleret, & ſoror ac fratres eius orarent, & Deo gratias agerent, die altera illuceſcente Pagani ad martyres reuerſi ſunt, uidenteſq; illos ĩmobiles in fide Chriſti perſiſtere, dicebant, Num uobis corneas fibras, nũ lapidoſa pectora nutritis, qui ſalutaribus conſilijs non adquieſcitis? Reſpicite uoſmetipſos, & Chriſtum Deum eſſe negate, & dabimus uobis aurum & argentum, palia deaurata, & lapides precioſos. Sanctus Placidus reſpondit, neque pro auro, neque pro argento, ſiue pro palijs deauratis, aut lapidibus precioſis ueſtræ impiæ & peruerſæ ſuggeſtioni aſſenſum dabimus ut Chriſtum negemus. Iuſtitiæ nanq; rigor & ueritatis uia flecti non nouit, ſi forti pectore retinetur. Idipſum ſancti Dei Eutichius, Victorinus & beata Flauia uirgo affirmabant.

Ad hæc Satellites Sathanæ uehementer irati, rem prout erat Duci per ordinem pandunt. Sæuiſsimus uero Mamucha terribili furore & ira ſuccenſus, dictauit ſententiam dicens, Placidũ, Eutichium, Victorinum, Fauſtum, Firmatum diaconum Chriſtianorum, ac uirginem Flauiam unà cũ triginta Chriſticolis inuictiſsimi regis noſtri Abdalæ præcepta contemnentes, & Chriſtum qui â Iudæis crucifixus eſt pro Deo colentes, noſtramq; culturam noſtrumq; prophetam Mo-

loch abominantes, capite cędi iubemus, & corpora eorum inhumata lupis ac canibus & uolucribus cœli deuoranda relinqui. Nequiſsimi autem miniſtri concito gradu reuertentes, eiecerunt ſanctos de cuſtodia in qua clauſi detinebantur, & uſq; ad littus maris in quo decollaudi erant, eos flagellando perduxerunt. Quo dum ueniſſent Pagani, ad ſanctos proloquentes dixerunt, Obſecundabitis iuſsioni inuictiſsimi Ducis Mamuchæ, ut Chriſtum negetis, & Deum more noſtro adoretis & colatis? Sancti autem martyres eorum monita abdicantes dicebant, Nunquã creatorem noſtrum negamus, nunquã ab eius cultura recedimus. Alium uero Deum omnino neſcimus, neque adoramus, prҫter dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum cui noſmetipſos hoſtiam uiuam in ſacrificium offerimus. Chriſtiani ſumus, & pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti magis mori quam uiuere deſideramus. Iam perficite in nobis quod uobis uidetur. Hæc ubi dicta dederunt, beatiſſimus martyr Placidus oculos in cœlum eleuans, orauit ad dominum dicens. Domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, qui de cœlis ad terrã deſcendiſti, & pro noſtra ſalute crucis patibulum ſubſtinuiſti, propitius eſto nobis famulis tuis, & per interceſsionem magiſtri noſtri ſerui tui Benedicti, da nobis uirtutis conſtantiam, ut participes glorioſiſsimę anaſtaſis effecti, huius agonis ſtadium intrepido animo, mente robuſta percurrere ualeamus, ne humani generis inimicus aliquod obſtaculũ noſtris anteferat mentibus, ne princeps tenebrarũm & complices eius impediant. Sed Angelus teſtamenti tui Michael noſtras animas in pace ſuſcipiat, quia tu es Deus benedictus & glorioſus in ſecula ſeculorꝫ. Cumq; ſancti martyres Eutichius, Victorinus & uirgo Flauia cum triginta tribus ſocijs ſuis reſpondiſſent Amen, Flectentes genua decollati ſunt unà cum beatiſsimo Placido, tertio nonas Octobris, apud Siciliam, in portu Meſſanæ ciuitatis. Iacuerunt autem poſt decollationem corpora eorum iuxta mare diebus quattuor.

Poſt paſsionem uero beatiſsimi Placidi martyris & ſociorum eius, Mamucha impijſsimus Dux Sarracenorũ, nec dum ſaturatus de ſanguine ſanctorum quem innocenter effundi fecerat, pręcepit ut monaſterium illud quod beatus Placidus ædificauerat, in quo etiam & habitauerat, incenderetur, & à fundamentis euerteretur. Sicq; factum eſt, ut per quattuor dies in quibus poſt decollationem corpora ſanctorũ iacuerunt in littore, monaſterium omne incenſum, & ſolotenus euerſum eſt, ita ut etiam fundamenta Monaſterij Sarraceni euellerent, & lapides in mare proijcerent. Interea hoc mare ſedatur, uentorum turbines pacificantur, Nautis uia panditur. Quod crudeliſsimus Dux ꝓſpiciens, imperat, ut omnes ſarraceni ad mare redirent, quatinus ſigno dato naues conſcenderent. Aurora autem quinti diei illuceſcente, ſarraceni cum duce ſuo Mamucha naues conſcendentes, ęquoris alta ſul-

care cęperunt. Prę celſitudinis uero magnitudine, eccleſiam quã intra monaſterium ſuũ beatus Placidus in honore ſancti Ioannis Baptiſtæ a dificauerat, cum eſſet ampla & alta, ſarraceni ſuccendere ſiue euerte re non potuerunt, ſed modis omnibus quibus poterant, polluerunt & profanauerunt. Nam trabes quas intus in eccleſia inuenerunt minutatim præciderunt, eccleſiam adulterijs coinquinauerunt, altare domini ſtercoribus & urinis fœdauerunt, & ſuper illud ſeceſſum ierunt, & quicquid prauum uel dici uel cogitari poteſt, ibidem exercuerunt. Et ſicut ante deſcripſimus, naues conſcendentes, quanta inſtantia poterant, nauigare cœperunt. Cumq; iam in fari medio eſſent, nam Regiũ tendere diſpoſuerant, ſubito tempeſtas magna exorta eſt, ita ut nec retrò nec antè ultrà procedere poſſent, ſed comprehenſæ à currentibus undis in medio fari, iuſto Dei iudicio centum naues ſimul cum ſarracenis ſexdecim millibus octingentis demerſę ſunt in profundũ maris.

Corpora uero ſanctorum martyrum adhuc iacebant in littore, ubi nulla fera, & nulla auis ea tetigit, & pro fętore ſuauiſsimum odorem emanabant. Gordianus autẽ qui beatum Placidum a caſsinenti cenobio ſecutus fuerat, quique ut ſupra retulimus, tempore captionis eius fugiens euaſerat, qui & requirebat ſanctos noctis tempore, & confortabat dum eſſent in carcere, tulit corpus beati Placidi martyris domini ſui, & corpora ſanctorum Eutichíj & Victorini fratrum eius, ac ſanctę uirginis Flauiæ ſororis illius, & capita eorum iungens corporibus prout potuit, in eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtę ſepeliuit, mundans eã prius ab omni ſarracenorum immunditia. Nam ſola eadem eccleſia ut ſupra deſcripſimus, ex omnibus monaſterij ædificijs remanſerat. Reliqua uero ſanctorum triginta trium martyrũ corpora miro odore flagrantia, ibidem ubi decollati fuerant, in arena ſepeliuit, ubi beneficia ſua Ieſus Chriſtus dominus noſter meritis ſanctorum martyrum Placidi & ſociorum eius interuenientibus, præſtare non deſinit uſque in hodiernum diem. 48 Cęci nanq; ibidẽ illuminantur, claudi curantur, ſurdi auditum recipiunt, leproſi mundantur dęmones effugantur, & omnes infirmi ſaluantur. Tali modo ſanctiſsimus martyr Domini Placidus cum ſocijs ſuis diuerſis tribulationibus & ſupplicijs agitatus, dealbauit ſtolam ſuam in ſanguine agni qui tollit peccata mundi, quẽ modo ſequitur per paradiſi amęnitates, inſertus apoſtolis, quia totum reliquit, martyribus, quia martyrium pacis & perſecutionis in ſe ſuſtinuit, confeſſoribus, quia Chriſtum corãm fidelibus & infidelibus confeſſus eſt, uirginibus, quia uirginitatem cordis & corporis cuſtodiuit. His inſertus choris 49 regem immenſum collaudare non ceſſat, ferens coronam roſis & lilijs intextam, cantanſq; canticum in exultatione & gaudio uoce infatigabili & merito. Nam per hunc facta eſt caſſinenſis eccleſia purpurea, quę antea in patris Benedicti operibus extiterat candida, quia primus ex eadem uerbo & exemplo plurimis in

48 *Miracula hac q̃ poſt ſanctorum obitum apud eorum ſepulchra operatur Deus, ſplendorem uita illorum aperte confitentur.*

49 *Vides ut Placidi animam in cælo collocet.*

Chriſti bello extitit doctor. Hic Benedicti patris temporibus primus contra paganos prælium cepit. Hic inter Chriſti milites ante ſignans. Hic inter perſecutionū furētium initia cū ipſo infeſtationis principe & autore Mamucha congreſſus, dū inexpugnabili firmitate aduerſarium uicit, uincendi cæteris uiam fecit. Ideoq; nunc cū his qui agnum ſequuntur, canticū nouū decantare non ceſſat. 50 Apud hunc agnū dignetur pro nobis interuenire, ut maculis omnibus expiatos nos uellere uelit induere. Omnes repręſentans eidem quem ſequitur agno, ut quos redemit ſanguine ſuo, non ſinat iuri ſubiacere alieno. 50

Ecce quomodo Placidum inuocat, ut pro nobis apud Deum intercedat.

Paſſus eſt autē beatiſsimus Placidus martyr Dñi nr̄i Ieſu Chriſti pręceſſus, anno ętatis ſuę uegiſimo ſexto, cū duobus fratrib' ſuis Eutichio, Victorino & ſorore uirgine Flauia, Fauſto & Firmato diacono ſimul, ac monachis triginta, ſub ſęuiſsimo rege Abdala & duce Mamucha, tertiodecimo anno. Iuſtiniani Imp̄atoris, apud Meſſanā Siciliæ ciuitatē, tertio nonas octobris, regnante Dño nr̄o Ieſu Chriſto qui uiuit & regnat cū patre in unitate ſpiritus ſancti Deus p omnia ſecula ſeculorū. Amen. Dies autē uitæ beatiſsimi martyris ita numerantur. Oblatus eſt Deo à patre ſuo Tertullo patritio, & traditus beato Benedicto ſeptimo anno ætatis ſuæ, habitauit cū eo apud ſublacum annis quinq; cōmoratus eſt in monaſterio caſsinēſi qđ ipſe una cū magiſtro ſuo Benedicto & cōdiſcipulo Mauro in ꝓprio rure edificauerat, annis nouē. Cōſtruxit in ſuo patrimonio monaſteriū apud Siciliā per annos quatuor. Pręfuit eidē monaſterio anno uno, qui ſimul fiunt anni ſex, atq; uiginti. Natus anno dñicæ incarnationis quītodecimo ac quingēteſimo. Martyrio coronatus quadrageſimo primo ac quingēteſimo.

Explicit paſsio ſancti Placidi martyris & ſociorum eius.

INCIPIT SERIES DESTRVCTIONIS & reſtaurationis Monaſterij eius.

EXplicitis his quæ ad paſsionem beatiſsimi martyris Placidi ſociorumq; eius pertinebant, nunc eius deſtructionē reſtaurationemq; Cęnobij, uel qualia quantaq; poſt ipſius deceſſum loci incolæ ſint perpeſsi, curabo poſterorum mādare memoriæ, ſiue ut rei notitia habeatur in promptu, ſiue ut in eorum multimoda mirabiliq; erectione, Domini miſericordia collaudetur qui flagellat omnem filium quem recipit, & poſt lachrymationem & fletum exultationem inducit. Poſtq̄ peruerſi doli artifex Mamucha cū omni exercitu ſuo in maris profunda demerſus eſt, & ad ſiculorū notitiam perueniſſet qualiter ſanctus Domini Placidus cum fratribus & ſocijs ſuis martyrium ſuſcepiſſet, illico ex tota inſula innumerabilis turba occurrit, ſciſcitans qualiter hoc eueniſſet. A', minimo nanque uſque ad maximū acerrimus fletus omnes tenebat. Meſſalinus uero & filij eius, audiētes

ſanctum Domini Placidum martyrio coronatum,ſciſsis ueſtibus,pul uere aſperſo capite,ad ſepulchrum uenerunt. Poſt hæc Meſſalinus & Pompeius cilius conſilio habito, legatos Caſsinum ad patrem Benedictum direxerunt,deſtinantes epiſtolam hæc continentem. Vniuerſali monachorum inſtitutori atq; doctori Benedicto, ſerui & filij eius deſolati & deſtituti paſtore,cũ ſubiectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati ueſtræ incognitum eſſe rectum duximus de his quæ apud nos actitata ſunt,ſcire ueſtram ſanctitatem uolumus, religioſiſsimum ac ſanctiſsimum diſcipulum ueſtrum Placidum, tertio nonas octobris poſt multa tormentorum genera gladij animaduerſione migraſſe ad Dominum. A',duce nanque ſarracenorum Mamucha,cum fratribns ſuis Eutichio, Victorino ac ſorore uirgine Flauia, Fauſto, Firmato & monachis triginta captus, poſt uerberum mactationem, ſuſpenſionem,fumi adminiſtrationem, membrorum omnium tortionem,arteriarum & dentium confractionem,nec non & linguę abſciſſionem,capite cum omnibus ſocĳs truncatus eſt. Vnde ſuppliciter ueſtram paternitatem poſcimus, ut ad cortes & poſſeſsiones retinendas diſcipulos mittere dignemini &c.

Exhilaratus itaq; de ſanctis apicibus pater ſanctus, palmas ad alta ſuſtollens, gratias egit Redemptori omnium dicens. Grates tibi nunc promo cunctorum uita ſalusq;, qui fructum labiorum meorum dilectiſsimum Placidum ſingularem & unicum mei pectoris filium, ad tuum feciſti conſcendere ſolium. Hæc pater ſanctiſsimus proclamans, & ſuper beatiſsimi martyris paſsionem ultra modum ſpirituali lętitia congaudẽs,omnem caſsinenſem conuocans contionem, talem ad eos protulit orationem. Sicut patris eſt gaudere in ſuorum profectibus filiorum,ita & filiorum eſt augumentũ patris ſua lucra reputare. Quapropter noueritis dulciſsimum filium meum Placidũ martyriali trabea adornatum migraſſe ad Dominum. Iam enim meis interioribus

51 oculis eius ĩmaculatam hoſtiam & Deo beneplacentem, 51 deduxi in alta cœlorum. Hunc nempe,tempore quo illum à patre ſuo ſuſcepi,memineram eſſe mortalem,nec fefellit opinio. Nunc non eſt quod conqueratur. Habeo in quo deo gratias agam, quia ſemper optaui ut de fructu cordis mei omnipotenti Deo ſacrificium offerretur. Nihil enim hoc ſacrificio habui precioſius,nihil amabilius,nihil carius. Elegit nanque Placidus pro Chriſto momentaneam mortẽ, & peruenit ad eum in cœleſti ſolio ad dexteram patris regnantem. Ob id enim Chriſtus pro omnibus mortuus eſt,ut nos nõ nobis, ſed Chriſto uiueremus. Grates autem omnium Redemptori refero,quia ingratus eſſe non poſſum. Congaudendum enim mihi,ſcilicet quod talem diſcipulum habuerim,non dolendum,quod amiſerim. Nã illud munus fuit, hoc debitũ, ſcilicet quod functus ſum famulatu Placidi diſcipuli mei

Benedictus pater deduxit Placidi animã in alta cœlorum ſuis interioribus oculis.

q̃diu Deus uoluit, & poſt qui dedit recepit. Quod naturæ cõmunis fuit, Placidus pro Chriſto poſuit, & quod ſingularis eſt gratiæ, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum, cum ad ſalutem noſtram Deus filio ſuo non pepercerit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ? Quis unq̃ exceptus eſt à conditione moriendi, qui non eſt exceptus à conditione naſcendi? Non ergo defleam Placidum filium, quem ſcio tranſiſſe de morte ad uitam. In illius nanque morte gaudendũ eſt non dolendum, quia illam pro ueritate & æterni regis fide guſtauit. Nã cur ergo te Placide fili chariſsime defleam, qui mihi ſic ereptus es, ut omnium eſſes? non enim perdidiſti uſum naturæ tuæ, ſed cõmutaſti. Ante corpore inſeparabilis à Deo exiſtens, 52 nunc indiuiduus cum Deo es permanens. Felicia uerba quæ in te expendi, felices labores quos in te ſuſtinui, dum uiueres mecum. Non te Tertulli patris tui amor à me diuellere potuit, nec ipſe mihi unq̃ patrem prætuliſti, quouſque ad æternam uitam migraſti. Hæc & his ſimilia patre Benedicto proloquente, ex conſilio totius caſsinenſis congregationis quoſdam ex diſcipulis ſuis ad Siciliam direxit, pręcipiens illis eos citius properare ad prędictam inſulam, ad monaſterium beati martyris Placidi reſtaurandum, & cortes ac uillas Tertulli patricij gubernandas.

52 *Placidus cum Deo nunc indiuiduus permanet.*

Qui præceptis obſecundantes, dum ad Siciliam peruenerunt, ſeruos beati martyris Placidi euocantes dixerunt. Vbi poſuiſtis lumen mundi, & decorem caſsinenſis eccleſiæ Placidum patris Benedicti diſcipulum? dicite nobis ubi panis requiei iacet, ubi cœleſtis regis abſcondita eſt pecunia, & multa his ſimilia. Illi autẽ reſpondentes dixerunt, illos ad eccleſiam ſancti Baptiſtę Ioannis eſſe, & locũ in quo Placidus Chriſti teſtis ſepultus iacebat oſtenderunt. Qui ruentes in terrã cum tremore & gaudio magno, ſanctũ ſepulchrum 53 deoſculari cœperunt, exequias ut ita dicam, agẽtes quaſi quidam Angeli carnei beato martyri Placido, in cuius paſsione cœli patuerunt, Angeli incubuerunt, homines exultauerunt, terra lætata eſt. Vidẽtes itaque fratres ſepulchrum in quo Placidus pater ſanctiſsimus reconditus erat, cũ ſingultu & lachrymis clamabant dicentes. Virorum ſanctiſsime, qui ſuperni regis uallatus munimine, mundi conculcaſti principẽ, 54 intercede pro nobis ad dominum, quatinus tuis ſuffragantibus meritis, per tua ueſtigia incedere, & cęlica gaudia capere ualeamus. Hæc & multa alia cum dixiſſent, quaſi corporaliter eum uiderent, lachrymis nequaquam parcebant, ſine intermiſsione ſanctum deoſculantes ſepulchrum. Odor enim paradiſi ſuauitate ut ita dicam, ex ſepulchro manabat, irrigabant lachrymis, leuigabant ingemiſcentes, exoſculabantur delectantes. Epiſcopus nanq; Meſſanæ ciuitatis ubi patris Benedicti diſcipulos ad Monaſterium reſtaurandum & cortes ac poſſeſ-

53 *Ecce in quanta reuerentia Sancti hi uiri martyris ſepulchrum habuerunt.*

54 *Inuocant ſanctũ Placidum, ut pro eis ad dominũ intercedat.*

ſiones gubernãdas ueniſſe cõperit, ad eos accedere ſtuduit, ſalutansq; in oſculo ſancto dicebat ad eos. Non paſſus eſt Deus opera atque labores patris ſanctiſſimi Deo dilectiſsimi Placidi perditum iri ſed quaſi poſt tranſmigrationem Iſraelis de Egypto, reſtituit filijs Sem, poſſeſſam à Cananeis regionem Palęſtinæ propriam, quibus propter naturalium filiorum eius opus, pater eorum hęres mundi, cum iuramento confirmauit diſtributionis teſtamentum, ut nullo aliquando tempore diriperent inuicem poſſeſsiones ut ante cataclíſinum fecerant, & iniquitatibus & ſanguinibus terram contaminarent, ita & ſuper beatiſſimo Placido patre noſtro iuſta retribuens fecit Deus noſter, tranſmittendo fratres eius & filios ad monaſterium gubernandũ & reſtaurandum, & cortes & poſſeſsiones illius retinendas. Etenim iuxta ſcripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui ſecundum moſay cum obitum ſpiritum Placidi reſtituit patri. Siquidem ille audiuit, Aſcende in montem, & ibi morere. Hic exi inquit à caſsino Placide. Et poſt paululum, Siciliæ inſulam ingrediens, per martyriũ carneam tranſibis uitam atque corruptibilem. Igitur Deus uerax eſt, & impoſſibile eſt mentiri Deũ. Sic accidit Placido beatiſſimo patri. Facta ſunt autem hæc diſpenſatione Dei, nam ideo Mamucham crudeliſsimum Chriſtianorum perſecutorem, & uiolentæ uocis uentoſum ſurreptionem, tempeſtatem, luctum atque turbationem ad has partes uenire permiſit, ut Placidus cum fratribus & diſcipulis ſuis martyrio coronarentur. Dirumpens igitur uinculum ligaturę corporis ſuę per medios fluctus uitæ præſentis, uolauit in alta cœlorum.

In talibus, die decurſo, epiſcopus cũ multitudine populi quæ cum eo uenerat, deoſculans ſanctum ſepulchrũ, receſsit ad ſua. 55 Anniuerſario autem paſsionis die beati Placidi & ſociorũ eius, adueniente turba multa cum cereis & thymiamatibus ad ſanctiſsimi Placidi martyris, & ſociorum eius ſepulchra conuenientes, die noctuq; ad eius honorem perſiſtẽtes in eccleſia, Domino laudes decantabant, omnes inq̃ conuenientes, à uiris uſque ad mulieres & infantes, oblationes & uota regaliter comportantes. Oportebat enim ſanctam 56 feſtiuitatem celebrare, in lumine ſcientiæ, & intellectu ſplendoris populum adornare. His quoque tẽporibus beatiſsimus pater Benedictus plenus uirtutibus & ſanctitate, feliciter migrauit ad Dominum. Anno uerbi incarnati quadrageſimo ſecundo ac quingenteſimo, cum præfuiſſet in caſsinenſis cęnobij regimine annis 14. ſepultusq; eſt ibidẽ ante aram ſancti Baptiſtæ Ioãnis. Huic ſanctiſsimo patri ſanctus papa Vigilius per priuilegium confirmauit omnes cortes ac poſſeſsiones quas Tertullus patricius in Sicilia ei obtulerat. Id ipſum fecerunt ſucceſſores eius numero 49. Cortium autem nomina hæc ſunt. In Meſſana modia terræ 30. cũ portu ſuo. In agrigento 300. In Syracuſa 400. Iuxta

55 *Vides antiquum Eccleſiæ morem fuiſſe, in anniuerſario paſsionis die ſanctorũ martyrum, ſolẽtes apud eos conuentus agere, hymnos, cereis & uotiuis donarijs illos honorare.*

56 *Sancta feſtiuitas Placidi martyris.*

cataneũ .v. mil. x l. In zindaride c l. Indrepanis uñ In aquis ſegeſtianis d cccc. In parthenico d ccc. In hucara d c. In panormo c c c. cum portu ſuo. In ſounto x x x. In termis x l. In cephalido x v. In cliefo l v i j. In Galeate c l x. In accaliate c c c. In aganomo i j. In acro x x. Villæ uero quæ ad iam dictas cortes pertinent, hæ ſunt. Iuxta Syracuſam uidenſis, centuripenſis, halicienſis, hymera, ſoluntina, hereclea, hennenſis, herbitenſis, agirinenſis, netinenſis, habitenſis, murgentinenſis, aſſorinenſis, macaranenſis, menenia, tiſſenſis, amefra, petrina, calaſtina, mittitenſis, hiblenſis, halmana, apblonia, agina, caputina, aſſorono, florina, letina, giractarina, acherina, leontina, phipham, hentelena, helora, phaſsilis, licrilla, mamertina, aluntia, inguida, hacardina, thiceronitana, neapolis, gollenſis, lilibeum, thamaricij palma, naxum, acyum, capitonia, gelaria pecilia, gona, allaya, achenſis, lanarium, meazaris, aquis larodis, caluitiana, nibleagris, ſoluſapris, capitamona, pluloſopiana, collonitana, cornouiana, dedalia fintis, refugio, calis, plagateoſy, nocinbi, refugiũ Apollinis, pitamana, comiciana, petrina, piruia, logarica, oliua, aqua perciana cũ omnibus portubus iam dictæ Siciliæ.

His taliter ſuccincte libatis quid Gordianus martyris Placidi famulus egerit, opuſculo præſenti tradamus. Poſtquã enim idem Gordianus ſanctorum martyrum corpora tradidit ſepulturæ, quid faceret, uel quid diceret neſciebat. Dicebat enim intra ſe, ſi hic maneam, nihil ultra proficiam, ſi ad caſsinum redire uoluero, omnino impoſsibile mihi uidetur, ſcio enim quanta pericula in tanto itinere mihi incumbant. Hæc dum ſecum tacitus uolueret, beati Placidi & ſociorum eius ſuffragium diebus ac noctibus exorabat attentius. Quarta intereà die adueniente, ualde diluculo nauis neapolitanorũ mercibus onuſta, in portu Meſſanæ ciuitatis deuenit, deſcendenteſq; nonnulli eorum ad terram ſancti Ioãnis Baptiſtæ, in qua ſanctus Domini martyr Placidus cum ſocijs ſuis ſepultus erat, eccleſiam deuenerunt. Quos Gordianus aſpiciens, poſt ſalutationis officia oſculatus eſt, ac deinde percontatus eſt eos dicens, qui eſtis, uel unde, & quo tenditis iter? Tum illi, Neapolitani (inquiunt) ſumus, & curſus noſter Conſtantinopolim tendit. Gordianus uero talia ab eis dum uerba audiſſet, gaudio ingẽti perfuſus eſt, datoq; naulo in eorum naui conſcendit, longiſsimaq; maris itinera cum eis transfretans, Conſtantinopolitanam peruenit ad vrbem, in quam ingreſſus, in domo cuiuſdam potentiſsimi uiri annis quampluribus hoſpitatus eſt. Ibiq; iuſſu Iuſtiniani Imperatoris enucleatius uitam atque miracula necnon paſsionem beatiſsimi martyris Placidi & ſociorum eius notificare, atque ad poſteritatis memoriam Græcis literis quibus apprime imbutus fuerat, latius annotare curauit. Illi autem hæc audientes, glorificauerunt Deum,

utq; ſecum Gordianus in eadem vrbe maneret hortati ſunt, quod & fecit. Poſt aliquanta uero annorum curricula, Gordianus ille ualeſaciens, paſsionem beati martyris Placidi & ſociorum eius, quam ibidē ut ſupra taxauimus Græcis apicibus exarrauerat, apud illos reliquit, ipſe uero nauem conſcendens, Siciliam redijt, atque ad Syracuſanam urbem deueniens, pauco illic tempore ſuperuixit, in quo ſemper pie ſanctæq; uiuendo, finem uitæ compleuit, acquirens ſibi regnum æternum, 57 intercedentibus ſanctis martyribus quibus fuerat famulatus. Ex die uero qua ſepulta ſunt corpora ſanctorum martyrum Placidi, Eutichij, ac Victorini fratrum, & beatiſsimæ uirginis Flauiæ ſororis eorum, in eccleſia ſancti Baptiſtæ Ioannis, ultra iam Baſilica illa ſancti Ioānis uocata non eſt, ſed in honore ſanctorum qui intus erant ſepulti, ſancti Placidi eccleſia uocabatur, uſq; ad tempora ſcilicet illa, quando Romani Siciliam amiſerunt. Omnibus etiam tēporibus quibus Sarraceni Siciliç dominati ſunt, eccleſia ipſa ex beati martyris Placidi nomine uocabatur. Finis.

57 *Ecce quomodo Sancti pro uiuentibus intercedunt.*

Ex Caſinēſi & alijs celebribus bibliothecis.

VITA SANCTI MAVRI ABBATIS, PER Fauſtum eius condiſcipulum ſcripta.

Prologus.

FAuſtus famulorū Chriſti famulus omnibus monachis, qui ſunt in Oriente, & Occidente, Meridie, & Septentrione, & fidē, quæ ſecundum pietatem eſt, unà nobiſcū in Deo retinent, gratia, miſericordia, pax, & propitiatio à Deo patre omnipotente cōditore noſtro, & ab Ieſu Chriſto unico filio eius, domino Redemptore, ac Saluatore noſtro, atque à ſpirituſancto illuminatore, & uiuificatore animarum noſtrarum. Cum à parētibus omnipotentis Dei ſeruitio nutriendus ſecundum regularis normam inſtitutionis 1 ſeptennis beato Benedicto in eius ſanctiſsimo cœnobio, quod idem totius ſanctitatis uir in Caſsino ędificauerat caſtro, traditus fuiſſem iuxta miſerentis Dei pietatem, qua & uelle & operari in nobis perficit pro bona uoluntate, gratuita nos & omnipotētiſsima miſeratione ut uelimus præueniens, ac miſericordiſsima gratia, ne fruſtra bona, quę inſpirare dignatur, aggredi conemur, ſubſequens, quin magis ut recta in illū fide credentes, atque in bonitate & ſimplicitate cordis de illo ſentientes, pro his quæ ipſe tribuit & immittit, 2 præmia nobis æternorum, ſi tamen propoſiti noſtri, & fidei rigorem ad finem uſque firmum ac inconuulſum ſeruemus, promittit. Poſtquam ut ipſi ſuperno placuit opificij, annos pueriles ætatis emenſus ſum, & uti iam liberæ facultatis cępi permiſsione, ex integro me pro uiribus, & ſcire, monaſticæ mancipaui obſer-

1 *Ecce quomodo etiam ante pubertatis ānos quidam religioni reperiuntur oblati.*

2 *Vides ideo nos habere merita apud deū, & æternorum bonorū præmia rite expectare, quia opera noſtra bona, ſunt eius dona eorum liberum arbitrium ad ita operandum liberaliter excitantis.*

uationi, adeò ut nec momento quidem à uiſione beatiſsimi ac ſanctiſſimi Benedicti diſiungi ullo modo uellem, ſed ſemper eius Deo placita, & hominibus imitanda inſtrui doctrina, ac radiantibus ædificari exemplis ardentiſsimo deſiderabam amore.

Cernens itaque beatiſsimus Pater, me per omnia ſaluti propriæ, & regulari inſtitutioni operam dare, multis ſæpiſsime argumentationibus propoſitum animi mei, nixus eſt experiri, etiam de his, quæ ipſe homini impoſsibilia ac importabilia eſſe ſciebat. Sed ubi per gratiam omnipotentis Dei, me paratiſsimum atque promptiſsimum ad omne quicquid illud erat, aggrediendum, ac tentãdum, ſiue etiam perferendum eſſe peruidit, ilicò ſpecialius præ cæteris obſequiorum meorum uti ſeruitijs cœpit, meq; arcanis quibusq;, & nulli penè ab eo, ut aſſerebat, prorſus creditis, paterno affectu inſtruere, ac contra tentantia præmunire uitia. Vnde factum eſt, ut cum beatiſsimo Mauro diſcipulo ſuo, qui ab eo religioſiſsimè nutritus, & eruditus fuerat, quiq; uitæ merito & perfectione uirtutum magiſtri cooperator extiterat, me ad partes dirigeret Galliarum, quo illi aliquod ſolatium mea prẹberet cohabitatio (Ego quippe exprioribus, qui ab eo educati primi fuerant, ſolus ſuperſtes eram tyronibus) Gratia ſiquidem fundandæ cœnobialis religionis, ad tam longinquas, exterasque ab eo tranſmiſſus eſt regiones.

Denique diuinitatis maieſtas omnipotentiſsima, quæ omnia circumplectens, & penetrans, intelligit cogitationes à longè, & nouit omnia nouiſsima, & antiqua, & omnes uias ſingulorum præuidet, cũ ſanctiſsimo patri, ſuum monaſterium in loco ſuperius iam dicto ab ipſo conſtructum, occulto ſuo iudicio deſtruendum, euertendumq; prodidiſſet, & uir Domini inconſolabili pro hoc afflictione, fletuq; indeſinenter afficeretur, reuelatio illum cœleſtis tali releuare ac confortare eſt dignata oraculo: Noli, ait, probatiſsime, ac electiſsime Deo benedicte, pro his quæ huic euentura didiciſti loco, mœſtum ullo modo gerere animum, quoniam quod ſemel præfixum eſt, intranſibile, atque irreuocabile, ſine dubio patrabitur, ſolis tibi tuo merito cunctorũ conceſsis habitantium animabus. Sed aderit omnipotentis, quam nuperrimè tibi reuelauit, diuina propitiatio, & conſolatio, quæ & locũ hunc in priſtinum, immo in ampliorem q̃ nunc uidetur, tuis nihilominus meritis reſtituet gradum, & alijs perinde nationibus huius lumen religioſitatis de hoc eodem irradiabit loco, pro quo interpellatus, uel potius efflagitatus fueris. Extemplo quos probabiliores in huius grege ſanctæ habes congregationis, quo depoſceris, mittere maturato, ſciens proculdubio quoniam 3 laboris eorum fructus uberrimus, & tibi ad cumulum recipiendorum augmentabitur præmiorum, & illos ad habitationem perennis introducet beatitudinis.

3 *Nota quod pro laboribus hic perpeſsis, dabitur æterna beatitudinis retributio, tãquã iuſta merces.*

Hoc ergo ſanctiſsimus Deoq; chariſsimus pater certior factus reſponſo, mox ut legatione Cinnomannici Antiſtitis conuentus & exhortatus eſt, continuo religionis uirum euocans Maurum, cum conſilio totius congregationis legatis eum ipſius aſsignauit præſulis, dans illi ſocios & cooperatores ſimplicium, & Antonium, ac Conſtantinianum, me quoque laboris eorum & peregrinationis, non dico operum perfectorum, comitem deputans. Ego itaque cum longe poſt tranſitum egregij cõfeſſoris Chriſti Benedicti magiſtri noſtri operum mirabilium patratoris, ſepulto iam beatiſsimo Mauro, & duobus comitibus noſtris, Conſtantiniano ſcilicet, & Antonio, ad noſtrum monaſterium ultimam iam penè agens ætatem, unà cum ſimplicio, iuxta mandatum beati Mauri fuiſſem regreſſus, compulſus ab omnibus fratribus congregationis Caſsinenſis cœnobij, de quo profecti fueramus, & præcipuè à religioſiſsimo uiro, ac cum honore nominando Theodoro, qui tertius poſt ſanctæ memoriæ Valentinianum prolixiori tempore Lateranenſis congregationem rexit monaſterij, hiſtoriam de uita & conuerſatione, ſiue etiam de profectione eiuſdem beatiſsimi Mauri, necnon etiam de conſtructione cœnobij, quod, Deo ſe iuuante, ſtrenue, atque comptiſsime ędificauit, quin & de miraculis, quæ per illum dominus ad laudem & gloriam nominis ſui operari dignatus eſt, & quæ nos ipſi coram poſiti oculis noſtris inſpeximus, altius & ab ipſa eius repetens natiuitate ſcribere ſum aggreſſus, ad omnium ædificationem monachorum. De ueritate porro geſtarum rerũ & narrationis neminem ambigere ſuadeo, quia multo melius de tot ſilere ſcio, quàm aliquid mendoſum effictumque narrare. Denique hoc opuſculum beatiſsimo 4 Papæ Bonifacio oſtendi. Quod ipſe ſanctiſsimus Pontifex approbans, laude dignum duxit, ſuaq; ſancta authoritate roborauit.

4 *Merito beatus uir librum sãctiſsimo Romano Pontifici obtulit, quoniam eius præcipua cura eſt de ſacris ſcriptoribus cenſere.*

Deprecor autem eos, qui hoc ad legendum ſumpſerint, ne ruſtico incultoq; conſcripta ſtylo faſtidiant, ſed potius ueniam mihi tribuant, qui quamuis imperitus exiſterem, ac nullius prærogatiua literatoriæ artis, qua inniti ualerem eſſem inſtructus, tamen quæ per ſeruũ ſuum Dominus operari uoluit, & quibus ipſe interfui, ſilentio non ſum paſſus abſcondi, prętertim cum ad hæc exaranda, quoquo modo poſſem, tam fraterna charitate, & deprecatione, q̃ non paruipendendo ſanctorum uirorum ſim prouocatus imperio.

INCIPIT VITA SANCTI Mauri Abbatis.

BEatiſsimus igitur Maurus clariſsimo ſenatorum genere, patre Euticio, matre uerò Iulia exortus, duodennis ſanctiſsimo benedicto

dicto omnipotenti Deo ſub 5 regulari nutriendus inſtitutione, à parentibus eſt traditus. Qui cum adhuc iunior bonis polleret moribus, ſicut etiam ipſi uidimus, & frequenter experti ſumus, magiſtri cepit adiutor exiſtere, ac eius miraculorum cooperator eſſe. Hunc ſanctiſsimus Benedictus præ omnibus charius dilexit, & inſtruxit, atque ita in omnipotentis Dei informauit ſeruitio, ut nemini poſt ipſum in cœnobiali ſacroſancta obſeruatione fuerit ſecundus. Quis enim unquã auſterius corpus proprium 6 ieiunijs, abſtinentia, ac uigilijs, ſqualoribus quoque & nimijs edomuit frigoribus? Frequenter enim eum uidimus in diebus ſanctæ Quadrageſimæ nec tunica, nec cuculla, niſi ſolũmodo ſacco uti 7 cilicino, & duabus tantũmodo uicibus in hebdomada paruiſsimũ potius prægustare, quàm ſumere cibum. Iſte quippe mos in omni uita ſanctiſsimo fuit Benedicto: cuius ille exemplo prouocatus, afflictione perualida carnẽ macerabat, inquantum illi eiuſdem patris ſui permittebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore ſub monachali tunica ſemper aſperrimo à ſcapulis uſque ad renes induebatur trogulo, eiuſdem ſubtegminis in ſtratu, ſuperaggeſto calcis & ſabuli, tantũmodo excepto quòd Quadrageſimali tempore uſus eſt cilicio. Etenim & quantum poterat ſolicitè ſatagebat, non iacendo, ſed potius ſtando, uel cum nimia eum laſsitudo cõpuliſſet, ſedendo ſomnum capere. Nemo illum unquàm uidit de lecto cũ cæteris ſurgere fratribus, ſed ſemper nocturnos uigilando præuenire hymnos attentius procurabat, plerunque quinquagenos, ſæpe etiam centenos 8 pſalmos, nonnunquàm uerò totũ ex ordine Pſalterium ante nocturnalem conſumans ſynaxim, exceptis duntaxat horarũ ſpacijs, quibus orationum, lachrymarum, ac creberrimorũ fundebat preces ſingultuũ. Silẽtio uerò ac lectioni ita aſsiduè uacabat, ut pro hoc etiam ipſi ſanctiſsimo Benedicto admirabilis haberetur.

5 *Maurus duodennis ſanctiſsimo Benedicto ſub regulari nutriendus inſtitutione à parentibus eſt traditus.*

6 *Ecce quõ antiqui monachi ieiunijs, abſtinentia, uigilijs & frigoribus corpus proprium affligebant.*

7 *Vides ſanctos priſcos monachos ueſtimentorum uilitate, præſertimq; cilicio, necnon ciborũ parcitate ſuſe uſos quo afflictione magis ualida carnem macerarent? At non hæc placent nouatoribus noſtris.*

8 *Habes hic quod antiqui monachi pſalmodia etiam nocturna, orationibus, lachrymis, ſingultibus, ſilentio, & lectioni aſſidue inſiſtebant.*

His ergò alijsq;, quas enumerare longiſsimum eſt, eo ſuccreſcente uirtutibus, ſanctiſsimus de illo Benedictus plerunque in conuentu fratrum, ſuppreſſo eius nomine, quaſi de alio loquebatur, iunioribus, & negligentioribus illum proponens ſequendũ. Vidimus, aiebat, noſtra ætate quendam ſtrenuiſsimæ nobilitatis iuuenem, infra annos adoleſcentiæ, ita omnis monaſticæ religionis ſubito arripuiſſe perfectionẽ, ut alicui ex prioribus ſimilis, immo æqualis per omnia digniſsimè iudicetur. Sed licet hæc beatiſsimus, Deoq; dilectiſsimus Maurus, ac nõnulli ex fratrib⁹, de eo ſanctiſsimi ore Benedicti proferri ſcirent, nunquàm tamen ille pro hoc, uitio ſuccubuit iactantiæ, ardua ſemper, & ſanctiora appetens, & toto conamine de uirtute in uirtutẽ proficere ſtudens.

Dum quodam tempore ſanctiſsimus Benedictus à quodam nobiliſsimo ſecundum ſeculi dignitatem uiro exoratus fuiſſet, ut ad domũ eius dignaretur per ſemetipſum accedere, ut uxorem eius & filium,

quem nuper enixa fuerat, à dæmonio, quo grauiſsimè pariter uexabā tur, ſuis ſanctis meritis & orationibus liberaret, & ſanctus domini pro eo quòd ei familiaris pro aliquibus ab eo religioſè geſtis exiſteret, ire non diſtuliſſet; beatiſsimus Maurus, qui tunc in monaſterio noſtro, imperio ſanctiſsimi Patris noſtri, præpoſiti, ac totius cœnobij procuratoris & adminiſtratoris poſt ipſum fungebatur officio, cũ fratribus ad fruges colligendas longiuſculè à monaſterio eſt egreſſus; à quo opere dum ad ſextã refectionis horam cũ eiſdem fratribus rediret, anteq̃ ad portam uentum fuiſſet monaſterij claudum quendam & mutum puerulum inuenit in itinere. Cumq; pater & mater pueri eius pedib⁹ prouoluti, cum clamore ualido & lachrymis terribile nomen Dei obteſtantes, & ut filium ſuum eis ſanum redderet, genua eius firmiſsimè utriſque conſtringentes manibus precarentur, refugit pauore nimio tale attentare miraculum, ſe peccatorem eſſe, nec talis ullo modo operis effectorem uociferans poſſe fieri; maxime, inquit, cum hæc ſanctorum Apoſtolorum ſint opera, aliorumq; perfectorũ, qui eorũ exempla credendo & imitando ſectantur.

Nos ergo ab eo talia dici audientes, ſimul & perfectiſsimam, Deoq; acceptiſsimã ad talia peragenda eius uitam, & meritum ſufficere cognoſcentes, iuncti parentibus pueri, pro reſtitutione ægroti eum rogare cepimus. At ille, ut erat pijſsimus, lachrymis perfuſus, atque in 9 oratione proſtratus, poſtq̃ diutiſsimè orauit, ſtolam 10 cũ qua eodẽ anno, iubente magiſtro ſuo, ordinatus ad miniſterium fuerat Leuiticum, & quam iuxta morem gratia ſanctitatis primo indefinenter ferebat anno de ſanctiſsimo collo ſuo protulit, & ſuper caput infirmi crucis 11 ſignum faciens poſuit, & ad cœlum oculos erigens dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui diſcipulis tuis polliceri dignatus es dicens, Amen dico uobis, quia omnia quæcunque orantes petieritis, credite quia accipietis, & uenient uobis, oſtende etiam nũc, quia nos ſerui tui, exigui licet & peccatores, in te & in uerbis tuis ſanctis, prout ipſe largiri digneris, eandem fidem habemus. Et hæc dicens ait ad debilem, In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis adiutus meritis ſanctiſsimi magiſtri noſtri, ſta ſanus & incolumis ſuper pedes tuos rectus. Et continuo ſoſpitati redditus cepit rectiſsimè ante nos pergere, ac dominũ uoce exultationis & laudis benedicere dicens: Benedictus Deus creator omnium, qui me redintegrare dignatus eſt meritis ſanctiſsimi ſerui ſui Benedicti, & per beatiſsimum diſcipulum eius Maurum.

9 *Ecce orationem cum proſtratione et lachrymis.*

10 *Vides ſtolam Leuiticum eſſe ueſtimentũ, quod Diaconi in ordinatione accipiunt, & quo in miniſterio ſuo ſemper utuntur?*

11 *Maurus ſigno Crucis & oratione mutum, pariterq; claudum ſanat.*

Perfectiſsimus ergo Benedictus cum reuerſus ad monaſterium ſanatis pro quibus ierat, fuiſſet, nobiſq; narrantibus & laudantibus Dominum, ea quæ contigerant comperiſſet, in magna deinceps admiratione ac ueneratione beatiſsimum Maurum habere cepit, nec iam loco diſcipuli cenſebat æſtimandum, quem ita Deo proximum iam ui-

debat effectum. Per idem tempus legati ad noſtrum aduenerunt monaſterium, miſsi à beatiſsimo Bertigramno Cinomānicę ciuitatis Epiſcopo. Nam iſdem ſanctiſsimus Pontifex audita fama ſanctitatis eximij Patris noſtri, Flodegarium Archidiaconem, & Alderadum Vicedominum ſuum, ſtrenuiſsimos ſcilicet atque clariſsimos uiros, à latere ſuo cum magnis exenijs ad eundem Patrem noſtrum tranſmiſit, omnibus eū exorans precibus, ut illi perfectiſsimos dirigeret fratres, qui monaſterium illi ſecundum regularis ordinem obſeruationis in fundo Eccleſiæ, quā regebat, ædificare deberent. Perfectiſsimus uero Pater noſter iuxta rationem, & reuelationē, quæ in præfatione huius operis à nobis pleniter eſt expoſita, quanquā finem dierum ſuorū iam iamq; ſciret imminere, ſecundum quod ſpiritu ſancto didicerat reuelante, legatis ſupradicti Antiſtitis tam beatiſsimum Maurum, quā nos quatuor, quorum nomina proemio inſeruimus, aſsignauit, prçcipiens nobis, ut non minus ipſi beatiſsimo Mauro, quem nobis magiſtrum conſtituebat, quā ei eatenus, in omnibus pareremus.

Iam quis dignè explicet quantus mœror, quantusq; luctus totam ſanctiſsimam noſtram ſubito corripuit congregationem? Quia enim ſanctus Pater eis iam obitus ſui reſerauerat diem, ſpes & conſolatio totius congregationis in beatiſsimo Mauro pendebat, illum ſe patrem, illum ſe gaudentes poſt eius tranſitum habere rectorem. Sanctiſsimus autem pater noſter tantis fletibus & ſuſpirijs motus, omnem euocans congregationem, talem ad eos protulit orationem. Si triſtandum dilectiſsimi fratres ac filij, pro tali eſſet negotio, mihi magis, quā uobis eſſet merendum, qui quantum ad præſens magnis uideor deſtitui ſolatijs. Sed quia dicente Apoſtolo, Charitas benigna eſt, benignitatem charitatis noſtræ omnimodis impendere debemus his, quos aliquo modo ea indigere cognoſcimus, nec noſtra tantum quā aliorum quærere. Quapropter uos amoris paterni ſolicitudine à fletibus & mœrore temperare depoſcimus, quia potens eſt Deus meliores nobis poſt depoſitionē noſtri corporis huic ſanctæ immittere congregationi, quorum meritis & exemplis longè præſtantius quā noſtris ædificemini. Sed & illud ſummopere nobis eſt procurandum, ne uerſutia antiqui hoſtis, unde alijs ſalus acquiritur, inde nobis triſtitiæ malo detrimentum in aliquo ingeratur. Nos etenim quos unitatis ſemel in ſancta charitate iunxit concordia, nunquā uel longiſsima diuident terrarum ſpacia: quoniam ſemper interioris hominis aſpectu, qui renouatur ſecundū imaginem eius qui creauit eū, nos quoad uixerimus tēpore, inuicē intuebimur. Vos autē fratres chariſsimi, quos ad opus Domini conſtruendum ad illas dirigimus partes, uiriliter agite, & cōfortetur cor ueſtrū in ſancto propoſito, & religione, proculdubio ſcientes, quia quanto auſteriora 12 *Ecce quō propter opera charitatis proximo*
cauſa ſalutis aliorum in huius uia ſeculi pertuleritis, tanto 12 maiora

impenſa, promittuntur nobis cœleſtiũ præmia gaudiorum.

à Deo recipietis cœleſtium gaudia præmiorum. Nec uos ullo modo reſolutio huius noſtri meſtificet corpuſculi, quoniam præſentior uobis carnis depoſito onere ero, ueſtriq; (Dei per gratiam) cooperator exiſtam aſsiduus.

13 *Vides quod etiã antiqui monachi habebãt regulas, ſub quibus degebant?*

Et hæc dicens dans oſculum nobis,proſecutusq; nos cum omni cõgregatione uſq; ad oſtium monaſterij,oſculatis rurſum nobis,ac benedictione ſuper nos tradita,dedit ſanctiſsimo diſcipulo ſuo Mauro librum 13 regulæ,quem ipſe ſanctus Benedictus manu ſua ſcripſerat, proferriq; iuſsit libræ pondus panis, & uaſculum æneum,uini eminã capiens,& ita nos ſiuit abire;dans mandatum miſsis ſupradicti Pręſulis ad eundem Pontificem, ut ſua uice paterno affectu nos ſuſcipiens tractaret, ac nobis aptum locum ad ædificandum, ſicut pollicebatur, cœnobium traderet.

14 *Habes hic horas nocturnas etiam ab antiquis patribus celebratas.*

Igitur nos quinta Epiphaniorum ſabbati iter arripientes,primam manſionẽ in poſſeſsione noſtri monaſterij in uilla,quæ Eucheria nuncupatur,habuimus.Quo aduenientes honorifice ſatis à duobus fratribus noſtris,Probo uidelicet,& Aquino ſuſcepti ſumus, quos ſanctus Pater noſter huius rei gratia pridie illuc direxerat.Ea nocte 14 celebrantibus nobis nocturnale officium,aduenerunt illuc duo nihilominus ex fratribus noſtris,Honoratus beatę recordationis uir,ac Feliciſſimus egregiæ indolis adoleſcens,cõſobrinus ſancti Mauri,miſsi à ſanctiſsimo Patre noſtro Benedicto. Quos ut uidimus,gaudio non modico gauiſi ſumus,certũ tenentes aliquid magni de parte eiuſdẽ Patris noſtri nos ab eis uel audituros,uel percepturos.Nec noſtra fruſtrati ſumus æſtimatione.Nam ut cõpletis hymnis matutinalibus in unũ conuenimus,Honoratus monachus magnifica à pectore ſuo beato Mauro protulit munera,capſulam ſcilicet eburneam,& paginulam Epiſtolæ,breuia quidẽ continentẽ uerba,ſed amore prophetiæ,& ſanctę charitate dilectionis grauida ſatis ac deſiderabilia, quæ idem ſanctiſsimus Benedictus ipſos deportare nobis,antequã de loco egrederemur,perniciter iuſſerat. Siquidem tres 15 portiunculas ligni ſalutiferæ crucis, & reliquias ſanctę Dei genitricis,ſancti Michaelis Archangeli,ex palliolo ſcilicet eius ſanctæ memoriæ, ſancti quoque protomartyris reliquias,ac beati confeſſoris Chriſti Martini,in ipſa poſuerat capſula.

15 *Si ſanctorũ reliquiæ res eſſent inutiles,& ſuperſtitioſæ, ut nonnulli mentiuntur, ſanctus uir Deo plenus Benedictus, non eas miſiſſet diſcipulis ſuis ſecum deferendas.*

16 *Quid dicere hæretice contra ſanctorũ reliquias amplius potes cũ ex ſanctiſsimi patris ſententia,hæ munimen præbeant contra omnium impedimenta malorum?*

Textus uerò Epiſtolæ,quã & conſepelire ſibi amore Patris ſui beatus iuſsit Maurus,hæc continebat. Accipe dilectiſsime extrema inſtitutoris tui dona,quæ & longum noſtrũ teſtentur amorẽ,& tibi,ac cõmilitonibus tuis contra omnium perpetim 16 munimen præbeant impedimenta malorꝫ. Poſt expletam enim totã trinam uicenorꝫ decurſionem annorꝫ,ex quo monaſterialem adiſti perfectionẽ, in gaudium Domini tui es introducendus; ut nobis Dominus heſterno die, priuſq̃ à nobis digreſſus es,oſtendere eſt dignatus.Prędico etiam tibi,

moram

moram uos in eundo eſſe paſſuros,ac cũ difficultate amabilem locum inuenturos pro his quæ & Deo ordinante perficientur,& quæ inimicus humani generis molimine calliditatis ſuę in uos concitabit.Nuſq̃ tamen benignitas miſericordis Dei uobis deerit,ſed potius,differendo licet,ac deſiderium animi ueſtri in longum experiendo, aliorſum q̃ ſperauimus,aptiſsimam dignabitur largiri manſionem.Iamq; ualeas felix in profectione,felicior futurus in peruentione. His beatus Maurus recitatis,& abundantiſsimè pro his quæ & merebatur,& præmonebatur,hilaris effectus,ad Patris Benedicti præſentiam eoſdem cum gratiarum actione remittit fratres, adoleſcenti iam dicto Feliciſsimo quinquies ſiue ſepties perfectiori normæ ac religioni operam dare inculcans.

Porrò nos ceptum iter carpentes,quinquageſimo quinto die Vercellas aduenimus. Quo in loco dum biduo ab ipſius ciuitatis clericis detenti fuiſſemus,qui nos pleniſsima receperant charitate, prophetia ſanctiſsimi Patris noſtri impleri iam cepit.Supradictus enim Alderadus per gradus cuiuſdam altiſsimæ ac mirificæ turris deambulans,ac impellente Sathana deorſum præceps ruens, ita toto corpore debilis, immo penè exanimis ad noſtrũ non aliter,q̃ in linteo, deportatus eſt diuerſorium,ut omnes de eius uita deſperare cogeremur.Quę res grauiſsimam nobis,& præcipue Flodegario Archidiacono triſtitiam intulit.Nam quatuordecim dies ibi morati ſumus,in quibus irremediabili ac deteriori ſemper iſdem uir attritus eſt dolore, adeo ut dextera ſcapula eius cum brachio & manu inflatione nimia intumeſceret, & medicus iam ad ſecandum cũ ſolicite inquireretur. Illuceſcente ergo crepuſculo tertiædecimæ diei,quo ibidem adueneramus,Flodegarius nullo modo ſe ferre poſſe ut ſecaretur affirmans, oratorium, in quo beatus Maurus orationi uacabat,concitus irrupit,pedeſq; eius utraq; conſtringens manu,ac lachrymis terram perfundens,oſculaq; figens frequentia,deprecari eum,& obteſtari cepit,ut ſuis precibus infirmo ſubueniret,opem ſui adiutorij illi ferendo,nec ſineret eum ferre ſectionis,& igne ultionis,acerbiſsimo cruciatu torqueri, quem ſciebat eius interuentu facile poſſe ſaluari.

Beatus uerò Maurus tam miſeratione infirmi,q̃ profuſione deprecantis lachrymarum,quamq; etiam itineris retardatione ad fletũ uſq; permotus,ante altare in 17 orationem ſe proiecit,& diutiſsime orationum precibus,ſuſpirijs,ac ſingultibus aures uicinæ ſupernę pietatis pulſans,cum à loco, quo in modũ crucis proſtratus iacuerat, ſurrexiſſet,accipiens de ſuper altare capſulam reliquiarum,quã illi beatus magiſter ſuus direxerat,aſſumptis etiam nobis, ad lectum pergit ægroti. Ibiq; rurſum oratione præmiſſa,ſalutiferum retegit lignum,& de eo à ſcapula uſq; ad ungulas manuum ex omni parte ſignum crucis fa- 17

Vide orationem cum proſtratione,ſuſpirijs, & ſingultibus.

ciens,dixit: Deus omnium conditor creaturarum,qui ad reſtauratio- nem humani generis unicum filium ſuum operante ſpirituſancto ex Maria ſemper virgine incarnari conſtituit,qui per hoc ſacroſanctum ac glorioſum uiuificæ crucis lignũ,uulneribus & languoribus anima-
18 rum noſtrarũ,nos redimendo,ſubuenire dignatus eſt,ipſe te per uirtu tem uitalis ligni huius ad priſtinam reducere dignetur ſanitatem. 18 Hæc cũ beatus oraſſet Maurus,continuo per tria loca omnis excoctio ſanguinis,qua brachium totum intumuerat,uehementer incurrere cę pit.Erat autem ipſe Alderadus nobilis quidẽ ſecundum ſeculi dignita tem,ſed nobilior,prout ſeculari poſsibile erat,in omni religione.

Ecce quanta uirtutis eſt glorioſum lignum uiuificæ crucis, cuius tactu ualidiſsime ægrotans,ſtatim ſanus redditus eſt.

Flodegarius denique uiſo tanto miraculo, nullo modo ſe à fletibus præ gaudio poterat tẽperare,Deum aſsidua magnificans collaudatione,& ſanctiſsimũ patrem noſtrũ Benedictum frequentiſsima extollens ueneratione, qui tales habere ac nutrire dignus fuerit diſcipulos, per quos talia domino operari ſit placitum. Fit continuo concurſus totius ſuburbani populi,felicem ſe unuſquiſq; fore exiſtimans,ſi beatum Maurum uel uidere contigiſſet. Ipſe uerò non ſuam,ſed patris, qui in cœlis eſt,ſemper gloriam quærens, aſpectus ſe uidere quærentium fugiebat, dicens: Hoc quod per lignum Redemptionis noſtræ diuina perficere uoluit maieſtas, Redẽptori magis omnium eſt aſcribendum,ꝙ homini;quanquã ſanctiſsimi Patris noſtri Benedicti merita,ut efficeretur,obtinuiſſe nulli dubium eſſe poſsit. Æger igitur noſter penẽ iam incolumis effectus,beatum deprecatus eſt Maurum, ut ſequenti etiam die ab ipſa non egrederemur urbe, quouſque ille per omnes orationis domos,quæ ibidem conſtructę erant,uota præ laudationis,& ſacrificium ueræ confeſsionis,pro reddita ſibi perſoluere domino poſſet ſoſpitate. Quod beatus libentiſsime annuit Maurus;ualde enim eum diligebat, pro eo maxime, quia religionem ordinis noſtri ab eo præferri uidebat.

Quintodecimo demum die urbem illam relinquentes, ac diſpoſitum iter accelerare feſtinantes, cum iuga alpium media ferè tranſiremus die,famulus nomine Sergius,de equo,cui inſederat,ſuper imane ſiniſtrorſus cadens ſaxum,pedẽ ſibi concite reſurgere uolens,ita atterens extorſit,ut oſſa omnia in unum coadunata,non iam ſpeciem pedis,ſed ſimilitudinem alicuius præfiguraret teretis.Quinimmo afflictus cruciatu,cum frequenter uitali quaſi carere uideretur flatu,bea-
19 tiſsimus Maurus ad eũ accedens,ſiniſtraq; manu colliſum eius apprehendens pedem,& dextera ſuper eum ſignum 19 crucis faciens,ait: In nomine Dei omnipotentis, qui ſua uirtute ſoluit cõpeditos, ſurge ſanus,& prouide miniſterium obſequiĵ ſeruoꝝ Dei,ad quod peragendum à beatiſsimo patre noſtro nobis es aſsignatus. Qui ilicò ſaniſsimus effectus,gaudium nobis lætitiamq; ſuſcitauit non modicam.

Signo Crucis manu impreſſo,colliſum pedem Sergij Maurus ſanat.

Exinde cum Eccleſiam precioſorum martyrum Chriſti Mauricij & ſociorũ eius gratia orationis omnes ſimul fuiſſemus ingreſsi, cęcus quidam ex matris utero pro foribus eiuſdem baſilicæ ſedens, & ab intrantibus ac egredientibus quotidianum mendicando uictum depoſcens, comperit à ſocijs itineris noſtri illic Maurum aduenisse diſcipulum ſanctiſsimi Benedicti, cuius fama ſanctitatis iam ubique percrebuerat. Cumq; oratione completa oſtium baſilicæ egreſsi fuiſſemus, cęcus idem in pauimento toto proſtratus corpore, deprecari, & obteſtari beatum Maurum cœpit dicens: Adiuro te Maure ſerue Dei per hos precioſiſsimos Thebęæ legionis martyrés, & per uenerabile magiſtri tui nomen Benedicti, ut ſanctis tuis precibus oculorum mihi lumen conferri obtineas à Domino. Sanctus ergo Domini hoc audito, parumper figens gradum ſubſtitit, eumq; de pauimento ſurgere pręcepit. Cumq; ſtetiſſet ante illum, interrogauit eum dicens: Dic mihi homo; quantum temporis iam eſt, ex quo hæc ſanctorũ adiſti limina? Qui reſpondit dicens, Vndecimus penè iam elabitur annus. Et ſanctus Domini ad hæc ait: Nunquid ſi uoluiſſent hi ſanctiſsimi, ac Deo chariſsimi martyres, qui corpora ſua ſancta pro Chriſto gladiatorib⁹ perimenda expoſuerunt, ut animas pro ipſo ponerent, lumen oculorum tibi à Deo dari impetrare non potuiſſent? Iſtos itaque attentius exorando deprecare, quorum magis hęc, q̃ noſtra ſunt opera, & quorum ipſi non minus cæteris indigemus ſuffragijs. Et hæc dicens cępit abire. Cęcus uerò quędam horrenda & pauenda uociferando inclamare ſacramenta non intermittebat, uſque quo ſanctus uir, nobis etiam compellentibus, ſedibus oculorum eius, quibus eatenus lucicomi ſolis non ſplenduerat claritas, lachrymis madefactus, dexteræ manus ſuæ impreſsit digitos, cœloq; aliquantiſper intendens, ac ſuper eos ſignũ 20 noſtræ redemptionis ædens: Dominus ait & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, ipſe te per inuocationẽ ſui nominis, & merita horũ beatorum ſanctoꝶ, ac magiſtri noſtri Benedicti, illuminare dignetur, ut uidens opera altiſsimi, quibus diſtinguere mundanæ uoluit formã creationis, ipſum conditorem horũ ac reſtauratorem noſtrum uoce exultationis, & opere ueræ credulitatis collaudes.

20 *Ac ſuper eos ſignum noſtræ redemptionis edens.*

Hæc cum oraſſet ſanctus uir, ſtatim ſanguis ubertim ab oculis eius effluere cepit, & continuo clariſsimis luminibus ſperam Solis reſpectans hymnum trium puerorũ ex ordine decantare clara uoce cepit. Vocabatur autẽ uir ipſe Linus: qui ut ab ipſo comperimus, tam pſalterium, q̃ omnia & diurna & nocturna audiendo didicerat officia. Habitatores autẽ loci illius uidentes tale miraculum per beatum Maurũ celebratum, ſimul in unum conglobati, deprecabantur eum, ut benedictionem ſuam ſuper eos daret. Quibus ipſe hac tantum reſpondit

uoce: Benedicat uobis dominus Deus ueſter, qui habitat in Sion, ut uideatis bona eius, quæ ſunt in Hieruſalem omnibus diebus uitæ ueſtrę. Deditq; mandatum illi, qui illuminatus fuerat, ut nunquã iam ab ipſa Eccleſia diſcederet, ſed iugiter ibi domino, ac ſanctis martyribus deſeruiret. Quod ipſe poſtea deuotiſsime impleuit. Cum enim poſt tranſitum beati Mauri ad noſtrum reuerteremur monaſterium, clericatus eum functum officio in ipſa inuenimus Eccleſia, & decrepitã iam agentem ſenectutem.

Inde igitur egreſsi, ceptum iter exequi conabamur. Cumq; nocte quadam iuxta eccleſiam ſanctæ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ, iam in locis hoſpitaremur uirentibus, & mulier quædam uidua Remeia nomine, quæ in contigua nobis manebat domo, filium ſuum iam adoleſcentẽ, quem ex defuncto nuper uiro ſuo ſuſceperat, quiq; iam ultimũ trahens flatum uicinam in lecto iacens operiebatur mortem, inſomnem plangendo & eiulando duceret noctem, uir Domini Maurus more ſibi ſolito, nobis quieſcentibus, ipſam 21 Eccleſiam, uota Domino precum ac ſupplicationum ut redderet, ingreſſus eſt. Cum uerò iam uigilia propinquaret matutina, & mulier nec momento quidem à plangoribus & eiulationibus ceſſaret, uir domini tenerrimè motus ad pietatem, ſe cum lachrymis domino proſtrauit, & ut miſeræ mulierculæ miſereri dignaretur, filium ſuum illi reſtituendo incolumẽ precabatur. Cumq; ab oratione ſurrexiſſet, cellulam in qua dormiebamus, latenter introiens, Simplicium monachum caute tetigit, annuens illi ut cautius ſurgens ſequeretur. Ille autẽ mox in Eccleſia ſequutus, attonitus quid ei uellet iubere expectabat. Sanctus uerò Domini accedens ad illum ait: Doloribus huius infelicis mulieris animus meus nimia compatitur teneritudine. Quapropter plena fide ad lectum ſimul accedamus iacentis, forſitan recuperabit illum ſuperna dignatio. Veniens ergo ante ſtratũ penè iam exanimis cadaueris beatus Maurus unà cum Simplicio ait: Chriſtus Dominus & Saluator noſter unica ſpes, & cõſolatio dolorem patientibus & perferentibus, qui miſericordia motus ſuper uiduæ filium extra portam elatum, intuentibus populorum exſuſcitauit turbis, eadem nunc pietate & huic adeſſe dignetur mulieri, filium eius reſtituendo incolumem. Et hæc dicens abſceſsit.

21 Vides Eccleſiam non tantum pro auditione uerbi Dei, & ſacramentorum perceptione, ut nonnulli blacterant, ſed etiam pro loco orationis, & fundẽdarũ ad dominũ precum inſtitutã fuiſſe.

Ille uerò qui duobus iam diebus ſine ſenſu & uoce iacuerat, matrẽ ſuam uocare, ac cõſolari cepit dicens: Noli mater flere, quia lachrymis cuiuſdam ſerui Dei, quas fudit tuo compatiens dolori, uitæ ac ſanitati ab ipſis Auerni faucibus redditus ſum. Cui cũ illa diceret, Ecce in hac noſtra Baſilica cũ alijs eiuſdem habitus uiris 22 matutinos decantat hymnos, Ille ac ſi nihil incõmodi pertuliſſet, de lecto cõtinuo ſurgens Eccleſiam intrauit, & abſque hæſitatione ſanctiſsimũ adijt Maurum,

22 Ecce hora matutina in obſeruatione etiã apud antiquos.

uociferans, & dicens, Verè tu idem ipſe es, qui me tuis lachrymis & meritis à tribunali, de quo triſtem exceperam ſententiam, qua iam incendioſis deputatus eram locis ad ſuperos reuocaſti. Fama facti totã continuo repleuit regionem. Ruunt pręcipites nobis uiri cum mulieribus, ſenes cum iunioribus laudes Domino undiq; concrepantes, qui taliter mirificat ſanctos ſuos. Vocabatur autem idem adoleſcens Eligius, qui poſtea (ut nobis relatum fuit) in monaſterio Lirinenſi monachus eſt effectus.

Nos itaque cũ iam appropinquante ſolennitate 23 Paſchali, quotidie profectionem acceleraremus, eo die, quo Dominica celebratur cœna, in pagum deuenimus Antiſiodorenſem. Audiens autẽ beatus Maurus opinionẽ ſancti Romani monachi, qui beatiſsimo Patri noſtro Benedicto in initio adiutor, & cooperator extitit, ut in hiſtoria uitæ eius pleniſsimè inuenitur, quiq; per reuelationem Gallias petens, cœnobiolum in eodem pago, in loco, qui Fonsrogi nuncupatur, ædificabat, petijt duces itineris noſtri, ut eò diuertentes, ibidem ſacroſanctũ 24 Paſcha celebraremus. Hoc autem beatus Maurus maximè idcirco expetebat, quia & ſequenti die tranſitum magiſtri noſtri complendum eſſe ſciebat, & colloquio beati Romani deſiderabiliter frui cupiebat. Ductores uerò noſtri petitionibus uiri Dei libenter annuentes, concitò greſſu illuc tendere feſtinarunt.

23 *Habes hic paſchalem ſolennitatem, & celebrationem dies cœnæ dominicæ.*

24 *Ibidẽ ſacroſanctum paſcha celebraremus*

Die itaque paraſceue hora illuc ſexta peruenientes, deuotiſsimè à beato Romano ſuſcepti ſumus. Cumq; omnes nos, qui cũ beato Mauro pergebamus, ad ea, quæ opus ad diem feſtum erant præparanda, uel emenda occupati eſſemus, ipſi ſanctiſsimi uiri dulcia inuicem perennis uitæ colloquia promebant. Et cum iam ueſpertina hora poſt ſolenne 25 officium, quod ſpecialiter, utpote annuatim, eo celebratur die, appropinquaret, uir Dei ſanctus Maurus beato Romano dixit: Craſtina die beatiſsimus Pater noſter Benedictus terreno depoſito corporis onere, cœleſtem gaudens & hilaris ſcandet ad patriam. Quod audiens ſanctus Romanus ilicò in lachrymis reſolutus, flere inconſolabiliter cepit. Quem beatus Maurus conſolari cupiens aiebat: Gaudere potius, ꝙ̃ flere ideo de eius migratione debemus, quia & patronum magnum pręmittimus, & 26 pręſentiorem eum nunc, ꝙ̃ ſi carne uiueret, ſumus habituri. Hęc tñ dicens, nec ipſe a fletu ſe poterat cohibere. Noctem uerò illam, quę duodecimo Calendarũ Aprilis habebatur, & qua 27 ſacratiſsimum uigiliarum Paſchę illuceſcebat ſabbatum, tam beatiſsimus Maurus, ac nos qui cum eo ibamus, ꝙ̃ ſanctus Romanus cũ aliquibus diſcipulis ſuis ieiuni peruigilem duximus unuſquiſq; noſtuum ſecretim apud ſe, ut in illis diebus in eccleſia Romana mos erat, 28 pſalmos & orationum preces deuotè pro exitu eiuſdem Patris noſtri Deo dilectiſsimi Benedicti conſumantes.

25 *Vide diẽ paraſceues, uide & celebrationẽ ſolennis officij, quod annuatim eo die recitatur.*

26 *Si præſentiorẽ carne ſolutum patrẽ Benedictum erãt habituri quam in carne uiuentem, Sancti non poſſunt dici emortui, ſed melius uiuentes.*

27 *Qua ſacratiſsimũ Vigiliarum paſchæ illuceſcebat ſabbatum.*

28 *Vides antiquam eſſe conſuetudinem fidelium animarum exitum pſalmis, & orationibus præmunire, & comitari.*

Cum uerò tranſacta iam hora quaſi tertia ipſius ſacratiſsimæ diei, beatiſsimus Maurus in Eccleſia conſiſteret, ut tranſitū eius, qualicunque eueniret hora, orando & pſallendo præmunire longè poſitus ſatageret, ſeq; pauimento in oratione dediſſet, raptus ſpiritu ſubito ſe tranſpoſitum in loco, de quo egreſsi fueramus, uidit, conſpexitq; uiam pallijs ſtratam, ac innumeris coruſcantem lampadibus recto Orientis tramite, quæ ab eius cella uſque in cœlum tendebatur. In qua etiam uiſione duos congregationis noſtræ fratres ſocios habuit, cum quibus ſimul eandem uiſionem conſpexit. Itaque cū uiam, quam cernebant, mirarentur attentius, uenerãdo habitu uir deſuper clarus aſsiſtens cuius eſſet uia, quam cernerent, inquiſiuit. Quod illi ſe neſcire profeſsi ſunt. Quibus ille ait: Hæc eſt uia, qua dilectus Domino 29 cœlum Benedictus aſcendit. Hanc uiſionem unus ex illis duobus fratribus noſtris, qui eam ſimul cum beato Mauro uiderunt, in noſtro morabatur monaſterio, alter uerò, ut beatus Gregorius ſcripſit, longius poſitus uidit.

29 *Hæc eſt uia, qua dilectus domino cœlum Benedictus aſcendit.*

Mox uerò ut beatus ad ſe reuerſus eſt Maurus, ocius ſanctum Romanum, ac nos reuocans, cuncta quæ uiderat lucidè nobis per ordinē retulit. Diem illam, & ſequentem 30 Dominicam, qua ſpecialiter reſurrectionis Dominicæ celebratur dies, ſolemnem & celebrem cum omni gaudio ac lętitia peregimus. Secunda autem feria feſtiuitatis ipſius, anteꝗ̃ proficiſci cepiſſemus, ſanctus Romanus beato Mauro dixit: Si abſque animæ periculo locum hunc deſerere potuiſſem, melius tecum amantiſsime frater, cuperem habitare, ꝗ̃ alicubi finem uitæ terminare. Sed quia hos deſerere periculoſum eſt, & ultimus mihi iamq; imminet dies, perge felix, quò mitteris, ac proſperè felici utere ſorte: Deus autem omnipotens ſemper ſit tecum, & cum fratribus, qui tecū pergunt, & recto itinere perducat uos ad ueram repromiſsionis terrā, quam omnibus electis ſuis polliceri eſt dignatus, ubi præparauit ea, quę nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt, niſi in illorum, qui terrena omnia amore eius proterentes, ac deſiderio cœleſtium abdicantes, dicere cum Apoſtolo ualent: Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum.

30 *Dies Dominicæ reſurrectionis ſolennis eſt, & celebris, & cum omni gaudio, ac lætitia à fidelibus peragenda.*

Ex eo recto calle Aurelianis cum ueniſſemus, grauiſsimus duces itineris noſtri mœror inuaſit. Audierunt ſiquidem, certis deferentibus nuncijs, beatum Bertigramnum Epiſcopum iam migraſſe ad Dominum, aliumq; in loco eius iam ſubſtitutum Pontificem. Hoc cū beato Mauro ac nobis intimaſſent, magno tædio deficere cepimus, neſcientes quid facere deberemus. Sed beatus Maurus memor prophetiæ ſanctiſsimi patris noſtri, qua nos cum difficultate licet aptum locū inuenturos eſſe prædixit, deiectos animos blandis cõſolationibus ac promiſſionibus roborabat dicens: Nolite fratres dilectiſsimi in præſenti affli-

ctione animos ita triſtitiæ ſubdere, quoniam & Deus tribulationem patientibus eos reuelando, præoccurrere conſueuit, & precibus beatiſſimi patris noſtri adiuuabimur, qui ſe nobis ſemper præſentem, & cooperatorem adeſſe pollicitus eſt. Nam & Abraham patriarcha imperio Dei egreſſus de domo, & de cognatione ſua, terram peregrinationis ſuæ poſtea in poſteris accepit in hæreditatem. Itaque & nos noſtram congaudentes peregrinationẽ, expectemus ut deuotiſsimi ſerui conſolationem Domini; & per omnia ueſtigia patris noſtri ſanctiſſimi Benedicti imitari ſatagamus, qui relicta domo, & rebus patrijs, & ad ultimum nutricem ſuam occultè fugiens, ac ſoli Deo placere deſiderans, tantam a Domino promeruit gratiam, ut nemini poſt beatos & primos Apoſtolos unq̃ fuerit ſecundus, ſed potius Deo ſe iuuante tot ſanctorum extiterit fundator cœnobiorũ, tantaq; Domino acquiſierit milia perfectorum monachorum.

Hac itaque exhortatione beati Mauri aliquo modo confortati, tractare ſimul cum conductoribus noſtris cepimus, quid potiſsimum nobis eſſet agendum. Tunc nobiliſsimus uir Alderadus cũ ad latus beati reſideret Mauri, ita exorſus, talia proferre cepit: Dignum mihi atque cõueniens pater ſancte ac religioſi fratres eſſe uidetur, ut nos qui legatione huius rei functi ſumus, propter quam tot ac tanta perluſtrantes terrarum ſpacia, laborem hunc iuſſu noſtri Pontificis aſſumpſimus, iſtum nouum atque incognitum nobis adeamus Antiſtitem, & cauſam itineris noſtri notam illi ex ordine facientes, uoluntatem eius ſuper tali negocio reſcire ualeamus: ſimul etiam & noſtri ſolicitudinem apud eum gerere oportet nos. Tu uerò pater uenerande cũ fratribus, quos tecum habes, noſtrum ad uos hic expectare redditum debes, qui infra octo, ut reor, conſumabitur dies. Etenim ſi ille hoc, quod beatus deceſſor ſuus implere cupiebat, facere renuerit, alia proculdubio reperietur uia, quo id ad quod miſsi eſtis, cum ſuperno adiutorio perficere ualeatis, ne fruſtra tanti laborem itineris aſſumpſiſſe uideamini.

His dictis, aptiſsimam manſionem nobis in eadem urbe iuxta Eccleſiam beati Apoſtoli aſsignauerunt, deputatis ad cuſtodiam noſtri, quos honoratiores in ſuo habebant famulatu, ſimul præcipientes ut non minus obſequijs tam beati Mauri, noſtriſq;, q̃ illorũ ſolicitè inuigilarent. Hæc itaque honorificè cum ordinaſſent, cum benedictione ſancti Mauri profecti ſunt. Cumq; Cinomãnis ueniſſent, & Epiſcopo nunciati fuiſſent, honorificè ab eo ſuſcepti ſunt, atque in proprijs reſtituti officijs, amplificatis ſibi etiam ab eodem præſule priorum poſſeſſionum honoribus. Sed cum cauſam legationis ſuæ ei narraſſent, taliter reſpondit: Hoc nos agere nequimus, cum incumbat nobis nũc tam ordinatio, ac diſpoſitio propriorum negociorum, q̃ & Eccleſiarum peruigil ſolicitudo. Hoc autem agebatur ſecundum diſpoſitionem

occulti conſilij Dei, qui locum, quem beati Mauri magiſterio, atq; inſtitutione doctrinæ regularis ſublimandum eſſe decreuerat, nullo modo obtentu alterius differri uel ad modicum uolebat loci. Siquidem locus ille, qui à beato Bertigramno ad conſtruendum cœnobium prouiſus ac delegatus fuerat, non admodū aptus uel congruus regulari erat religioni, ut nobis noſtri dicebant ductores: nam ex ipſo nomine, quo Piacus uocabatur, deformis a nobis, & ſcraboſus æſtimabatur. Alderadus proinde certiſsime comperiens, ꝙ ille Epiſcopus nihil de hac re facere uellet, lætiſsimus effectus licentiam ab eo ad nos reuertendi petijt. Qua ſibi conceſſa, nepotem ſuum ſtrenuæ iuuentutis uirum, nomine Hademarum, beato tranſmiſit Mauro, mandans illi ut ullo modo mǫſtum gereret animū, ſed quantocius poſſet cum omnibus, quos cum eo dimiſerat, Andegauenſem ire feſtinaret regionem, quo ille nobis ſe occurrere per nuncium deſignauerat. Cum itaque tam beatus Maurus, ꝙ̃ & nos omnes, qui cum eo remanſeramus, alacriores tali effecti nuncio fuiſſemus, decimo die poſtꝙ̃ Aurelianis ciuitatem fuiſſemus ingreſsi, ſummopere in itinere certabamus. Quinto tandem die ad locum, qui Reſtis nuncupatur, peruenientes, honorabilem uirum Alderadum, & uxorem eius, ac filios aduentum noſtrum iam per biduum ibi præſtolantes inuenimus. Qui cum honorificè nos recepiſſent, poſt abundantiſsimam, quam nobis pręparauerant refectionem, ſupradictus uir Alderadus cum coniuge ſua Cecilia nomine, ſecretiorem expetens locum, adſcito beato Mauro, omnia illi, quę cum ſuo inuenerat Epiſcopo, per ordinem nunciauit. Et cum beatus ei diceret Maurus: Quid nobis nunc agendum eſſe decernis? Ille amabiliter ut uir qui iucundiſsimi erat uultus reſpondit.

Eſt mihi conſobrinus nomine Florus, magnis tam in his, ꝙ̃ in alijs regionibus, poſſeſsionibus pollens, qui primus inter primos totius Regni proceres Francorum, decentiſsime omnia iuſſus a Rege palatina diſponit moderamina. Hic itaque ab ineunte ætate in ſeculari licet habitu conſtitutus, omnipotēti Deo ſolicitè placere ſtuduit ſemper. Cui ex amiſſa coniuge, ad quam noſtri eum coëgere parentes, unus tantūmodo ſupereſt filius; qui ſi alicubi perfectos in hac religione poſſet inuenire uiros, in ſua propria poſſeſsione, quę ei de paterna euenit hereditate, monaſterium conſtruere deſiderat, filiumq; ſuum ibidem offerre cupit, ac ſic demum relictis omnibus, quæ ſunt huius mundi negocijs, Deo in eodē ſeruire liber ex omnibus optat cœnobio. Ad hunc ergo miſſum noſtrū directum habeo, qui illi aduentus noſtri cauſam pleniter enarrare ualeat, uel ſi in deliberatione animi ſui perſeuerat, explorare. Nos tamen ſi placet, uſque dum aut ipſe aut ille, quem ei direximus, reuertatur, locū ipſum, de quo loquimur, inſpicere & conſiderare abeamus. Hoc beatus Maurus audiēs gaudio gauiſus eſt ma-

gno,

gno, & ſtatim altera die cum eodem honorabili uiro pergit ad conſiderandum locum.

Eo tempore Theodebertus Rex nobiliter Regni Francorum apicem gubernabat. Cui ſupradictus clariſsimus uir Florus ita familiaris & chariſsimus erat, ut quicquid in omni ditione eius facere uellet, abſque alicuius contradictione permiſſus a Rege obtineret: Qui cum relatu nuncij, quem ei Alderadus direxerat, tam beatum Maurum, quàm nos agnouiſſet ueniſſe, & quia Cinomannicus Antiſtes nos recipere noluiſſet, ilicò accedens ad Regem, cauſam ei aduentus noſtri pleniter narrauit, ac uoluntatem ſuam, quam de ædificando cœnobio habebat, ei aperuit, petijtq; ab eo, ut nos eius permiſſu ſuſcipere mereretur quatenus ei monaſterium, ſicut deſiderabat, cõſtrueremus. Ad quem Rex reſpondens ait: Non ita nobis hactenus ſeruiſti, ut aliquid tibi negare, aut contradicere poſsimus. Vnde perge quantocius, & noſtra comitatus gratia, ac roboratus authoritate, eoſdem 31 ſanctiſsimos uiros omni ſuſcipe reuerentia, peragens cum eis deſiderium, quod animo tuo ſuperna inſpirauit dignatio, ſimulq; deprecare illos, ut pro nobis ac liberis noſtris, populoq; totius Regni a Deo nobis collato, ipſius aſsidue exorare dignentur miſericordiã; paratiſsimos etenim nos atq; promptiſsimos in omni ſuo inuenient obſequio, ſi formam huius religionis ita ab eis obſeruari compererimus, ſicut iam fama uulgante, ab eorum magiſtro ardue ſatis eam traditam audiuimus. Tuũ uerò erit, artifices illuc ad operandum, ubicunque eos in omni noſtra inueneris poteſtate, adducere, & adunare, ut opus ipſum celerius poſsit expleri: nec noſtra iuxta uoluntatem, & conſilium tuum, Regia loco illi deerit largitas, ſi aptè cum conſtructum, & conuenienter perſpexerimus ordinatum.

31 *Vide ob Regulæ obſeruantiam, et monachalis inſtituti rigorẽ quali optimus Rex ſanctos uiros proſequatur commendatione, & reuerentia.*

Talibus ac tantis Regis promiſsionibus nobiliſsimus uir Florus roboratus, concitus ad prædium poſſeſsionis ſuæ, quod Glannafolium dicebatur, aduenit. Cuius aduentu Alderadus audito, cũ beato Mauro ante fores portarum in eius pergit occurſum. Videns uero Florus beatum Maurum humillimo 32 monachali indutum habitu ſtantem, de equo cuius tergo inſederat, perniciter diſsiliuit, ac tertio anteq̃ ei appropinquaret, tòto corpore in terram ſe proſternens deiecit. Cũq; ab eo humiliter receptus, ac modeſtè ut didicerat, eleuatus fuiſſet, diutius ſe inuicem complexantes, ac alterutrum conſtringentes, lachrymas quoque præ gaudio inuicem effundentes, immorati ſunt. Tunc deinde prędictus uir oſculatis omnibus, apprehendens iterum dexteram beati Mauri manum, & ſtrictim eam oſculans ait ad illum: Bene te ueniſſe ſerue Dei gaudemus excelſi, & diſcipule ſancti uiri Benedicti, cuius honor & nomen, quod in ſancta emeruit ſeruitute, penè iam omni ſeculo innotuit. Et benedictum nomen Dei glorioſum, qui te ac

32 *Ecce quomodo & antiqui monachi proprium monachicum, ſed humilem & uilẽ habebant habitum.*

cōmilitones tuos iſtos reuerendos uiros ad adiutorium nobis in iſtam miſit prouinciam. Et hæc dicens ducebat eum ad domum, præcedente Alderado, & filijs eius.

Die uerò alia cum poſt matutinale officium in unum conueniſſemus, aperuit beato Mauro uoluntatem ſuam, quam de conſtructione cœnobij habebat, ſimul & referens Regis promiſsionem ac deprecationem, qua eum & pro ſe, ac filijs, omniq; populo Dominum attentius implorare expetebat. Tunc beatus Maurus ait ad illum, Obſeruatio ordinis noſtri ſummam depoſcit quietem & ſecuritatem. Quapropter ſi nobilitati, generoſitatiq; tuæ uidetur non eſſe contrarium, primum omnium res, quas Deo, eiusq; famulis tradere pro remedio, ut aſſeris, animę tuę deſideras, ſimul perluſtrantes inſpicere debemus. Inde uerò facto teſtamento, te tradente nobis coram teſtibus, recipere eas cōuenit in noſtram dominationem. Cui cum aſſenſum ſuū Florus prębuiſſet, aſcenſis equis poſt diem tertium, inſpectis omnibus, ad ſupradictum reuerſi ſunt locum.

Tunc clariſsimus uir Florus ſcripto iuxta conſilium beati Mauri teſtamento, tradidit ei 33 omnia, & de ſuo iure in eius delegauit poteſtatem, atq; dominium. Obtulit etiam ipſo die Domino filium ſuum nomine Bertulfum, puerulum octo 34 circiter annorū, nutriendum, & inſtruendū doctrina & magiſterio beati Mauri, ſicut & ipſe a ſanctiſsimo magiſtro ſuo Benedicto educatus in omni noſtra fuerat obſeruatione. Poſt cuius oblationē ait beato Mauro: In hoc ſanctiſsime uir, & te, & qui tecū ſunt, certos tam de hoc loco, quàm de rebus tibi a me collatis eſſe conuenit, cum & filium meū ſeruiturum Deo per ueſtrū obtulerim magiſterium; & me ipſum, ſi uita comes Deo propicio fuerit, opusq; perfectum, relictis omnibus quæ ſunt huius mundi, in hoc eodem diuinis mancipandum ſeruitijs polliceor loco. Congregatis igitur plurimis artificibus, & operarijs, erectisq; fundamētis, opus ceptū quotidie certatim accelerabāt. Sed quia paruus deorſum ſuper ripam fluminis erat locus; ex una enim parte obiectu montis, ex altera uerò ligeris alueo anguſtabatur, ī deuexo ipſius mōtis latere fabrica omnis ædificari cepta eſt. Primum ibi unam non admodum magnam ædificauerunt domum, quam beatus Maurus in honorem ſancti Martini confeſſoris Chriſti 35 conſecrari fecit. In qua etiā Dei diſpoſitione, & ſua electione eum ſepeliuimus. Nā ſicut ſanctus Benedictus in oratorio eiuſdem beatiſsimi Martini, in quo deſtructa ara Apollinis, eius memoriam poſuerat, ſe ſepeliri iuſſerat, ſic perfectiſsimus eius diſcipulus, ne uel eius ſepultura ab eius uideretur diſcrepare qualitate, in domo eiuſdem orationis ſe præcepit tumulari. Prædictus denique uir Florus cum Theodeberti Regis in omni Regno ſummam obtineret poteſtatē, ac uicecomitis Andegauenſis eo tempore fungeretur pago

33 *Ne mireris quod ſancti Benedicti diſcipuli qui omnia reliquerunt, nunc aliena ex donatione accipiant, quia ſecūdum Regulam immobilia bona poſsidere poſsūt in cōmuni, nō autem in particulari.*

34 *Vide puerulum octo annorū oblatum religioni a patre.*

35 *Fecit conſecrari domum in honorem ſancti Martini, in qua etiam ſepultus eſt.*

peritiſsimos undiq; illuc conuenire fecit artifices, tam lignarios, q̃ cementarios, q̃ etiam in alijs doctos artibus.

Cumq; die quadam cum beato Mauro operarios inſpiceret, & reſideret, & uir Domini lectioni diuinæ operam daret, ac interdum ea quæ legebat, ipſi Floro exponeret, quidam Clericus, qui Cementariæ arti præerat, & quem idem Florus de palatio Regis ob hoc duxerat, de altiſsimis gradibus, in quibus operarij ſtantes altius iam porrectam ædificabant maceriam, retrorſum corruens, ſuper deportatum illuc montem lapidum cecidit. Cumq; eum omnes mortuum crederēt, ac de ſola eius ſepultura tractarent, pro eo maxime quia per omnes corporis meatus ſanguis undatim profluens egrederetur, uir Dei cū Floro aduenit, eumq; continuo ad oſtium Eccleſiæ beati Martini deportari fecit. Cumq; omnes abſceſsiſſent, ipſe in terram ſe 36 ante altare orationi dedit. Qua completa egrediens, & ſuper colliſa membra ſignum Crucis faciens, ait: In eius nomine, qui corpus hominis de limo terræ formauit, & ſpiraculum uitæ ei inſpirauit, ſurge ſanus Langiſe, & perfice opus tuum quod ceperas. At ille ſtatim uelut a ſomno ſurgens, mirari cepit quando illuc adueniſſet. Sanctus uerò Domini ad eum ait: Nō tuis huc pedibus, ſed aliorum deportatus es manibus. Sed perge quantocius, ne forte tua abſentia opus intermittatur. Illo itaque egreſſo, Florus qui in parte cum ſimplicio monacho ſtans, cuncta quæ uir Dei egerat, uidit, concito curſu adueniens, ſeq; ad pedes eius proijciens, clamare cepit: Verè diſcipulus es, ſanctę Maure, beati Benedicti de quo talia narrare frequenter audiuimus. Ex illo die iſdem Florus eum in maxima habuit ueneratione, ut nunquam propius ei accedere auderet.

36 Oratione & ſigno Crucis Maurus colliſum ſanum reddit.

Itaque cum clericus, qui ſanatus fuerat, ad opus ſuum fuiſſet reuerſus, quidam ex operarijs beato Mauro detrahere ceperunt, dicentes eum non religionis obtentu, ſed gratia cupiditatis, quo honoratior in alijs eſſet regionibus, ſuū reliquiſſe monaſterium, & tam longinquas adiſſe terras, & hæc quæ faciebat, non uirtute Dei, ſed potius quibuſdam obtinere præcantaminibus. Cum ergo hæc inter ſe ſermocinarentur, malignus ſpiritus tres ex illis ſubito inuaſit, & ita grauiſsima uexatione atterere cepit, ut uni ex illis, nomine Flodegiſus, animam extorqueret. Quòd ubi uir Domini quid eueniſſet agnouit, uehementer flere cepit, iterumq; oratorium beati Martini ingreſſus, attentius Dominum tam pro his qui torquebantur, q̃ & pro illo qui mortuus fuerat, deprecabatur. Et cum per tres 37 continuas horas orationi incubuiſſet, ad eos qui uexabantur, & ſe inuicem dentibus lacerabant, acceſsit, & ſignū Crucis tertio contra eos faciens dixit: Filius Dei unigenitus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui diſcipulis ſuis poteſtatē dedit calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones terræ, & ſuper omnē uir-

37 Et hic oratione & ſigno Crucis dæmones expellit.

tutem inimici, ipſe uos abſoluat a dæmoniaca uexatione. Et cũ adhuc dentibus frenderent, puluereq; ſe conſpergerent, uir Dei propius accedens, digitos utriuſque manus illis in ore miſit. Statim uerò imundi fœtida recurrentes ueſtigia, uentris egeſtione egreſsi ſunt.

38 *Ieiunio, Vigiliis, Oratione & Gemitibus reſurrectionem mortuis impetrat Maurus*

39 *Vides Miſſam dici ſacrificium? Vides eam ualere etiam pro animabus defunctorũ?*

Iuſsit deinde uir Domini corpus defuncti tolli, & in porticu Eccleſiæ deferri. Noctem illam 38 ieiunus totam duxit inſomnem, aſsiduis Dominum exorans gemitibus, ut animã in corpus defuncti reddere dignaretur, ne diutius de ea diabolus, qui illam extorſerat, triumpharet. Mane autem primo ſimplicium presbyterum aſciſcens, ut 39 ſacrificium noſtræ Redemptionis pro eadem Deo anima offerret, imperauit. Quod dum ille deuotiſsime conſummaſſet, cum ipſo Simplicio uir Domini ad locum, in quo mortuus iacebat, accedens ait: Domine Ieſu Chriſte, qui quatriduanũ Lazarum de monumento ſuſcitaſti, & ad preces ſerui tui Heliæ filium uiduæ uitæ reſtituiſti, adeſto nunc nobis famulis tuis, & redde in hoc defuncti corpore animam, quã te permittente, hoſtis humani generis cruciando de eo effugauit. Et cum hæc dixiſſet, continuo corpus defuncti totum concuſſum eſt. Ilicò conſurgens ab eo mandatum accepit, ut ſi uiuere uellet, quandiu in hac uita eſſet, in locũ ipſum iam non introiret. Hoc autẽ ſanctus pro ſola imperauit humilitate, ne ſcilicet pro tali facto plauſum & fauorem hominum quęrere, ac delectari uideretur.

40 *Monaſterium ab Epiſcopis prouinciæ dedicatum eſt.*

41 *Ecce quomodo etiam tunc in honorem ſanctorum ædificabãtur & dedicabantur Eccleſiæ.*

Igitur octauo anno poſtq̃ ibidẽ adueneramus, monaſterium omne ſatis conuenienter in omni conſtructione conſumatum, atque ab Epiſcopis prouinciæ ipſius 40 dedicatum eſt. Regebat autem per idem tempus Andegauenſem Eccleſiam uir ſanctiſsimus Eutropius. Porrò in ipſo monaſterio, Eccleſiæ quatuor ædificatæ ſunt: Quarum maior, in qua fratres tam ad diurnum, q̃ ad nocturnũ conueniebant officium, 41 conſecrata eſt in honore beati Apoſtolorum Principis. Secunda (ut dictũ iam ſuperius eſt) in honore beati Martini. Tertia uerò, quæ & minor erat cæteris, in ueneratione ſancti Seuerini. Quarta autem in modum Turris quadrifidæ, in ingreſſu monaſterij altiſsimè ædificata, benedicta fuit in honore ſancti Archangeli Michaelis. His itaque expletis prædictus uir Florus non immemor promiſsionis, quam Deo uouerat, pergens ad Theodebertum Regem, licentiam ab eo expetijt, ut ei regularem liceret ſuſcipere habitum, & peccata ſua, quæ plurima in ſeculari contraxerat conuerſatione, 42 ieiunijs, & orationibus, cæteriſq; ſpiritualibus fructibus redimere. Quæ cum ei Rex negare nequiuiſſet, triſtis licet & mœrens, pro eo q ab eo ſeparari nollet, permiſit illi, quæ depoſcebat implere, eumq; aliquantis diebus ſecum in palatio tunc retinens, de uirtutibus, quas per beatũ Maurum fieri audiebat, interrogare cepit, uel qualiter ipſe cum diſcipulis ſuis in ſancta uiueret religione, ſeu quantus iam fratrũ

42 *Vides quod his operibus ſatisfactorijs peccata commiſſa redimuntur, nec ſufficit credere duntaxat illa fuiſſe remiſſa p Chriſtum.*

numerus ibi adunatus eſſet. Quæ cum illi omnia Florus enarraſſet, prout ea certiſsimè ſciebat, Rex dixit illi: Si placere hoc ipſi Dei ſeruo ſcirem, multum tam eum, quàm locum illum uidere cuperem, eumq́; noſtro Regio honorare munere. Cui Florus reſpondit: Quæratur primum, ſi ueſtræ placet celſitudini, ſuper hoc uiri Dei uoluntas, ut tunc demum ſicut ipſe ordinauerit, ea quæ uultis implere, poſsitis.

Dimittens ergo Rex eum, cum in eius oſculis diutius immoratus fuiſſet, dixit ad illum: Quę cum uiro Dei de noſtra ad locum illũ inueneris profectione, citius nobis remandare ſatage; Multũ enim uellem, ſi poſsibile eſſet, die quo capitis 43 comam depoſueris, ibi præſens adeſſe. Veniens ergo ad monaſterium cum multis optimatibus, ac nobilibus uiris, qui eum de Palatio Regis fuerant ſecuti, uiro Dei uoluntatem Regis aperuit. Qui cum ei reſpondiſſet, nil loco officere, ſed potius in meliorationem eius ipſius ad eum aduentum, quantum ipſum intelligere poterat, proficere, certum diem Regi Florus, quo ad monaſterium uenire deberet, mandauit. Quo dum ueniret, & magnificè, ut Regiam decebat ſublimitatem, à beato Mauro, & congregatione eius fuiſſet ſuſceptus (ſanctiſsimus enim uir iam Quadragenariũ exceſſerat numerum fratrum) pergens, Regiamq́; dignitatem paruipędens, beato ſe Mauro, ac congregationi, Regali indutus purpura, humiliter 44 proſtrauit, & ut pro illo Dominum exorare dignarentur, lachrymis perfuſus precabatur. Cumq; uir Dei à pauimento eum eleuaſſet, Rex ait ad eum: Celebre nomen magiſtri ueſtri Benedicti ad noſtram olim delatum fuerat notitiam; cuius ſanctitatis & uirtutis opera inſignia, quæ de illo audiuimus, per uos quotidie fieri, gaudio non modico lætamur.

43 *Quicunq; monachus fiebat, comam capitis deponebat.*

44 *Ecce quõ ſacerdotes Dei & ſancti Monachi ſunt Regibus ſuperiores, poſtquã hi ſe eorum genibus humiliter proſternunt, & ut pro eis exorent dominũ, deprecantur*

Tunc Rex beatum Maurum petijt, ut fratres eum in ſua recipere dignarentur ſocietate, & nomen eius intra ſua nomina ſcribere: Filiumq́; ſuũ Theobaldum ſancto uiro ac fratribus cõmendabat attentius, præcipiens ipſi ut ſemper deuotus erga locũ illum eſſet, ac in omnibus ſanctæ illi congregationi adiutor & defenſor exiſteret. Interrogauitq́; uirum Dei, quinam illi fratres eſſent, qui uenerant cum illo. Cui cum nos digito ille deſignaſſet, in parte nos ſtare præcipiens intuebatur attentius, nomen uniuſcuiuſque ab eo ſciſcitans. Quæ cum didiciſſet, oſculatus eſt nos, deinde omnem congregationem. Videns autem Bertulfum adoleſcentem inter reliquos fratres ſtantem, interrogabat quis eſſet, eumq́; ad ſe Rex euocans, atque ad pectus ſuũ amplexando ſtringens, beato Mauro eum attentius amore Patris eius cõmendare cepit, & ut chariſsime ab eo nutriretur depoſcere.

Inde cum omnia habitacula monachorum circumiens perluſtraſſet, ac conuenienter conſtructa eſſe laudaſſet, ingreſſus iterum Eccleſiam ſancti Petri, donauit illi loco fiſcũ Regium, qui Boſcus uocatur,

cum omnibus uillis,& redditibus,qui ad eum pertinebant. Vocanſq; Anſebaldum,qui ſcriptorum teſtamentorum officio præerat, præcepit ei,ut antequã de ipſo monaſterio egrederetur, teſtamentũ de eiſdẽ ſcriberet rebus,ac de anulo eius Regali firmaret more:conceſsitq; beato Mauro, ut ſi quid ex illo die apud eum obtinere uellet, ipſumq; ei adire placuiſſet, liberam haberet facultatẽ introeundi quocũq; ſciret.

45 *Credendũ ne eſt ſanctiſsimum uirum tanta dona à Rege ſuſcipere noluiſſe pro ſuo Monaſterio & Eccleſia ſi oblationes huiuſmodi nõ eſſent deo grata & acceptæ*

45 Poſuit quoque ſuper altare beati Petri pallium precioſiſsimũ, & Crucem auream cũ lapidibus ualde precioſis.

Florus autem accedens ad Regem deprecatus eſt eum,ut pręceptũ Regiæ dignitatis facere iuberet ſuper teſtamentum,quod ipſe de proprijs rebus,quas loco illi tradiderat,ſcribere iuſsiſſet. Quod Rex libentiſsime annuit. Tunc in cõſpectu Regis allata ſunt omnia munera nõ modica in auro,& in argento, gẽmis quoque,& diuerſarum ueſtium multiplicitate, quæ iſdem uir eo die Domino, & Sanctis eius obtulit. Dimiſit etiam uiginti ex ſeruis ſuis liberos,prius eos ditans magnis donis. Deinde ueniens ante ſacroſanctum altare, aſtante beato Mauro, & omni congregatione, Rege quoque ex altera parte cum populi numeroſitate,quæ cum illo uenerat,cingulum militiæ, quo eatenus uſus fuerat,deponens ſuper altare miſit: Cui iubẽte uiro Dei, Rex primus

46 *Vide quõ religionem ingreſſuro primum coma capitis amputatur.*

poſt eum de 46 coma capitis eius totondit, deinde quicunque ex optimatibus eius uoluit. Rex uero prę gaudio lachrymas effundebat, congaudens deuotioni animi eius; uocanſq; ad ſe nepotem ipſius Flori,nomine Landranũ,dedit per ſceptrum regale quod manu geſtabat, quæcunque Florus patruus eius ex regali poſſederat dono.

Poſt hæc ſanctus Domini deprecatus eſt Regem, ut domum, quæ hoſpitibus ſuſcipiendis aptiſsime omni compendio ac decore conſtructa fuerat,intrare dignaretur. Quam cũ ingreſſus fuiſſet, ab eo cum nimio eleuatus eſt pauore, ac inquiſitus quid uellet, reſpondit dicens: Hæc eſt petitio,qua ueſtram uice omnium ſeruorum Dei,qui in hoc degunt cœnobio, expoſco humilitatem, ut ueniat Rex cũ ſeruis ſuis, & alimenta cibi ac potus,quæ ei deuotione & ſeruitute ſunt præparata monachorum,percipiat cum gratiarum actione. Quod cum Rex renuere cepiſſet, ſeq; ne id fieret, humiliter uellet excuſare, unus ex conſiliarijs eius uir ſapientiſsimus,nomine Ebbo,dixit ei: Perpendere te domine mi Rex conuenit,quorum deprecatione iſtam ſumere depoſceris refectionem: ſi enim qui ita Deo,ſicut tua cõſpicit celſitudo, deſeruiunt,tua aliquo modo triſtes effecti fuerint contradictione, Dominũ propitium habere non poteris. Quod Rex audiens,ilicò quod petebatur annuens impleuit. Cumq; abundantiſsime cum ſuis omnibus, qui cum eo uenerant, refectus fuiſſet,antequã egredi à monaſterio cepiſſet,Florum amantiſsimum ſibi uirum ad ſe adduci præcepit.

47 *Florus iam erat indutus monachali habitu.*

Qui cũ ei monachali iam indutus 47 habitu adductus fuiſſet,Rex

uſque ad ſuffuſionē uultus lachrymis permotus, ait illi: Gratias omnipotenti Deo pro tua referimus conuerſione: ſed tibi ſolicitè procurandum, ac ſummopere peruigilandum eſt, ut ſicut in ſeculari cōſtitutus habitu, ſtrenue ſemper, ac nobiliter abſq; dedecore conuerſatus es, ita nunc quoq; in hac ſanctiſsima, quā expetiſti, religione, ſine reprehenſione Deo ſemper placere ſatagens, proficias quotidie de uirtute in uirtutem, quouſque Dominum Deorum in Sion felici uidere poſsis 48
exultatione. His dictis, diutius in oſculis eius immoratus, ac 48 bene dictione, quam expectabat, beati Mauri roboratus, Andegauis ipſo die reuerſus eſt. *Perſpicis quanta ſit ſacerdotū domini dignitas, ut Regibus benedicant?*

Beatus uero Maurus altera die ad uiſendum recipiendumq; fiſcū, quem iſdem Rex ipſius contulerat monaſterio, eſt egreſſus. Cumq; per biduum ibi cōmoratus fuiſſet, paralyticus quidam, qui in eadem uilla per ſeptem iam annos toto corpore deſtitutus in lecto abſq; ſenſu iacebat, ei deportatus, atque oblatus eſt. Super quem cum uir Dei 49
49 benedictionem dediſſet, ita ſanus effectus eſt, ac ſi nihil unquam mali de ipſa pertuliſſet deſtitutione. *Sola benedictione ſanctus Maurus paralyticum ſanat.* Inde reuerſus ad monaſterium, ſolicitè more magiſtri ſui ſingulorū mores & uitam habitantium ſecū perſcrutans, ac uerbum uitæ publicè & priuatim eis annuncians, atq; antiqui hoſtis uerſutiſsimas multiplicesq; inſidias detegens, proficere eos ad meliora quotidie hortabatur. A ſecūdo ſiquidem aduentus noſtri ad eundem locum anno, nobiles ad eum uiri conuenire undiq; ceperant, ac ſe in omnipotentis Dei ſeruitio tradentes, eius cohabitationem expetere; nonnulli uerò filios ſuos Deo per eius magiſterium inſtituendos offerre. Vnde factum eſt ut uigeſimoſexto anno fundationis ipſius cœnobij, congregatio centum quadraginta fratrum illic adunata eſſet. Qui numerus tunc à beato Mauro ſcriptus, & authoritate tam eius, q̄ totius cōgregationis præfixus atque ſtatutus eſt; ut nemo deinceps exiſteret, qui hunc numerū uel excedere, uel minuere unq̄ in ipſius cōgregatione cœnobij auſus fuiſſet: quoniam ex res, quæ ibi delegatæ erant, tanto fratrum numero in his quę neceſſaria erant, ſufficiebant; & ſi amplior eſſet numerus, occaſionem patiendę neceſsitatis fortè inferre potuiſſet.

Sed ut ad id redeam, unde egreſſus ſum, cū prædictus Florus annis duodecim, menſibus tribus, ac diebus totidem ſanctiſsimè, ut nobilem decebat, nobiliſsimus in omni uixiſſet religione, duodecimo Calendarum Septembrium feliciter migrans ad Dominum diem clauſit ultimum. Filius uerò eius Bertulfus q̄ perfectus in omni ſacroſancta fuerit obſeruatione, ſequens lectio demonſtrabit.

Theodebertus igitur Rex cū quatuordecim annis ſtrenuè ac nobiliter Francorum gubernaſſet Regnum, Theodebaldo filio ſuo ſedem Regni poſt ſe dereliquit. Qui iuxta Patris ſui imperium, non minus

quoad uixit tempore, tam beatum Maurum, q̃ noſtram dilexit congregationem. Hic itaq; Patris ſui ſequens ueſtigia, qui nobiliter locũ congregationis huius,cũ idem ordine,quo ſupra inſeruimus,adueniſſet, honorauit, cum & ipſe poſt mortem patris beatum Maurum,ac ipſum locum aliquando ueniſſet inuiſere, cõtulit & ipſe nihilominus ibidem,ut magnificentia Regia dignum erat,teſtamentaria authoritate uillas 50 duas,quarum una uocabatur uilla Fabrenſis,altera Veuoſda. Sed & hic cum paruo tempore Regni apicem honorificè cum pace obtinuiſſet,immatura præuentus morte, Clothario principatus dimiſit monarchiam. Qui Clotharius, audita fama beati Mauri,frequenter eum ad ſe euocans, eius ſapientiſsimis utebatur conſilijs. Denique cum aliquando beatus Maurus duos ex fratribus pro aliquibus neceſsitatibus ad eum tranſmiſiſſet, ac ipſe benigniſsimè omnia, pro quibus ierant,annuiſſet,inquirere ab eis ſolicitè cepit, quid uel qualia Reges deceſſores ſui noſtro contuliſſent loco. Quæ cum ab eis reſciſſet,ait: Et noſtra Deo propicio largitas ſic non deerit loco, præſertim cum & ampliorem illis tam Regni q̃ diuitiarum obtineamus poteſtatem,& bona operandi à Domino perceperimus uoluntatem.

50 *Ecce quãta bona Regijs elargitionibus habuerunt hi monachi, quæ nõ acceptaſſent, ſi huiuſmodi oblationes Deo diſplicerent, ut nugãtur hæretici.*

Huius temporibus dum beatus Maurus uillas ac prædia monaſterij curam gerendo & diſponendo circuiret,quadam die in poſſeſsione monaſterij,cui Gaudiacus nomen eſt,ingreſſus refrigerandi gratia,ſecretiorem locum petijt. Quo cum ſederet,& cum duobus monachis, qui cum eo inerant, 51 pſalmos decantaret, nunciatur illi Anſegarium Archidiaconem Eccleſiæ Andegauenſis ſtare pro foribus,& cũ eo colloqui deſiderare. Cumq; ut ingrederetur iuſsiſſet,& ille ea, pro quibus uenerat,peroraſſet,uir Domini ſanctus Maurus Simplicium uocans monachum,ait illi: Virum hunc,qui nobis pro ſua reuerentia & affabilitate dudum amicus effectus eſt, poculo charitatis potare, ac uino ſanctæ dilectionis inebriare, ut ſpiritales, ſpiritaliter debemus. Cui cum Simplicius dixiſſet:Non eſt quicquã uini nobis,niſi tantum modo in uno paruiſsimo uaſculo, quod ad ſellam pendere conſueuit. Sanctus Maurus dixit illi:Defer illud huc.Cumq; allatum fuiſſet,adiecit,Panem etiam huc deferte. Et cum corã eo panem quoque attuliſſent,ſignum 52 Crucis contra paruiſsimum uaſculum faciens dixit: Potens eſt Dominus, qui menſam populo ſuo in eremo parauit, & aquam in abundantia de petra produxit, etiam & nobis ſeruis ſuis de hoc paruulo uaſculo ſufficienter uini miniſtrare affluentiam. Mirum dictu penè,& incredibile facto opus eſt ſequutũ. Cum enim ſexaginta & eo amplius homines ibi adeſſent,qui tribus uicibus de ipſo biberent uaſculo,ita plenum ſemper repertum eſt,ac ſi intactum poſt primam permanſiſſet impletionem. Hoc miraculum nobis Simplicius cum ad monaſterium cum ipſo beato Mauro reuerſus enarraſſet,Heliſeo

51 *Nota quod etiam antiqui monachi pſalmos decantabant.*

52 *Signo Crucis ſanctus Maurus uinum parui uaſculi mirum in modum multiplicauit.*

liſeo eū ſimilem decreuimus æſtimandum, qui paucis de cibarijs pluri mos in longum pauit artifices. Ex eo loco cū ad monaſterium reuerteretur, obuium habuit in media uia quendam uirum plebeium, cui cācri ulcus ſuperius occupans labrum, tam naſum, quam maiorē genarum abſumpſerat partem. Cuius calamitatis uir Domini miſertus, de contra ſigno 53 Crucis edito, priſtinæ eum reſtituit ſanitati.

53 *Eodem ſigno cancri morbum expellit.*

Per idem tempus Clotharius Andegauis ueniens, uiro Dei ad monaſterium ſe ire uelle mādauit. Cui cum à uiro Dei ut ueniret, reman datum fuiſſet, paucis ſecum aſſumptis ire perrexit. Cumq; ueniſſet, 54 tradidit ipſi loco fiſcum Regium, qui Blazon nūcupatur. Villam etiam, quæ longus campus dicitur, authoritate Regia ibi delegauit. Quem etiam beatus Maurus deprecatus eſt, ut regali edicto firmare dignaretur, quatenus congregationi loci illius electionem propriam per ſuccedentia liceret habere tempora. Quod cum præcepto Regiæ poteſtatis iuxta petitionem uiri Dei Rex libenter annuiſſet, comitatus eius 55 benedictione, profectus eſt.

54 *Vide regiam liberalitatē in monaſterium ſancti Mauri.*

55 *Rex à beato Mauro benedicitur, ergo eo eſt inferior.*

Poſt iſtud uero tempus beatus Maurus non facile iam de monaſterio egredi uſpiam uolebat, ſed ordinatis præpoſitis, ac reliquis adminiſtratoribus, ipſe ſoli Deo, 56 orationi quotidie ac lectioni uacans, feruentius multo ꝗ̃ ceperat, deſeruire in ſancto procurabat propoſito. Cumq; gregi ſuo de die in diem incrementa ſanctæ religionis in melius augmentari conſpiciens, omnipotenti Deo labijs exultationis ſacrificium offerret deuotiſsimæ laudationis, trigeſimo octauo à fundatione ipſius monaſterij anno, cum & ad perfectam iam ueniſſet ętatē, conſummatam ſcilicet trinam uicenorum quatuor annorū decurſionem, in qua mercedem operum ſuorum à Domino ei recompenſandam eſſe magiſter ſuus prædixerat, finem uitæ ſuæ propinquare cognoſceret, ædificata ſibi domuncula iuxta beati Martini Eccleſiam, remotiorem delegit uitam ſumere. Sed quia grex ſanctæ cōgregationis ſine rectore, qui ſuper eum ſolicitè intenderet, eſſe non poterat, conuocans omnē congregationem de ſubſtituendo ſibi Abbate ſolicitè pertractabat. Cumq; omnis congregatio hoc in eius poſuiſſet deliberatione, utpote qui omnes melius, quam ſe unuſquiſque eorū cognoſceret, ipſe pater ſanctiſsimus Bertulfum nobiliſsimum, ac perfectiſsimū in omni religione uirum, quem ipſe ſanctiſsimè edocuerat, ad tale onus ſuſcipiendum idoneum eſſe iudicauit. Cui cum omnis congregatio in tali electione aſſenſum prębuiſſet, ipſe pater ſanctiſsimus in loco eū ſeſsionis ſuæ ſedere conſtituens, ac ſingula ei, in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno inſinuans amore, intra domum quæ ei ut diximus, prope Eccleſiam ſancti Martini conſtructa fuerat, ſe recepit, duobus tantummodo ad ſibi cohabitandum & ſeruiendum ipſius cōgregationis electis fratribus, Primo ſcilicet, atq; Aniano. Nobis enim,

56 *Beatus pater ſoli deo orationi, & lectioni uacans cotidie, inſeruiebat.*

qui cum eo ueneramus, Bertulfo, quem Abbatem cõſtituerat, ſolicitè adeſſe ac inuigilare præcepit, ne forte in aliquo à rectitudine regularis tramitis deuiaret.

Cumq; duos, ac dimidium taliter in contritione ſpiritus, & corporis maceratione compleſſet annos, quadam nocte cum more ſibi ſolito Eccleſiam beati Martini intrare uellet, ut uota precum, ac lachrymarum Domino perſolueret, diabolus magna obſequentium conſtipatus caterua, ab ingreſſu eum prohibuit Eccleſiæ dicens: Eia Maure qui nos à proprijs deturbare ſperas ſedibus, tam longiſsimas tibique ac tuis incognitas adiſti regiones, nunc uidendo ac experiendo noſtræ pferes immiſsionis deſtituendiſsimam populationem; Ego enim prout libuerit, ſtrages diuerſarum mortium inferendo, de tuis nunc bachans triumphabo, ita ut uix aliqui de tanta iſtic adunata remanere uideantur congregatione. Cui cum uir Domini reſpondiſſet: Increpet Dominus in te Sathan, & in uerbis tuis, quibus mendax es; ſtatim inimicus uelut fumus euaneſcens, ſtrepitum immaniſsimum ac terrificum dedit, ita ut etiam ipſi uiro monaſterium omne funditus cõtremuiſſe fuerit uiſum. Quo ſonitu fratres expergefacti, ingentiq; pauore perculſi, ſtratis ilicò exilientes, ſigna pulſare ceperunt, ac ſinaxim cantare nocturnam.

Interea cum uir Dei nimia afflictione ac tædio pro his quæ audierat mœrens, ingreſſus eſt Eccleſiam beati Martini, ut Dominum precaretur, quo illi certius ea, quæ malignus ſpiritus ei dixerat, reuelare dignaretur, Angelus Domini ei continuò candidiſsimo amictus habitu aſtans dixit: Quid dilectiſsime Deo, animi tanto mœrore pro his, quę à Deo agi diſpoſita ſunt, afficeris? Nam diabolus licet totius caput obtineat mendacij, multa tamen conijciendo de ijs præcipuè quæ frequenter eſt expertus prænoſcit. Vnde ſcias eum nõ ſua uoluntate, ſed imperio Dei ea quæ tibi prodidit, reſeraſſe: nam aliquo modo uerum eſt quod audiſti. Pars enim huius congregationis maxima infra breue tempus colligetur ad Dominum, ut ab ipſo præfixum, atque præordinatum eſt. Sed non propter hoc ipſe, ut aſſeruit, de aliquo iſtorum uel modicum triumphabit: tuis enim admonitionibus, & exhortationibus inſtructi, paratus unuſquiſq; uocationis ſuæ diem expectabit gaudens. Quos cum omnes moderno obeuntes tempore præmiſeris, felix ut præmeruiſti felicior ſubſequeris.

His dictis, uiſio Angeli aſtantis & alloquentis ablata eſt. Sanctus autem Domini facto mane, omni cõgregationi cuncta quæ uiderat per ordinem narrauit. Deinde paterna uſus ſolicitudine, taliter illos allocutus eſt: De his quæ ſerui Dominum uelle cognouerint, ſi aliquo modo triſtari ceperint, uoluntati Domini contraire ipſa ſua uidentur triſtitia. Et ideo quia ipſe mortalibus terminum finiendi iſtius poſuit ui-

tæ,qui præteriri à nullo natorum ualet; ſed ex quo primis hominibus mortem minatus eſt, ira eius in hac irreuocabili permanet ſententia; nos,quibus quo uoluit ordine dies huius uitę in proximo finiendos eſſe patefecit,maculas cõmiſſorum facinorum 57 lachrymis pęnitentiæ,& maceratione tergamus corporis; Et ſicut Propheta admonet, ſcrutantes ſolicitè uias operis noſtri,præueniamus faciem eius in confeſsione,ut atria ſupernæ ciuitatis in hymnis ualeamus intrare confeſſionum,eiuſq; claritatem cũ ſanctis omnibus reuelata facie perpetuo contemplari digni inueniamur. Et quia dilectiſsimi fratres nunc tempus adeſſe cognouimus,ut incipiat iudicium de domo Domini,iudicia eius,quæ aliquando quidem occulta,nunquã tamen iniuſta, reuerenter,ut ſeruos boni Domini decet, ſuſcipientes ac proferentes,ſurſum erectis adoremus cordibus,ſummopere procurantes, ne qua minus perfecta accuſet actio, ac attentius inuigilãtes, ne calcaneo noſtro tentator inſidians,muſipula nos deceptionis in uia hac,qua undecima ingredimur hora,illaqueare poſsit.

57 *Quid dicis tu qui ſatisfactionem à pœnitentibus tollere moliris? Nonne lachrymæ, nonne maceratio carnis,quibus peccatorũ maculæ terguntur, ſunt ſatisfactionis opera?*

Hac exhortatione & admonitione ſancti uiri ita omnis congregatio ad horam ultimam liberè expectandam præparare ſeſe cepit, ut omnes qui illo tempore ab hac uita de ipſo ſeculo migrauerint, cœleſtem aſcendiſſe patriam nulli dubium ſit. Factum eſt autem ut infra quinque menſes,centum & ſexdecim ibi morerentur fratres,nec plus de tanto grege ꝙ uigintiquatuor remanerent monachi. Inter quos etiam tunc Antonium & Cõſtantinianum comites & ſocios noſtros ſepeliuimus. Expleto autem tãto numero,eodem tempore,in eodem loco mortuorum, dolor lateris grauiter beatum inuaſit Maurũ. Qui languore ingraueſcente, Quadrageſimoprimo aduentus ſui ad eundem locum anno, octauodecimo Calendarum Februariarũ die, ante 58 altare beati Martini,ſuper cilicium ſtratus ſui decubans, cum 59 exitum ſuum uiuificorum muniſſet perceptione ſacramentorũ,aſtantibus qui relicti fuerant diſcipulis,migrauit feliciter ad Dominum;ſepultuſq; eſt in eadem baſilica ad dexteram partem altaris. In quo loco meritis & orationibus eius multa magnifica, & admiranda operatur Deus ad laudem & gloriam nominis ſui.

58 *Vides hic quõ Chriſtiani boni moriãtur.*

59 *Iſte ſanctus uiris ſemper mos fuit, obitum ſuum uiuificorum ſacramentorũm perceptione munire.*

Poſt obitum denique ſancti uiri ipſius,cum ego unà cũ ſimplicio, ſicut ipſe nobis ipſo die depoſitionis ſuę præceperat,ad noſtrũ reuerti uoluiſſemus monaſterium,uir Domini Bertulfus nos obteſtando deprecatus eſt,ne illum quoad uiueret deſereremus tempore. Quem cũ offendere pro ſua ſanctitate auſi non fuiſſemus,per biennium,quo ſuperuixit,cum illo morati ſumus. Quo defuncto,cum Florianus totius religionis uir,ac filius ductoris noſtri Alderadi, qui à beato Mauro nutritus fuerat,ei in monaſterij regimine ſucceſsiſſet, ac nos multis precibus retinere uoluiſſet,reuerſi ad uos ò ſanctiſsimi Patres, Deo guber-

nante,ſumus:atque hæc ueſtris obſecundantes imperijs,de uita & conuerſatione,ſeu uirtutibus beati Mauri,imperito licet ſermone conſcripſimus. Dies autẽ beati uiri Mauri ita ſupputantur. Oblatus eſt Deo, ac traditus beato Benedicto, cum duodecim eſſet annorum: Habitauit cum eo uiginti annis: Cõmoratus eſt in monaſterio ſuo quod ipſe ædificauit, annis quadraginta, diebus quatuordecim. Qui ſimul ſiunt anni ſeptuaginta & duo, dies quatuordecim. Per omnia benedictus Deus, qui regnat in ſecula. Amen.

Eſt ſermo eius in anniuerſario die ſolemnitatis illius, habeturq; in libro uetuſto ſacrarij Eccleſiæ Brixiẽſis.

VITA BEATI PHILASTRII EPISCOPI Brixienſis, per Diuum Gaudentium ſucceſſorem eius deſcripta.

CHariſsimi nos hodie memores promiſsionum Chriſti, honorẽ debitum, beato Patri noſtro Philaſtrio tanquã uere uiuenti deferimus. Eſt enim Patriarcharũ filius & ſocius in fide, & æmulator conuerſationis, quorum ſynceritati ſimillimus, æqualem Chriſtum uiuere Deo pronunciat. Incredulitatem Saduceorũ ualida perſcriptione refellens, cum dicit illum qui nuncupatur Deus Abrahæ & Iſaac & Iacob, non eſſe Deum mortuorum, ſed uiuorum. Omnes enim inquit illi uiuunt. Et certe ſcriptura diuina mortuos eſſent eos fuiſſe in Chriſto iuxta conditionem carnis, quamuis in ſenecta bona prædixerat eſſe ſepultos, ſicut extantia demonſtrant ſepulchra.

Quod igitur beato Petro licuit audenter dicere de Patriarcha Dauid, quia mortuus fuerit & ſepultus, cum ſciret eum Prophetica fide, uitam prȩſumpſiſſe poſt mortẽ. Quippe dixerat. Viuet anima mea, & laudabit te, & cætera huiuſmodi. Liceat & nobis audenter dicere ad uos, de filio Patriarchæ legitimo, ſummoq; ſacerdote Philaſtrio, quoniam 1 mortuus quidem eſt, & ſepultus, & ſepulchrũ eius eſt apud nos, ſed uita eius in Chriſto eſt apud Deum. Itaq; cum Chriſtus apparuerit uita noſtra, tunc & iſte cũ ipſo apparebit in gloria. Legittimũ uero eum eſſe filium Beatiſsimi Abrahæ fidei atque operum teſtantur exempla. Credens enim Deo fide pleniſsima, exijt & ipſe de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, & ſequebatur uerbum Dei, ab omnibus ſeculi impedimentis exutus. Ac propterea cito aſſequi meruit, quod ſequi ſtuduit expeditus.

1 Ecce quõ ſancti uere ſunt mortui ſecũdum carnem, uiuunt tamẽ Deo ſecundum ſpiritum. Qui cum ſint reſurrecturi in die nouiſsimo, non debent mortui dici ſed dormientes iuxta illud Apoſtoli, Nolumus uos ignorare de dormientibus.

Exercens namq; continentiam ſingularem, peruigil in ſcripturis ſanctis, Dei ſapientiam concupiuit. Portionem ſuam Chriſtum reputans dominum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ cœleſtis abſconditi. Quibus cum repleuiſſet deſiderium ſuum, deſideriorum cœleſtium uir, & per impoſitionem manus presbyterij diſpenſator fuiſſet diuini ſermonis electus, negligere gratiam Dei omnino paſſus nõ eſt.

Sed circumiens uniuerſum penè ambitum Romani orbis, Dominicum prędicauit uerbum, Pauli Apoſtoli idoneus imitator exiſtens. Sancto enim ſpiritu plenus, non ſolum contra Gentiles atque Iudęos, uerumetiam contra Hæreſes omnes, & maxime contra furentem eo tempore Arrianam perfidiam, tanto fidei uigore pugnauit, ut etiam uerberibus ſubderetur, & in corpore ſuo ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti portaret. Nam & in Mediolanenſi urbe idoneus olim cuſtos Dominici gregis fuit, Arriano repugnans Auxentio, priuſquam beatus eligeretur Ambroſius Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos & publica & priuata diſputatione, lucratus in fide eſt. Sed neque per uicos, & Caſtella diuerſarum prætериens regionum, prædicare uerbum Dei unquam deſtitit fidelis Chriſti diſcipulus.

Poſt illos itaq; circuitus animarum plurium ſalutares, Brixia eum rudis quondam, ſed cupida doctrinæ promeruit. Scientiæ quidem ſpiritalis ignara, ſtudio tamen diſcendi laudabilis. Excidit continuo imis ab ſtirpibus horrentem ſyluis diuerſi erroris bonus Agricola, & aratro doctrinæ pronus incumbēs, inuertit crudam totis uiribus terram. Squallentemq; humum ſulcis aſsiduis, in noualia fœcunda conuertit, affatim ſemina uitalium mandatorum gremio eius inſinuans. Plantauit quoque uineam cuius lætaretur ex fructu, quō uinum lætificat cor hominis. Oleas etiā pacis agreſtibus indidit oleaſtris, & aſperitati pomorum ſylueſtrium, germina pinguedinis ac ſuauitatis inſeruit, ut haberet Apoſtolicus uir aliquem & in uobis fructū, ſicut & in cęteris gētibus. Et iſte quidē conſumati operis nunc apud Deū fructibus gratulatur, nā dignus eſt operarius a mercede ſua. Et laborantē Agricolam oportet primo de fructibus ſumere. Ego autē minima eius pars, omnibus uotis exopto, ut agrum, bene a patre cenſitū, & non ſatis idonea ſucceſsione ſuſceptū, quoquomodo tueri præualeam. Zelum fidei eius, & magnitudinem laborum pauloante perſtrinximus.

a Vides quod æterna retributio datur tanquam merces bonorū operum ¿

Iam reminiſcamur chariſsimi, uehemēs ille ardor animi, quantam poſſederit in ſanctis moribus lenitatem. Illa celſitudo ſcientiæ, quanta fuerit humilitate ſublimis. Illa cœleſtium rerum peritia, quam fuerit ignara terreſtrium. Erat enim humanæ gloriæ neſcius, & acer diuini honoris exactor. Non quærens quæ ſua eſſent, ſed quæ Ieſu Chriſti. Amicitias ſeculi, & officia mundana contemnens, ſeruitio Dei iugiter adhęrens, inter humana colloquia iugiter occupatus, nimirum ibi cor eius erat ubi, theſaurus. Illud etiam quale eſt quod cum operoſa quæq; huius ſeculi ac precioſa deſpiceret, uilium rerum pauperrimos uenditores miſericordi ambitione profuſus emptor augebat. Parum ſcilicet cōputans quod profeſſus egentibus largiretur. Erat idem ſanctus ira breuis, indulgētia facilis, patientia ſupremus, humanitate de-

uincens.In corripiendo diſtrictus,in relaxãdo abſolutus,liber in agendo.Omni ætati & conditioni & ſexui ſtupenda benignitate cõmunis, ac tum humilibus quibuſcunque coniunctior. Ipſe quoque in illo habitu ueſtium, tota erat uilitate mundiſsimus. Gratus ſine induſtria, contemptibilis ſine fuco,& planè qui ipſo nil curante,mentis eius pandere t puritatem.

Pauca hæc de uirtutibus hominis Dei breuiſsimo ſermone memoraui,ne dies iſte,quo ad ſuperna migrauit beatus Philaſtrius patronus noſter,cuius hodie 3 feſta celebramus, triſti ſilentio inglorius pręteriret. Nam cum multa meritorum eius pręconia,quatuordecim iam per annos ſolennitatis huius cultum renouans, auditui ueſtro intulerim,plura quę prędicari adhuc poſſunt,intacta perſpicio. Quintodecimo autem Kalendarum Auguſtarum exuit hominem,& migrauit ad eum quem dilexit. Tam digni igitur memoriam ſacerdotis,debito affectu ueneremur,ut ipſius quoq; 4 ſuffragio,bona,quę poſcimus, facilius impetremus. Largiente Dei filio ſempiterno, cui eſt omnis honor, uirtus & gloria, cum patre & ſpirituſancto in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

3 Cuius hodie feſta celebramus.

4 Ecce quomodo ſancti orant pro nobis, & eorum ſuffragio quæ poſcimus,facilius impetramus.

Eſt Tractatus eiuſdẽ de tranſlatione sãcti Philaſtrij, qui habetur ĩ ſacrario Brixienſe in libro peruetuſto manu ſcripto.

ITEM DE EODEM BEATO PHILASTRIO per beatum Rampertum Quadrageſimum Epiſcopum Brixienſem.

TRiginta Brixienſes ſunt Epiſcopi,quos meminimus,qui in 5 altari nomini Beati Philaſtrij dicato,& ſuper caput eiuſdem poſito,preces Miſſarũ celebrauerunt, & diem tranſitus eius uenerantes,ab omni terreno opere Brixienſem populum abſtinere iubentes,reuerenter honorauerunt.Hi ſunt,Tertius ab eo & ſecũdus à Gaudentio Paulus,deinde Theophylus,& Siluinus, & Gaudioſus, Optatianus,& Vigilius,& Ticianus,Paulus,Cyprianus, Herculanus, Honorius,Ruſticianus,& Dominator. Itemq; Paulus,Paterius, Anaſtaſius,& Dominicus,Felix,& Deuſdedit,Item Gaudioſus iterum, Ruſticianus, Appolinaris, Andreas, & Theodaldus, Vitalis, & Benedictus, Anſoaldus,Cunipertus,Amfridus & Petrus, Venerabilis memorię Epiſcopi, quorum ordine & meritis nouiſsimus. Ego Rampertus indignus Epiſcopus Brixienſis ſanctę Eccleſię.

5 Vides quod etiam antiquitus Altaria in honorem ſanctorũ dedicabãtur,& ſuper eorum corpora Miſſarũ ſolennia celebrabantur?

Dum officij aſsiduitas, & abundantia luminaria in eo uenerabili loco non eſſent,quo beatiſsimę memoriæ Philaſtrij corpus iacebat,nõ de meis pauxillis præſumens meritis, ſed in Dei ſeruitio, tanto patri honorabiliori famulatu ſeruire cupiens, conſultis uniuerſis ſacerdotibus meis,ieiunijs & orationibus interuenientibus, Anno dominicæ incarnationis octingenteſimo trigeſimo octauo,indictione prima ſexto

Idus Aprilis,non ſine timore fodiendo,eis iunctis ſacerdotibus de quo rum uita credulus eram, 6 uenerandum corpus reperiens, maximo eum timore,ut putá tam uenerabilem glebam tam immeritus contingens,eleuaui,collocans in feretri locello. Deinde Quinto Idus Aprilis, congregato Clero, ſtipantibus utriuſq; ſexus immodicis cateruis, maximi cum horrore timoris,ſummaq; reuerẽtia, idem corpus tranſtulimus in matrem Eccleſiam Hyemalem noſtram Brixienſem, penes altare ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ubi præſcriptorum pontificum erat ſedes. Et hoc diuina prouidente gratia,non ſine miraculo(ut inſtantia produnt exempla)geſtum à nobis eſt.

6 *Ecce cũ quanta reuerentia uenerandum Epiſcopi corpus transferunt.*

Vbi Quarto Idus Maij, coadunata Eccleſia officijs & ieiunijs cum orationibus præeuntibus, 7 maxima cum deuotione, in Marmoreo recondentes antro ſepeliuimus,ut ubi modo pontificum ſedes aderat, ibi tanti patris & Pontificis iaceret corpus. Quo ſedes honore,& Populus deuotione, & Clerus ſuffragio, eiuſdem meritis interuenientibus,Chriſto in omnibus fauente potiretur. Speramus enim ſanctorũ 8 meritis nos omnium foueri,& maxime eorum,quorum amplectimur corpora,quorumq; uel Natiuitas uel habitatio. Fuit cũ patribus noſtris. Eorũ quippe uel dogmate inſtruimur, uel exemplo Martyrũ corroboramur. Quamuis enim homines quorum nobis uita uel paſſio cognita eſt, dum uiuerent in hac ærumnoſa pro celloſi fluctuatione pelagi,præ omnibus noſtrates imbuerint ſanctis dogmatibus, mirificiſq; exemplis,eoſq; ſuis ſuffragantibus iugibus precibus tutati ſint ſupernam implorando clementiam, tamen eoſdem defunctos pro nobis,non minus ſperamus eorum intercedentibus meritis, noſtros eſſe ſub diuinæ pietatis protectione 9 patronos.

7 *Vide ſancti Epiſcopi honorificã ſepulturã.*

8 *Speramus ſanctorum meritis nos omnium foueri, & eorum præſertim, qui apud nos nati, uel conuerſati ſunt.*

9 *Ecce quomodo ſancti ſuis intercedentibus meritis, noſtri ſunt ſub diuina protectione patrom.*

Quamuis igitur certum ſit diuinorum præſentia exempla miraculorum, ſuperna radiaſſe prouidentia in noſtri uenerabilis Papę tranſlatione,eorum tamen ſcriptionis neceſsitate, noſtra plebs eget. Hæc etenim paſsim affatimq; euadens ægri uulgi turba undiq; cõueniens, & percepta ſanitate rediens,mille prædicat uocibus. Hæc uicinorum uillæ locorum, quarum infirmi uarios ſecretoſq; habentes languores, inter tantam multitudinem uenerabile corpus adeuntes, procurante Dei miſericordia, meritis quoque eiuſdem ſancti promerentibus, eorumq; fide ſuffragante, de ſuis inualetudinibus conualeſcentes redierunt,fama nobis renunciante, eis ſupernum narrant miraculum, qui eorum pridie nouerant infirmitates, & tot teſtes miraculorũ Dei exiſtunt,qui prius nouerant ægros, niſi ægrotantium titubans fides officiat. Sed quia ſuorum teſtium, & noſtrum generaliter debitus imminet obitus, pro futurorum hominum ignorantia, quorum fidei affectionẽ erga noſtri patris obſequia ſtudioſam futuram eſſe ſperamus, atque audire ardentiſsimam, nõ ſolum lineę fama generationiſq; nar-

rante, ſed etiam ſcriptura à nobis quibus Deus hoc uidere conceſsit, promulgata teſtante, ſaltem pauca de pluribus miraculis quæ 10 Chriſtus miſericorditer geſsit, confluentibus cateruis ad feretrũ beati Philaſtrij confeſſoris, amatoris & prædicatoris ſui, ueraciter & cõpendioſe ſcribere optimum credimus.

Cum igitur ut a nobis prędictum eſt, plurimis utriuſque ſexus inſtructi phalangibus, prius ſanctificato Clero, ſacriſq; ueſtibus induto, effoſſo Clandeſtino antro, quod ferme centum luſtris beatiſsimũ habens occuluit corpus, attoniti ſuper reuelatione, 11 ſanctiſsimũ chariſsimumq; Theſaurum, in ſacerdotum humeros reuerenter detuliſſemus, ad domum ſanctæ ac ſemper Virginis Mariæ ſumma cum deuotione peruenimus. Clero uero nedum ad eius uenerabilem Aram pertingente, iã primis de populo ſacras ualuas aulæ tenentibus, ſacerdotibus quoq; qui obſequium uehiculi circa feretrum ſuccidui famulantes prębebant, infra templi limina ſeptimo ferme greſſu fortuitu ſubſiſtentibus, eo pręcipue uoto quo ueniens deuotus populus tranſiret ſub feretrum, poſtmodum nec de loco quo ſteterãt uadere queuntibus, territa plebe, & ingeminate Domine miſerere, clamitante, incredibilis, ineffabiliſq; ſonitus coelitus increpuit. Cuius ſonitus tot teſtes ſumus, quotquot tunc illic fuimus. Quo momento fragore ſonitus exterrita quędam mulier habens aridam dexteram, & ita rigidã, & deorſum defluxam, ut foret inualida contingere os aut pectus ſuum, ilicô extendens eam, ſignum 12 crucis Chriſti fronti notauit ſub nomine Trinitatis ſummę, ipſi gratias agens qui eſt benedictus in ſecula, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis. O' quam mirabiliter geſsit introeunte ſancti ſui corpore in Eccleſiam benedictus Deus. Etenim hic ſeptimus Epiſcopus Brixienſem Eccleſiam Chriſto tunc prędicando congregans, ſanctũ dogma cuſtodiuit, & areſcentem dexteram fidei Catholicę Eccleſię, pullulante ſiniſtra Arrianę perfidię, ubique quantũ potuit, reformare mirifice ſtuduit. Nunc uero circiter ſeptem introeuntium ſacerdotum corpus eius portantium, in Eccleſia reformauit pariterq; Chriſtianę mulieris aridam dexteram.

Sed prius introeuntibus nobis Brixiam, & iam partem aliquam Ciuitatis eundo tenentibus, in ſubuectu ſumpti feretri laudibus Altitonantis aëra pulſando, inter eos infirmos qui producebantur, quatenus imitatoris Apoſtolorum tranſeunte loculo, uel umbra eius obumbraret quemquam eorũ, eſt euecta quædam triennis languida, quam bilis tabo ſic madefecerat, ut in lectuli ſui iacens ſtrato, non ſe poſſet aliquo modo in alterum uertere latus, neque cũ una uectrice quomodolibet niſi grauiter tantum poni. Quæ dum ſenſiſſet obumbratione feretri quandam auram ſuę ſaluti ſalubrem, cepit uectricibus innuere, eaſq; expoſcere conſulens uti illo eam portarent, quo ſanctum deducebatur

10
Nota quod miracula, quæ ad ſanctorum inuocationem fiunt, dominus noſter Ieſus Chriſtus gerit i illis, ſiue per illos, ut uerã fidem in nobis confirmet.

11
Vbique beatiſsimum ſanctiſsimum, ſimilibusq; alijs Encomijs ſancti Epiſcopi nominat corpus, nõ autem emortuos cineres, uel fauillam extinctam, aut exangue cadauer, ut faciunt hæretici.

12
Signũm Crucis Chriſti fronti notauit.

cebatur corpus, cuius conſultus ad nos illatis petitionibus annuentes, prębuimus aſſenſum. Deportata itaque propè feretrum, iacuit in baſilica ſanctæ Dei genitricis perennis Virginis Mariæ, ubi beatiſsimi corporis depoſueramus feretrum. Et dū quotidie ſeſe melius habere profiteretur, omnipotēti grates referens, eumq; exorans, ut ſancti eius interuenientibus meritis, ſibi tribueret reſtaurationem ſanitatis. Die ſexto conualeſcens erexit ſeſe, & accepto baculo cepit huc & illuc templi ambitus teſtudinem perambulare, nō egens ſolito comitis uectricisq; ſuffragio. Et deinceps iugiter in melius reſtaurata, ſoſpitatis ſuæ gliſcens, ſine comitis ſuſtentatione & ſine quolibet uectricis iuuamine domum redijt. O mirabilis laudabilisq; medicina Dei, qui in principio cuncta ſimul creata materie, per ſex dies in proprium uniuſ cuiuſque formæ produxit opus, ſextoq; die ad imaginē ſuam formauit hominem, cuius filiam languidam quam potuit modo in ictu oculi ſaluam facere, diſpoſuit arcano ſuo arbitrio, paulatim membrorum reformatione recreando uigorem, prope corpus idonei teſtis ſui, patris noſtri Philaſtrij iacentem, die ſexto aduentus eius, ad priſtinum reuocare ſtatum ſalutis. Quod medici per triennium arte ſua cauti facere nequierunt. Hoc perfecit omnipotens trinitas, quam intemeratam ubique prędicauit Philaſtrius. Pro cuius fidei ardore ab Arrianis flagris, corpori ſuo in flagellādo manentia ſtigmata notata ſunt. Quorum uulnera nunc Dei prouidentia conficiunt medicinam ſalubrem ſalutemq; cupientibus neceſſariam.

Poſt illam beatiſsimi patris noſtri Glebę repertionē delationemq; cuſtodibus in excubando erga uenerandi pignoris loculum deputatis, Turba languentium īmodica conueniebat, superni numinis præſtolans afflationem. Dum quadam die Dominica, abſq; arbitro quidam de ſubiectis cuſtodum inter iacentia languentium corpora trāſiret, & iuxta altare puellam paruulam iacentem cerneret, & neſcius languoris eius, ut ſurgeret imperauit, illico ſurrexit, una manu Arā tenens, altera patri gaudendo innuens, uulgari uoce aiebat. Atta, Atta, da mihi fuſtē ut ambulem. Viſo pater miraculo, non aquieſcens precibus filiæ, ſed palmis in cœlum ſpanſis, uoce qua poterat, ſubito licet procaciter, tamen omnipotenti gratias ingeminans aiebat, Domine tibi gratias, Domine tibi gratias. Qua uoce territi cuſtodes cucurrerūt ad eum, inquirentes cauſas gratiarum actionum. Qui teſtans reſpondit. Hæc puella, quam altare tenere uidetis, mea eſt filia, ſeptem annos à natiuitate habens, quæ nunquā niſi modo ſuper pedes conſtitit ſuos, & inſuper quærit à me fuſtem ut pergat. Tū unus de circunſtantibus currens, reperto baculo, dedit gaudenti puellę & cepit circa Arā deambulare. Quā nos eadem hora ad orandum in Eccleſia conuenientes, deambulantem circa Aram uidimus. Et deinceps in melius proficiſcens

cepit puella cum baculi ſuſtentatione huc & illuc inſolitum gradatim ſuum tentare greſſum, nobis,cunctaq; plebe miſericordi Deo gratias agentibus,qui non ſolum anima, ſed etiam corpore ſanat ſperantes in ſe.Euge incōprehenſibilis,& immenſus,qualiter inter plura quę comprehendi poſſunt miracula, iſtud eſt menſus miraculum ſua diſpoſitione. Plenus ſeptiformi ſpirituſancto diuidens ſingulis pro ut uult. Qui dedit Philaſtrio ſpiritum ſcientiæ prædicandi,conceſsit, & huic puellæ ſeptem annos habenti,& iuxta corpus prædicatoris ſui iacēti, reſtaurationem compagum pedum atque curium & feminum,eo die cui ipſe ſua reſurrectione nomen indixit.Et ut detur intelligi ſuperna id fieri gratia,primo manum cœlo extendit debitam,deinde quaſi deſcendens totum corpus,poſt hæc pedum ſanat iuncturas. Et notandū quod pedes puellæ, manusq; curauerit iuuenculæ, Quid aliud, niſi quod ipſe hoc mirabiliter egit,qui mirabiliter fecit hominem,mirabilius redemit? Qui dedit humanę naturę in puerilibus annis greſſum, & iuuenilibus exercitium operis,ipſe puellæ reformauit greſſum, & iuuenculæ manum aridam reſtaurauit.

Veluti etenim in edito ſermone à Præſule Gaudentio, uitæ ſcilicet beatiſsimi Philaſtrij Pontificis, legitur fuiſſe eum omni ætati & conditioni & ſexui ſtupenda benignitate cōmunem, imò humilibus con iunctiorem quibuſque,ita nunc omnibus languentium ætatibus (me ritis ſuis ſuffragantibus,Chriſto mediante)profuit, & ſexibus. Nam inter languentiū iacentes cuneos deductus eſt à genitore ſuo ita Colophus puer ut ſine uectore ſuo nequiret conſiſtere aut ambulare,& dū fide parentis & ſua comitatus,iuxta feretrum beatiſsimi Philaſtrij frequentans,diuinę miſericordię præſtolaretur opitulationem,ceperunt neruorum habenæ & fibrarum hiatus, fęminis crurisq; ſui, domino reſtaurante reformari, uſque dum conualeſcens ſuper pedes conſtitiſſet ſuos, & ſolus ſuum tentaret paulatim opitulante diuino ſuffragio greſſum inſolitum,ita ut aulæ mœnia ſine cuiuſlibet iuuamine, grates opifici ſuo referens peragraret.Tum unus presbyter noſter, quem cuſtodibus præpoſueramus,accerſito genitori ſuo inquit. Fili ne mentiaris,ſed confitere nobis ueritatem cauſæ languoris huius pueri,tui filij, utrum à natiuitate,an poſtea femur aruit ſuum? Qui Deum teſtans, eiq; grates cum lachrymis gaudendo referens,confitebatur. Hic filius meus ſolito humanæ naturæ more in infantia ſua à deo recepit greſſum,quo uſus eſt per aliquos annos. Sed cum quodam die propria animalia foras de domo mea truderem,cepit,me nolente,cauſa mei amoris hic poſt me currere. Quo curſu accidit ei dolor ſummitatis femoris,& poſt Paulum in poplitem & crus defluens,ſic effectus eſt Colophus,ut iam per biennium nullatenus uadere quiret, niſi modo interuenientibus meritis (quod firmiter credo) domini ſancti Philaſtrij,

Dei miſericordia nobis miſerante. Quam bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde, cuius congreſſu eius ſeminis compago emarcuit, & ſui proſapia claudicauit, aduentu tenus filij Dei. Sed qui per ſemetipſum & miſſos ſuos Colopham Iſraeliticam plebem reformauit, quæ à recto tramite deuians claudicauerat, is ad reformationẽ fidei noſtræ meritis beatiſsimi Philaſtrij Colophum puerum erigens, pie ſanitatẽ afferendo reformauit. Iacob enim omni tempore uitę ſuę claudicauerat, quoniam genus eius in pręceptis legalibus ſecundum literam quę occidit, non ſecundum ſpiritum qui uiuificat uiuendo, Colophũ uſq; ad perfectionem euangelicę gratię manſit. Puer autem iſte originalibus per baptiſma exutus ſceleribus, ſub gratia doctrinę euangelicę degens, eo tempore quo ad lachrymas cum parentibus ibat ad frequentatam Eccleſiam, circa ſanctiſsimum feretrũ uenit, & fide comitante, cooperantibus meritis pręfati uatis, diuina medente miſericordia, habetur incolumis.

Sed cũ pluribus diuinitus paſsim circa uenerabilem redolentibus urnam miraculis, reminiſcendo nonnulla recolamus, & difficilimũ ſit omnia noſtro comprehendere ſtylo, ſaltem quoquomodo, ueluti in marginibus pelagi ſarculo pauxilli ingenioli collatis lapillis aggerem aggregando, ſcropea forma riuulum, quẽ prata bibere optemus, educere libet & id notare, quatenus diuerſa in eo facta mirabiliter ęterni coruſcauerint opificis. Collatũ igitur inter cętera eſt (ut ita dixerim) notiſsimum noſtratis adoleſcentis cadauer, ac inter capedinem reclinatum, carentis equidem excepto guſtu humani corporis ſenſibus, ſoliti ſcilicet iacere in lecto bigis impoſito, parentibus ſemiuiuo aurigę famulatu utentibus & animalium ſuffragantium in iter agendo. Non ſolum eo ardore quo alimoniam peterent, ſed magis ut id nato meritis ſanctorum omnipotentis gratia eueniret, quod contigit ei, qui ab introeuntibus in templum gratia orationis beatiſsimis Petro Apoſtolorum principe & Ioanne, eleemoſynam petiuerat. Iſti autem cum grabato à parentibus arbitrio opificis ſui circa urnam deſerto, ut operis operator curam gerat parentis lachrymoſi, & longi oneris odioſi re deuntis, ſolers induſtria miſerẽtium cuſtodum toto corpore deſtituto adhibita eſt, in cibando, & ad ea quæ neceſſe habuit inuehendo, & maxime in orando pro ipſo, quin & pro omnibus ibidem ſitis infirmis. Quare decreueramus conſultu, & conſenſu boni arbitrij noſtrorum conſacerdotũ, quotidie ſuper ipſis ſupernam petere medelam. Is enim corporeis ſenſibus, ita defunctus erat, ut uiſu nil diſcernere, ore nõ niſi alio inferente mandere, pedum greſſu neutrorum uadere quiret, manum nullam ſui, cuiuſquam'ue utilitati habilem gerens, ita ut etiam quidam delirantes ei irriderent, credentes eum animę tantũ, corporis minime iam conſequi poſſe ſanitatẽ. Sed eius clementia ipſum miſe-

rante,apud quem non eſt impoſsibile quicquam,corroborando corda fidelium inſtruendoq; titubantium, atque ut aliorum miraculorum teſtis efficeretur, meritis (ut credimus) interuenientibus beatiſsimi Epiſcopi Philaſtrij,pro cuius reuelationis teſtimonio,ipſum credimus uſq; ad id tempus in languore defluxum, ut eius in eodem manifeſtaretur gloria,cuius fidei prędicator per urbes orbis fidus permanſit Philaſtrius, ſuperna luce uiſum, & afflatu loquelam medelaq; tactum cũ greſſu,ſic priusq̃ 13 uenerabilia oſſa ſepelirentur, à domino per ipſum accepit. Et in Eccleſia eius habetur incolumis, ut gradiatur oculis comitantibus clauſtra eius,& queat ori cibũ, & fronti inferre 14 crucis uexillum linguaq; fidem & orationem promere dominicam, & quicquid ſibi neceſſe eſt pronunciare. Cuius miraculi tot teſtes ſumus quot Brixiæ eodem tempore degimus, & prius languidum nouimus. Qualiter autem prius languidus ſeſe habuerit, non ſolum Brixienſes, ſed etiam à Ticino uſque Venetiam, omnes oſtiarij religioſorum locorum, & domus proximæ flammineis, teſtari (ſi memoriæ retinent) poſſunt.

13 *Nota, Venerabilia oſſa.*

14 *Et fronti inferre Crucis uexillum.*

Attente nunc meminiſſe iuuat & credere datur, quod is qui dicẽte domino inter Hieruſalem & Hiericho ſemiuiuum repertum, indita medela,ſtabulario ut curam ſui haberet cõmendauit. Quique ob cõmiſſum protoplaſti, necis conditioni deuinctum genus humanum, iudicium deceptori, miſericordiam decepto diuidens, pietate gratiæ ſuæ eripuit,quod poſt diſcipulis curandum commiſit, à quibus origo paſtoralis curæ emerſit, per uniuerſam Eccleſiam maria terraſq; repleuit. Cuius officij honoriſq; curã beatiſsimæ memoriæ Philaſtrius Epiſcopus ſuſcipiens,fideliter ſolerterq; exercuit,& domino Deo noſtro fide ĩmaculata plebem bono exercitio roborauit, modo ad loculum fidelis famulatoris iacentem toto corpore debilem,parentibusq; deſertũ, per omnes corporeos ſenſus,ita moderans reſtaurauit,ut ſibi, non mundo uiuat. Aperuit enim oculos eius,ut duces gradientis fiant, non ut mundanam conſpiciant uanam gloriam, patefecit aures, quo utilia intelligant, non ut detractionis ſuſurrones audiant. Soluit uero linguam eius,ut fidem profiteatur,& quæ deliquit, quod hominis eſt confiteatur,& ſibi neceſſaria quærat, ſed ita parte altera ligatam eam reliquit, ut ad maledicendũ, & ad detrahendũ prorumpere nequeat. Extendit autem eius arida brachia, ad proprium corpus alendum & tutandum,ſed rapinæ habilia non ſint. Artuum ſiquidem inferiorum ita compages reformauit,ut ad ſibi neceſſaria uadere queat,ſed ad malum currere debilis colophusq; perſeueret. O' Philaſter ſolers ſtabularie,meritis tuis & gratia opificis noſtri,in ſtabulo ubi corpus tuũ iacet ita ſemiuiuus euaſit,ut ſpeculum humano fiat generi. Datur enim (ni fallor) intelligi, ut ſenſus noſtros inſtar præfati languidi moderemur,

utentes

utentes eis in neceſſarijs utilitatibus, tam interioris, quam exterioris hominis, ita moderando, ne exuberent ad quæque mala perficienda. O'admirabilis humani generis opifex, qui in reſtauratione languidi noſtri, nos inſtruis, ita corporis uti ſenſibus, quo ualeamus intemeratos cuſtodire ſenſus interioris hominis, & ſimiles prudentium fieri Virginum.

Omnia ſiquidem quæ diuina immenſitas in Tranſlatione ſui confeſſoris peregit comprehendere cum difficile ſit, ſaltem unum quod poſt diem ſepulturæ eius geſtum eſt, ad memoriam charitatis fideliũ reducere, ſicuti poſſum conabor. Nona enim die poſt reclinationẽ uenerabilis glebæ in præfatæ hyemalis Eccleſiæ ſepultura, una eodemq; hora mirabiliter in languidorum turba, duorum adoleſcentum aridæ manus extenſæ ſunt. Quos ſubiecti præpoſitorum cuſtodes, ſcientes prius manus ariditate eſſe deſtitutos, dum uidiſſent ad quæque uellent extendere, percunctando geminum reperientes miraculum patefecerunt. Statuentes eos coram dixerunt uulgari locutione. Nonne uidetis ſideratos noſtros manus extẽdere, quas tam hodie quam heri & prius contractas uidimus? Hoc non ſolum ipſi cuſtodes & cæteri ibidẽ ſiti, ſed etiam uicini & noti eorum, quia per lõgum tempus manus aridas habuerunt, teſtati ſunt. Atque ea die quoniam crediderunt omnipotentem hoc facere poſſe, nõ proprijs præſumentes, ſed Beatiſsimi Philaſtrij Epiſcopi meritis, Dei medela ſeſe ſanos effectos perfeſti ſunt. Vnde præ gaudio lachrymoſa Eccleſia, multimodas Deo retulit grates, quoniam ſaluat ſperantes in ſe. Solerter tamen exiſtimo nobis neceſſarium eſſe ſcrutari (quantũ humanus domino largiente capit ſenſus) huius qualitatem miraculi. Quia credimus pro totius Eccleſiæ inſtructione hoc geſtum. Vnde notandum eſt quod fide comitante duobus ſimul aridæ manus reformatæ ſunt. Per fidem quam habuerunt in domino, promeruerunt ſaluari duo ſimul, quo docemur confidere & ſperare in domino, & diligere proximum. Per manuũ reſtaurationem monemur ut cum dilectione Dei & proximi bona indeſinenter exerceamus. Hic enim numerus ui & natura ſecundus Tetragonus eſt, qui per ternarium conficitur, & in ipſo reſoluitur. Nonne ter tres nouem faciunt? & nouenarius diuidi æque nõ poteſt niſi in tribus ter? Vnde docemur trinitatẽ credere in una diuinitate, & ab ipſa nos eſſe formatos, & per ipſam iuſte reſolui. Ecce in ſecundo Tetragono, in ſecunda noſtri Epiſcopi ſepultura, docemur cum dilectione Dei & proximi bonis 15 operibus farti, credere patrem & filium, & ſpiritum ſanctum unũ eſſe Deũ. Qui uiuit & regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

15 Vides quod uera fidei ſemper iunguntur bona opera pro cõſequenda æterna ſalute.

Cęterum ne quis æmulus obijciat, & ſi quis deſiderabilis indagator abs quolibet noſtrum ſtipuletur, utrum abſque quoquam miraculo clanculum ſopita antro membra tanti uatis fuerint, an prius quiddã

omnino geſſerit ibidem is, cui ſemper extitit fidelis Angelus teſtādo,
dicere pro pluralitate cuncta quis queat? Cū à diuerſis hoſtibus linearis narratio in Italiam irruentibus Barbaris & Gothis & Logobardis
cæteriſq; obliterata fuerit? Sed ne deſidia noſtra quaſi muta priora tēpora liquiſſe uideamur, pauxilla de pluribus, partim ratiocinādo, partim ut ipſi nobis retulerunt, qui colloquio quondam eorum ſunt uſi,

16 *Nota diem annūalem feſtiuum ſancti Philaſtrij.*

qui aut in die 16 annuali feſtiuo eius uiderant, aut ad ſepulchrū ſenſerant omnipotentis prouidentia. Miraculum uel ſolatium intente mi
chariſsime confrater, quicunque percontator extiteris, conſidera qualem eum in Arrianorum nefandæ procellæ temporibus, ſanctiſsimæ
memoriæ Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus eſſe intellexit, qui ſibi eum collegam habebat. Quantiq; meriti uicini Epiſcopi eundem
eſſe exiſtimabant, ſi quartus Pergamenſis Epiſcopus in Epytaphio
tertij Epiſcopi, hoc eſt prædeceſſoris ſui (ni fallor) meminiſſe ſtuduit,

17 *Ecce quō & Epiſcopi & Diacones ab Epiſcopis ſemper conſecrationis munus acceperunt.*

quod Ambroſius ipſum 17 Epiſcopum, Philaſtrius cōſecrauit Diaconum? Cuius uitæ ſanctitatiſq; eum ſapuit Epiſcopus Gaudentius
ſucceſſor ſuus, qui per quatuordecim annos forſan & plus, diem tranſitus eius feriatum ducebat, populo ſiquidem de eo ſermonē faciens,
item triginta poſt eum Brixienſes epiſcopi. Quibus putas cauſis, me-

18 *Vide quō ſuper ſanctorum ſepulchra etiam antiquitus Miſſæ celebrabantur.*

ritorum miraculorumq; eius conſcij fuerint, qui impoſito Altari 18
ſuper ſepulchrum eius, diuina Myſteria celebrabant, annualem feſtū
diem tranſitus eius recolentes? Præceſſor namq; noſter, hoc eſt uenerabilis memoriæ Petrus Epiſcopus, tantæ uenerationis eum eſſe mon
ſtrabat, ut anhelus mœroris ſui, teſtaretur ſeſe tempore Presbyterij ſui
ita fuiſſe febribus auctum, ut nulla potio, nullumq; unguentū eripere
eum à febri quiuerit, cum etiam ipſe peritus fuerit artis ipſius. Sed cū

19 *Hoc modo ueri ſanctorum cultores, cum ad eorum ſepulchra, uel memorias; ueniunt, orationes faciunt, ut ſcilicet Deus omnipotens ſanctorū ſuorum meritis intercedentibus, gratias, quas petunt, eis largiri dignetur, & hoc etiam modo illas cōſequuntur.*

poſt aliquod tempus ad 19 ſepulchrum beatiſsimi Philaſtrij ueniſſet, & ibidem Deum efflagitaſſet, ut meritis ipſius intercedentibus ſibi ſanitas tribueretur, ſic de oratione ſanum ſe profitebatur erexiſſe,
ut nullus rigor acceſsionis eū ultra tetigerit. Sed & rhytmicū hymnū
quem in eius honorem Gaudētium Epiſcopum compoſuiſſe ferunt,
cantare de ipſo ſedule conſueuerat.

Sed & temporibus ſanctæ memoriæ Anſoaldi Epiſcopi, dum quidam cuſtos Tituli ſancti Petri qui ſitus eſt in Caſtro Maiori, in ſuburbano fundo poſſeſsionis ipſius tituli, cognomento Baronica, depoſitionem beatiſsimi Philaſtrij non rite celebrans, tantumq; diem inhonorans, familiam ſuam in area laborare coegiſſet, ita ut fatigati ſuo ſudo-

20 *Sancti Philaſtrij feſtum eſt, requieſcere ſolito debemus.*

re, flagellis triticum à paleis excuterent, dicentes 20 ſancti Philaſtrij
feſtum eſt, requieſcere ſolito debemus, & ipſe magis ut operi inſtaret
minans terreret eos, illico correptus à ſpiritu per aream uexari cepit
amens. Qui ab attonitis famulis ſuis captus & uinctus, & inſolito more turpiter ad præfatum titulum deductus eſt, & tam diu catenis eſt

anctus, donec ſeſe inhonorando tantam 21 feſtiuitatem profeſſus eſt deliquiſſe & teſtis proprij delicti, & beatiſsimi Philaſtrij honoris effectus eſt.

21 Vides dominũ Deũm pœnis inflictis hunc cõtemptorem cogere ad celebrandam Sancti ſui feſtiuitatem ς

Poſt aliquod autẽ huius temporis ſpatium, quidam diues Brixienſis eodem die feſto depoſitionis beati Philaſtrij in ſuburbanum caſale ſuum, quod uocatur Caloniola, pro fœni collectione operarios incaute miſit, & iam ſicco fęno, & partim plauſtris, partim aggeribus aggregato, tam procelloſa coruſcatio ſubito, tamq; præceps affuit, ut inſtar pulueris, omnis collectio diei ipſius ab oculis eorũ elapſa fuerit, intantum ut nec unus manipulus remanſiſſet. Vnde factũ eſt ut prædictus Diues poſt hæc, annuam 22 feſtiuitatem ſancti Philaſtrij uenerabiliter obſeruaret, & iacturam ſuam profitendo, teſtis noſtri fieret Præſulis. Cui enim Dauid cecinit, Miſericordia, & iudicium cantabo tibi domine, Et qui iuſto iudicio hoſtem humani generis reprobauit, & ut pia miſericordia condolens, ſuam degeneratã creaturam, ideſt humanum redimeret genus, formam ſerui aſſumpſit, hoc eſt omnipotens, æternus Deus, qui in una eademq; eſſentia, omnipotentia, æternitate, diuinitate, carente initio, & fine, auctione & diminutione, uariatione atq; diuiſione, & gignens, & genitus, & procedens, hoc eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus, cuius conſilio perſona geniti, humanitate perfecta eſt, quam miſericorditer ſuſpenſo iudicio cũ noſtratibus, ſic & in omnibus, & cum omnibus in hac re mirabiliter egit.

22 Miraculum aliud ad hoc, ut diues annuam feſtiuitatẽ ſancti uenerabiliter obſeruaret.

O' dilectiſsimi Brixienſes, quorum unum febribus afflictum, mente humiliatum eripuit, alium ſcienter aroganterq; peccantem in ſeſe corripuit, tertium utpote popularem hominẽ, ignoranter forſan peccantẽ, in rebus ſuis afflixit, hoc eſt in materie cõmiſsi, quoniam unus oratione obtinuit quod fide credidit, alius uero quia inſtanter ui cogens, nec famulo Dei honorem, nec ſuis ceſsit miſericordiam, turpiter publiceq; intrinſecus correptus, pura tenus profeſsione eſt, ut ſibimet fieret emendatio, & alijs exemplum. Tertius uero qui utpote precio operarios conduxit, & ſobria uoluntate famulos miſit, extrinſecus dãnum paſſus eſt. Nam totum illud amiſit, quod in illicito tempore operari nixus eſt, cum materie ſiquidem ſua. Habebat enim uiridia gramina, & ſine peccato ſicca ut oportet habere poterat, ſed quia illicite ſiccare uoluit, ipſam funditus amiſit materiem. Diſponente uel pmittente prouidentia domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius amator fuit Philaſtrius, & cuius amorem nos cunctos oportet quærere. Qui ſuſtantialiter, & coęternaliter & æqualiter indiuiſe uiuit & regnat cum patre & ſpiritu ſancto per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

VITA SANCTI GAVDENTII EPISCOPI
Brixienſis, per ipſummet potius delibata, quàm ſcripta.

Eſt ſermo eiuſdẽ prima die ordinationis ſuæ coram D. Ambroſio, & alijs ſacerdotibus habitus. Habeturq; in eius operibus nondum excuſis.

IMperitiæ meę conſcius, & ætatis ipſius immaturę ad ſacerdotij dignitatem pudore deterritus, merito ſilendi licentiam à ſummis ſacerdotibus poſtulabam. Metuo enim primum, ne uirtus uerborũ cœleſtium exiguitatis meę ſermone tenuetur. Deinde erubeſco, quòd tantæ expectationi optatum doctrinæ fructum præſtare non ualeo. Vnde imparem me ueſtro per omnia deſiderio ſentiens, onus iſtud totis uiribus conatus ſum declinare. Sed beatus Pater Ambroſius, cæteriq; uenerandi Antiſtites, ſacramẽto, quo temere uos ipſos obligaſtis, aſtricti, tales ad me Epiſtolas cum ueſtra legatione miſerunt, ut ſine damno animæ meæ ultra iam reſiſtere non ualerem, cui ab Orientalibus quoque Epiſcopis, niſi meum ad uos reditum pollicerer, ſalutaris cõmunio negaretur. Tali igitur concluſus articulo, & authoritate ſanctorũ præſentium ſubiugatus, ſuſcepi hoc ſummi ſacerdotij munus, nec merito dignus, nec ætate aptus, nec doctrina maturus. Intuemini ergo quid patiar, qui cum loqui neſciam, tacere non poſſum: Cogor enim ſeniorum præcepto obſequi ultra uires meas, nec poteſtatem ſilendi habens, nec facundiam proloquendi.

Sed ſpiritalium Patrum ſalutaria eſſe præcepta diuinæ legis authoritate perſpiciens, audeo in uerba prorumpere, ac tenuem ueſtris auribus inferre ſermonem: quem idcirco forſitan patienter accipitis, quoniam populo Chriſti utile uideatur, obedientiam, quæ & ſacrificio diuino præponitur, & mãdatis Dei omnibus antefertur, exemplo diſcere prædicantis. Nam cũ populus Hebræorum poſt Ægyptia illa portenta, ad unius Dei notitiam, tanquã ducem ſeruandorum cœleſtium mandatorum, uocatur. Sic enim ſcriptura teſtatur: Audi Iſrael, dominus Deús tuus Deus unus eſt. Et iterum: Audi Iſrael præcepta uitæ, Hoc quod dicitur, audi, non audientiam, opinor, ſimplicem ſonat, ſed obſeruandæ legis obedientiam prædicat, teſtante rurſus Domino, ac dicente: Si uolueritis, & audieritis me, quæ bona terræ ſunt, manducabitis. Quòd ſi ſecundum beati Pauli Apoſtoli ſententiam, non 1 auditores, ſed factores legis iuſtificabuntur apud Deum, non iam uidebitur perfunctoria iſta auditio, quæ bonorum terræ præmijs honoratur, & non cuiuſlibet terræ, ſed illius olim promiſſæ, illius fluentis lac & mel. Promiſsionis enim terra, Chriſti caro ex maſſa humani generis de terra formati ſuſcepta, ac dulcibus diuinæ gratiæ ſuccis exuberans, cuius puriſsimo doctrinæ lacte alimur & nutrimur, cuius cœleſti chariſmatũ ſuauitate reficimur, cuius ubertate credentium corda pinguefcunt, cuius bonis & obedientium mentes, animæq; fidelium & in hoc & in futuro ſeculo ſaginantur.

1 Vides quod non ſufficit ad ſalutem audire tantum & credere, ſed oportet etiam operari.

Quonam ſpectat iſte tractatus? Nempe ut ueſtra dilectio euidenter

ter

ter intelligat,quanta uis meam cõpulerit paruitatem arduis obſecundare præceptis,atque aperire os meum ſub tantorum præſentia ſacerdotum,& maximè poſt illam uenerandæ memoriæ patris mei Philaſtrij eruditiſsimam uocem, quæ per gratiam ſpiritus ſancti largè effluens, hanc Eccleſiam in fide Trinitatis adorandæ fundauit, in uera ſpe,& charitate conſtituit,ad uirtutes erexit,in pace reliquit. Hæc ad excuſationem illius,quæ in me reprehendi potuiſſet,audaciæ breuiter dixiſſe ſufficiat. Nunc quoniam ſanctarum lectionũ puteus altus eſt, & ego hauritorium uerbi non habeo, unde nec aquam uiuam ſitienti bus uobis interim miniſtrare poſſum,obſecrabo communem patrem Ambroſium,ut poſt exiguum rorem ſermonis mei, ipſe irriget corda ueſtra diuinarum myſterijs literarum. Loquetur enim ſpiritu ſancto quo plenus eſt,& flumina de uentre eius fluent aquę uiuę,& tanq̃ Petri ſucceſſor Apoſtoli, ipſe erit os uniuerſorum circunſtantium ſacerdotum. Nam cum dominus Ieſus omnes interrogaſſet Apoſtolos: Vos autem quem me eſſe dicitis?Solus Petrus credentium ore reſpõdit,Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Quid ſtatim muneris accepit iſta confeſsio?Beatitudinem ſcilicet,regniq; cœleſtis glorioſiſsimam poteſtatẽ. Solus ergo cũ loquitur Petrus,nequaq̃; reliquorũ credentiũ fides excluditur,ſed cõgruus ordo ſeruatur, dum Principi Apoſtolorũ primus loquendi locus iure defertur. Vel ne tumultus quidam magis, q̃ reſponſio uideretur,ſi tunc uniuerſi certatim, ac pariter reſpõdiſſent.

Dicat forte aliquis, ſicut illos tres in camino fideles pueros, ita in hoc examine omnes Apoſtolos conſona uoce debuiſſe eadem profiteri. Sed conſiderandum,quia Iudas ille Scariothes,quod corde non crediderat,ore confiteri non poterat,& non beatitudinem merebatur incredulus,nec ante diri facinoris perpetratum, iuſti Iudicis poterat ſententia prædamnari. Poſtea denique pro cõmiſſo ſcelere iam Iuda dãnato,omnes Apoſtoli,Chriſto reſurgẽte,Petri claues accipiunt,quinimmo cum Petro cœleſtis Regni ab ipſo Domino claues accipiunt, quando ait illis: Accipite ſpiritum ſanctum,quorum dimiſeritis peccata,dimiſſa erunt.Et iterũ,euntes,inquit,docete,& baptizate omnes gentes in nomine Patris & filij & ſpiritusſancti. 2 Ianua quippe Regni cœlorum non niſi hac ſacramentorũ ſpiritalium claue reſeratur.

2 *Nota magnum & ueriſsimum dictũ, quod ianua regni cœlorum non niſi ſpiritualium ſacramentorum claue reſeratur.*

Precentur modo hi omnes Apoſtolici ſacerdotes miſericordiã Dei Patris,qui ſuſcitauit à terra inopem, & de ſtercore erexit pauperem, ut faceret eum ſedere cum Principibus, cum his utique Principibus populi ſui:ut etiam ſpiritus ſancti uirtutem ad Eccleſiæ ſuę gubernaculum continendum,mihi minimo omnium largiri dignetur,per unigenitum filium ſuum Redemptorem noſtrũ, cũ quo uiuit & regnat ſemper Deus in unitate ſpiritusſancti,ante omnia,nunc,& ſemper,& in cuncta ſeculorum ſecula. Amen.

INCIPIT VITA SANCTI GREGORII ſummi & incõparabilis uiri vrbis Romæ Pontificis.

SVſcipe romuleos paſtor uenerande triumphos
Gregorij ſancti,ſuſcipe geſta tui,
Qui nituit factis,uerbis ſcriptisq; beatis.
Vt iubar auricomi ſolis in orbe cluit.
Norma,decus,ſpeculum.tibi ſit,uia,uita per æuum,
Si cupis æternum.ferre ſacerdotium.
Nam qui non huius ſequitur ueſtigia præſul,
Ante Deum præſul non erit,immo pecus
Hinc Pſalmiſta canit hominem ſimilare caballis
Ignauum ſtultis. qui ſub honore perit.
Nocturnum dedimus ſancto,cantumq; diurnum,
Carminibus clarum concinimusq; uirum,
Redde uicem ſcriptor.ſeruans cola,comata:puncta,
Ne tua mendoſum pagina ſeruet opus.
Diſsimilis cunctis uox,uultus,uita,uoluntas,
Mens ſociata bonis,diſſociata malis.
Ludere me libuit uariabilis ordine campi,
Poſtq̃ proſa fugit Muſa iocoſa redit,
Hæc mihi tu tribuis doctor precioſe Gregori,
Qui bona das famulis,ſed mala nulla tuis,
Veſtitus cœpi,nudus tua munia dixi,
Indue me factis, uelleribusq; tuis.
Vt quia mortalis deſunt cõmercia carnis,
Da mihi ſub pedibus poſſe iacere tuis.

Ex Bibliotheca Vaticana & codice uetuſtiſsimo manu ſcripto.

INCIPIT PROLOGVS IN VITAM SANCTI Gregorij editam à Ioanne diacono Romano.

BEatiſsimo ac feliciſsimo domino Ioanni ſanctę catholicę & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ præſuli. Ioannes ultimus Leuitarum. Nuper ad uigilias beati Gregorij Romani Pontificis, anglorũ ſcilicet gentis Apoſtoli,Lectione de Paulino ciuitatis Nolanę præſule conſuetudinaliter perſonante:uiſus es à uenerabilibus Epiſcopis diuino quodam inſtinctu cõmotus requirere:cur tantus Pontifex qui multorum ſanctorum uitas texuerat: geſtis proprijs in propria duntaxat eccleſia caruiſſet.Præſertim cum & apud Saxones,& apud Longobardorum ſibi prorſus infenſiſsimam gentem : geſtis proprijs ubique polleret. Cumq; uenerabiles epiſcopi has ab utriſque gentibus haberi quidem,

ſed compendioſiſsime reſponderent: meam quoque paruitatem conſciſſens, præceperas ut uitam ipſius de ſcrinio ſanctæ ſedis apoſtolicæ tanto plenius: quanto & certius carpere ſtuduiſſem. Sed dum ego proprię inertiæ conſcius, me meis prioribus, ac per hoc ſapientioribus, qui uitam eius licet breuiter, tamen pio conatu, pulcherrimoq; ſtylo deſcripſerant, conferre penitus dubitarem, identidem iubendo uehemēter hortatus es, ut Romanæ ſedis Pontificem, eiuſdem ſedis pręſulis autoritate deſcriberem: cui Deus 1 omnipotens probandorum ſeu repellendorum ſcriptorum omnium ſpecialem dederit proculdubio poteſtatem. Itaq; tam imperioſis autoritatibus tandem compulſus, uix primum librum Gregorianæ uitæ compleueram, quando hunc in eiuſdem uigilijs annua uertigine reuolutis: tua probauit pariter ac publicauit autoritas. Ergo ſollicitior factus ad cætera, pauca de multis, te incentore, te præceptore, te fautore, teq; iudice colligens, in libris quatuor auxiliante domino coarctaui: & ſecūdum diſtributionem eiuſdē doctoris, qua librum regulæ paſtoralis quadripartita ratione diſtinxerat, ego quoque illum qualiter ad culmen regiminis uenerit: in primo huius operis libro perhibui. Et ad hoc rite perueniens: qualiter uixerit, in ſecundo diſſerui. Et bene uiuens, qualiter docuerit, in tertio deſignaui. Et recte docens, infirmitatem ſuam quotidie quanta conſideratione cognouerit, in quarto concluſi. Neque magnopere tempora tēporibus contuli, ſed rebus ſimilibus ſimilia coaptaui. Quoniam re uera non tantum quando feciſſet, ſed quantum feciſſet, ſollicitus deflorare curaui. In quibus quanq̃ multa & uaria memoratu digna ſtudio breuitatis omiſerim: nihil poſuiſſe me memini, quæ ſcriptorum ueterum nequeant autoritate defendi. Exceptis illis miraculis: quæ noſtris temporibus facta, multorum adhuc ſuperſtitum uiuis uocibus celebrantur. Si cui tamen aliter uiſum fuerit ut aſſolet: ad plenitudinem ſcrinij ueſtri recurrens, tot cartaceos libros epiſtolarum eiuſdē patris, quot annos probatur uixiſſe, reuoluat. Et quia quædam illarum uario tempore deſtinatæ, uarietatem ſenſuum retinent: eædemq; nōnullis integræ, quibuſdam uero parte aliqua diminutæ per perſonarum, locorum ſiue temporum diſpenſatione uidentur: fine tenus relegendo conſpiciat: ſicq; demum lucidam ueritatem cognoſcens, me aut cum amatijs defendat, aut cum oſoribus arguat. Quanq̃ in eo quod tuo iudicio placeo, cunctis ueritatem tuentibus me perpetuo placiturum fore præſumam. Peto igitur, ut ſicut tuis iuſsionibus humiliter parui, ſic beati Gregorij precibus, & 2 in hoc ſeculo ab æmulorum inſidijs: & in futuro à peccatorum nexibus merear miſericorditer liberari, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

1 *Vides uerum cenſorē probandorum ſeu repellendorum ſcriptorum omnium ab omnipotenti Deo Romanum Pontificem eſſe deputatum.*

2 *Ecce quomodo ſanctorū preces hic ab æmulorum inſidijs, & in futuro à peccatorum nexibus liberant.*

Explicit Prologus.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI.

DE genere beati Gregorij. 1
Quod φερώνυμος fuerit. 2
De inſtitutione eius 3
Vbi prætor urbanus exprimitur. 4
Vbi ſex Monaſteria in Sicilia facit. 5
Vbi ſub Abbatibus in ſuæ domus Monaſterio militans. poſtmodum Abbas efficitur. 6
Vbi paſchali ſabbato ieiunare non ualet. 7
Vbi à Domino ieiunandi fortitudinem impetrat. 8
Vbi mater Siluia ei conſuetudinaliter legumina mandat. 9
Vbi duabus uicibus ab Angelo Dei tentatur, tertia uero liberaliſſimus comprobatur. 10
Vbi frater furtum faciens à Dæmone uexatur & à Gregorio liberatur. 11
Vbi fugitiuus frater cęcatur, & à nigri canis morſibus liberatur. 12
Vbi frater fugam molitus à Dæmone corripitur, à Gregorio liberatur. 13
Vbi fratrum latebræ caballorum immobilitate cognoſcuntur. 14
Vbi frater Iuſtus pro repeculiari ſęueriter in morte punitur. 15
Vbi eius anima de inferni cruciatibus liberatur. 16
Vbi dimiſsis peccatis Antonius mori iubetur. 17
Vbi Gerontius ſecum quoſdam fratres aſſerit morituros. 18
Vbi frater Merulus ex albis floribus ſe ſomniat coronatum. 19
Vbi Ioannes ab Apoſtolo ſanatus à defuncto uocatur. 20
Vbi de uenalibus Anglorum pueris percunctatur. 21
Vbi pro conuertendis Anglis Britanniam petiturus abſoluitur. 22
Vbi à præſule tribus ſententijs conſternato redire iubetur. 23
Vbi per locuſtam ſe cognoſcit continuo reuerſurum. 24
Vbi à Monaſterio tractus. diaconus conſecratur. 25
Vbi Conſtantinopolim apocriſarius deſtinatur. 26
Vbi pro exponendo libro beati Iob enixe rogatur. 27
Vbi cum Eutichio diſputans uictor agnoſcitur. 28
Vbi liber Eutichij ab Auguſto ignibus deputatur. 29
Vbi Eutichius moriens pellem manu ſua tenebat dicens ſe in ea ueraciter reſurrecturum. 30
Vbi apocriſariatus Gregorij qualitas declaratur. 31
Epiſtola Pelagij Papæ Gregorio mittitur. 32
Vbi Maximinianus cum fratribus à naufragio liberatur. 33
Vbi Romana urbs diluuio Tiberis inundatur. 34

Vbi Atesis fluuius mirabiliter ſolidatur. 35
Vbi Dracone cum beſtijs in mare necato aër corrumpitur. 36
Vbi ſagittis cęleſtibus cladē ferētibus Pelagius prӕſul extinguitur. 37
Vbi Theodorus a Dracone liberatus conuertitur. 38
Vbi Gregorius nolens ad Pontificatum eligitur. 39
Vbi pontificium ſubterfugere geſtiens, Imperatori literas latenter mittit. 40
Vbi pro concione pęnitentiam prędicat. 41
Vbi ſeptiformem lytaniam localiter ordinat. 42
Vbi octoginta homines peſtilentia proſternuntur. 43
Vbi ab urbe diffugiens, inditio cœleſti monſtratur, & reductus primę ſedis pontifex conſecratur. 44
Vbi noluiſſe ſummum ſacerdotium ueraciter demonſtratur. 45
Vbi diſcretionis eius perfecta qualitas indicatur. 46
Vbi conabatur extra mundum & extra carnē fieri, & ad ſpeciem anhelare. 47
Vbi condoluit ruinæ ſuæ gemitum renouari. 48
Vbi ex ſcriptis Anaſtaſij Patriarchæ quaſi beatitudinis requiem, ſalutē accipiens, fontē ſitiens, umbram ęſtuans inuenit. 49
Vbi ab Andreę illuſtris charitate & animo non receſsit. 50
Vbi Ioannis exconſulis bona excellentię ſit expertus. 51
Vbi Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo reſpondere noluit Epiſtolis ad ſe tranſmiſsis. 52
Vbi cum magno angore animi ſummū ſacerdotium ſuſceperit. 53
Vbi inueſtigare ſuperna iudicia nullus homo ſufficere queat. 54

Expliciunt capitula libri primi, uitæ beati Gregorij Romani Pontificis.

INCIPIT LIBER PRIMVS. CAP. I.

GRegorius genere Romanus, arte philoſophus. Gordiani uiri clariſsimi, & beatę Siluię filius. prӕfuit Romanę ſedi annis tredecim, menſibus ſex, diebus decem. temporibus Tiberij, Mauritij & Phocę auguſtorum. Iſte ſenatoria ſtirpe progenitus, tam nobiliſsimam quam etiam religioſiſsimam genealogiam duxit, ita ut quartus Fęlix Apoſtolicę ſedis pontifex, uir magnæ in Chriſti eccleſia reuerentiæ. qui baſilicam ſanctorum Coſme & Damiani martyrū, uia ſacra iuxta tēplū Romuli ſicut hactenus cernitur, uenuſtiſsime fabricauit eius Attauus fuerit, & beata Tharſilla uirgo, quę moritura promiſsionis cœleſtis audiuit harmoniam, & Ieſum Chriſtum ad ſe recipiend uidere meruit: Amita nihilominus eius extiterit.

2 Quã Gregorius geminæ nobilitatis lineam pĳs moribus extulit probis actibus exornauit: adeo ut præſagio quodã Gręcę ουρηκονόριος, quod latinę uigilantius reſonat, uocaretur. Nam recta quæ docturus erat, dũ uiuis operibus adimpleuit, ſibimetipſi utique ſe uigilaſſe perdocuit. Dum uero recta quæ faciebat, docendo quoque diſſeruit, uigilaſſe quoque dignoſcitur, non ſolum ſibi ſed futuri tẽporis chriſtianis.

3 Siquidem inerant ei in tenera ætate matura iam ſtudia, & auditurus incognita, religioſis ſenibus indagator ſollertiſsimus adhęrebat. Sumptaq; doctrinæ ſemina tenaci memorię ruminanda, quæ poſt in populos mellito declamaret gutture, congerebat. Denique docilis adoleſcens cum tranſmiſſo cõmuniter ſtylo ſurgentis infantiæ, ad biuium pithagoricæ literæ perueniſſet, incunctanter ſiniſtrum ramum cum ſeculi uoluptate relinquere: & ad dextrum cepit cũ cœleſti deſiderio totis uiribus anhelare.

4 Sed dum conuerſionis ſuæ gratiam longius protrahens, tutius ſe Chriſto famulaturum putaret. Si ſub prętoris urbani habitu mundo ſpetietenus deſeruiret, ceperunt multa contra eum ex eiuſdem ſeculi cura ſuccreſcere: ita ut non iam ſicut propoſuerat ſpetie, ſed in eo retineretur & mente.

5 Tandem patre orbatus: ubi liberam diſponendarum rerum ſuarũ
3 nactus eſt facultatem: 3 ſex monaſteria in Sicilia fabricans: ſufficientibus fratribus cumulauit. Quibus tantum prædiorum contulit: quantum poſſet ad uictum cotidianum Deo illic militantium: ſine indigentia ſuffragari.

> 3 *Si ædificare monaſteria, eaq; conuenientibus dotare facultatibus, non eſſet opus Deo gratum & acceptũ, nequaquã Gregorius ſex Monaſteria in Sicilia conſtruxiſſet.*

6 Septimum intra Romanæ Vrbis mœnia, ſub honore ſancti Andręę Apoſtoli iuxta Baſilicam ſanctorum Ioannis & Pauli ad cliuum Scauri Monaſterium, in proprio domate fabricauit. In quo relictis ſericis, auro gemmiſq; radiantibus togis, ſimulq; ſuppellectilibus reliquis in uſum pauperum erogatis: ex huius mundi naufragio nudus euaſit. Diuq; deſideratum 4 monachicum capiens indumentum. Primo ſub Hylarionis, deinde ſub Maximiani uenerabilium patrum regimine, multis ſibi ſociatis fratribus, regulari tramite militauit. Poſt uero cum ſubeſſe mallet, fratrum uotiua concordia ĩminente, præeſſe non renuit. Sicut in conſequentibus apparebit.

> 4 *Vides quod qui de recẽti monachus fiebat, relictis ſecularitatis ueſtibus nouum habitum induebat?*

7 Erat ei abſtinentia 5 tanta ciborum, ſedulitas orationum & ieiuniorum, ſtudioſitas tam deſiderata ſacrorum librorum ut infirmato ſtomacho laceſsitus, uix ſubſiſtere proculdubio uideretur. Nam cum quodam tempore inciſionem uitalium, quam gręci dicunt ſyncopim pateretur, crebriſq; anguſtĳs per horarum momenta deficeret, & ad exitum appropinquaret, ac niſi eum fratres frequenter cibo reficerent, uitalis ei ſpiritus funditus intercipi uideretur, paſchalis ſuperuenit dies. Et dum ſacratiſsimo 6 ſabbato in quo omnes etiam paruuli

> 5 *Ecce ueri monachi exercitia.*
> *Abſtinentia.*
> *Ieiunium.*
> *Oratio.*
> *Lectio.*

> 6 *Nota ſabbatum ſan-*

pueri ieiunant,ipſe ieiunare non poſſet,cœpit plus mœrore quam infirmitate deficere.

8 Mox accerſito uiro ſanctiſsimo Eleutherio,dudum penes ſpoletũ multis præpoſito,tunc uero eiuſdem ſui Monaſterij monacho, à quo uidelicet audierat fuiſſe mortuum ſuſcitatum,oratorium petijt, ſeſeq; 7 cum lachrymis ut ſaltem die illo ad ieiunandum ſibi uirtus daretur,in orationem dedit. Et poſt paulolum completa oratione digreſſus tantam uirtutem ſuum ſtomachum percepiſſe cognouit, ut ei cibus & morbus funditus de memoria tolleretur. Cœpit ſecum mirari quis eſſet.quis fuerit, & cum ad animum redibat infirmitas, nihil in ſe ex his quę meminerat recognoſcere præualebat.Cumq; in diſpoſitione Monaſterij occupata meus eſſet,obliuiſcebatur funditus ęgritudinis ſuæ. Si uero rediret ęgritudo ad memoriam,cum tam fortem ſe eſſe ſentiret.mirabatur ſi non comediſſet. Qui ad ueſperum ueniens. cognouit ſibi tantam fortitudinem permanere, ut ad diem alterum transferre potuiſſet ieiunium,ſi uoluiſſet. Verum quamq; pene quotidiano languore tabeſceret:nullam tamen corpori ſuo cupiebat quietem,quo minus aut oraret.aut legeret.aut ſcriberet.aut dictaret.

ctum antiquis quoq; fuiſſe celeberrimum, in quo omnes etiam paruuli ieiunabant.

7 *Oratione cum lachrymis fuſa,recepit Gregorius ſtomachi fortitudinem ut poſſet ieiunare.*

9 In huius ſacri Monaſterij penetralibus. idem uir omnipotentis Dei Gregorius a matre Siluia tunc tẽporis iuxta portam beati Pauli apoſtoli loco,qui dicitur cella noua, quo hactenus oratorium nomini eius dedicatũ, & famoſum ſancti Sabæ confeſſoris Chriſti Monaſterium,cuius laus eſt in ſexta & ſeptima Synodo, conſtitutum uidetur degente, 8 crudis leguminibus paſcebatur.

8 *Nota crudis leguminibus paſcebatur a matre, ex quo aduertere potes quãta fuerit utriuſque abſtinentia.*

10 Vbi hũc de more quædam ſcribentem Angelus Dei reperiens, miſereri ſibi flebiliter ſub habitu naufragi poſtulabat. Cui Gregorius ex intimo corde compatiens.bis ternis nũmiſmatibus datis.abire pręcepit. Nec multo poſt eadẽ die idem naufragus redijt. ſeq; multa perdidiſſe,pauca uero recepiſſe perhibuit. A quo ſenis parimodo nũmiſmatibus ſumptis,lętabundus abſceſsit. Sed die tertia rediens identidẽ. adiutorium naufragus importunis uocibus requirebat. Cui liberaliſsimus pater accerſito ueſtiario alia ſex nũmiſmata dari præcipiens, cognouit in ueſtiario nil nũmiſmatum unde poſſet conſolari naufragũ remanſiſſe. Quid faceret neſciebat. Æſtuabat Deo deuoti pectoris pietas.non ſufferens uacuam proximi reliquiſſe miſeriam.Rurſus ueſtiarium ſuum ſi forte uas quodlibet aut ueſtimentum haberet interrogans,audiuit nil penitus remanſiſſe præter Matris argenteam, quæ cum infuſis leguminibus mitti ſolita erat,ſcutellam. Mox alacrior factus.Ergo inquit frater hanc defer,ne triſtis abeat qui cõſolari quærit, pauper. Itaque delatam ſcutellam Gregorio. ſatis hilariter largiente, pauper qui putabatur lætus amplectitur.non iam ad expetenda, ſed ad conferenda ſuffragia rediturus. A quo uidelicet Angelicæ uiſita-

tionis tẽpore: tantis miraculis, tantis eſt uirtutibus publicatus, ut omnibus ſecum uiuentibus & exemplo fuerit & terrori. Quippe qui non ſolus, ſed ſocialiter cum beato Andrea apoſtolo, ſuo Monaſterio ſignis euidentibus ſit præfuiſſe putatus.

11 Nam ut pauca de multis loquar. quadam die duos exinde fratres tranſmiſit. qui aliquid emere pro eiuſdem Monaſterij utilitate debuiſſent. Vnus iunior qui prudentior uidebatur. alter ſenior qui cuſtos iunioris eſſet. Perrexerunt utrique. & de pretio quod acceperunt. ipſe qui cuſtos iunioris miſſus fuerat, neſciente altero furtum fecit. Qui mox ut in Monaſterium ſunt reuerſi. atque ante oratorij limen uenerunt. arreptus a Dęmonio is qui furtum fecerat cecidit. Dimiſſus autem a Dęmonio. concurrentibus Monachis. Abbatis iuſſu requiſitus eſt. an forte de eo quod acceperat furtum feciſſet. Negauit & iterum uexatus eſt. dimiſſus. atque iterum requiſitus negauit. atque iterũ uexatus eſt. Octo itaque uicibus negauit. Octo uicibus uexatus eſt. Poſt octauam uero negationem Gregorio interrogante confeſſus eſt. quod nũmos furto abſtulerat. eiq; proſtratus, ſe peccaſſe teſtatus eſt. perceptaq; pœnitentia ulterius ad eum Dæmonium non acceſsit.

12 Alio quoq; tempore dum in die natalitio eiuſdem apoſtoli iam meridianis horis fratres requieſcerent, ſubito quidã frater apertis oculis cæcatus cepit tremere. uoces ingentes emittere. quibus uocibus teſtabatur ferre ſe nõ poſſe: quod patiebatur. Cucurrerunt fratres. uiderunt cœcum oculis apertis trementẽ & clamantem. & a præſentibus alienum. nihilq; quod foris agi poterat ſentientem. Hunc in manibus leuauerunt: ante altare ſancti Andreæ apoſtoli iuſſu Gregorij proiecerunt. ipſiq; pro eo in orationem proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reuerſus, confeſſus eſt quia ſenex quidam ei apparuit. & canem nigrum ad eum dilacerandum dimiſit dicens: Quare fugere uoluiſti de Monaſterio iſto? Cumq; euadere de canis morſibus nullo modo potuiſſem: uenerunt quidam Monachi, & eundem ſenem pro me rogauerunt. Qui ſtatim iuſsit canem abſcedere. & ipſe ad me reuerſus ſum. Hic etiam ſæpe confeſſus eſt poſtea dicens, quod eo die quo iſta pertulerat, 9 conſilium habuerit de Monaſterio fugiendi.

9 *Vides nõ debere monachum a religione deficere, & inſtitutũ ſuum deſerere?*

13 Alius quoque Monachus diſcedere ex eodem Monaſterio latenter diſponens, oratorium ingredi uoluit, ſed dęmone corripiente nequiuit. Relinquebatur a Dæmonio, quãdiu extra oratorium ſtabat. Si ingredi conabatur. ſtatim maligno ſpiritui 10 traditus uexabatur. Hoc dum ſæpius fieret. tandẽ Gregorio inquirente ſe de Monaſterio fugere uoluiſſe confeſſus eſt. eiuſq; per triduum ſimul cum fratrum precibus ita pietate diuina curatus eſt. ut ad eum poſtmodũ malignus ſpiritus nunquã accedere tentaret.

10 *Si hæc conſideraſſent noſtri tẽporis apoſtatæ, non tot a Monaſterijs defeciſſent. Quid enim turpius apoſtata effingi poteſt, qui uulgo ſquarciacappa appellatur.*

Alij quoque duo fratres de eiuſdem patris Monaſterio fugerunt. qui

qui aliqua prius colloquendo fratribus ſigna dederant. quod per Appiam uiam deſcendentes Hieroſolymam tenderent. Hi exeuntes diuerterunt de itinere. Et ut a ſequentibus inueniri minime poſſent, retruſas cryptas iuxta Flamineam portam inuenientes, in eis ſe occultauerunt. Cum uero ueſpertinis horis iuſſu Gregorij requiſiti minime in congregatione inuenti fuiſſent, aſcenſis caballis eos quidam fratres ſecuti ſunt. Per Metrouij portam exeuntes ut eos in Latinam uel Appiam uiam ſequerentur. ſubito eis conſilium ortum eſt, ut eos in ſalaria uia extra ciuitatem requirere debuiſſent. Igitur pergentes deflexerunt iter, & in ſalaria eos uetere non inuenientes, per portam Flamineam decreuerunt redire. Cumq; reuerterentur, mox ut ęqui ante cryptas illas uenerunt, in quibus ſe Monachi abſconderant. fixerunt gradum. Pulſati & compulſi, paſſum mouere noluerunt. Conſiderauerunt equites rem talem ſine myſterio eſſe non poſſe. Attendentes ergo ad cryptas, uiderunt earum aditus miſſa maceria prædamnatos. ſed caballis ſuis nuſquã ire uolentibus deſcenderunt, & lapides qui ad ora cryptarum compoſiti fuerant deponentes, ingreſsi ſunt, eosq; in eiſdem tenebroſis latibulis cõſternatos terræ inuenerunt. Qui ad Monaſterium reducti, tam ſtupore miraculi, quã exhortatione uenerabilis patris Gregorij, ſic meliorati ſunt, ut eis multũ profuerit ad paruum tempus de Monaſterio receſsiſſe.

15 Alio quoque tempore quidam Monachus Iuſtus nomine, medicinali arte imbutus, beato Gregorio ſedule obſequi atque in aſsiduis ęgritudinibus eius excubare conſueuerat. Hic itaq; corporis languore præuentus, ad extrema deductus eſt. Cui in ipſa moleſtia frater germanus Copioſus nomine ſeruiebat. Sed prædictus Iuſtus cum iam ſe ad extrema perueniſſe cognoſceret, eidem Copioſo fratri ſuo quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirũ fratrib⁹ celari nõ potuit. Qui ſubtiliter indagantes, atque illius medicamẽta omnia perſcrutantes, eoſdẽ tres aureos inuenerunt in medicamine abſconditos. Quod mox ut Gregorio nunciatũ eſt: tantũ malum de fratre qui ſecũ cõmuniter uixerat, æquanimiter ferre nõ ualuit. Quippe 11 qui eidẽ Monaſterio iam dudũ regulam cõſtituerat, ut cuncti fratres ita cõmuniter uiuerent, quatenus eis ſingulis nulla habere propria liceret. Tũc Gregorius nimio mœrore pculſus, cogitare cępit, uel qd ad purgationẽ morientis faceret, uel quid ad exẽplum uiuẽtibus prouideret. Precioſo igitur eiuſdẽ Monaſterij prępoſito ad ſe accerſito dixit. Vide ut nullus ex fratrib⁹ ſe ad eũ morientẽ iũgat, nec ſermonẽ cõſolationis ex cuiuſlibet eorꝝ ore percipiat. Sed cũ in morte cõſtitutus fratres quęſierit: ei ſuus frater carnalis dicat, qa pro ſolidis quos occulte habuit, a cũctis fratribus abhominatus ſit: ut ſaltem in morte de culpa ſua mentem illius amaritudo tranſuerberet, atq; a peccato quod perpetrauerat purget.

11 *Ecce quanto ſtudio Euangelicam paupertatem priſci Monachi profitebãtur, ut nihil proprij in priuato eis habere liceret.*

Cum uero mortuus fuerit. corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur. Sed quolibet foſſam in ſterquilinio facite. ibique ſuper eum tres aureos quos reliquit iactate ſimul omnes clamantes. Pecunia tua tecum ſit in perditione, & ſic eum terra cooperite. In quibus utriſque rebus ſolertiſsimus pater Gregorius unam morienti. alteram uero uiuentibus fratribus prodeſſe decreuit. Vt & illum amaritudo mortis a culpa ſolubilem faceret, & iſtos auaritiæ tanta dãnatio miſceri talibus prohiberet. Quod ita factum eſt. Nam cum idem Monachus peruenißet ad mortẽ. atque anxie ſe quęreret fratribus cõmendare. nullusq; fratrũ ei applicare uel loqui tentaret, ei ſuus carnalis frater cur ab omnibus eſſet abhominatus aperuit. Ille protinus ut audiuit. de reatu ſuo uehementer ingemuit. atque in ipſa triſtitia de corpore exiuit. Qui ita eſt ſepultus ut Gregorius iuſſerat. ſed fratres omnes eadem eius ſententia perterriti, ceperunt ſinguli extrema quæq; & uilia, & quæ eis habere regulariter ſemper licuerat, ad mediũ proferre. uehementerq; formidare, ne quid apud ſe eſſet unde repręhendi potuiſſent.

16 Cum uero poſt mortem fratris triginta iam eſſent dies euoluti. cœpit animus Gregorij miſericorditer ei compati. eiusq; cum graui mœrore ſupplicia penſare, & ſi quod eſſet ereptionis eius remedium quærere. Tunc euocato ad ſe eodem Pretioſo Monaſterij ſui præpoſito, triſtis dixit. Diu 12 eſt quod frater illę Iuſtus qui defunctus eſt, in igne cruciatur. Debemus ei aliquid charitatis impendere, & ei in quantum poſſumus ut eripiatur adiutorium noſtrum accõmodare. Vade itaque, & ab hodierna die continuis triginta diebus offerre pro eo ſacrificium ſtude. Vt nullus omnino prætermittatur dies, quo pro abſolutione illius 13 ſalutaris hoſtia non mactetur. Qui protinus abſceſsit & paruit. Gregorio autem alia curante, atque euolutos dies minime numerante. iſdem frater qui defunctus fuerat. nocte quadam fratri ſuo Copioſo per uiſum apparuit. Quem ille cum uidiſſet. inquiſiuit dicens. Quid eſt frater? Quomodo es? Cui ille reſpõdit. Nunc uſq; male fui, 14 ſed iam modo bene ſum, quia hodie cõmunionem recepi. Quod idem Copioſus pergens protinus indicauit in Monaſterio fratribus. Fratres uero ſollicite computauerunt dies, & ipſum diem inuenerunt fuiſſe. quo pro eo .A. triceſima oblatio fuerat impleta. Cum & Copioſus neſciret. quid pro eo fratres autore Gregorio agerent. & fratres ignorarent. quid de eo Copioſus uidiſſet. Vno igitur eodemq; tempore dum agnoſcit ille oblationem: iſti audiunt ſomnium. Trigeſimumq; diem cognoſcunt. concordante ſimul uiſione & 15 ſacrificio. Res aperto claruit. quia frater quem ſub animaduerſionis ſententia Gregorius mori permiſerat. per ſalutarem hoſtiam a ſupplicio liberatus eſſet.

17 Sed quia idem uenerabilis pater quemadmodũ fratribus terrori

12 *Si diu erat quod frater Iuſtus defunctus, in igne cruciabatur, ergo eſt locus purgatorius in quo poſt mortem animæ luunt pœnas peccatorum.*

13 *Nota modũ loquendi ſalutaris hoſtia non mactetur. Ex quo neceſſario infertur, in Euchariſtia rite conſecrata uerũ Chriſti corpus et ſanguinem contineri. Itẽ Miſſam eſſe ſacrificium non Euchariſticum tantũ ſed etiam in ſatisfactionẽ pro defunctis.*

14 *Vides Miſſam prodeſſe animabus defunctorum?*

.A. *Habes hic originem 30. Miſſarum que uulgo beati Gregorij dicuntur.*

15 *Ecce quomodo Miſsã uocat ſacrificium.*

fuerit ex parte iam tetigi, qualiter eius exẽplis ijdem profecerint, breuiter indicandum putaui. Frater quidam in eodem Monaſterio Antonius nomine beato Gregorio ſedulus adhærebat. qui tanti patris uerbis exemplisq; cõmonitus. multis cotidianisq; lachrymis ad gaudia patriæ cœleſtis anhelabat. Cumq; ſtudioſiſsime & cum magno feruore deſiderij ſacra eloquia duce Gregorio ſcrutaretur. non in eis uerba ſcientiæ, ſed fletum compunctionis quærebat. quatenus per hæc incitata mens eius exardeſceret. & una deſerens. ad contemplationem cœleſtis patriæ peruolaret. Huic per nocturnam uiſionem dictum eſt. Paratus eſto, & quia dominus iuſsit, migra. Cumq; ille non habere ſe ſumptus ad migrandum diceret. reſponſum protinus audiuit dicens: Si de peccatis tuis agitur. dimiſſa ſunt. Quod dum ſemel audiſſet, & magno adhuc metu trepidaret. nocte quoque alia in eiſdem eſt uerbis admonitus. Poſt quinque uero dies febre correptus. cunctis fratribus flentibus, orantibusq; defunctus eſt.

18 In eodem Monaſterio frater quidam Gerontius dicebatur, qui dum graui moleſtia corporis fuiſſet depreſſus in uiſione nocturna albatos uiros & clari omnimodo habitus. in hoc ipſum Monaſterium deſcendere de ſuperioribus aſpexit. Qui dum coram lecto iacentis aſſiſterent. unus eorum dixit. Ad hoc uenimus, ut de Monaſterio Gregorij quoſdam fratres in militiam mittamus. Atque alteri præcipiens dixit, Scribe Marcellum. Valentinianum. Agnellum. atque alios quorum ego cognitionem nõ habeo. Quibus expletis addidit dicens. Scribe & hunc ipſum qui nos aſpicit. Ex qua uiſione Gerontius certus effectus. facto mane innotuit fratribus quot & qui eſſent ex eodẽ monaſterio morituri. ſeq; illos continuo ſecuturum. Cũ die altero prædicti fratres mori ceperunt, atque ſub eodem ordine ſe in mortem ſecuti ſunt, quo fuerant in diſcriptione nominati. Ad extremũ uero & ipſe obijt. qui eoſdem fratres morituros præuidit.

19 Alius frater in eodem monaſterio Merulus dicebatur. uehementer lachrymis atque eleemoſynis ex Gregorij uiri uenerabilis doctrina intentus. Pſalmodia uero ex ore illius pene nullo tempore ceſſare conſueuerat. Excepto cum aut alimenta corpori, aut mẽbra dediſſet ſopori. Huic nocturna uiſione apparuit. quia ex albis floribus corona de cœlo in caput illius deſcendebat. Qui mox moleſtia corporis occupatus, cum magna ſecuritate animi atque hilaritate defunctus eſt. Ad cuius ſepulchrũ dum poſt annos quatuordecim. Petrus qui pontificatus iſtius beati Gregorij tempore, monaſterio eidẽ præfuit, ſibi ſepulturam facere uoluiſſet. tanta de eodẽ ſepulchro fratris Meruli flagrantia ſuauitatis emanauit. ac ſi illic florum omnium fuiſſent odoramẽta congeſta. Ex qua re manifeſte patuit, quia uerum fuit quod per nocturnam uiſionem tanti patris diſcipulus uidit.

20 Alius quoque frater in eodẽ monaſterio Ioannes dictus eſt, ma-
gnæ indolis adoleſcens. Qui ætatem ſuã intellectus & humilitatis dul-
cedine & grauitate morum docente Gregorio tranſcendebat. Huic
ægrotanti, atq; ad extremum perducto, per nocturnam uiſionem ſub
habitu ſenis beatus Apoſtolus Andreas apparuit. & hunc uirga teti-
git. eiq; dixit. Surge. Ex hac enim moleſtia modo minime morieris.
Sed paratus eſto. quia longum tempus hic futurus non eris. Qui dum
iam eſſet à medicis deſperatus, repente ſanatus eſt. atque conualuit. Rẽ
quã uiderat narrauit. ſeq; per biennium in Dei ſeruitio, ſicut predixi,
ultra ætatis ſuæ annos exhibuit. Euolutis autem duobus annis. cũ qui-
dam frater fuiſſet mortuus, atque in cœmiterio eiuſdem monaſterij a
Gregorio fratribuſq; ſepultus. cunctis inde diſcedentibus, idem Ioan-
nes ſicut poſtmodum pallens & tremens. Gregorio & fratribus indi-
cauit. ſolus inuentus ab eodem fratre qui ſepultus fuerat, de ſepulchro
uocatus eſt. Quod mox etiam ſubſequens finis oſtẽdit. Nam poſt dies
decem correptus febribus, moriendo uocantem ſubſecutus eſt. Verũ
quia longum eſt & multa reſtant quę de huius uiri ſanctimonia certis
poſſunt atteſtationibus prædicari. quæ etiam ex relatione maiorum
ſcriptis'ue priorum compererim: his inſerenda decreui.

21 Quadam die cum aduenientibus nuper negotiatoribus multa
uenalia in forum Romanæ urbis fuiſſent propoſita. multiq; ad emen-
dum undiq; confluxiſſent. contigit & Gregorium uirum Deo digniſ
ſimum pręterire. Qui cernens inter alia pueros corpore candidos. for-
ma pulcherrimos. uultu uenuſtos. capillorum quoque nitore perſpi-
cuos eſſe uenales, interrogauit mercatorem de qua patria illos attuliſ-
ſet. Ille reſpondit. De Britannia inſula. cuius incolarũ omnium facies
ſimili candore fulgeſcit. Gregorius dixit. Chriſtiani ſunt ijdem inſu-
lani an adhuc paganis tenentur erroribus implicati? Mercator reſpon
dit. Nõ ſunt Chriſtiani, ſed paganis tenentur laqueis irretiti. Tũc Gre-
gorius grauiter ingemiſcens. Heu pro dolor, inquit, ꝙ ſplẽdidas facies
princeps tenebrarũ nunc poſſidet. tantaq; frontis ſpecies uacuam ab
interna Dei gratia mentem geſtat Rurſus interrogauit quod eſſet uo-
cabulũ gentis illius Mercator reſpondit. Angli uocantur. At ille. Bene
inquit Angli quaſi Angeli, quia Angelicos uultus habent, & tales in
cœlis Angelorum decet eſſe conciues. Iterum ergo interrogat quod
nomen haberet ipſa prouincia. Mercator reſpondit. Prouinciales illi
Deiri uocantur. Et Gregorius. Bene inqt Deiri, quia de ira ſunt eruen-
di, & ad gratiam Chriſti conuocandi. Rex (ait) illius prouinciæ quo-
modo nuncupatur? Mercator reſpondit. Ælle uocatur. Et Gregorius
alludens ad nomen dixit. Bene quia Rex dicitur Ælle. Alleluia enim
in laude creatoris oportet illis in partibus decantari.

22 Mox itaque accedens ad Benedictũ Apoſtolicę ſedis pontificem
cepit

cepit uehementer expetere,ut in Britanniam aliquos uerbi miniſtros emitteret. Quo cũ neminem ire uelle cognoſceret.ſemetipſum quoq; nõ dubitauit ingerere. dummodo Pontifex ſibi licentiam cõmodaret. Qui licet cum magna cunctatione totius cleri ac populi Gregorium ſponte proficiſci cupientem abire permiſit, imprecatus ei diuinitus proſpera miniſtrari.

23 De cuius abſentia Romani plurimum perturbati,deliberato cõſilio trifarie per loca uix contigua unde Pontifex ad beati Petri profecturus erat baſilicam partiuntur. cumq; turmatæ taliter alloquuntur. Petrum offendiſti. Romam deſtruxiſti. quia Gregorium dimiſiſti. Quibus ſententijs omnino Papa perterritus: miſit continuo nuncios qui uirum Domini reuocarent Gregorium,quod ipſe ſibi cõmeantibus iam prędixerat fore futurum.

24 Iamq; trium dierum itinere profligato,ad quendam locũ requieturi forte diuerterant. Quo ſingulis quieſcentibus Gregorius lectitabat.Quem locuſta ſuperueniens,coëgit paululum à legendo quieſcere.& ex conſideratione ſui nominis docuit eum in eodem loco reſtare debere.Tunc fertur dixiſſe,Locuſta,inquit,dici poteſt,quaſi loco ſta. Statimq́; comites adhortatus feſtinãtius ire certabat, ſed præuenientibus apoſtolicis nuncijs, licet magnopere triſtaretur, redire ad proprij compulſus eſt monaſterij curam.

25 Deniq; cernens Benedictus venerabilis Pontifex uirtutum gradibus Gregorium ad alta conſcendere,uiolenter eum à quiete ſui monaſterij abſtrahens, eccleſiaſtici ordinis officio ſublimauit. Leuitamq́; ſeptimum ad ſuum adiutorium conſecrauit. In quo uenerabilis pater Gregorius tanta humilitate uiguit.tanta ſolertia miniſtrauit.ut in eccleſiaſticæ hierarchiæ miniſterio uideretur diuinis angelis non ſolum nitore habitus, uerum etiam claritate morum probabilium ueraciter coæquari.

26 Nec multo poſt pro reſponſis eccleſiaſticis ad urbem Conſtantinopolim à Pelagio præſule deſtinatur. Vbi quãuis in terreno conuerſaretur palatio.uitæ cęleſtis non intermiſit propoſitum.Secuti namq; ſunt eum multi ex ſuo monaſterio fratres germana deuincti charitate. quod diuina factum diſpenſatione conſpicitur, ut eorum uidelicet exemplo ad orationis placidum litus.quaſi anchorę fune ſtringeretur. Et dum cauſarum ſecularium continuatis uertiginibus fluctuaret, ad illorum cõſortium uelut ad tutiſsimi portus ſinum refugeret. Et licet illud eum miniſterium à monaſterio abſtractum. à priſtinæ quoque quietis uita, mucrone ſuæ occupationis extingueret. inter eos tamen per ſtudioſæ lectionis alloquium. cotidianæ aſpiratio compunctionis animabat.

27. Horum ergo conſortio non ſolum à terrenis eſt munitus incur

ſibus,uerum etiam ad uitæ cœleſtis exercitia magis magiſq; ſucceſſus. Nam ab eiſdem fratribus enixe rogatus. maximeq; à Leandro Hiſpalenſi epiſcopo qui pro cauſis Vuiſigothorum legatus eodem tempore Conſtantinopolim uenerat, cōpulſus eſt ut librum beati Iob multis inuolutum myſterijs enodaret. Neq; ille negare potuit opus. quod ſibi amor fraternus multis utile imponebat futurum. Sed eundem librum quomodo iuxta litteram intelligendus, qualiter ad Chriſti, & eccleſiæ ſacramenta referendus, quo ſenſu unicuiq; fidelium ſit aptandus, per trifarias intelligendi ſpecies, mirãda ratione perdocuit. In quibus tamen ita de uirtutibus uitijſq; diſſeruit, ut nō ſolum uideatur eadem uerbis exponere. ſed formis quodãmodo uiſibilibus ſeu palpabilibus demonſtrare. Vnde nō eſt dubium perfectionem ipſarum eum conſecutum fuiſſe uirtutum. quarum tam efficaciter ualuit indicare profectus.

28 Præterea uenerabilis Leuita Gregorius in eadem Vrbe regia cōſtitutus. naſcentem nouam hæreſim de ſtatu noſtræ reſurrectionis, cū ipſo quo orta eſt initio, iuuante gratia noſtri redemptoris attriuit. Siquidem Eutichius eiuſdem ciuitatis epiſcopus, libro de reſurrectione mortuorum confecto. dogmatizabat corpus noſtrū in illa reſurrectionis gloria impalpabile uentis aëreq; ſubtilius eſſe futurū. Quod Gregorius audiens, & ratione ueritatis. & exemplo dominicæ reſurrectionis, probauit hoc dogma orthodoxæ fidei omnimodis eſſe cōtrarium. Catholica etenim fides habet quod corpus noſtrum in illa immortalitatis gloria ſublimatum. ſubtile quidem erit per effectum ſpiritualis potentiæ. ſed palpabile per ueritatem naturæ. Iuxta exemplum dominici corporis. de quo à mortuis reſuſcitato. dicit ipſe diſcipulis ſuis. Palpate & uidete. quia ſpiritus carnem & oſſa non habet ſicut me uidetis habere. Cumq; hoc euãgelicæ ueritatis teſtimonium Gregorius pertuliſſet: Eutychius ait. Idcirco hoc dominus fecit. ut dubitationē reſurrectionis ſuæ de diſcipulorum cordibus ammoueret. Cui Gregorius dixit. Mira eſt res ualde quam aſtruis: ut inde nobis dubietas ſurgat: unde diſcipulorū corda fuerunt à dubitatione, ſanata. Quid enim deterius dici poteſt. ꝙ ut hoc nobis de eius uera carne dubium fiat, per quod diſcipuli eius ad fidem ab omni ſunt dubietate reparati? Si enim hoc non habuiſſe aſtruitur quod oſtendit. unde fides diſcipulorū eius confirmata eſt, inde noſtra deſtruitur. Eutychius ait. Corpus palpabile habuit quod oſtendit. ſed poſt confirmata corda palpantium, omne illud in domino quod palpari potuit, in ſubtilitatem aliquam eſt redactum. Ad hæc Gregorius reſpōdit. Scriptum eſt, Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Si quid ergo in eius corpore poſt reſurrectionem potuit immutari, contra ueridicam Pauli ſententiam, Dominus redijt in mortē poſt reſurrectio-

nem. Quod quis dicere uel ſtultus præſumat.niſi qui uerã carnis eius reſurrectionẽ negat? Tunc Eutychius obiecit dicens.Cum ſcriptũ ſit, Caro & ſanguis regnũ Dei non poſsidebunt, qua ratione credendum eſt reſurgere ueraciter carnem? Cui Gregorius reſpondit.In ſacro elo quio aliter caro dicitur iuxta naturam, atque aliter iuxta culpam uel corruptionem. Caro quippe dicitur iuxta naturam. ſicut ſcriptũ eſt. Hoc nunc os ex oſsibus meis,& caro de carne mea. Et uerbum caro fa ctum eſt, & habitauit in nobis. Caro uero iuxta culpam ſicut ſcriptũ eſt.Non permanebit in hominibus iſtis ſpiritus meus,eo quod ſunt ca ro. Et ſicut Pſalmiſta ait.Memoratus eſt quia caro ſunt,ſpiritus uadẽs & nõ rediens. Vnde & diſcipulis Paulus dicebat. Vos autem in carne non eſtis:ſed in ſpiritu.Neque enim in carne non erant,quibus epiſto las tranſmittebat:Sed quia paſsiones carnalium deſideriorum uicerãt. iam liberi per uirtutem ſpiritus,in carne non erant. Quod ergo Paulus Apoſtolus dicit,Quia caro & ſanguis regnum Dei poſsidere non poſſunt. carnem ſecundum culpam intellıgi uoluit, non carnẽ ſecundum naturam. Vnde & mox quia carnem ſecũdum culpam diceret, oſtendit ſubdens. Neque corruptio incorruptelam poſsidebit. In illa ergo cœleſtis regni gloria caro ſecundum naturam erit,ſed ſecundum corruptionẽ uel etiam paſsionis deſideria non erit. Quia deuicto mor tis aculeo in æterna incorruptione regnabit. Quibus auditis Eutychius,conſentire ſe protinus reſpondit, ſed tamen adhuc corpus palpabile reſurgere poſſe denegabat. Qui etiam in libello quem ſcripſerat, Pauli quoque teſtimonium indiderat dicentis. Tu quod ſeminas non uiuificatur,niſi prius moriatur.Et quia non corpus quod futurum eſt ſeminas,ſed nudum granum. Hoc nimirum oſtendere feſtinans. quia Caro uel palpabilis,uel ipſa non erit. Dum ſanctus apoſtolus de reſurrectionis agens gloria,non corpus quod futurum eſt ſeminari dixerit, ſed nudum granum.Sed ad hæc citius Gregorius reſpondit Paulus apoſtolus dicens non corpus quod futurum eſt ſeminas,ſed nudũ granum, hoc inſinuat quod uidemus. Quia uidelicet granum cũ culmo & folijs naſcitur:quod ſine culmo & folijs ſeminatur. Ille itaque in augumento gloriæ reſurrectionis non dixit grano ſeminis deeſſe quod erat,ſed adeſſe quod non erat.Tu autem dum uerum corpus reſurgere denegas. nequaq; dicis adeſſe quod deerat,ſed deeſſe quod erat.

19 Tunc itaque Gregorius romanus diaconus & Eutychius Conſtantinopolitanus epiſcopus.hac de re in longa contentione perducti. grauiſsima cęperunt ab inuicẽ ſimultate reſilire. Tum piæ memoriæ Tiberius Conſtantinopolitanus Imperator ſecreto utrumque ſuſcipiens:quid inter eos diſcordiæ uerſaretur agnouit. Et utriuſque partis allegationem ſubtiliter penſans. eundem librum quem Eutychius de reſurrectione conſcripſerat. ſuis quoq; allegationibus deſtruens: deli-

berauit ut flammis cremari debuiſſet. A quo uidelicet pijſsimo Imperatore ut ſimul egreſsi ſunt: poſt longiſsimæ diſputationis conflictum, pariter ægrotantes in lectulum deciderunt.

30 Dum ergo Gregorius ualidiſsimis febribus æſtuaret: Eutychius cum morte confligens, pellem manus ſuæ tenebat coram omnibus dicens. Confiteor quia omnes in hac carne reſurgemus. Poſtq; catholicę fidei confeſsionem defunctus eſt. Quo mortuo quia pene nullus erat qui eius dicta ſequeretur. Gregorius diſsimulauit cepta perſequi, ne in fauillas uideretur uerba iaculari.

31 Quanta autē autoritate miniſterium ſui apocriſariatus impleuerit, quantæ reuerentię apud auguſtos extiterit, quantaq; ſollicitudine afflictę Italiæ ſuccurri ſępius fecerit: ſi quis plenius noſſe deſiderat, epiſtolas anteceſſoris ſui papę Pelagij ad eum ſuper multimodis eccleſiæ Dei neceſsitatibus deſtinatas, quæ hactenus in ſcrinio ſanctæ ſedis apoſtolicę ſtudioſiſsime conſeruantur percurrat. Ex quarum multitudine hic unam interſero, quatenus & illius miniſterij qualitas, & reliquarum quoque conſequentia cognoſcatur.

32 Quæ ita ſe habet. Pelagius epiſcopus. Dilecto filio Gregorio uenerabili diacono. Omnia quidem quę neceſſaria fuerunt, per Honoratum notarium tibi curauimus indicare. Quem cum fratre & coepiſcopo Sebaſtiano, ad dilectionem tuam direximus. Vt quia in illis partibus ad Rauennam uſque nunc cum uiro glorioſo domino Decio patritio fuit, ipſe ſua relatione ſtudeat te ex omnibus īformare, uel ſi qua neceſſaria iudicaueris, poſsit domino Imperatori ſuggerere. Quia tantę calamitates ac tribulationes nobis à perfidia Longobardorum illatę ſunt, contra ſuū proprium iuſiurandum: ut nullus poſsit ad referendū ſufficere. Prædictum autem fratrem Sebaſtianum quomodo ſuſcepe rimus, uel in quali apud nos te ſuggerente fuerit charitate, ipſius poteris relatione cognoſcere. Qui etiam iam promiſit nobis neceſsitates uel pericula totius Italiæ pijſsimo domino Imperatori ſuggerere. Loquimini ergo & tractate pariter: quomodo noſtris celeriter poſsitis ſubuenire periculis. Quia ita hic coanguſtiata eſt reſpublica, ut niſi Deus pijſsimi in corde principis inſpirauerit, ut inſitam ſibi miſericordiam ſuis famulis largiatur, & ſuper illam diacopoſim uel unum magiſtrum militum & unum ducem dignetur cōcedere, in omni ſimus anguſtia deſtituti. Quia maximę partes Romanæ omni præſidio uacuatæ uidentur: & Exarchus ſcribit nullum nobis poſſe remedium facere. Quippe qui nec ad illas partes cuſtodiendas ſe teſtatur poſſe ſufficere. Imperet ergo illi Deus noſtris uelociter periculis ſubuenire, anteq; nefandiſsimę gentis exercitus loca quæ adhuc à republica detinentur, Deo ſibi contrario (quod abſit) prǽualeant occupare. Presbyterum autē ad nos tranſmittere Deo iuuante feſtina, quia & in mona

ſterio tuo,& in opere,cui eum præpoſuimus,neceſſarius eſſe omnino cognoſcitur. Data quarto Nonarum Octob. ind.3.

13 Huic ſiquidem monaſterio cuius hic papa Pelagius meminit Siculus Maximianus qui poſt Syracuſanus epiſcopus extitit,eodē tempore præfuit. Qui ad uenerabilem Leuitam Gregorium in eiuſdem regiæ urbis palatio,pro reſponſis eccleſiaſticis deſudantem, uiſitationis gratia cū fratribus uenit,& dum ad monaſterium eius ſibi quoque cōmiſſum Romam rediret.in mari Adriatico nimia tēpeſtate deprehenſus,inæſtimabili ordine atque inuſitato miraculo erga ſe cūctoſq; qui ſecum aderant,omnipotentis Dei, & iram cognouit, & gratiam. Nam cum in eorum morte uentorum nimietatibus fluctus eleuati ſęuirent.ex naui claui perditi arbor abſciſa eſt,uela in undis proiecta,totumq; uas nauis nimijs quaſſatum fluctibus, ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Rimis itaque patentibus intrauit mare,atque uſque ad ſuperiores tabulas impleuit, ita ut non magis nauis inter undas, q̄ undę iam intra nauim eſſe uiderentur. Tunc in eadem naui reſidētes, non iam ex mortis uicinia, ſed ex ipſa eius præſenti uiſione turbati. omnes ſibimetipſis pacem dederunt. 16 corpus & ſanguinē redemptoris acceperunt,Deo ſe ſinguli cōmendantes, ut eorum animas benignus ſuſciperet.quorum corpora ita pauendæ morti tradidiſſet. Sed omnipotens Deus qui eorum mentem mirabiliter terruit.eorū quoq; uitam per meritum famuli ſui Gregorij pro cuius ſpeciali amore uenerant,mirabilius reſeruauit. Nam diebus octo nauis eadem uſque ad ſuperiores tabulas aquis plena iter proprium peragens enatauit. Nono autem die,ad Cotronenſis caſtri portum deducta eſt. Ex qua exierunt omnes incolumes qui cum prędicto Maximiano uiro uenerabili nauigabant. Cumq; poſt eos ipſe quoq; fuiſſet egreſſus, mox in eiuſdem portus profundum nauis demerſa eſt,ac ſi illis egredientibus pro pondere ſubleuatione caruiſſet. Et quæ plena hominibus in pelago aquas portauerat atque natauerat,Maximiana cum fratribus recedente,aquas ſine hominibus in portu nec portare ualuerit nec natare. Vt hinc omnipotens Deus oſtenderet, quia per meritum Gregorij quē fratres uiſitauerant,hanc onuſtam ſua manu tenuerat: quæ ab hominibus uacua permanere non potuit ſuper aquas.

16 *Si acceperunt corpus & ſanguinē redemptoris,ergo non ſignū ut uolunt hæretici.*

14 Igitur poſtquā Romam Gregorius uenerabilis Leuita reuerſus eſt,aliquanto interiecto tempore,tanta inundatione Tyberis Fluuius alueum ſuum egreſſus eſt,tantumq; excreuit,ut eius undę ſuper muros urbis influerent,atque in ea regiones maximas occuparent,& antiquarum ædium plurima munimenta deijcerent,eccleſiaſtica quoq; horrea uiolenter ſubuerterent, in quibus nonnulla modiorum tritici milia periere.

15 Tunc ſiquidem apud Veronenſem urbem fluuius Ateſis,ut idē

Gregorius refert excreſcens, ad beati Zenonis martyris atque Pontificis eccleſiam uenit. Cuius eccleſiæ dum eſſent ianuæ apertæ, aqua in eam minime intrauit. Quæ paulisper creſcens, uſque ad feneſtras eccleſiæ quæ erant tecto proximę peruenit. Sicq; ſtans aqua eccleſiæ ianuam clauſit, ac ſi illud elementum liquidum in ſoliditatem parietis fuiſſet immutatum. Cumq; eſſent multi interius inuenti: ſed aquarũ magnitudine circundata omni eccleſia, qua poſſent egredi non haberent. ibiq; ſe ſiti ac fame deficere formidarent, ad eccleſia ianuam ueniebant ad bibendum hauriebant aquam: quæ uſque ad feneſtras excreuerat, & tamen intra eccleſiam ut aqua defluere nullo modo præualebat. Stans autem ante ianuam ad oſtendendum cunctis meritum martyris, & aqua erat ad adiutorium, & aqua nõ erat ad inuadendum locum. Quod nimirum miraculum Babylonici illius ignis miraculo non diſsimile poterit æſtimari, qui trium puerorũ & ueſtimenta non tetigit, & uincula incendit.

36 Tunc etiam innumerabilis multitudo ſerpentium cum magno dracone in modum trabis ualidæ, per Tiberim fluminis alueum in mare deſcendit. Sed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidiſsimi fluctus, ſine mora in littore deſederunt, ſuaq; putredine totum aerem corruperunt.

37 Sequuta eſt è ueſtigio clades inguinaria quæ Romanam urbem adeo uehementi peſtilentia laniauit: ut etiam corporali uiſu ſagittæ cœlitus uenire, & ſingulos quoſq; percutere uiderentur. Quæ in mẽſe undecimo ueniens. primum omnium iuxta illud quod in Ezechiel propheta legitur, A ſanctuario meo incipite: Pelagium papam pertulit, & ſine mora extinxit. Quo defuncto ita in reliquũ uulgus deſęuit, ut ſubtractis habitatoribus domos in urbe plurimas uacuas omnino reliquerit.

38 Eodem tẽpore in Monaſterio uenerabilis leuitæ Gregorij. puer inquietus ualde Theodorus nomine, cũ fratre religioſo magis neceſsitate ꝙ uoluntate degebat, cui nimiũ grauis erat ſi quis ei pro ſua quicquã ſalute dicebat. Bona autem non ſolum facere: ſed etiam audire nõ poterat. Nunquã ſe ad ſanctę conuerſationis habitum uenire, iurando, iraſcendo, ac deridendo teſtabatur. Qui tamen eiuſdẽ peſtilentiæ clade percuſſus in inguine eſt & perductus ad mortem. Cumq; extremũ ſpiritum ageret, conuenerunt cũ Gregorio fratres, ut egreſſum illius orãdo protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte pręmortuum, in ſolo tantũmodo pectore uitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem qui aderant, tantum pro eo ceperunt enixius orare, quantum eum iam uidebant ſub celeritate diſcedere. Cum repente cepit eiſdem fratribus aſsiſtentibus clamare, atque cum magnis uocibus orationes eorum interrumpere dicens, Recedite, ecce draconi ad deuorandũ da-

tus ſum, qui propter ueſtram præſentiam me deuorare nõ poteſt. Caput meum in ſuo ore iam abſorbuit. Date locum ut me amplius non cruciet, ſed faciat quod facturus eſt. Si ei ad deuorandum datus ſum: quare propter uos moras patior? Tunc fratres cũ Gregorio ceperunt ei dicere. Quid eſt quod loqueris frater? 17 ſignum tibi ſanctæ crucis imprime. Reſpondebat ille cum magnis clamoribus dicens, Volo me ſignare, ſed non poſſum. quia ſquamis huius draconis premor. Cumq; hoc fratres audirent, una cũ leuita Dei Gregorio in 18 terrã proſtrati cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius uehementius dominum deprecari. Et ecce ſubito cepit æger cum magnis uocibus clamare dicens. Gratias Deo: ecce Draco qui me ad deuorandũ ſuſceperat fugit. Orationibus ueſtris expulſus eſt, ſtare nõ potuit. Pro peccatis meis modo intercedite, quia conuerti paratus ſum, & ſecularem uitam funditus relinquere. Homo ergo qui ſicut dictum eſt, ab extrema fuerat parte pr̨emortuus, Gregorij precibus, & morte corporis caruit: & ſalutem animæ acquiſiuit.

17 Signum ſanctæ crucis murus inexpugnabilis eſt contra Dæmones, ideo fratres hortabantur, ut hic eo ſe ſignaret.

18 Orant dominum in terris proſtrati et cum lachrymis.

39 Sed peſtilentia ſupra modum ſæuiente, quia eccleſia Dei ſine rectore eſſe non poterat. Gregorium licet totis uiribus renitentem clerus, Senatus, populuſq; Romanus ſibi concorditer pontificem delegerunt. Quem ille apicem totis uiribus euitare decernens, ſeſe indignũ omnino tali honore clamitabat. Videlicet metuens ne mundi gloria quã prius abiecerat, ei ſub eccleſiaſtici colore regiminis aliquo modo ſurrepere potuiſſet.

40 At ubi decretum generalitatis euadere nequiuit, conſenſurum ſe tandem aliquando ſimulauit, & Imperatori Mauritio cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, latenter literas deſtinauit. Adiurans & multa prece depoſcens, ne unquã aſſenſum populis pr̨eberet, ut ſe huius honoris gloria ſublimaret, ſed pr̨efectus urbis Germanus nomine, eius nuncium anticipauit. Cõprehenſumq; ac diſruptis epiſtolis, conſenſum quẽ Populus fecerat Imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia diaconi, eo quod locum deferendi ei honoris ut cupierat repperiſſet. data præceptione ipſum ordinari pr̨ecepit. Interim dum ab urbe regia Imperatoris præſtolaretur aſſenſus, & lues ipſa populum uehementius deuaſtaret, uenerabilis leuita Gregorius uerbum ad plebem exorſus eſt dicens.

41 Oportet fratres dilectiſsimi ut flagella Dei quæ metuere uentura debuimus, ſaltim præſentia & experta timeamus. Conuerſionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis noſtri duritiam ipſa quam patimur p̨ena diſſoluat. Vt enim Propheta teſte prædictum eſt: Peruenit gladius uſque ad animas noſtras. Ecce etenim cuncta plebs cœleſtis iræ mucrone pcutitur, & repentina ſinguli c̨ede uaſtantur. Nec languor mortẽ pr̨euenit, ſed languoris moras ut cernitis, mors ipſa pr̨ecurrit.

Percuſſus quiſq; ante rapitur, q̄ ad lamenta pęnitentiæ conuertatur. Penſate ergo qualis ante conſpectum diſtricti iudicis peruenit, cui nō licet flere quod fecit. Et habitatores quidem non ex parte ſubtrahuntur, ſed pariter corruunt. Domus uacuę relinquuntur, filiorum funera parentes aſpiciunt, & ſui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnuſquiſq; ergo noſtrum ad pęnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percuſsionem uacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errãdo cõmiſimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Pręueniamus faciem eius in confeſsione, & ſicut Propheta admonet, Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum. Ad dominum quippe corda cũ manibus leuare eſt, orationis noſtrę ſtudium cum merito bonę operationis erigere. Dat profecto, dat tremori noſtro fiduciam, qui per Prophetam clamat, Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Nullus autem de iniquitatum ſuarum immanitate deſperet. Veternoſas namq; Niniuitarum culpas. triduana pœnitentia abſterxit. Et cõuerſus latro uitæ præmia etiam in ipſa ſententia ſuæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & præſumamus nos iam percepiſſe quod petimus, citius ad precem iudex flectitur, ſi à prauitate ſua petitor corrigatur. Inminente ergo tantę animaduerſionis gladio, nos importunis precibus inſiſtamus. Ea nanq; quæ ingrata eſſe hominibus importunitas ſolet, iudicio ueritatis placet. Quia pius ac miſericors Deus uult à ſe precibus ueniam exigi, quia quantum meremur non uult iraſci. Hinc etenim p̄ Pſalmiſtam dicit, Inuoca me in die tribulationis tuæ, eripiam te, & glorificabis me. Ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia inuocantibus miſereri deſiderat, qui admonet ut inuocetur. Proinde fratres Reuerendiſsimi cũ contrito corde & correctis operibus, craſtina die primo diluculo ad ſeptiformem 19 Litaniam iuxta diſtributionem inferius deſignatam, deuota cum lachrymis mente ueniamus. Nullus ueſtrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotiũ agere præſumat. Quatenus ad ſanctæ genitricis domini eccleſiam conuenientes, qui ſimul omnes peccauimus, ſimul omnes mala quę fecimus deploremus. Vt diſtrictus iudex dum culpas noſtras nos puniſſe conſiderat, ipſe à ſententia propoſitę damnationis parcat.

19 *Vides ex hoc loco Litaniarum uſum antiquiſsimum eſſe in Eccleſia.*

Litania clericorum exeat ab eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Litania uirorum ab eccleſia ſancti martyris Marcelli. Litania monachoꝝ ab eccleſia ſanctoꝝ Ioannis & Pauli. Litania ancillarum Dei ab eccleſia beatoꝝ martyrum Coſmæ & Damiani. Litania fęminarũ coniugatarum, ab eccleſia beati primi martyris Stephani. Litania uiduarũ, ab eccleſia beati martyris Vitalis. Litania pauperum & infantum, ab eccleſia beatæ martyris Ceciliæ.

43 Igitur dum magna multitudo diuerſæ ætatis, ſexus atque profeſsionis iuxta præceptionem leuitæ Gregorij die conſtituta dominũ

rogatura ueniſſet, in tantum lues ipſa iudicio diuino deſęuit. ut intra unius horæ ſpatium dum uoce plebs ad dominũ ſupplicationis emitteret. octoginta homines ad terram corruentes ſpiritum exhalarent. Sed nequaꝗ̃ deſtitit facundiſsimus rethor populo prędicare.ne ab oratione ceſſarent.donec miſeratione diuina peſtis ipſa quieſceret.

44 Enimuero cum adhuc futurus antiſtes. putaret ſe principem a conſenſu conſecrationis ſuæ penitus auertiſſe. cognouit tandem ſuas literas a Germano præfecto urbis interceptas fuiſſe. Cuius rei gratia Imperiale reſponſum quod uidelicet uoluntati ſuæ contrarium rebatur præueniens. quia palam egredi portas ciuitatis non poterat, a negociatoribus exponendum ſe diſsimulato ut fertur, habitu callidus impetrauit. ſyluarum ſaltus expetijt. cauernarum latibula requiſiuit. In quibus dum ab omnibus ſumma ſollicitudine quæreretur, indicio columnæ fulgidæ ſuper ſe iugiter à cœlo dependẽtis agnoſcitur. capitur, trahitur, & apud beati Petri apoſtolorum principis tẽplum ſummus Pontifex conſecratur.

45 Verum quia ſunt nonnulli longobardorum perfidi qui Gregorium appetiſſe magis põtificium autument ꝗ̃ fugiſſe, operepretium reor pauca de multis inſerere. quibus eum in quantum ſine pertinacię uitio potuit, noluiſſe pontificium, immo quaſi põdus importabile penitus cauere uoluiſſe, luce clarius manifeſtem. Ait enim pęne in ipſo conſecrationis ſuæ principio, in epiſtola Paulo ſcholaſtico. Quicquid mihi ex honore ſacerdotalis officij extranei arrident, nõ ualde penſo. De uobis autem mihi hac ex re arridentibus non minimum doleo. qui deſiderium meum pleniſsime ſcitis, & tamen profeciſſe me credidiſtis. Sũmus enim mihi profectus fuerat, ſi potuiſſem implere quod uolui, ſi uoluntatem meam quam dudum cognitam habetis, perficere optatæ quietis perceptione ualuiſſem. At nunc quia honoris huius uinculis in ciuitate teneor Romana religatus. habeo aliquid quod etiã ueſtræ gloriæ exultem. Quia uiro eminentiſsimo domino Leone exconſule ueniente, uos in Sicilia remanere nõ ſuſpicor, & cũ ipe quoq; tuo honore religatus Romæ retineri cœperis. quid męroris. quid amaritudinis ego patiar agnoſces. Veniente autẽ uiro magnifico domino Maurentio chartulario. ei quæſo in Romanæ urbis neceſsitate concurrite, quia hoſtilibus gladijs foris ſine ceſſatione confodimur, ſed & ſeditione militum interno periculo grauius urgemur. Item.

46 Gregorius Ioanni patriarchæ Conſtantinopolitano. Si charitatis uirtus in proximi dilectione conſiſtit. ſi ſic diligere proximos ſicut nos iubemur. quid eſt quod me beatitudo ueſtra non ita ut ſe diligit? Quo enim ardore. quo ſtudio. epiſcopatus pondera fugere, uoluerim ſcitis. Et tamen hęc eadem epiſcopatus pondera ne mihi deberent imponi, non reſtitiſtis. Conſtat ergo quia non me ſicut uos diligitis. quia

illa me uoluiſtis onera ſuſcipere,quę uobis imponi noluiſtis. Sed quia uetuſtam nauim uehementerq; confractam indignus ego infirmusq; ſuſcepi. Vndique enim fluctus intrant, & cotidiana ac ualida tempeſtate quaſſatæ putridæ naufragium tabulæ ſonant. Per omnipotentē dominum rogo ut in hoc mihi periculo. orationis tuæ manum porrigas,quia tanto enixius poteſtis exorare, quanto & a confuſione tribulationum,quas in hac terra patimur,longius ſtatis. Item.

47 Gregorius Theoctiſtæ ſorori Imperatoris. Mens mea ueſtræ uenerationi quanta deuotione ſubſternitur. explere uerbis nequeo. Nec tamen me prodere laboro. quia & me tacente in ueſtro corde legitis. quid de mea deuotione ſentiatis. Miror autem quod in me collatas dudū continentias ueſtras ex hac moderna paſtoralis officij.continentia diſtraxiſtis. in qua ſub colore epiſcopatus ad ſeculum ſum reductus,in qua tantis terrenis curis inſeruio,quantis me in uita laica ne quaq̄ deſeruiſſe reminiſcor. Alta enim quietis meę gaudia perdidi,& intus corruens, aſcendiſſe exterius uideor. Vnde me a conditoris mei facie longe expulſum deploro. Conabar nanque quotidie extra mundum,extra carnem fieri, cuncta fantaſmata corporis ab oculis mentis abigere, & ſuperna gaudia incorporaliter uidere. Et non ſolis uocibus ſed totis medullis cordis ad Dei ſpeciem anhelans dicebā, Tibi dixit cor meum quæſiui uultum tuum, uultum tuum domine requiram. Nihil autem in hoc mūdo appetens,nihil pertimeſcens, uidebar mihi in quodam rerum uertice ſtare. ita ut in me pene impletū crederem. quod pollicitante domino ex propheta didiciſſem, Suſtollam te ſuper altitudines terræ. Super altitudines etenim terrę ſuſtollitur. qui & ipſa quæ alta ac glorioſa præſentis uidentur ſeculi per mentis deſpectum calcat. Sed repente a rērū uertice tentationis huius turbine impulſus. ad timores pauoresq; corrui. Quia & ſi mihi nihil timeo, eis tamen qui mihi cōmiſsi ſunt, multum formido. Vndiq; cauſarum fluctibus quatior. ac tempeſtatibus deprimor, ita ut recte dicam, Veni in altitudinem maris,& tempēſtas demerſit me. Redire poſt cauſas ad cor deſidero, ſed uanis ab eo cogitationum tumultibus excluſus, redire non poſſum. Et hoc ergo mihi longe factum eſt quod intra me eſt. ita ut obedire nequeam propheticę uoci qua dicitur, Redite pręuaricatores ad cor. Sed ſtultis preſſus cogitationibus. Solūmodo exclamare compellor, Et cor meum dereliquit me. Contemplatiuæ uitæ pulchritudinem uelut Rachelem dilexi ſterilem: ſed uidentē ac pulchram. Quæ etſi per quietem ſuam minus generat. Lucem tamen ſubtilius uidet. Sed quo iudicio neſcio, Lia mihi in nocte coniuncta eſt. Actiua uidelicet uita, fęcunda. ſed Lippa, minus uidens q̄uis amplius pariens. Sedere ad pedes domini, cum Maria feſtinaui. uerba oris eius percipere. & ecce cum Martha compellor in exterioribus miniſtrare, atq; erga

multa ſatagere. Expulſa a me ut credidi, legione dęmonum, uolui obliuiſci quos noui, & ad Saluatoris pedes quieſcere. & ecce mihi nolenti atque compulſo dicitur, Reuertere in domũ tuam, & annuncia quanta tibi fecerit Dominus. Sed quis inter tot terrenas curas ualeat Dei miracula prædicare, cũ iam mihi difficile ſit ſaltem recolere? Preſſum nanq; in hoc honore, tumultu ſecularium negotiorum. ex eis me eſſe uideo de quibus ſcriptum eſt, Deieciſti eos dum alleuarentur. Neque enim dixit, Deieciſti eos poſtquã alleuati ſunt, ſed dum alleuarentur. Quia praui quiq; dum ſeculari honore ſuffulti, foras uidẽtur ſurgere, intus cadunt. Alleuatio ergo ipſa, ruina eſt, quia dum gloria falſa ſubnixi ſunt, a uera gloria uacuantur. Hinc iterum dicitur. Deficientes ut fumus deficiant. Fumus quippe aſcendendo deficit, & ſe dilatãdo euaneſcit. Sic uidelicet fit cum peccatoris uitam pręſens felicitas comitatur. Quia unde oſtenditur ut altus ſit. inde agitur ut non ſit. Hinc rurſus ſcriptum eſt, Deus meus pone illos ut rotam. Rota quippe ex poſteriori parte attollitur: in anterioribus cadit. Poſteriora autem nobis ſunt bona præſentis mundi quæ reliquimus. Interiora uero ſunt ęterna & permanentia, ad quæ uocamur, Paulo atteſtante qui ait, Quæ retro oblitus, in ea quæ ſunt priora extendens me. Peccator ergo cum in pręſenti uita profecerit, ut rota ponitur. quia in anterioribus corruens, ex poſterioribus eleuatur. Nam cũ in hac uita gloriam percipit quam relinquit. ab illa cadit quæ poſt hanc uenit. Et quidẽ multi ſunt qui ſic exteriores profectus regere ſciunt. ut per eos nequaq̃ interius corruant. Vnde ſcriptum eſt, Deus potentes non abijcit. cum & ipſe ſit potens. Et per Salomonem dicitur. Et intelligens gubernacula poſſidebit. Sed mihi hæc difficilia ſunt. quia & ualde onerosa. Et qđ mens uoluntarie non recipit. congrue non diſponit. Ecce sereniſsimus Dominus Imperator fieri ſimiam leonem iuſsit. Et quidem pro iuſsione illius uocari Leo poteſt, fieri autem Leo non poteſt. Vnde neceſſe eſt ut omnes culpas ac negligentias meas nõ mihi ſed ſuæ pietati deputet. qui uirtutis miniſterium infirmo cõmiſit. Item.

48 Gregorius Narſi patricio. Dum contemplationis dulcedinem alte deſcribitis, ruinæ meę mihi gemitũ renouatis. Quia audiui quod intus perdidi, dum foras ad culmen regiminis ĩmeritus aſcendi. Tanto autẽ me percuſum męrore cognoſcite. ut uix loqui ſufficiam. Oculos enim mentis meæ doloris tenebræ obſident. Triſte eſt quicquid aſpicitur. quicquid delectabile creditur, cordi meo lamentabile apparet. Penſo enim ab alto quietis meę culmine corruens. ad quam deiectum exterioris prouectus culmen aſcendi. Et pro culpis meis in occupationis exilium à facie dominantis miſſus, quaſi deſtructę Iudeę uocibus cum propheta dico, Qui conſolabatur me. longe receſsit à me. Quod uero cauſæ & nominis ſimilitudinem faciendo per ſcripturã,

clauſulas; declamationesq; formatis. certe frater reuerendiſsime Simiam Leonē uocas. Quod eo modo uos agere conſpicimus, quo ſcabioſos ſępe catulos, pardos uel Tigres uocamus. Ego enim bone uir quaſi filios perfidi. quia per terrenas curas recta opera amiſi. Nolite ergo me uocare Noemi, ideſt pulchram, ſed uocate me mara. quia amaritudine plenus ſum. Item.

49 Gregorius Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno. Scripra ueſtræ beatitudinis ut leſſus requiem, ſalutem ęger. fontem ſitiens, umbram ęſtuans inueni. Neque enim illa uerba per linguam carnis uidebantur expreſſa, quia ſic ſpiritualem erga me amorem ſuum quem geſtabat aperuit. acſi mens per ſemetipſam loqueretur. Sed durum ualde fuit quod ſecutum eſt. quia amor ueſter terrena me portare onera præcepit. Et quē prius ſpiritualiter diligebatis. poſt ut æſtimo, temporaliter amantes. uſque ad terrā me ſuperpoſito onere depreſsiſtis. Ita ut omnem mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationiſq; aciem amittens, non per prophetię ſpiritum. ſed per experimentum dicam, Incuruatus ſum & humiliatus ſum uſquequaque. Tanta quippe me occupationum onera deprimūt. ut ad ſuperna animus nullatenus erigatur. Multis cauſarū fluctibus quatior. & poſt illa quietis otia. tumultuoſæ uitę tempeſtatibus affligor, ita ut recte dicam, Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Periclitanti igitur mihi orationis ueſtræ manum tendite. uos qui in uirtutum littore ſtatis. Quod uero meos domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodeſſe, multiſq; poſſe lucere perhibetis, æſtimationem meam mihi fateor in dubietatē maximam perduxiſtis. Conſidero nanque quis ſum. & nihil in me ex huius boni ſigno deprehendo. Conſidero autem qui eſtis, & uos mentiri poſſe non arbitror. Cum ergo credere uolo quod dicitis. contradicit mihi infirmitas mea. Cum diſcutere uolo quod in laude mea dicitur. contradicit mihi ſanctitas ueſtra. Sed quæſo uir ſanctæ, nobis aliquid de hoc certamine noſtro conueniat. Vt ſi non quod dicitis ita eſt. ſit ita, quia dicitis. Item.

50 Gregorius Andreæ illuſtri. Omnipotens Deus dulciſsimo cordi ueſtro indicet, quia & abſens corpore, a charitate ueſtra animo non receſsi. Bona enim ueſtra, etiam ſi uolo, obliuiſci non ualeo. Hoc autem quod me ad epiſcopatus ordinem cognoſcitis perueniſſe. ſi me diligitis, plangite. Quia tantæ hic huius mundi occupationes ſunt, ut hic per epiſcopatus ordinem penè ab amore Dei uideam me eſſe ſeparatum. Quod inceſſanter defleo. atque ut pro me dominum exoretis rogo. Item..

51. Gregorius Ioanni exconſuli & patricio atque Quæſtori. Bona ueſtræ excellentiæ expertus, tanto erga uos amore conſtringor. ut ueſtra memoria de meo pectore aboleri nullatenus poſsit. Sed cōtra amo

rem

rem non modice contriſtor. quia quietem me quærere cognouiſtis. & ad inquietudinem perduxiſtis. Vobis quidem omnipotens Deus quia hoc bono animo fecistis. bona ęterna retribuat. Sed me à tanto loci huius periculo qualiter uoluerit abſoluat. Quia ſicut peccata mea merebantur. non Romanorum, ſed longobardorum epiſcopus factus ſum. Quorum ſyntychiæ ſpathæ ſunt. & gratia pœna. Ecce ubi ueſtra patrocinia me perduxerunt. Gemo quotidie occupationibus preſſus, & reſpirare non ualeo. Sed uos qui adhuc ualetis, mundi huius occupationes fugite. quia quantum in eo quiſq; profecerit, tantum ut uideo, ab amore Dei amplius decreſcit. Item.

52 Gregorius Leandro Hiſpalenſi epiſcopo. Reſpondere epiſtolis ueſtris tota intentione uoluiſſem, niſi paſtoralis curæ, ita me labor attereret, ut mihi magis flere libeat q̄ aliquid dicere. Quod ueſtra quoque reuerentia in ipſo literarum mearum textu uigilanter intelligit. quando ei negligenter loquor, quē uehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, ut uetuſtam ac putreſcentem nauim quã regendam occulta Dei diſpenſatione ſuſcepi, ad portum dirigere nullatenus poſſim. Nũc ex aduerſo fluctus irruunt. nunc ex latere cumuli ſpumoſi maris intumeſcunt: nunc a tergo tempeſtas inſequitur. Inter quæ omnia turbatus cogor modo in ipſam clauum aduerſitatem dirigere. modo curuato naui latere minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemiſco quia ſentio quod negligente me creſcit ſentina uitiorum. Et tempeſtate fortiter obuiante, iam iamq; putridæ naufragium tabulæ ſonant. Flens reminiſcor quod perdidi meę placidum littus quietis, & ſuſpirando terram conſpicio: quam tamen rerum uentis aduerſantibus tenere non poſſum. Si ergo me frater reuerendiſsime diligis, tuæ mihi orationis in his fluctibus manum tende. ut quo laborantem me adiuuas, ex ipſa uice mercedis in tuis quoque laboribus ualentior exiſtas.

53 Sed quia Gregorium non ſolum declinare uoluiſſe, quin etiam cum magno angore animi ſummum ſacerdotium ſuſcepiſſe, ſatis ut opinor probatum eſt. Qua diſcretione id fecerit, uidetur breuiter indicandum. Ne ſcilicet tantus uir aut pertinaciæ, aut puſillanimitatis uitio ſaltem leuiter ſuccubuiſſe putetur. Ait enim in epiſtola Anaſtaſio Corinthiorum Archiepiſcopo iudicia domini quanto ſunt inueſtigabilia. tanto debent eſſe humanis ſenſibus metuenda. Et quia ea ratio mortalis comprehendere non ualet. his ſe neceſſe eſt humili cordis ceruice ſubſternat. Quatinus quo eam regentis uoluntas duxerit, illic obedientis mentis greſsibus proſequatur. Ego autem conſiderans infirmitatem meam ad apoſtolicæ ſedis culmen non poſſe pertingere. onus hoc malui declinare, ne in paſtorali regimine imparis adminiſtrationis actione ſuccumberem. Sed quia contra ire non eſt domini

diſponentis arbitrio, obedienter ſecutus ſum quod miſericors de me regentis manus uoluit operari. Nam fraternitati ueſtræ etſi præſens non eueniret occaſio, neceſſario fuerat indicandum, quod indignum me apoſtolicæ ſedi dominus præeſſe dignatus eſt.

54 Item idem de eadem re. Philippico comiti excubitorũ In quantum homo diſcutere & inueſtigare iudicia ſuperna non ſufficit, in tantum ſub ea debet ceruicem cordis inflectere. Et quia id quod ſibi tribuitur, quo iudicio diſponatur ignorat, nec ad appetendum locũ procax inſiſtere, nec ad repellendum contumax debet inueniri. Vnde indignus ego ad ſuſcipienda epiſcopatus onera iuſsioni omnipotentis Dei ueſtræq; uoluntati me ſubdidi, cui me prĕeſſe largitate magis gratiæ ꝙ iudicij ęſtimatione uoluiſtis. Potens eſt enim Deus propter quẽ me indignum diligitis. hanc uobis in perpetuum repenſare mercedẽ, ut gratiam quam indignis famulis eius impenditis apud eum multiplitius inuenire ualeatis.

At ego hic a deflorationis opere paululum reſpirabo. ut quæ ſpecialiter de pontificio eius dicenda ſunt, in libello alio, ſuffragante Domino referantur.

Explicit liber primus, de uita beati Gregorij Papæ Vrbis Romæ.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI II.

VBi Gregorius ſeruum ſeruorum Dei ſe ſcribens, mediocribus ueſtimentis amicitur. 1
Vbi fidei ſuæ inreprehenſibile ſymbolum dictat. 2
Vbi patriarchalibus thronis ſuam ſynodicam dirigit. 3
Vbi quinque concilia ſe uenerari fatetur. 4
Vbi collecta ſynodo prauas conſuetudines damnat. 5
Vbi Antiphonarium centonizans cantorum conſtituit ſcholam. 6
Cur occidentales dulcedinem cantilenæ corrumpant. 7
Quod per Ioannem Romanum centorem correcti ſunt. 8
Qualiter Carulus rex diſſonantia cantus offenſus duos clericorum ſuorum erudiendos Romæ dimiſerit. 9
Quemadmodum idem Carolus diſſonantia cantus offenſus duos Romanos cantores ab Adriano Papa perceperit 10
Vbi Gregorius pulſis laicis familiares ſibi clericos elegit. 11
Vbi talem eccleſiam Romanam exhibuit qualis prima ſub Apoſtolis fuit. 12
Quanta & qualia tunc Romę ſtudia reflorebant. 13
Quod non diuites ſed ſapientes ad conſilium conuocabat. 14

Quamobrem laici primo ceperint tonſorari. 15
Vbi Laicos non ad eccleſiaſticum officium ſed tantum ad monaſticum habitum admittit. 16
Vbi codicem gelaſianum coartat. 17
Vbi ſtationes conſtituens tractatus euangeliorum declamat. 18
Vbi cum uerbi pabulo pauperibus alimenta miniſtrat. 19
Vbi conſuetudines nouas inducit. 20
Vbi murmurantibus pro eiuſdem humiliter ſatisfacit. 21
Vbi pro hoſpite dominum recipit. 22
Vbi duodecim inuitatis tertiumdecimum Angelum ſibi deputatum diuinitus recognoſcit. 23
Vbi quater in anno diſtribuendum perpolyptycum cenſet. 24
Vbi aureos & peregrina ueſtimenta largitur. 25
Vbi Kalendati diuerſas ſpecies erogat. 26
Vbi tribus milibus ancillis Dei octoginta libras annualiter præſtat. 27
Vbi dictim per ueredarios cocta ſtipendia deſtinat. 28
Vbi pro paupere mortuo uehementiſsime lamentatur. 29
Quot & qualium remunerandorum nomina in ſcrinio teneantur. 30
Vbi Arrianorum Baſilicam in ſubura domino dedicat. 31
Quot & qualia miracula ibi diuinitus ſint oſtenſa. 32
Vbi pro conuertendis Anglis Saxonibus Auguſtinum cum alijs mittit. 33
Vbi ſine profectu redire uolentes ad proficiſcendum hortatur. 34
Vbi Auguſtinus proficiſcens iuſſa compleuit. 35
Vbi Auguſtinus epiſcopus conſecratus poſtulat adiutores. 36
Vbi ei Gregorius pallium & diuerſa neceſſaria ſimulq; nonnulla reſponſa tranſmittit. 37
Vbi de conſanguinitatibus percontatus ponit pontifici Felici rationem. 38
Quanta & qualia de conuerſione Saxonum ſignisq; diſcipulorũ ſuorum Gregorius prçconetur. 39
Vbi Auguſtinum monet ne pro miraculis tumeat. 40
Vbi panis fructum in carnem, carnis rurſus in panis primordia reformauit. 41
Vbi panum pupugit & ſanguis effluxit. 42
Vbi maleficos cçcitate mulctauit. 43
Qualiter intelligi debet Gregorium Traiani animam de inferni cruciatibus liberaſſe. 44
Vbi monachum ſub excommunicatione defunctum mirabiliter ſoluit. 45

Tomi quarti. Pars prima.

Vbi paganos pueros comparat ut Chriſtianus efficiat. 46
Vbi pro paganis ruſticis epiſcopis cōminatur. 47
Vbi Iudęos conuerſos a penſionibus leuigat. 48
Vbi baptizandis ueſtimenta largitur. 49
Vbi pueris Arrianorum ſubueniri prędicat. 50
Vbi ſingulis diaconijs uel xenodochijs ſingulos rectores conſtituit. 51
Vbi Hieroſolymis xenodochium conſtituens & ibi & in monte Sina monachis annualia ſtipendia aſsignauit. 52
Vbi ſingulis patrimonijs ſingulos rectores conſtituit. 53
Vbi uni perſonę, duo miniſteria nullo modo cōmittenda definit. 54
Vbi eleemōſynas localiter ac perſonaliter ordinat. 55
Quod omni petenti ſe uoluntarie tribuit. 56
Quod etiam non petenti neceſſaria miniſtrauit. 57
Vbi liberalitatis eius innocentia comprobatur. 58
Vbi pro eleemoſynis faciendis frumenta comparat quinquaginta libris auri. 59
Quale de eo ſomnium Eremita cognouerit. 60

Expliciunt capitula libri ſecundi.

INCIPIT LIBER SECVNDVS. CAP. I.

Age iam nunc quoniam athletæ Chriſti Gregorij uiriliter in gymnaſio ſanctæ ipſius eccleſiæ deſudantis prělato libello toroſa membra deſcripta ſunt: qualiter in palęſtra quoque conflixerit, aſpirante domino proferatur. Siquidem mox ut ſummū pontificium felicisſimę Romanę urbis Chriſto mortalibus conſulente ſortitus eſt, ſuperſtitioſum 20 uniuerſalis uocabulum qđ Ioannes Conſtantinopolitanus epiſcopus inſolenter ſibi tunc temporis uſurpabat, more anteceſſorum ſuorum pontificum, ſub diſtrictisſimę internitionis ſententia refutauit. Et primus omnium ſe in principio ſuarū epiſtolarum ſeruum ſeruorum Dei ſcribi ſatis humiliter diffiniuit. cunctisq; ſuis ſucceſſoribus documentum ſuę humilitatis, tam in hoc, q̃ in mediocribus pōtificalibus indumentis, quod uidelicet hactenus in ſancta Romana eccleſia conſeruatur, hęreditarium reliquit.

20 Hic eſt Achilles ille recētium hereticorū, Ro. Pontificē non habere iuriſdictionē & poteſtatem ſuper omnes mundi Eccleſias, ſed eſſe tātum Romanum Epiſcopum, ſicut eſt Veronenſis Veronæ, eo qđ Gregorius ſanctisſimus uniuerſalis nomē abiecerit, & ſe ſeruum ſeruorū Dei appellauerit. Qđ profecto nil eſt. Nam ſanctus pontifex reſpuit uocabulum ſuperbum quo etiam inferiores prælati ſe appellare præſumebant non poteſtatē à Chriſto datam, glorioſum nomen, non rem, ut qui moribus cōtinue proſperari uoluerit nō uerbis, & factis potius quā dictis. Lege eius epiſtolā ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum.

2 Deniq; in ſpecula ſanctę uniuerſalis eccleſię uir totius humilitatis ac autoritatis, orthodoxæ unde uideri, & audiri clarius euāgelicus p̄co ualeret, conſiſtens: oris ſui diuiniſsimo gladio & rectam fidem muniſt, & cunctas hæreſes uno ſymbolo diſsipauit. Quod uidelicet ſacrę confeſsionis ſymbolum ita ſe habet.

3 Credo in unum Deum omnipotentem patrem & filium & ſpiritū ſanctum tres perſonas, unam ſubſtantiam. Patrem ingenitum, filium genitum. ſpiritū uero ſanctū nec genitū. nec ingenitū: ſed coæternū,

de

de patre & filio procedentē. Confiteor unigenitum filium conſubſtantialem & ſine tempore natum de patre, omnium uiſibilium & inuiſibilium conditorem. Lumen ex lumine, Deum uerum de Deo uero, ſplendorem gloriæ, Figuram ſubſtantiæ. qui manens uerbum ante ſecula, perfectus homo creatus eſt iuxta finem ſeculorum, cōceptus & natus ex ſpiritu ſancto & Maria uirgine. qui naturam noſtrā ſuſcepit abſque peccato, & ſub pontio Pilato crucifixus eſt, & ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis. die autem quadrageſimo aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris. inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. poſiturus ante oculos omnium omnia occulta ſingulorum, Daturus iuſtis perpetua prēmia regni cœleſtis, iniquis autem ſupplicia ignis æterni. Innouaturus ſeculum per ignem, & carnis reſurrectionem. Confiteor unam fidem, unum baptiſma, unam apoſtolicam & uniuerſalem eccleſiam, in qua ſola poſſunt laxari peccata in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Synodicam quoque ſuam Gregorius ſecundum priſcam prædeceſſorum ſuorum conſuetudinem. Ioanni Conſtantinopolitano. Eulogio Alexandrino. Gregorio Antiocheno. Ioanni Hieroſolimitano & Anaſtaſio Patriarchæ Antiochiæ deſtinauit. Quæ ita ſe habet.

Conſideranti mihi quod impar meritis, ac toto animo renitens, paſtoralis curæ pondera portare compulſus ſim. caligo mēroris occurrit. & triſte cor nihil aliud niſi eas quæ uidere nil ſinunt, tenebras uidet. Nam quid Antiſtes ad dominum, niſi pro delictis populi interceſſor eligitur? Qua itaque fiducia ad eum pro peccatis alienis interceſſor uenio: apud quē de proprijs ſecurus non ſum? Si fortaſſe quiſpiam apud potentem uirum, qui & ſibi iratus, & mihi eſſet incognitus, interceſſorem ſuū me fieri quēreret. protinus reſponderem, Ad intercedendum uenire nequeo, quia eius notitiam ex ſedula familiaritate non habeo. Si igitur recte homo apud hominē de quo minime præſumpſiſſem, fieri interceſſor erubeſcerem quantē hoc audaciæ eſt, quod apud Deū pro populo locum interceſſoris obtineo: cui familiarem me per uitæ meritum non agnoſco? Qua in re eſt mihi adhuc aliud grauius formidandum, quia ſicut cuncti liquido nouimus, cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Et ualde pertimeſco ne cōmiſſa mihi plebs fidelium, reatus mei additamento depereat, cuius nunc uſque dominus æquanimiter delicta tolerabat. Cum uero utcumq; hunc timorem ſupprimo, & conſolatam mentē ad pontificalis operis ſtudia accingo, conſiderata ipſa rei immenſitate deterreor. Perpēdo quippe quod omni cura uigilandum eſt, ut rector cogitatione ſit mundus, operatione prēcipuus, diſcretus in ſilentio, utilis in uerbo, ſingulis cōpaſsione proximus, prēcunctis in contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatē ſocius, contra delinquen-

tium uitia per zelum rectitudinis erectus,& cætera quæ latius poſt in libro paſtorali proſequitur.

21 *Ecce quantam autho ritatem uniuerſalib' Cōcilijs attribuat ſanctiſſimus iſte pōtifex.*

4 Præterea quia corde inquit creditur ad iuſtitiam:ore autem confeſſio fit ad ſalutem,ſicut ſancti Euangelij quatuor libros. 21 ſic quatuor concilia ſuſcipere & uenerari me fateor.Nicenum ſcilicet,in quo Arrij peruerſum dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Epheſinum etiam primū,in quo Neſtorij impietas iudicatur. Calcedonenſe uero,in quo Eutychis Dioſcoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione cōplector, integerrima approbatione cuſtodio. Quia in his uelut in quadrato lapide,ſanctæ fidei ſtructura conſurgit,& cuiuſlibet uitæ atque actionis exiſtat,quiſquis eorum ſoliditatem nō tenet,etiam ſi lapis eſſe cernitur,tamen extra ædificium iacet.Quintum quoque concilium pariter ueneror. in quo epiſtola quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur,& Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantijs ſeparans,ad impietatis pfidiam cecidiſſe conuincitur. Scripta quoq; Theoderiti,per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur,auſu inuidentiæ prçlata refutantur. Cunctas uero quas præfata ueneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo. Quas uenerantur, complector. Quia dum uniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſoluere quos religant,aut ligare quos ſoluunt. Quiſquis ergo aliud ſapit anathema ſit.

22 *Si erat à domino ſuper gentes & regna ſummus pontifex conſtitutus,erat ergo uniuerſalis papa,& primatum habens ſuper omnē Eccleſiam, quāuis uocabulum illud in odium inferiorum refugiſſet.*

23 *Vides ab initio Eccleſiæ ſeruatas eſſe apoſtolicas traditiones ¿ Nec permittendū eſt contrarias conſuetudines praualere,quominus illæ ſeruentur.*

5 Hoc modo poſtquā Gregorius fundamentum fidei ſuæ ſecundū priſtinum prçdeceſſorum ſuorum pontificū morem. luculenter apoſtolicis thronis expoſuit, animaduertens ideo ſe à domino ſuper 22 gentes & regna ſummū pontificem conſtitutū, ut iuxta illud propheticum uitiorum radices euelleret,deſtrueret atque diſperderet. ſicque demum ædificaret plantaretq; uirtutes. Omnes conſuetudines quas contra priſcam 23 traditionē apoſtolicam nouiter pullulaſſe cognouerat,uidelicet de miniſtris,de centoribus,de laicis pontifici familiariter adhærentibus: de titulandis præiudicialiter quibuſlibet rebus: de cōtegendo Dalmaticis apoſtolico feretro,de paſtilatico pro pallio uel conſecratione pontificum, & de non admittendis paſsim laicis ad eccleſiaſtici iuris officium. Primo quidem à Romanæ eccleſiæ,poſtmodum uero collectis circumquaq; poſitarum prouinciarum epiſcopis, à totius ſanctæ uniuerſalis eccleſiæ corpore ſegregauit. eaq; ſub interpoſitione terribilis anathematis tam generaliter quàm perpetualiter condemnauit.

24 *Si cantus & Antiphonarū uſus deo diſplu*

6 Deinde in domū domini more ſapientiſsimi Salomonis propter muſicæ compunctionem dulcedinis, antiphonarium centonē cantorum ſtudioſiſsimas nimis utiliter compilauit.ſcholamq; 24 cantorū quæ hactenus in eiſdē inſtitutionibus in ſancta Romana eccleſia mo-

dulatur, conſtituit. Eiq; cum nonnullis prędijs duo habitacula, ſcilicet alterum ſub gradibus eccleſiæ ſancti Petri apoſtoli, alterum uero ſub Lateranenſis patriarchi, domibus fabricauit. Vbi uſque hodie lectus eius quo recubans modulabatur, & flagellum ipſius quo pueris minabatur, ueneratione congrua, cum autentico antiphonario reſeruātur. Quę uidelicet loca per præcepti ſeriem ſub interpoſitione anathematis ob miniſterij quotidiani utrobique gratiam ſubdiuiſit.

cerent, putas'ne Sanctiſsimus pontifex hec in Romana Eccleſia conſtituiſſet?

7 Huius modulationis dulcedinem inter alias Europæ gentes Germani, ſeu Galli diſcere crebroq; rediſcere inſigniter potuerunt. Incorruptam uero tam leuitate animi, quia nonnulla de proprio Gregorianis cantibus miſcuerunt, q̃ feritate quoque naturali ſeruare minime potuerunt. Alpina ſiquidem corpora uocum ſuarū tonitruis altiſone perſtrepentia: ſuſceptæ modulationis dulcedinem: proprie non reſultant. Quia bibuli gutturis barbara feritas, dum inflexionibus & repercuſsionibus mitem nititur edere cantilenam, naturali quodam fragore quaſi plauſtra per gradus cōfuſe ſonantia, rigidas uoces iactat, ſicq; audientium animos quos mulcere debuerat, exaſperando magis ac obſtrependo conturbat.

8 Hinc eſt q̧ huius Gregorij tempore cum Auguſtino tunc Britannias adeunte, per occidentem quoque Romanæ inſtitutionis cantores diſperſi: Barbaros inſigniter docuerunt. Quibus defunctis, occidentales eccleſię ita ſuſceptum modulationis organum uitiarunt, ut Ioānes quidam Romanus cantor cū Theodoro æque ciue Romano: ſed Eburaci Archiepiſcopo per Gallias in Britannias à Vitaliano ſit præſule deſtinatus. Qui circumquaq; poſitarum eccleſiarum filios ad priſtinā cantilenæ dulcedinem reuocans, tam per ſe q̃ per ſuos diſcipulos multis annis Romanæ doctrinæ regulam conſeruauit.

9 Sed & Karolus noſter patritius, rex autem Francorū, diſſonantia Romani & Gallicani cantus Romę offenſus, cum Gallorum procacitas cantum à noſtratibus quibuſdam nenijs argumentaretur eſſe corruptum, noſtriq; è diuerſo autenticū antiphonarium probaliter oſtentarent, interrogaſſe fertur, quis inter riuum & fontem limpidiorem aquam conſeruare ſoleret? Reſpondentibus fontē. Prudenter adiecit. Ergo & nos qui de riuo corruptā limpham uſque hactenus bibimus, ad perēnis 25 fontis neceſſe eſt fluenta principalia recurramus. Mox itaque duos ſuorum induſtrios clericos Adriano tunc epiſcopo dereliquit. Quibus tandem ſatis eleganter inſtructis, Metenſem metropolim ad ſuauitatem modulationis priſtinæ reuocauit, per quam illam totam Galliam ſuam correxit.

25 Vides Ro. Eccleſiam eſſe omnis Eccleſiaſtici ritus fontem et magiſtram?

10 Sed cum multa poſt tempora defunctis his qui Romæ fuerant educati, cantum gallicanarum eccleſiarum à Mettenſi diſcrepare prudentiſsimus Regum uidiſſet, ac unumquemq; ab alterutro uitiatum

cantum iactantem auerteret, iterum inquit redeamus ad fontē. Tunc Regis precibus ſicut hodie quidam ueridice aſtipulantur, Adrianus papa permotos duos in Galliam cantores emiſit. Quorũ iudicio Rex omnes quidem corrupiſſe dulcedinem. Romani cantus leuitate quadam cognouit. Metēſes uero ſola naturali feritate, paululum quid diſſonare perdidit. Denique uſque hodie quantum Romano cantui Metenſis cedit, tantum Metenſi cedere gallicanarum eccleſiarũ Germaniarumq; cantus, ab his qui ueram ueritatem diligunt comprobatur. Hęc ergo per anticipationem retulerim, ne indiſcuſſam Gallorum leuitatem uidear præteriſſe.

11 Cæterum prudentiſsimus rector Gregorius, remotis à ſuo cubiculo ſecularibus, clericos ſibi prudentiſsimos conſiliarios familiaresq; delegit. Inter quos Petrum diaconum coętaneum ſuum, cum quo poſtea diſputans quatuor dialogorũ libros compoſuit. Emilianum quoq; notarium, qui quadraginta homilias euangelij cum ſocijs ſuis excepit. Paterium æque notariũ, qui ab eo ſecundicerius factus, ex libris ipſius aliqua utillima deflorauit. Et Ioannem defenſorem, qui eius iuſſu in Hiſpanias cognitor eſt deſtinatus. Ianuarium epiſcopũ ciuitatis Malalitanæ ab epiſcopis ſuis compatriotis depoſitum, ſedi proprię reſtaurauit, & depoſitores eius cum eo qui in locũ eius obrepſerat, pari ſententia condemnauit. Monachorum uero ſanctiſsimos ſibi familiares elegit. Inter quos Maximianum monaſterij ſui Abbatem, quem Sitacuſis epiſcopum fecit. eiq; per Siciliam uices ſuas cõmiſit. Auguſtinũ eiuſdem monaſterij ſui præpoſitum, & Mellitum, per quos Anglorũ gentes ad chriſtianiſmi gratiam conuocauit. Marinianum eiuſdẽ monaſterij ſui monachum, quem in Rauennati metopoli epiſcopum cõſecrauit. Probum quem ſubito Abbatẽ ſpiritu reuelante conſtituens, pro conſtruendo Xenodochio Hieroſolymis deſtinauit, ſimulq; Claudium claſsitanæ ciuitatis Abbatem, qui de Prouerbijs, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris Regum, & de Eptateucho Papa diſputante, multa licet non eodem ſenſu compoſuit.

12 Cum quibus Gregorius die noctuq; uerſatus, nihil monaſticæ perfectionis in palatio, nihil pontificalis inſtitutionis in eccleſia dereliquit. Videbantur paſsim cum eruditiſsimis clericis, adhęrere pontifici religioſiſsimi monachi. Et in diuerſis profeſsionibus habebatur uita cõmunis. ita ut talis eſſet tunc ſub Gregorio penes urbem Romanam eccleſia, qualem hanc fuiſſe ſub apoſtolis Lucas, & ſub Marco Euangeliſta penes Alexandriam Philo cõmemorat.

13 Tunc rerũ ſapientia Romæ ſibi templum uiſibiliter quodãmodo fabricaret, & ſeptemplicibus artibus ueluti columnis, nobiliſsimorum totidem lapidum apoſtolicæ ſedis atrium fulciebat. Nullus pontifici famulantium à minimo uſq; ad maximum, barbarum quodlibet

in

in ſermone uel habitu præferebat, ſed togata quiritum more ſeu trabeata latinitas, ſuum Latium in ipſo latiai palatio ſingulariter obtinebat. Refloruerant ibi diuerſarum artium ſtudia, & qui uel ſanctimonia uel prudentia forte carebat. ſuo ipſius iudicio ſubſiſtendi coram ponti fice fiduciam non habebat.

14 Arceſſebantur pontificalibus profundis conſilijs prudentes uiri quos perhibui, potiusq́ potentes, & pauper philoſophia intrinſecus. quid potius aut potiſsimum in unoquoq; negotio ſequendum putare tur artificioſis argumentationibus rationabiliter inquirēte. diues inertia quæ modo ſe de ſapientibus pari ſorte ulciſcitur pro cubiculi foribus deſpicabilis remanebat. Sola deerat interpretādi bilinguis peritia & facundiſsima Virgo crecopia, quæ quondam ſuæ mentis acumina Varrone celibatum ſuum auferente latinis tradiderat, impoſturarum ſibi præſtigia, ſicut ipſe in ſuis epiſtolis queritur, uindicabat.

15 Nemo laicorum quodlibet palatij miniſterium uel eccleſiaſticū patrimonium procurabat, ſed omnia eccleſiaſtici iuris munia eccleſiaſtici nihilominus uiri ſubibant. Nimirum laicis ad armorū ſolam militiam, uel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc ſe nonnulli procerum, ſub obtentu religionis primo tonſurare ceperunt. Quorū tergiuerſationi Mauritius Imperator prudenter occurrens, data per Longinum ſtratonem lege præcepit, ut quiſquis publicis fuiſſet admi niſtrationibus implicatus, ei ad eccleſiaſticum uenire officium non liceret. Quam legem Gregorius ſuper hoc ualde laudauit dicens, Qui ſecularem habitum deferens ad eccleſiaſtica officia uenire feſtinat, nō relinquere cupit ſeculum ſed mutare.

16 Verum dum ad clericalem profeſsionē tam ex eccleſiaſtica, quā ex ſeculari quoque militia diuerſis occaſionibus quotidie pene innumerabilis multitudo conflueret, Paſtor ad omnia prouidus, nequaquā eos ad eccleſiaſtici decoris officium, ſed ad capiendum ſolūmodo manachicum propoſitum ſuſcipiendos eſſe cenſebat dicens, Multos ex eccleſiaſtica ſeu ſeculari militia nouimus ad omnipotentis Dei ſeruitium feſtinare, ut ab humana ſeruitute liberi. in diuino ſeruitio uideantur familiarius conuerſari. Quod ſi paſsim dimittimus. omnibus fugiendi eccleſiaſtici uel ſecularis iuris dominium occaſionē prębemus. Si uero feſtinantes ad omnipotētis Dei ſeruitium incaute retinemus, illi inueniemur negare quædam qui dedit omnia. Vnde neceſſe eſt ut quiſquis ex iuris eccleſiaſtici uel ſecularis militiæ ſeruitute, ad Dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus. & ſi mores eius atque conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium perhibuerint. abſq; ulla retractatione ſeruire in monaſterio omnipotenti domino permittatur. Vt ab humano ſeruitio liber recedat qui in diuino obſequio diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem. Si autem &

26 *Ecce quomodo etiam apud antiquos patres Canones Eccleſiaſtici erant in obſeruatione*

in monachico habitu ſecundum patrum regulas irreprehenſibiliter fuerit conuerſatus. poſt præfixa à ſacris 26 canonibus tempora,licẽter iam ad quodlibet eccleſiaſticum officium promoueatur. Si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in teſtamento ueteri morte mulctantur.

27 *Licet Gregorius hæc uerba in Canone adiecerit, non propter hoc uerum eſt Miſſam nouitium eſſe inſtitutũ. Nam quantũ ad tria ſubſtantialia, Miſſa eſt inſtituta à Chriſto, quantum uero ad ea, quæ ad ornatum, & decentiam pertinent, ab Apoſtolis, eorumq; ſucceſſorib' inſtituta eſt.*

17 Sed & in Gelaſianum codicẽ de miſſarum ſolemnijs multa ſubtrahens, pauca conuertens, nonnulla adijciens pro exponendis euangelicis lectionibus in unius libri uolumine coarctauit. In canone 27 appoſuit, Dieſq; noſtros in tua pace diſpone. atq; ab æterna damnatione nos eripe, & in electorum tuorum iubeas grege numerari.

18 Stationes per baſilicas uel beatorum martyrum cœmeteria ſecũdum quod hactenus plebs Romana quaſi eo uiuente certatim diſcurrit. ſollicite ordinauit. Per quas & ipſe ſimul diſcurrens, dum adhuc eloqui preualeret. uiginti homilias euangelij coram eccleſia diuerſo tẽpore declamauit. Reliquas uero eiuſdem numeri dictauit quidẽ, ſed laſſeſcente ſtomacho languore continuo alijs pronunciandas cõmiſit.

19 Sequebatur exercitus domini ultra citraq; Gregorium præeuntem, & audituræ uerbũ doctrinæ innumerabiles undiq; diuerſi ſexus ætatis, ac profeſsionis uoluntariæ confluebant cohortes. Quibus ille utpote doctor cœleſtis militiæ, cunctis duntaxat arma ſpetialia ſuggerebat. Pauperibus uero & aduenis qui pro conditione tempoꝝ Romę influxerant, cotidiana ſtipendia miniſtrabat.

28 *Ecce antiquum Eccleſiæ morẽ ſuper ſepulchra ſanctorũ Miſſas celebrari.*

20 Super corpora 28 autem beatorum Petri, & Pauli apoſtolorũ Miſſarum ſolennia celebrari decreuit, acquiſitis numeroſiſsimis oliuetis. quorũ ſummam in tabulis marmoreis pro foribus eiuſdẽ Baſilicæ annotauit. Luminaria ſuperaddidit. Officia ſedula deputauit. De ſepultura iuxta eccleſiam, cõmodum ſperare prohibuit. Septem ex defenſoribus honore regionario decorandos indixit. Alleluia per extrema Pentecoſtes tempora dici ad Miſſas fecit. Subdiaconos expoliatos procedere ſtatuit. 29 Kyrie eleiſon cantari pręcepit, & orationẽ dominicam mox poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit recitari.

29 *Et hæc duo ſuper addita Miſſæ à Gregorio, non faciunt illam eſſe nouitium inuentum, ut aſſerunt nonnulli.*

21 De quibus cum poſtea quoſdam murmurare ſentiret. tanꝗ qui Conſtantinopolitanæ eccleſię conſuetudines ſequeretur, pijſsimus pater non dedignatus eſt reddere rationem dicens. Nos in nullo horum aliam eccleſiam ſecuti ſumus. Nam & alleluia hic ut diceretur, de Hieroſolymorum eccleſia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatę memoriæ Damaſi papæ traditur tractum. Et ideo magis in hac ſede illam conſuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tradita. Subdiaconos autem ut ſpoliatos procedere facerem. antiqua conſuetudo eccleſiæ fuit. Sed quia placuit cuidam noſtro pontifici, neſcio cur eos ueſtitos procedere præcepit. Nam Siciliæ eccleſię nunquid à Grę cis traditionem acceperunt? Vnde habent ergo hodie ut ſubdiaconi in

lineis tunicis procedant, niſi quia hoc à matre ſua Romana eccleſia p- ceperunt? Kyrieeleiſon autem nos neque dicimus ſicut à Græcis dicitur. quia in Gręcia omnes ſimul dicunt. Apud nos uero à clericis ſimul dicitur, a populo reſpõdetur. Et totidem uocibus etiam Chriſteeleiſon dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In cotidianis autem miſsis. alia quæ dici ſolent tacemus. Tantũmodo Kyrieeleiſon & Chriſteeleiſon dicimus. ut in his deprecationis uocibus paulo diutius occupemur. Orationem uero dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia 30 mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem, oblationis hoſtiam conſecrarent. Et ualde mihi inconueniens uiſum eſt, ut precem quam ſcholaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus, & ipſam traditionem quam Redemptor noſter compoſuit ſuper eius corpus & ſauguinẽ non diceremus. Sed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur. Apud nos uero à ſolo ſacerdote cantatur. In quo ergo Græcorum cõſuetudines ſecuti ſumus, qui aut ueteres noſtras reparauimus, aut nouas & utiles conſtituimus, in quibus tamen alios comprobamur imitari. Ergo ueſtra charitas cũ occaſio dederit, ut ad Catanenſem ciuitatem pergat, uel in Siracuſana eccleſia eos quos credit aut intelligit. quia de hac re murmurare potuerunt. facta collatione doceat. & quaſi alia ex occaſione eos inſtruere nõ deſiſtat. Nam de Conſtantinopolitana eccleſia quod dicunt. quis eam dubitet 31 ſedi apoſtolicæ eſſe ſubiectam? Quod & pijſsimus dominus Imperator, & frater noſter eiuſdẽ ciuitatis epiſcopus aſsidue profitentur. Tamen ſiquid boni uel ipſa uel altera eccleſia habet. ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultus eſt enim qui in eo ſe primum exiſtimat. ut bona quæ uiderit, diſcere contemnat.

30 Tũ qui negas Miſſã Apoſtolorum tempore fuiſſe celebratam, uide ſi ex hoc dicto corruit mendacium tuũ.

31 Vides quod etiã Eccleſiæ Græcæ ſedi apoſtolicæ ſubiectæ fuerunt, quamuis à nonnullis id impudentiſſime negetur?

22 Tantæ hoſpitalitatis Gregorius in ipſo etiam patriarchio permanſit, ut exceptis his quos tam p diuerſas regiones, q̃ Romæ quoq; Longobardorum perfidię gladios fugientes, eccleſiaſtica ſtipe miſericorditer nutriebat, quotidie ad menſam ſuã peregrinos quoſlibet inuitaret. Inter quos die quadam unus acceſsit, in cuius manibus dum ipſe ex humilitatis miniſterio aquã fundere uellet. conuerſus urceum accepit, ſed repente eum in cuius manibus aquam fundere uoluerat inuenire non potuit. Cumq; hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte dominus ei per uiſionem dixit, Cæteris diebus me in mẽbris meis. heſterno autem die me in metipſo ſuſcepiſti.

23 Alio quoq; tempore idem Gregorius iuxta conſuetudinẽ ſuam præcepit ſacellario, ut duodecim peregrinos ad prandium inuitaret. Qui pergens, iuſſa cõpleuit eoſq; ad menſam pariter ordinauit. Dum autem ſimul diſcũberent, intuens papa tredecim numerauit. Et accerſito ſacellario, cur contra iuſsionem ſuam tertiumdecimum inuitare

præſumpſerat, inquiſiuit. Ille obſtupefactus conuiuantes peregrinos curioſius numerauit, & duodecim ſolos inueniens. ueluti ſecurus reſpondit. Crede mihi honorabilis pater, non ſunt niſi duodecim, ſicut ipſe iuſsiſti. Ergo dum conuictus ſæpius duodecim identidem numeraret, ac tertiumdecimum quem ſolus Papa uidere poterat non uideret, animaduertens ſpiritualis pater Gregorius uirum propius diſcumbentem, uultus crebro conuertere, & nunc adoleſcentem, nunc uero ſe uetulum ueneranda quadam canitie ſimulare, finito conuiuio. duodecim quidem abire permiſit. Tertiumdecimum uero manu ſuſcipiens. in cubiculum ſuum induxit, uehementer adiurans ut ei ſe nomenq; ſuum ſimpliciter prodere dignaretur. Qui reſpondens dixit. Et cur interrogas de nomine meo quod eſt mirabile? Verumtamen ſcito memoria recognoſcens, quia ego ſum naufragus ille qui quondam ueni ad te. quando ſcribebas in cella monaſterij tui ad cliueum ſcauri, cui dediſti duodecim nũmiſmata & argenteam ſcutellam quam tibi miſerat cũ infuſis leguminibus beata Siluia mater tua. Et hoc tibi pro certo ſit cognitum, quia ab illo die quo mihi hæc hilari animo tribuiſti, deſtinauit te dominus fieri præſulem ſanctæ ſuæ eccleſiæ, pro qua & proprium ſanguinem fudit, & eſſe te ſucceſſorem atque Vicarium apoſtolorum principis Petri, cuius & uirtutem imitatus es, cum ſubſtantias offerentium diuideret pro ut cuique opus erat. Hæc audiens Gregorius dixit. Et tu quomodo noſti quod tunc me dominus præeſſe ſanctæ ſuæ eccleſiæ deſtinarit? At ille inquit. Quoniam ego Angelus eius ſum, & tunc ab eo ad tuũ inquirendum propoſitum deſtinatus. Tunc Gregorius quia nõdum manifeſte uiderat Angelum, prorſus expauit. ſibiq; hunc taliter dicentem audiuit. Ne timeas neque formides. Ecce enim remiſit me dominus ut ſim tibi cuſtos q̃diu fueris in iſto mortali ſeculo, quatinus quamcunq; rem petieris, per me apud eum fiducialiter ualeas impetrare. Illico Gregorius in faciem ſuã corruit dicens. Si propter puſillum meæ paruitatis munuſculum tanta mihi retribuit omnipotentiſsimus dominus, ut & pontificem me ſanctę ſuæ eccleſiæ faceret. & cuſtodem mihi ſuum Angelum deputaret, quãta putem mihi reſtitui, ſi in præceptis eius totis uiribus ꝑmanens, plura ſtuduero de pluribus erogare?

14 Igitur incipiens tantum largior eſſe de collato temporali cõmodo. quantum certior de recipiendo pręmio ſempiterno. cunctorũ patrimoniorum prædiorumq; reditus ex Gelaſiano polyptycho cuius nimirum ſtudioſiſsimus uidebatur pediſſequus adhæraruit. Eorumq; penſionibus in auro argentoq; collatis omnibus ordinibus eccleſiaſticis, uel palatinis, monaſterijs, eccleſijs, cœmeterijs, diaconijs, xenodochijs, urbanis, uel ſuburbanis, quot ſolidi quater in anno diſtribuerentur, Paſcha ſcilicet, natali apoſtolorum, natali ſancti Andreæ, natali-

tioq; ſuo,per polyptychum quo hactenus erogantur indixit.

25 Extra quos primo dominicæ reſurrectionis diluculo. in baſilica quondam doctiſsimi papæ uigilij iuxta quam conſuetudinaliter habi tabat,ad impertiendum pacis oſculum reſident,cūctis epiſcopis,preſbyteris,diaconibus,alijsq; axiomaticis,aureos erogabat. Natalitio uero apoſtolorum uel ſuo, mixtos ſolidos offerens, peregrinis nihilominus ueſtimenta donabat.

26 Omnibus oīno Kalendis pauperibus generaliter eaſdem ſpecies quę congerebantur ex redditibus errogabat. Et ſuo tempore frumentum.ſuo uinum.ſuo caſeum.ſuo legumen.ſuo lardum.ſuo manducabilia animalia.ſuo piſces.uel oleū.pater familias domini.diſcretiſsime diuidebat. Pigmenta uero aliaq; delicatiora cōmertia primoribus honorabiliter offerebat.ita ut nihil aliud q̃ cōmunia quædam horrea cōmunis putaretur eccleſia.

27 Tribus milibus Ancillis Dei quas Gręci monaſtrias uocāt,quindecim libras auri pro lectiſternijs dedit. Eisq; pro cotidianis ſtipendijs octoginta libras annualiter conferebat. De quibus Theotiſto patricio ſcribens,Harum inquit talis uita eſt.atque in tantū lachrymis & abſtinentia diſtricta, ut credamus quia ſi ipſæ non eſſent, nullus noſtrum iam per tot annos in loco hoc ſubſiſtere inter longobardorum gladios potuiſſet.

28 Cotidianis quibuſque diebus per omnium regionum uicos uel compita.infirmis ſeu qualibet corporis parte debilibus, cocta ſtipēdia per cōſtitutos ueredarios emittebat. Verecundioribus uero anteq̃ ipſe cibum caperet. a menſa ſua benedictionis Apoſtolicæ hoſtiatim dirigere curabat ſcutellam. Ita ut neminem prorſus exciperet miſericordiſsimi beniuolentia prouiſoris, quem ad fidem traxerat omnipotentis cognitio creatoris.

29 Horum dum quendam pauperem in auguſtis andronarū receſſibus à ueſpillonibus inueniri mortuum contigiſſet,ęſtimans eum ſtipis inopia perijſſe. ita per aliquot dies ut dicitur a miſſarum celebratione uacando triſtatus eſt. tanq̃ ſi eum proprijs manibus quod dictu nefas eſt peremiſſet.

30 Extat uſq; hodie in ſacratiſsimo lateranēſis Palatij ſcrinio, huius confectum tēporibus chartaceū pręgrandę uolumen.in quo cōmunis ſexus cunctarū ętatum ac profeſſionū nomina.tam Romę q̃ per ſuburbana ciuitates ue uicinas nec non longinquas maritimę urbes degentium, cum ſuis cognominibus, temporibus & remunerationibus expreſſius continentur. Quorum ſummam ne uidelicet faſtidiatur,ego transferre diffugio,meiq; lectoris oculū ad illius uenerandi ſcrinij plenitudinem cuius ipſe pene in cunctis autoritatem papa largiente ſecutus ſum,retranſmitto.

Tomi quarti. Pars prima.

31 Præterea cum Arrianorum Baſilica in regione urbis huius quæ Suburra dicitur, clauſa uſque ad Gregorij Pontificatus tempora remanſiſſet placuit ei ut in fide catholica 32 introductis illuc beati Sebaſtiani & ſanctæ Agathæ martyrũ reliquijs dedicari debuiſſet, quod factum eſt. Nam cum magna populi multitudine Gregorius laudes canendo perueniens, Baſilicam præfatam ingreſſus eſt. Cumq; uenerabilis Pontifex iam miſſarum ſolemnia celebraret, ac propter eiuſdẽ loci anguſtias populi ſe turba comprimeret, quidam ex his qui extra ſacrarium ſtabant. porcum ſubito inter ſuos pedes huc illucq; diſcurrere ſenſerunt. Quem dum unuſquiſque ſentiret, & iuxta ſe ſtantibus indicaret, idem porcus eccleſiæ ianuas petijt, & omnes per quos tranſijt in admirationem conuertit. Sed uideri nihil potuit, q̃uis ſentiri potuiſſet. Quod idcirco diuina pietas oſtendit. ut cunctis pateſceret, quia ueniente cum 33 reliquijs ſanctorũ Gregorio, de loco eodẽ immundus habitator exiret.

32 Ex hoc loco habes quod dedicare tẽpla cum ſanctorum reliquijs antiquus mos eſt eccleſiæ.

33 Nota reliquias ſanctorum Dæmones inhabitantes eijcere.

32 Peracta igitur miſſarum celebratione. Papa cum plebe receſsit. Sed adhuc nocte eadem magnus in eiuſdem eccleſiæ tectis ſtrepitus factus eſt, acſi in ea aliquis errando diſcurreret. Sequenti autem nocte grauior ſonitus excreuit, cum ſubito tantus terror inſonuit, acſi omnis illa eccleſia a fundamentis fuiſſet euerſa. Et protinus receſsit, ac nulla illic ulterius inquietudo antiqui hoſtis apparuit. Sed per terroris ſonitum quem fecit, innotuit a loco quem diu tenuerat, quia per inuocationem Gregorij coactus exibat. Poſt paucos uero dies in magna ſerenitate aëris ſuper altare eiuſdẽ eccleſiæ nubes cœlitus deſcendit, ſuoq; illud uelamine operuit, omnemq; eccleſiam tanto terrore ac ſuauitate odoris impleuit, ut patentibus ianuis nullus illic præſumeret intrare. Et ſacerdos atque cuſtodes uel hi qui ad celebranda miſſarum ſolẽnia uenerant & rem uidebant, ingredi minime poterant, & ſuauitatem mirifici odoris trahebant. Die uero alia in ea 34 lampades ſine lumine ſunt accenſæ. Poſt paucos iterum dies cum expletis miſſarum ſolemnijs extinctis lampadibus cuſtos ex eadem eccleſia egreſſus fuiſſet. poſt paululum intrauit, & lampades quas extinxerat, lucẽtes repperit. Quas negligenter extinxiſſe ſe credidit, atque eas iam ſollicitus extinxit. Qui exiens eccleſiam clauſit. Sed poſt horarum trium ſpatium regreſſus, lucentes lampades quas extinxerat inuenit, ut uidelicet ex ipſo lumine aperte clareſceret. quia per beatũ Gregorium locus ille de tenebris ad lucem ueniſſet.

34 Si miraculoſe ut uides, lãpades hic ſunt accenſæ, quis ulterius reprehendere audeat earum in die accenſionem per eccleſias?

33 Sed cum ſanctus Gregorius pro cõuertendis Anglis Saxonibus quemadmodum in monachatu ſuo propoſuerat, aſsiduis cogitationũ fluctibus urgeretur, mox ubi eccleſiæ ſtatu compoſito. quartum ſui pontificatus annum intrauit. Auguſtinum cum alijs domus ſuæ monaſterij monachis in 35 Britanniam euangelizandi gratia deſtinauit.

35 Quod Gregorius Ro. Põtifex prædicatores ad conuertendos Anglos miſerit, indiciũ eſt ad eum omnium Eccleſiarum curam pertinere.

Qui ſuſceptæ peregrinationis poſt dies aliquot inerti tędio prægrauati.redire domum potiusq̃ barbaram,feram incredulamq; gentem. cuius nec linguam intelligerent adire decreuerunt. Nec mora Auguſtinum, quē eis epiſcopum conſecrandum ſi ab Anglis exciperentur, indixerat. Romam remittunt,ſummū præſulem deprecantes,ut tam laborioſam, tam incertam, tamq; periculoſam peregrinationem ſibi nuper impoſitam remoueret, & ad ſuos reuerti permitteret. Quibus ille reſcripſit dicens.

34 Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.ſeruis domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia melius fuerat bona non incipere q̃ ab his quæ cepta ſunt cogitatione retrorſum redire. Summo ſtudio dilectiſsimi filij oportet.ut opus bonum quod cępiſtis,auxiliante domino compleatis. Nec labor uos ergo itineris,nec maledicorum hominum linguæ deterreant,ſed omni inſtantia, omniq; feruore quæ inchoaſtis Deo autore peragite.Scientes ꝙ laborem magnum.maior æternæ 36 retributionis gloria conſequetur.Remeanti autem Auguſtino prępoſito ueſtro. quem & abbatem uobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite. Scientes hoc ueſtris animabus per omnia profuturum,quicquid a uobis fuerit in eius admonitione completum.Omnipotēs Deus ſua uos gratia protegat, & ueſtri laboris fructum in æterna me patria uidere concedat, quatenus etſi uobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inueniar.quia laborare ſcilicet uolo.

36
Vides quod pro operū bonorum laboribus, æternæ retributionis gloria redditur & Q&. ex parte diuinæ promiſsionis prouenit,et ex parte gratiæ ſpiritus sāctī laborum illorum operumq; radice.

35 His exhortationibus Auguſtinus cum fratribus roboratus, per Etherij arelatenſis uatis. perq; aliorum epiſcoporū Galliæ Regumq; quibus eos pijſsimus pater proprijs literis cōmendarat hoſpitia. Brittaniam petijt, & ad Ildebertum regē cantuariorum ueniens, Dei cooperante gratia,non ſolum licentiam pręedicandi.uerum etiam uictus & manſiones in ciuitate Dorienenſi quæ erat regni eius metropolis facile impetrauit. Ad quam Auguſtinus cum ſocijs prælata cruce. ſeu

37 Saluatoris imagine appropinquans.cecinit dicens, Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua. ut auferatur furor tuus & ira tua a ciuitate iſta & a domo ſancta tua,quādo peccauimus. Prędicantibus autem eis, & in nomine Ieſu miracula facientibus. crediderunt multi,& baptizati ſunt,mirantes innocentis uitæ ſimplicitatem,complectentesq; dulcedinem cœleſtis doctrinæ.

37
Ecce imaginū uſum antiquum in eccleſia, ſimiliter et ſignaculi ſalutiferæ Crucis.

36 Quapropter Auguſtinus Arelatem uenit.& ſecundū Gregorij iuſsionem ab Etherio epiſcopus 38 conſecratus, in Britanniam remeauit. Illicoq; per Laurentium presbyterum & Petrum monachū, Papæ Gregorio conuerſionē gentis Anglorum, ſeq; conſecratū innotuit,ſuggerēs ut ſibi mitteret plurimos uerbi miniſtros, eo ꝙ meſſem quidem multam haberet,operarios autem paucos.

38
Auguſtino ab Etherio Epō cōſecratus eſt quoniam ſemper Epiſcopum ab alio Epiſcopo cōſecrari mos fuit.

37 Quibus relationibus Gregorius i Chriſto lætificatus,miſit Au-

guſtino plurimos uerbi miniſtros, in quibus pręcipui erant. Mellitus Iuſtus. Paulinus. & Rufinianus. & per eos uniuerſa quæ ad cultum erant eccleſiæ neceſſaria, 39 uaſa uidelicet ſacra. & ueſtimenta altariu, ornamenta eccleſiaſtica. ueſtimenta clericalia. Apoſtolorum & multorum ſanctorum reliquias, & codices multos. Miſit ei & 40 pallium. iubens ut ſub metropoli ſua canticię duodecim epiſcopos ordinaret. Ad Lundoniam & Eburacam. ſingulos epiſcopos mitteret, qui ſub ſe duodecim nihilominus epiſcopos conſecrantes, pallium ab Apoſtolica ſede perciperent. Et poſt Auguſtini obitum ipſe inter eos primus haberi debuiſſet, qui prius conſecrari meruiſſet. Pręcepit quoque ut in Anglorum gente Idolorum fana non deſtrueret. ſed ſanctificatis 41 aquis reſperſa in baſilicas dedicaret. Et quia ſolebant Saxones in ſacrificio Dæmonum boues multos occidere, iuſſit ut in die dedicationis uel natalitijs ſanctorum martyrum quorum illic reliquiæ ponerentur, tabernacula ſibi circa eaſdem eccleſias quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arborum facerent, & religioſis conuiuijs ſolẽnitates debitas celebrarent. Et quia ſuper quibuſdam capitulis Auguſtinus eum interrogans. qualiter epiſcopus cum ſuis conuerſari deberet clericis requiſiuit. Doctor humillimus inter cętera ſic reſcripſit. Quia tua fraternitas monaſterij regulis erudita. ſeorſum uiuere non debet a clericis ſuis. In eccleſia Anglorum qua nuper ad fidem conuerſa eſt, hanc debet conuerſationem inſtituere. quæ in initio naſcentis eccleſiæ fuit patribus noſtris. In quibus nullus eorum ex his quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõmunia. Cum una fides ſit. cur ſuper miſſarum celebratione Gallicana eccleſia a Romana diſcordet. Auguſtino requirenti Gregorius ait. Nouit tua fraternitas Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet ut ſiue in Romana, ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicite eligas, & in Anglorum eccleſia quæ adhuc noua eſt ad fidem, inſtitutione præcipua quæ de multis eccleſijs cõlligere potuiſti infundas. Non enim pro locis res. ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſijs quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt eligas, & hæc quaſi in uaſculo collecta apud Anglorum menſam in conſuetudinem uertas. Interrogatus etiam quomodo ea quæ fures de eccleſijs abſtulerint reddere debeant, mitiſsimus pater, Abſit inquit ut eccleſia cum augmento recipiat. quod de terrenis rebus uidetur amittere, & lucra uana acquirere. Sane requiſitus ab eodem Auguſtino uſque ad quotam generationem fideles debeant copulari. Gregorius diſpenſatorie ſic reſcripſit. Quędam terrena lex in Romana republica permittit. ut ſiue frater & ſoror. ſeu duorum fratrum germanorum. uel duarũ ſororum filius & filia miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio

39
Si ſacra uaſa ad cultũ Eccleſiæ neceſſaria, altarium ornamenta, clericorumq; indumẽta, deo non placerent, nec illis grata eſſent, nequaquam hæc ſanctiſsimus pontifex in Angliam miſiſſet.

40
Ecce & pallij uſum antiquiſsimum in Eccleſia, quod per ſedẽ Apoſtolicam ſolis Archiepiſcopis ſemper tranſmitti mos fuit.

41
Ecce quomodo aqua benedicta etiã Eccleſiæ dedicantur.

iugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere, & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde neceſſe 42 eſt ut et iam tertia uel quarta generatione. generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat. Nã in ſecunda quam prædiximus, omnimodo debeat abſtinere.

42 *Vides prohibitionem contrahendi matrimonia inter conſanguineos & affines uſq; ad certũ gradum antiquam eſſe in Eccleſia, quod nunc ſcioli nonnulli reprehendunt. Et nota mirabile dictum quòd ex talibus coniugijs ſoboles non poteſt ſuccreſcere.*

38 Verum poſt multum tẽporis a Felice Meſſanæ Siciliæ præſule requiſitus utrum Auguſtino ſcripſiſſet ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime ſoluerentur. humilimus pater Gregorius inter cætera talem reddidit rationem. Quod ſcripſi Anglorum Auguſtino gentis epiſcopo, alumno uidelicet noſtro ut recordor de ſanguinis coniunctione ipſi & Anglorum genti quæ nuper ad fidẽ uenerat, ne a bono quod ceperat metuendo auſteriora recederet, ſpecialiter & non generaliter cæteris me ſcripſiſſe cognoſcas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas teſtis exiſtit. Nec ea intentione hæc illis ſcriptis mandaui, ut poſtq̃ firma radice in fide fuerint ſolidati. ſi infra propriam conſanguinitatem inuenti fuerint, non ſeparentur, aut infra affinitatis lineam ideſt uſque ad ſeptimam generationem iungantur. Sed adhuc illos neophytos exiſtentes ſæpiſsime eos prius illicita docere & uerbis ac exemplis inſtruere. Et quæ poſt de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apoſtolum qui ait, Lac uobis potum dedi non eſcam, Iſta illis modo non poſteris ut præfixum eſt, temporibus tenenda indulſimus. Ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat exureretur, ſed aliquantulum firmaretur, & uſque ad perfectionem cuſtodiretur. Hæc ego idcirco perſtringenda curaui, ut hi qui occaſione nouæ diſpenſationis illicita matrimonia contrahunt, eruditiſsimum Papam Gregorium non regulariter quartæ generationis copulam cenſuiſſe. Immo uenialiter ſimulq; temporaliter permiſiſſe cognoſcant. Cuius nimirum præcibus Deus omnipotens tantam Auguſtino eiuſq; ſocijs faciendorum ſignorum contulit gratiam, ut uerbum uitæ quod ore prędicabant, ſignorũ efficacia confirmarent. Vnde factum eſt ut paucis elabentibus annis, etiam cæteri Saxones ad Chriſti Domini fidem per diſcipulos eius accederent.

39 De cuius gentis conuerſione ſimulque miraculorum prodigijs quę ibidem fiebant, ita Gregorius in libris Moralibus perhibet dicens, Ecce lingua Britanniæ quæ nihil aliud nouerat quàm barbarum frendere, iamdudum in Dei laudibus Hebræa cœpit uerba ſonare. Ecce quondã tumidus iã ſubſtratus, ſanctorũ pedibus ſeruit oceanus. Eiuſq; barbaros motus quos terreni principes edomare ferro nequiuerãt, hos pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus uerbis ligant. Et qui cateruas pugnantium infidelis nequaq̃ metuerat, iam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cęleſtibus uerbis, clareſcentibus quoq; miraculis. uirtus ei diuinæ cognitionis infunditur.

eiuſdem diuinitatis terrore refrenatur. ut praue agere metuat, ac totis deſiderijs ad æternitatis gratiam uenire concupiſcat. Eulogio quoque patriarchæ Alexandrino de doctrina ſuæ eccleſiæ. coñuerſione hæreticorum. concordiaq; fidelium plauſibilia referenti. Gregorius ita reſcripſit. Quoniã in bonis quę agitis. ſcio ꝙ & alijs congaudetis, ueſtræ quoque gratiæ uicem reddo. Quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc uſque remaneret. Ex ueſtræ mihi orationis adiutorio placuit. ut ad eam monaſterij mei monachum tranſmittere Deo autore debuiſſem. Qui data a me licentia à Germaniarum epiſcopis epiſcopus factus. cum eorum quoque ſolatijs ad prædictam gentem in finem mundi perductus eſt. Et iam nunc de eius ſalute & opere ad nos ſcripta peruenerunt. quia tantis miraculis uel ipſe uel hi qui cum eo tranſmiſsi ſunt, in gente eadem corruſcant, ut Apoſtolorũ uirtutes. in ſignis quæ exhibent imitari uideantur. In ſolemnitate autẽ dominicæ Natiuitatis quæ prima indictione tranſacta eſt, pluſquã decem milia Angli ab eodem nunciati ſunt fratre & coepo noſtro baptizati. Quod idcirco narraui. ut cognoſcatis quid in Alexandrino populo loquẽdo & quod in mundi finibus agitis orando. Veſtræ enim orationes ſunt in eo loco ubi non eſtis, quarum operationes ſanctæ monſtrantur in eo loco ubi eſtis.

40 Nihilominus eidem Auguſtino pro eiſdem miraculis inter alia ſcribit inquiens. Scio quia omnipotẽs Deus per dilectionem tuam in gente quam eligi uoluit. magna miracula oſtendit. Vnde neceſſe eſt ut de eodem dono cœleſti, & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. Gaudeas uidelicet, quia Anglorũ animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur. Pertimeſcas uero. ne inter ſigna quæ fiunt. infirmus animus in ſui præſumptione ſe eleuet ut unde foras per honorem tollitur. inde per inanem gloriam intus cadat.

41 Quæ autem de Gregorij miraculis penes eaſdem Anglorum eccleſias uulgo leguntur, omittenda non arbitror. ne ſtudioſi lectoris animus aut defraudaſſe ſe peruicaciter. aut negligenter prȩteriſſe me cognitionem congruam ſuſpicetur. Matrona quædam beato Gregorio per ſtationes publicas Miſſarum ſolemnia celebranti ſolitas oblationes obtulerat. Cui poſt myſteria traditurus. cũ diceret, Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet animam tuam. laſciua ſubriſit. Ille continuo dextram ab eius ore conuertens, partẽ illam Dominici corporis ſuper altare depoſuit. Expletis uero miſſarum ſolemnijs. Matronam coram populo inquiſiuit, quamobrem corpus Dominicũ ſumptura ridere præſumpſerit. At illa diu muſsitans. tandem prorupit. Quia panem inquiens quem proprijs manibus me feciſſe cognoueram, tu corpus Dominicum perhibebas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris, cum tota plebe ſe in orationem proſtrauit. Et poſt

paululum ſurgens, 41 particulam panis quam ſuper altare poſuerat, carnem factam repperit. Quam coram cunctis incredulæ Matronæ demonſtrans, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quàm totum populum confirmare curauit. Rurſus itaque in orationem cum eiſdem proſtratus carnis fruſtum in panis primordia reformauit.

41 Quid dicis ad hæc tu heretica, qui ſicut hæc matrona, uerum Chriſti corpus i ſacra Euchariſtia contineri negas?

42 Alio quoq; tempore uir Dei. Gregorius miraculum penè huic ſimile perpetrauit. Nam cũ petentibus quibuſdam occidentalibus per legatos in ſingulis pyxidibus ſub nominibus petitorꝫ martyrum bran deum ſolito more cõcludens deſuper ſigillaſſet. legatis largitus eſt. Illi ſuſceptas reliquias ueneratione congrua deferentes, poſtq̃ quædã itineris miliaria conſumpſerunt, ſtulte ſe tantum uiaticum confeciſſe murmurare ceperunt, ſi neſciant utrum ſanctorum oſſa, an magis carnes a Romano pontifice ſuſcepiſſent. Itaque cõmuni conſilio remoto pontificali ſignaculo reſeratisq; pyxidibus particulas brandei repperérunt. Mox ad urbis mœnia cũ furore nimio reuertentes, per Archidiaconem a Gregorio ſe deluſos fuiſſe. ut pro reliquijs uilem pannum ſuſciperent, flebiliter querebantur, dicentes dominos ſuos pulcherrimis pallijs abundare. ac per hoc Romanorũ uilibus brandeis non egere. Forte tunc Gregorius Miſſarum ſolemnia celebrabat. Quibus expletis ab eiſdem legatis brandeum coram cunctis recipiens ſuper altare compoſuit, ſeq; cum omnibus in orationem dedit. ut Deus omnipotens utrum quod a liminibus Apoſtolorum de more tranſmiſſum eſt. pro reliquijs martyrum 44 uenerari deberet. quantotius indicaret. Deinde ab oratione ſurgens. incredulos legatos propius a ſtare fecit. Cultellum petijt. more ſanctiſsimi papæ Leonis brandeum pupugit. de cuius punctionibus ſanguis protinus emanauit. Quo miraculo tam legati confuſi, q̃ omnes qui aderant tremefacti. iuſſu Gregorij cũ eo terræ proſtrati ſunt. Nec antea ab oratione ceſſauerunt, q̃ cuncta brandeorum foramina diuinitus clauderentur.

44 Habes hic reliquias martyrũ uenerandas eſſe.

45 Quidam prȩterea diuitum Romanorũ relicta coniuge. fuerat a Romano pontifice .B. cõmunione priuatus. Quod ille moleſtiſsime ferens. & autoritatem tanti pontificis euacuare non prȩualens. magorum ſuffragia requiſiuit. qui magnis muneribus perſuaſi poſſe ſe ſuis carminibus agere. ut immiſſo dȩmone, tamdiu caballus pontificis uexaretur, quouſq; cum ſeſſore ſuo periclitaretur, fiducialiter promiſerunt. Hac inceſtus iudex pollicitatione lȩtatus. Magos iuxta uiam per quam Pontifex ad ſtationem profecturus erat, in ȩdito ſtare permiſit. ut uidere tranſeuntes, non uideri a tranſeuntibus poſſent. Cũq; Magi ex planetatorũ mappulatorumq; proceſsionibus magnũ Pontificem cognouiſſent, immiſſo Dȩmone tam fortiter eius equum uexari fecerunt. ut nunq̃ à ſeſſore ſiue a ſtratoribus teneri poſſe putare-

.B. Ecce quomodo ꝓpter grauia delicta sãcti patres homines communione priuabant, ſicut & modo fit.

tur. Tunc Gregorius reuelante ſpiritu ſancto, Dęmoniacam ĩmiſsionem cognoſcens, facto 45 crucis ſignaculo, tam Caballum a pręſenti rabie liberauit, quam maleficos ex latenti culmine iubens deponere, perpetua cęcitate multauit. Quos reatum ſuum ſuggeſtione inceſti iudicis confitentes, ac poſtmodum ad ſacri baptiſmatis gratiam uenientes luminibus quidem ne magiam relegerent, reddere noluit, eos tantum eccleſiaſtica ſtipe nutriri præcepit.

45 Vide grande miraculum uirtute ſignaculi ſalutiferæ Crucis.

44 Legitur etiam penes eaſdem Anglorũ eccleſias, quod Gregorius per Forum Traiani, quod ipſe quondam pulcherrimis ędificijs uenuſtarat procedens, iudicij eius quo uiduam conſolatus fuerat, recordatus atque memoratus ſit. Quod ſcilicet ſicut a prioribus traditur, ita ſe habet. Quodam tempore Traiano ad imminentis belli procinctum uehementiſsime feſtinanti, uidua quędam proceſsit flebiliter dicens. Filius meus innocens te regnãte peremptus eſt. Obſecro ut quia eum mihi reddere non uales ſanguinem eius digneris legaliter uindicare. Cumq; Traianus ſi ſanus reuerteretur a prælio, hunc ſe uindicaturum per omnia reſponderet. Vidua dixit. Si tu in prelio mortuus fueris, quis mihi præſtabitur. Traianus reſpondit. Ille qui poſt me imperabit. Vidua dixit. Et quid tibi proderit, ſi alter mihi iuſtitiam fecerit? Traianus reſpondit. Vtique nihil. Et uidua. Nonne inquit melius tibi eſt, ut tu mihi iuſtitiam facias, & pro hoc mercedem tuã accipias, quã alteri hanc tranſmittas? Tunc Traianus ratione pariter pietateq; cõmotus, equo deſcendit, nec ante diſceſsit, quam iudicium uiduæ per ſemet imminens profligaret. Huius ergo manſuetudinem iudicis aſſerunt Gregorium recordatum, ad ſancti Petri Apoſtoli baſilicam perueniſſe, ibique tamdiu ſuper errore tam clementiſsimi principis defleuiſſe, quouſque reſponſum ſequenti nocte cœpiſſet ſe pro Traiano fuiſſe auditum, tantum .C. pro nullo ulterius pagano præces effunderet. Sed cum de ſuperioribus miraculis Romanorum ſit nemo qui dubitet, de hoc quod apud Saxones legitur, huius præcibus Traiani animam ab inferni cruciatibus liberatam, ob id uel maxime dubitari uidetur, quod tantus doctor nequaquam præſumeret pro pagano prorſus orare, qui quarto dialogorum ſuorum libro docuerit, eandem cauſam eſſe cur non oretur a ſanctis in futuro iudicio pro peccatoribus ęterno igne damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt ut non orent ſancti homines pro hominibus infidelibus impijsq; defunctis. Non aduertentes quia non legitur pro Traiano Gregorium exoraſſe, ſed tantũ fleuiſſe. Sic enim cum non orauerit. Gregorius, plangendo potuit exaudiri, ſicuti cum Moyſes dolendo taceret, potuit, clamaſſe uideri. Cui Dominus tacenti labijs, quid clamas inquit ad me? Nimirum Deus omnipotens corda reneſq; ſcrutatur, & frequenter ea miſertus concedit, quę homo quamuis ut carnalis deſideret, ea tamen petere non præſumit. Vnde pſalmiſta,

.C. Pro ueritate huius miraculi quod totus Oriens atq; Occidens teſtatur, Lege Ioannem Damaſcenũ grauiſsimum authorem in ſermone, Defunctos iuuorum beneficijs iuuari.

miſta, Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, Et deſideria cordis eorum exaudiuit auris tua. Et notandum, quia non legitur Gregorij precibus Traiani anima ab inferno liberata & in paradiſo repoſita quod omnino incredibile uideretur, propter illud quod ſcriptum eſt, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum, ſed ſimpliciter dicitur ab inferni ſolummodo cruciatibus liberata, quod uidelicet poteſt uideri credibile. Quippe cum ita ualeat anima in inferno exiſtere, & inferni cruciatus per Dei miſericordiam non ſentire, ſicuti unus gehennæ ignis ualet omnes peccatores pariter detinere, ſed per Dei iuſtitiam cunctis æqualiter non ualet exurere. Nam uniuſcuiuſque quantum meruit culpa, iuſto Dei iudicio, tantum ſentietur & pœna.

45 Nihilominus ex libro qui à Græcis λειμών dicitur, à Latinis uero intelligitur campus uel pratū, præceptor meus inter alia toto orbe diffamata iam miracula, interpretatus eſt mihi ſcribens. Enarrauit nobis presbyter nomine Petrus, de ſancto Gregorio papa Romano. Illinc enim erat reuerentiſsimus hic presbyter. Is inquit effectus papa ædificauit monaſterium uirorum magnum, & dedit mandatū ut nullus monachorum proprium aliquid haberet uſque ad unum obolum. Frater ergo de Monaſterio habebat fratrem ſecularem, & poſtulauit eum dicens. Caſulam non habeo, ſed fac charitatem, eme mihi. Dicit ei ſecularis frater. Ecce tria nūmiſmata, ſuſcipiens compara qualis tibi placet. Acceptis itaque Monachus tribus nūmiſmatibus habebat ea apud ſe. Alius autem frater uidens eum habentem tria nūmiſmata, pergens nunciauit Abbati. Abbas uero audiens, retulit beatiſsimo papæ. Beatiſsimus autem Gregorius diſcens hoc ab Abbate, ſegregauit eum à cōmunione tanquam eum qui ſoluerat regulam monaſterij. Igitur poſt modicū temporis, moritur frater ſegregatus neſciente papa. Poſt duos ergo aut tres dies, pergens Abbas nunciauit ei quia frater requieuit. In hoc itaque non mediocriter triſtatus eſt, quia antequam exiret de hac uita non ſoluit eum ab excōmunicationis epitono. Et ſcribens orationem in pictatio dedit uni Diaconorum ſuorum iubens ei ire, & ſuper fratrem eam legi. Erat autem oratio ſoluens ab excōmunicatione defunctum. Vadit ergo diaconus ſicut præceptum ei fuerat, & ſuper tumulum fratris legit pictatium habens orationem. Et ipſa nocte uidit Abbas fratrem illum defunctum, & dixit ei. Nō es mortuus frater? Ille reſpōdit, etiam. Et iterum interrogat eum Abbas. Vbi eras uſque hodie? Reſpondit frater. Vere Domine in cuſtodia, & uſq; heri non 46 ſum abſolutus. Notum itaque factum eſt omnibus quia in hora qua Diaconus orationem dixit ſuper ſepulchrum, in ea hora abſolutus eſt ab excommunicatione, & liberata eſt à damnatione anima eius.

46 *Vides quod aliquis abſoluitur ab excōmunicatione etiam poſt mortem, & talis abſolutio ei prodeſt?*

46 Igitur Gregorius non ſolum Saxones in proprijs ſedibus cōmanentes Chriſto domino dedicauit. uerum etiam pueros eorū per exteras regiones diffuſos. ſuis pretijs comparans annualiter, ad cognitionē fidei deducebat. Vnde Candidum presbyterum cōmonet dicens, Pergens auxiliante domino noſtro Ieſu Chriſto ad patrimonium quod eſt in Gallijs gubernandum. uolumus ut dilectio tua,ex ſolidis quos acceperit,ueſtimenta pauperum,uel pueros Anglos qui ſint ab annis decem & ſeptem uel decem & octo,ut in monaſterijs dati Deo,perficiant comparet. Quatenus ſolidi Galliarum qui in terra noſtra expēdi non poſſunt, apud locum proprium utiliter expendantur. Siquid uero de pecunijs redituum quæ dicuntur ablatę recipere potueris:ex his quoque ueſtimenta pauperum comparare te uolumus. uel ſicut præfati ſumus, pueros qui in omnipotentis Dei ſeruitio proficiant. Sed quia pagani ſunt qui illic inueniri poſſunt.uolo ut cum eis presbyter tranſmittatur. nequid ægritudinis contingat in uia. Vt quos morituros conſpexerit, debeat baptizare.

47 Sardiniæ quoque ruſticos mitiſsimus rector Gregorius in errore uetuſtatis adeo permanere condoluit. ut Ianuarium Caralitanum epiſcopum pro negligentijs increpando, inter cætera ſcribit. Accidit aliud ualde lugendum, quia ipſos ruſticos quos habet eccleſia, nunc uſque in infidelitate remanere negligentia fraternitatis ueſtræ permiſit. Et quid uos admoneo ut ad Dominum extraneos adducatis,qui ueſtros corrigere ab infidelitate negligitis? Vnde neceſſe eſt uos p omnia in eorum conuerſione uigilare. Nam ſi cuiuſlibet epiſcopi in Sardinia inſula paganum ruſticum inuenire potuero,in eodē epiſcopo fortiter uindicabo. Iam uero ſi ruſticus tantæ fuerit perfidiæ & obſtinationis inuentus. ut ad Deum uenire minime conſentiat. tanto penſionis onere grauandus eſt, ut ipſa exactionis ſuæ pęna. compellatur ad rectitudinem feſtinare.

48 Quod cum Gregorius fructuoſe ſimulq; ſalubriter in Sardinię ruſticos proceſsiſſe cognoſceret, etiam in Iudæos patrimoniorū ſuorum ruſticos non diſsimiliter eſt conatus extendere. Vnde Cypriano diacono ſcribit dicens. Peruenit ad me eſſe Hebræos in poſſeſsionibus ueſtris qui conuerti ad Dominū nullatenus uolunt. Sed uidetur mihi ut per omnes poſſeſsiones in quibus Hebræi eſſe noſcuntur, epiſtolas tranſmittere debeas. eis ex me ſpecialiter promittens,quod quicunq; ad uerum Deum & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex eis conuerſus fuerit,onus penſionis eius ex aliqua parte inminuetur. Quod ita quoque fieri uolo ut ſi quis ex eis conuerſus fuerit, ſi ſolidum penſionis habet. tremiſsis ei relaxari debeat. Si tres uel quatuor,unus ſolidus relaxetur. Si quid amplius,iam iuxta eundem modum debet relaxatio fieri,uel certe iuxta quod dilectio tua præuiderit,ut & ei qui cō-

uertitur onus releuetur,& eccleſiaſtica utilitas nõ graui diſpendio prematur. Nec hoc inutiliter facimus, ſi pro leuandis penſionis oneribus eos ad Chriſti gratiam perducamus. Quia & ſi ipſi minus fideliter ueniunt. hi tamen qui de eis nati fuerint. iam fidelius baptizantur. Aut ipſos ergo,aut filios eorũ lucrabimur. Et ideo non eſt graue quicquid de penſione pro Chriſto dimittimus.

49 Enimuero tam leuigationibus dationum,ꝗ̃ promiſsionibus Regni cœlorum Iudęi per diuerſa loca ad Chriſtum quem patres eorũ negauerunt uenire ceperunt. Quibus cum ſalute animæ, ueſtimenta quoque baptizandis habilia conferebat. Vnde Fantino defenſori, Domina inquit abbatiſſa monaſterij ſancti Stephani quod in Agrigentino eſt territorio conſtitutum,indicante comperimus,multos Iudæorum ad Chriſtianam fidem diuina gratia inſpirante uelle cõuerti. Sed eſſe neceſſarium, ut aliquis illuc ex noſtro mandato debeat proficiſci. Proinde huius tibi autoritatis tenore præcipimus, ut omni excuſatione ſummota,ad prædictum locum pergere,& deſiderium eorum tuis Deo propitio adhortationibus adiuuare feſtines. Quibus tamen ſi longum uel triſte uidetur ſolemnitatem ſuſtinere paſchalem,& eos nunc ad baptiſma feſtinare cognoſcis, ne quod abſit,longa dilatio eorum retro poſsit animos reuocare, cum epiſcopo loci ipſius loquere, 47 ut pęnitentia ac abſtinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, .C. aut ſi celeberrima feſtiuitas fortaſsis occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia protegente baptizet. Quia & temporis qualitas propter eam quæ ſibi imminet, damnationem impellit, ut deſideria eorum nulla debeant dilatione differri. Quoſcunque uero ex eis pauperes & ad ueſtem ſibi emendam non ſufficere poſſe cognoſcis, te eis ueſtem quam ad baptiſma 48 habeant comparare uolumus ac præbere,in quibus pretiũ quod dederis tuis noueris rationibus imputandum. Si uero ſanctum paſcha elegerint expectare,item cũ epiſcopo loquere,ut modo quidem catechumini fiant,atque ad eos frequenter accedat,geratq; ſollicitudinem,& animos eorum admonitione ſuę adhortationis accendat. Vt quanto quæ expectatur elongatur feſtiuitas, tanto ſe præparare & eam deſiderio feruenti debeant ſuſtinere. Item Petro epiſcopo Corſicæ, inter alia tranſmiſimus ait, Fraternitati tuæ quinquaginta ſolidos, ad ueſtimenta eorum qui baptizandi ſunt comparanda.

47 Ecce quõ baptizandi per multos dies ante pœnitentia & abſtinentia preparabãtur.

.C. Vides quod ultra diẽ dominicũ antiqui patres etiam alia feſta celebrabant.

48 Baptizandi etiam noua ueſte induebãtur.

50 Nihilominus pro Arrianorum paruulis fidei catholicæ ſociandis, Gregorius paſtoralis curæ ſollicitudinem prorſus extendit. Quapropter uniuerſis epiſcopis Italiæ ſcribens ait, Quoniam nefandiſsimus Autarith in hac quæ nuper exempta eſt 49 paſchali feſtiuitate, Longobardorũ filios in fide catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum diuina maieſtas extinxit, ut ſolemnitatem Paſcæ ulterius

49 Paſchalis ſolennitas antiquiſsima in Eccleſia.

non uideret, ueſtram fraternitatem decet cunctos per loca ueſtra Longobardos admonere, ut quia grauis mortalitas imminet, eoſdem filios ſuos in Arriana hæreſi baptizatos, ad catholicã fidem concilient, quatenus iram ſuper eos Dei omnipotentis placent. Item proiectitio epiſcopo Narnienſi. Peruenit ad nos peccatis imminentibus, in ciuitate ueſtra mortalitatem omnino graſſari, quę res nos nimis addixit. Quã obrem ſalutantes fraternitatem ueſtram inſtantiſsime ſuademus, ut à Longobardorum ſiue Romanorum qui in eodem loco degunt, admonitione nulla ratione ceſſetis, & maxime à gentilium & hęreticorum, ut ad ueram rectamq; fidem catholicam conuertantur. Sic enim aut diuina miſericordia pro ſua forſan eis conuerſione & in hac uita ſubueniet, aut ſi eos migrare contigerit à ſuis quod & magis optandum eſt, tranſient facinoribus abſoluti.

51 Igitur prudentiſsimus pater familias Chriſti Gregorius ſingulis diaconijs uel xenodochijs, uiros idoneos deputauit. Quos etiam ut ſecurius, immo ſagatius in opere pietatis ac miſericordię laborarent huiuſmodi priuilegijs muniendos eſſe decreuit. Licet eos qui pia intentione ſollicitudinis curã debilibus ac egenis impendunt, ſua apud omnes ualeat tueri deuotio. melius tamen eſt ſi pro quiete ſua de his fuerint muniti quæ geſſerint, ne inde eis inquietudinis occaſio unde magis laudandi ſunt, oriatur. Quia igitur te uirum religioſum intentionis tuæ ſtudio prouocati, menſis pauperum exhibendę diaconię elegimus pręponendum, ne qua tibi ex hac naſcatur adminiſtratione dubietas, hac te munitione proſpeximus fulciendum. Conſtituentes ut de hoc quod ad menſas pauperum uel diaconiæ exhibitionem pręcepiſti, ſiue ſubinde pręceperis, erogandum nulli unquã hominum quolibet modo ſeu ingenio cogaris ponere rationem, uel aliquam debeas moleſtiam ſuſtinere. Sed quia humanis te ita omnibus eſſe uolumus rationibus abſolutum, ut Deo noſtro de his quæ tibi cõmiſimus, rationem te noueris poſiturum, hortamur ut fidei in te ſynceritas uigeat, ſit mens in rebus intentior, cura propenſior, ſtudium uigilantius, deuotio clarior, exhibitio efficatior. Quatenus dum diuino intus auxilio, hoc opus ſolerter impleueris, & illi pro quibus ſollicitudinem geris, ſtudij tui ſolatio utiliter conſolentur, & tu 50 mercedis tuæ bonum in æterna uita redemptoris noſtri gratia cõpenſante recipias.

50 *Tu qui negas fideles propter diuinorũ præceptorum obſeruationẽ mereri uitã æternam, uide ſi contrarium docet hic ſanctiſsimus Gregorius.*

52 Hęc quidẽ Gregorius intra uel extra urbem ſtudio pietatis exercuit. Cæterum Probum religioſum Abbatem cum multis pecunijs Hieroſolymam deſtinauit, cuius inſtantia uenerabile xenodochium conſtituit. Et tam ibi quam in monte Sina penes Arabiam, Dei famulis ſub regimine Paladij cõſtitutis, cotidiani uictus & ueſtimenti copiam quamdiu uiuere potuit annualiter mittere procurauit.

53 Nihilominus per diuerſas prouincias pro cuſtodia ſacræ religionis

nis rebusq; pauperum ſtrenue gubernandis, eccleſiæ ſuæ uiros induſtrios rectores patrimoniorum aſciuit. In quibus & Cyprianum diaconum patrimonij Siculi. Pantaleonem notarium Syracuſani. Fantinum defenſorem Panormitani. Sergium defenſorem Calabritani. Romanum notarium Apuli. Benenatum defenſorem Samnitici. Anthemium ſubdiaconem Neapolitani. Petrum ſubdiaconem Campani. Candidum defenſorem Tuſci. Vrbicum defenſorem Sabini. Optatū defenſorem Nurſini. Benedictum defenſorem Carſeolani. Fęlicē ſubdiaconē Appiæ. Caſtoriū cartulariū Rauēnatis. Caſtorium notarium Hyſtriani. Antonium ſubdiaconem Dalmatini. Ioannem notarium Hylliriaciani. Symmachum defenſorem Sardiniæ. Bonifacium notarium Corſicani. Pantaleonem notarium Liguriæ. Hieronymum defenſorem Alpium cottiarum. Hilarium notarium Germaniciani. Et candidum presbyterum Gallicani. Hæc autem prudentiſsimus pater Gregorius non ſolum in Romana, ſed & per diuerſas eccleſias perpetualiter obſeruanda cenſebat. Vnde Ianuario Caralitano epiſcopo inter cætera ſcribit dicens, Indicatum nobis eſt ꝙ laicis quibuſdam curā ueſtri patrimonij cōmittentes, poſtmodum in ruſticorum ueſtrorum deprædationibus atque per hoc ex fatigationibus fuerint deprehenſi. Quod ſi ita eſt, diſtricte à uobis diſcuti conuenit, atque inter eos eccleſiæq; ueſtræ ruſticos, cauſam examinari ſubtilius ut quicquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pęna legibus ſtatuta reddere compellantur. De cætero uero cauendum à fraternitate ueſtra eſt, ne ſecularibus uiris, atque non ſub regula ueſtra degentibus, cuiuſlibet res eccleſię cōmittantur, ſed probatis de ueſtro officio clericis, in quibus ſi quid reperiri poterit prauitatis, ut in ſubditis emendare quod illicite geſtum fuerit ualeatis. Quos uidelicet apud uos habitus ſui officium magis conueniat ꝙ excuſet.

54 Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq; perſonis ſingillatim cōmitti debere dicebat, aſſerens qa ſicut in uno corpore multa habemus membra, omnia autem membra non eundem actum habent, Ita in eccleſiæ corpore ſecundum ueridicam Pauli ſententiam, in uno eodemq; ſpiritu alij conferendum eſt hoc officium, alij cōmittendum eſt illud. Neque uni quantumlibet exercitatæ perſonæ uno tempore duarum rerum officia committenda. Quia ſi totum corpus oculus ubi auditus? Sicut enim uarietas membrorum per diuerſa officia & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repreſentat, ita uarietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem & uenuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio. ita nimirum noxium ſimulq; turpiſsimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem nō fuerint diſtributa. Hinc eſt quod qui-

buſdam ambitioſis ſicut in ſuis literis quas ego ſtudio breuitatis omiſi, poterit inueniri, moderationis frena frequenter impoſuit. Vnde Athemio ſubdiacono pro Paſcaſio epiſcopo qui ſemetipſum ſibimet maior domus & uice dominus permanebat, inter cætera precipit dicens, Volumus autem ut frater noſter Paſcaſius, & uicedominum ſibi ordinet, & maiorem domus. Quatenus poſsit uel hoſpitibus ſuperuenientibus, uel cauſis quæ ueniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si uero uel negligentem eum proſpicis, uel ea quę dicimus implere differentem, omnis clerus eius adhiberi debet, ut cõmuni conſilio ipſi eligant. quorum perſonę ad ea quæ prędiximus ualeant ordinari. Item Rauennatibus clericis ad monaſteriorum regimina importune tendentibus restitit. Ioanni Rauennati epiſcopo ſcribens. Peruenit ad me quod in eccleſijs fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monaſterijs cõſecrata nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta ſint. Dumq; hi qui ſunt in eccleſijs, fingunt ſe religioſe uiuere, monaſterijs præponi appetunt, & per eorum uitam monaſteria deſtruuntur. Nemo etenim poteſt, & eccleſiaſticis obſequijs deſeruire, & in monachica regula ordinate perſiſtere, ut ipſe diſtrictionem monaſterij teneat, qui quotidie in miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc quolibet in loco factum eſt emẽdare feſtinet. Quia ego nullo modo patior, ut loca ſacra per clericorum ambitum deſtruantur. Itẽ Mariniano epiſcopo Rauennæ. Dudum ad nos multorum relatione peruenerat, monaſterio in Rauennatibus partibus conſtituta, omnino clericorum ueſtrorum dominio prægrauari. ita ut occaſione quaſi regiminis, & quod dici graue eſt, uelut in proprietate poſsideant. Quibus non modicum condolentes, deceſſori uero literas miſimus, ut hoc emẽdare per omnia debuiſſet. Sed quoniam uitæ eſt termino citius pręoccupatus, ne hoc onus monaſterio remaneret, fraternitati ueſtrę eadem nos ſcripſiſſe recolimus. Et quia ut comperimus, in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hæc ad uos iterum præuidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo. ut omni mora omniq; excuſatione ſummota. ita monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis clerici uel hi qui in ſacro ſunt ordine conſtituti, ob aliud habeant niſi orandi tantũmodo cauſa accedendi licentiam, aut ſi forte ad peragenda ſacra miſſarum fuerint inuitari myſteria, ſed ne uel per cuiuſlibet monachi aut Abbatis promotionem onus aliquod fortaſſe ſuſtineant, ſtudendum nobis eſt, ut ſi quiſpiam Abbatum aut Monachorũ ex quocunq; monaſterio ad clericatus officium uel ordinem ſacrum acceſſerit, non illic aliquam habeat ut diximus, ulterius poteſtatem. Ne monaſteria huius occaſionis uelamine, ea quę prohibemus ſuſtinere onera compellantur. Hæc itaq; omnia uigilanti cura emendare, iam ſecundo cõmonita ſanctitas ueſtra non differat.

Ne ſi poſt hæc negligentes uos eſſe quod non credimus, ſenſerimus, aliter monaſteriorum quieti proſpicere compellamur. Nam notum uobis ſit, quia tantæ neceſsitati ſeruorum Dei congregationẽ amplius ſubiacere non patimur. Item Maximiano epiſcopo Syracuſano. Poſt aliqua presbyteros, diaconos cæteroſq; cuiuſlibet ordinis clericos qui eccleſijs quoquo modo militant Abbates fieri per Monaſteria nõ permittas. Sed aut amiſſa clericatus militia, monachicis proueha ntur ordinibus, aut ſi in Abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nulla tenus permittantur haberẽ militiam. Satis enim incongruum eſt, ſi cũ unum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſsit explere, ad utrunq; iudicetur idoneus. Sicq; inuicem & eccleſiaſticus ordo uitę monachicæ, & eccleſiaſticis utilitatibus regula monachatus ĩpediat.

55 Qualiter ſanè Gregorius per procuratores eccleſiaſticorum patrimoniorum uelut Argus quidam luminoſiſsimus per totius mundi latitudinem ſuę paſtoralis ſollicitudinis oculos circumtulerit, non ab re forſitan duxerim perſtringendũ. Ait enim in epiſtola Anthemio ſubdiacono. Diſcedenti mandauimus tibi, & poſtmodum præceptis diſcurrentibus iniunxiſſe me memini, ut curam pauperum gereres, & ſi quos illic egere cognoſceres, ſcriptis recurrentibus indicares, & uix de paucis hæc facere curaſti. Volo autem ut domnæ Patriarchiæ meę mox ut præſentem iuſsionem ſuſceperis, offeras ad calceamenta pueroꝝ ſolidos quadraginta, & tritici modios quadringẽtos. Domnæ Palatinæ relictę Vrbici ſolidos uiginti, & tritici modios trecentos. Domnæ Viuianæ relictę Fęlicis, ſolidos uiginti, & tritici modios trecentos. Qui omnes ſimul octoginta ſolidi in tuis rationibus imputentur. Summã uero penſionis ſub feſtinatione tranſmittẽ, & ad Paſchalem diem domino auxiliante occurrito. Item eidem. Inſinuatum nobis eſt Ancillas Dei quaſdam Nolanæ ciuitatis in aboridana domo cõmanentes, nimiam uictus ueſtituſq; penuriam ſuſtinere. Quibus ex præcepto Dei ſubuenire nos conuenit, & inopiam earum quantum poſſumus donante domino ſubleuare. Propterea experientiæ tuę pręſenti iuſsione mandamus, ut de hac præſenti nona indictione quadraginta in auro eis ſolidos dare debeas, & deinceps ſuccedẽtibus indictionibus annuatim uiginti ſolidos miniſtrare, qui tuis poſsint rationibus imputari. Præterea Paulino presbytero Monaſterij ſancti Eraſmi quod in latere montis Seraptim ſitum eſt, ſed & duobus monachis in oratione ſancti Archangeli ſeruientibus quod in callano caſtro iuxta ſancti Petri baſilicam eſſe dignoſcitur, binos te tantummodo ſolidos dare pręcipimus. Qui & ipſi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac, ut impenſæ mercedis tu quoque participium ſociaris. Item eidem. Si in proximorum neceſsitatibus habita cõpaſsione benigna mente cõcurrimus in noſtris proculdubio petitionibus clementem dominum

reperimus. Palatina ſiquidem illuſtris fęmina, continua hoſtilitate inſinuauit ſe plurimis neceſsitatibus ſubiacere. Propterea experientiæ tuæ pręſenti autoritate præcipimus, ut ei pro ſuſtētatione eius annuos triginta ſolidos dare non differat. Qui tuis poſsint poſtmodum rationibus imputari. Ita ergo fac, ut & tu bene miniſtrante cōmodum mercedis ſuſcipias, & ueſtra ad effectum præcepta perducas. Item Petro ſubdiacono. Inſinuatum nobis eſt Marcellum Barruntitanæ eccleſiæ ibidem in ciuitate Panormitana in Monaſterio ſancti Adriani in pęnitentiam deputatum, non ſolum uictus neceſsitatem pati, ſed & nuditatis nimiam ſuſtinere moleſtiam. Pro qua re neceſſe habemus ſtrenuitati tuæ præſenti iuſsione præcipere, ut ipſi pro uictu ac ueſtimento ſtratoq; ad continentiam pueroq; eius, annonam quantum proſpexeris ſatis eſſe cōſtituas, ut inopia nuditasq; eius tali prouidentia poſſint habere cōſultum. Et ea quæ eidem uiro deputaueris, tuis poſtmodum poſsint rationibus imputari. Ita ergo fac, ut & noſtram iuſsionē impleas, & tu quoque hoc ipſum bene diſponendo, hac ipſa poſsis participari mercede. Item eidem. Monaſterium ſancti Archangeli fratres quod in tropeis eſt conſtitutū, indicante præſentium portitore, uictus habere neceſsitatem didicimus. Ideoq; experientia tua diligenter inuigilet, & ſi eiuſdem loci monachos bene ſe tractare cognoueris, in quibus eos neceſsitatem habere manifeſta ueritate patuerit, eis ſubuenire hac autoritate ſuffultus modis omnibus feſtinabis. Sciturus tuis eſſe rationibus quicquid noſtra pręceptione prębueris imputandum. Sed & terrulam eccleſiæ noſtrę uicinam ſibi, quam ſolidum unum & tremiſſes duos penſatam aſſerunt, ſi ita eſt, libellario nomine ad ſummā tremiſsis unius habere concede. Studij ergo tui ſit, hæc omnia ita complere, ſi ſicut diximus, eius monachi in Dei ſeruitio ſicut decet, ſolertes pſtiterint. Item eidem. Diuina præcepta nos admonent diligere proximos tamq̃ noſmetipſos, & cum hac eos præcipiamur charitate diligere, quanto magis debemus his in ſubſidijs neceſsitatum carnalium ſubuenire, ut eorum anguſtias ſi non ex omnibus, ſaltem aliquibus ſuſtentaculis ſubleuemus. Quoniam ergo filimo uel uiri digniſsimi perſonā non ſolum amiſsione uiſus, ſed etiam inopia uictus egeſtatem pati cognoſcimus, neceſſarium duximus in quantum poſsibilitas ſuppetit, ei præbere conſultum. Propterea experientiæ tuę præſenti iuſsione pręcipimus, ut annis ſingulis uigintiquatuor modios tritici, fabæ quoque modios duodecim, & uini decimatas uiginti pro ſuſtentatione uitę debeat miniſtrare. Quod tuis poſtmodum poſsit rationibus imputari. Ita ergo fac, ut præſentium lator nullas de percipiendis domini donis moras ſuſtineat, & tu in die domini bene diſpenſatæ mercedis poſsis particeps inueniri. Item.

Gregorius Cypriano diacono. Coſmas ex uarijs periculorum ne-

ceſſitatibus multis ſe dicit debitis obligatum, ita ut pro eis a creditoribus ſuis ſuos dicat filios detineri. Quæ res ſi ita eſt, nos omnino cōmouet. Quamobrem hortamur dilectionem tuam, ut quia de rebus pauperum dandis agitur, cauſam eius cum ſumma ſubtilitate perquiras. Et ſi inueneris eum prædictis debitis ueraciter ita inuolutum, ut non ſit ſubſtātia unde poſſit hæc ipſa perſoluere, prædictos creditores eius uideas, & propter recolligendos filios eius, quanta cognoueris quantitate componas. Et quia ipſe ſicut dicit non habet unde reſtituat, de rebus pauperū ex præſenti noſtra autoritate perſolue. Sciens quicquid illic te prouidente datū fuerit, patrimonij noſtri penſionibus eſſe reputandum. Item eidem. Zeno frater & coepiſcopus noſter quoſdam in ciuitate ſua alimoniorum neceſſitatē innotuit ſuſtinere. Quibus quoniam ut poſſibile eſt aliquod ferre deſideramus conſultum, idcirco dilectionem tuam antedicto fratri noſtro mille modios tritici, aut ſi plus leuare potuerit, uſque ad duomilia, ſcriptis te dare pręſentibus deputamus. Hortamur ergo, ut in his præbẽdis, nullam moram aut excuſationem adducas. Quatinus dum tempus ſinit, & hic cum Dei adiutorio ſine periculo ad propria remeare, & citius neceſſitatem ualeat patientibus ſubuenire. Item.

Gregorius Euſebio religioſo Abbati. Credat mihi charitas tua, quia ualde contriſtatus ſum de triſtitia tua, & cętera. Propterea centum ſolidos per Petrum ſubdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos peto ut abſque iniuria ſuſcipiat. Item.

Gregorius Candido defenſori. Neceſſitatē patientibus pontificale conuenit adeſſe ſubſidium. Pro qua re experientiæ tuę præſenti autoritate præcipimus, quatenus Albino priuato luminibus, filio quondam Martini coloni, ſingulis annis duos tremiſſes ſine aliqua dilatione præſtare non deſinat. Non dubitatura ſuis hoc ſine dubio rationibus imputari. Item.

Gregorius Fantino defenſori. Lator præſentium Coſmas ſyrus in negotio quod agebat, debitū ſe contraxiſſe perhibuit. Quod & multis alijs & lachrymis eius atteſtantibus, uerum eſſe credimus. Et quia centum quinquaginta ſolidos debebat uolui ut creditores illius cum eo aliquid paciſcerentur. Quoniam & lex habet, ut homo liber nullatenus pro debito teneatur, ſi res defuerint quæ poſſint eidem debito addici. Creditores ergo ſuos ut aſſerit, ad octoginta ſolidos conſentire poſſibile eſt. Sed quia multum eſt ut a nihil habente homine octoginta ſolidos petant. Sexaginta tibi ſolidos per notarium tuum tranſmiſimus, ut tu cum eiſdem creditoribus ſubtiliter loquaris, & rationem reddas, quia filium eius quẽm tenere dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt. Et ſi poteſt fieri aliquid minus quàm nos dedimus, condeſcendant, & quicquid de eiſdem ſexaginta

ſolidis remanſerit, ipſi trade, ut cum filio ſuo exinde uiuere ualeat. Si autem nil remanet, uel ad eandem ſummam eius debitum incidere ſtude ut poſsit ſibi libere poſtmodū laborare. Hoc tamen ſolerter age, ut acceptis ſolidis ei plenariam munitionē ſcripto conficiant. Itē.

Gregorius Caſtorio diacono, & cartulario Rauennę, inter cętera. Valerianum monachum quē emendatum in monaſterio beati Ioannis in claſſe poſito tradidiſti. in eo eū monaſterio uolumus ſine dubio permanere. Preterea ne quā neceſsitatem in expenſis tua experientia patiatur. de reditibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ qui illic te prouidente aggregati ſunt. omnes expenſas tuas te facere uolumus. Et ſi quid ſuper fuerit, nobis cum ueneris defer. Item.

Gregorius Romano defenſori. Diuinorum nos admonent eloquia præceptorum, neceſsitatem patientibus eccleſiaſticum præberę ſubſidium. Quia ergo dilectiſsimus filius noſter Cyprianus diaconus Gaudioſum defenſorem ſedis noſtræ qui ſyracuſis degere comprobatur, paupertatis aſſerit inopia conſtringi. idcirco experientiæ tuæ præſenti autoritate mandamus. ut a prēſenti ſecunda indictione, ſex ſolidos annis ſingulis ei dare non differas. Vt & ille huius remedij ſolatio potiatur & tu quod dederis, tuis ſine dubio noueris rationibus imputandum. Item.

Gregorius Libertino expratori. Quanta uos ſeculi huius premat anguſtia, incognitum non habemus. Sed quia in ſumma tribulatione poſitis ſola eſt conſolatio miſericordia creatoris, in eum ſpem ueſtram ponite. ad ipſum tota uos mente conuertite. Qui & iuſte quem uult permittit affligi, & confidentem in ſe miſericorditer liberabit. Ipſi ergo gratias agite. & patienter quæcunque illata ſunt ſuſtinete. Nam rectæ mentis eſt, Deum non ſolum in proſperis benedicere, ſed etiam in aduerſitatibus collaudare. In his igitur quę patimini, nullum contra Deum murmur cordi ueſtro ſubrepat. Quia ad quid hoc creator noſter operetur ignotum eſt. Forſitan enim magnifice fili aliquid illum in proſperis poſitus offendiſti, unde te clementi amaritudine uult purgari. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio. nec rerum damna diſcrucient. Quia ſi in aduerſis gratias referens, Deum tibi patientia feceris eſſe placabilem. & quæ amiſſa ſunt multiplicata reddentur. & ſuper hæc gaudia æterna præſtabuntur. Peto autem ne iniurioſum ducatis quod uiginti annos ueſtitus ad pueros ueſtros per Romanum defenſorem ſcripſimus præberi. Quia de beati Petri Apoſtoli rebus q̄uis parua ſint quæ offerantur, ꝓ magna ſemper benedictione ſuſcipienda ſunt. Quoniā & hic uobis ualebit maiora impendere, & apud omnipotentem Deum beneficia æterna præſtare. Item.

Gregorius Philippo epiſcopo. Suſcepi epiſtolas dilectionis tuæ in quibus mihi innoteſcere curaſti. quod uir uenerabilis Andreas preſ-

byter de hac luce migrauerit. De cuius ereptione gauiſus ſum, quia ad ea quę ſemper expetijt, gaudia æterna peruenit. De ſolidis uero qui pro faciendo xenodochio a filio noſtro Probo Abbate Hieroſolymis relicti ſunt, hoc quod deliberatum fuerat ut fieri debuiſſet, immutare non potui, ſed benedictionem paruulam. ſanctitati ueſtræ quinquaginta ſolidos tranſmiſi.

56 Longum eſt nimiſq; difficile. Si eleemoſynarum eius ſaltem huiuſmodi proſequar actiones. Hoc breuiter aſſero, quia & non petentibus ultro diſtribuit & omnibus ſibi petentibus hilariter miniſtrauit. Vnde Helię presbytero & Abbati prouinciæ Iſauriæ, Euangelia inquit ſicut mandaſtis tranſmiſimus. Et poſt pauca. Solidos autem uobis uoluiſtis per neceſsitatibus cellæ quinquagintá tranſmitti. Quod multum eſſe æſtimantes, ex eis nobis decem donaſtis. ut quadraginta mitteremus. ſed ne forſitan uel hoc graue eſſet, alios decem nobis ex eis adhuc dignati eſtis Largiri. Sed quia uos ualde incontinentia ueſtra benignos inuenimus, eidem benignitati uice ſimili reſpondentes, quinquaginta tranſmiſimus. Et ne forſitan minus eſſent. alios decem ſup addidimus. Ne uero & hoc adhuc minus eſſet. alios duodecim iungi fecimus. In hoc autem cognoſcimus charitatem ueſtram, quia de nobis ita pręſumitis ſicut uos pręſumere debetis.

57 Item idem Iuliano. Gloriæ ueſtræ ſcripta ſuſcipiens. Legenda lætus aperui, ſed triſtis perlecta replicaui. In eis quippe dicebatur ꝙ pudoris cauſa fuerit. mihi uos ea quę dicenda erant tempore longo tacuiſſe. Et certũ eſt, quia minus amatur qui adhuc erubeſcitur. Abſque modo contriſtatus ſum, quia me a uobis comperi minus ꝙ̃ æſtimaueram amari. In hoc autem ualde me continetis. Si mercedis cauſas mihi aſsidue prouidendas ſtudioſe requiritis. Nec debet eſſe uerecundiæ ei aliquid de eleemoſynis importune dicere. quem conſtat non res ſuas, ſed ad diſpenſandum res pauperum habere. De cauſis itaq; mercedis apud epiſcopum libere agere debuiſtis. etiam ſi meum animum qualis in amore ueſtro exiſteret neſciretis. Poſtquam & nos omnino gloriam ueſtram diligimus, & diſpenſationis locum in rebus ſicut ſcitis, pauperum tenemus, ueſtra fateor, uerecundia ualde accuſabilis fuit. Quam ideo tot uerbis increpando inſequor, ut hanc a corde ueſtro funditus repellam, & in mercedis cauſis magnum ſolatium ueſtræ prouiſionis habeam. Monaſterio itaque ueſtro quod a uobis in Catinenſi urbe conſtructum eſt. per Adrianum notarium & rectorẽ patrimonij emiſſa præcepti pagina. decem annuos ſolidos dare deputauimus. Quos petimus ſine iniuria ſuſcipi. quia nõ hoc uobis noſtra oblatio. ſed ſancti Petri Apoſtoloꝝ principis benedictio offert.

58 Sane quia ſunt nonnulli qui ea quidem quæ habent tribuunt, ſed aliena quæ non habent, rapere non deſiſtunt. Et dum ualde uideri

munifici appetunt.uiolenter ab habentibus auferunt.quæ quaſi miſericorditer non habentibus largiantur. Duas hic Gregorij epiſtolas inſero,quibus liberalitatis eius ĩnocentia mirabiliter doceatur. Ait enim in epiſtola Pantaleoni notario. Experientia tua quod uel quale apud

51 *Nota ſacratiſsimum corpus beati Petri Apoſtoli.*

51 ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli iuſiurandum præbuerit memor eſt. Vnde nos quoque ſecuri ei diſcuſsionis cauſas in patrimonia partis ſyracuſanæ cõmiſimus. Oportet ergo te fidem tuam, & eiuſdem beati Petri Apoſtoli timorem ſemper ante oculos habere, atque ita agere.ut neque ab hominibus in præſenti uita,neque ab omnipotenti Deo in extremo iudicio ualeas reprehẽdi. Salerio ſiquidem cartulario noſtro narrante cognouimus. quia modium eum quo coloni eccleſiæ frumenta dare compellebantur, Vigintiquinque ſextariorum inueneris, quod omnimodo execrati ſumus, atque eandẽ diſcuſſionis cauſam te tarde feciſſe doluimus. Quia uero eundem modium te fregiſſe,& iuſtum feciſſe cõmemoras.gauiſi ſumus. Sed quia prædictus cartularius ſummam quoque nobis indicare ſtuduit,quę de fraudibus conductorum apud experientiam tuam iam de duobus territorijs eſt collecta,ſicut te ſtudioſe feciſſe fracto iniuſto modio gaudemus quia de futuro nobis proderit. ita etiam de peccatis præteritis cogitamus. ne ſi ea quæ fraudulenter conductores a ruſticis abſtulerunt, ad nos perueniunt, ſi peccata quæ ab ipſis perpetrata ſunt ad nos trahantur. Et ideo uolumus cum omni fide omnique puritate conſiderato timore omnipotentis domini.reducta ad memoriam diſtrictione beati Petri Apoſtoli. per unamquamq; maſſam colonos pauperes & indigentes experientiam tuã deſcribere. atque ex eis pecunijs quæ in fraudibus ſunt inuente.uaccas.oues.porcoſq; comparare. & ſingulis colonis pauperioribus ea diſtribuere. Quod facere te cum conſilio uiri reuerentiſsimi Ioannis epiſcopi atque Adriani cartularij & rectoris uolumus. Si autem neceſſe propter conſilium fuerit. etiam filius meus domnus Iulianus debet adhiberi. ita ut nullus alius hoc cognoſcat.ſed omnino ſecretum ſit. Vos igitur apud uos pertractate.utrum in auro, an certe in pecunijs eiſdem colonis pauperibus dari eadem continentia debeat. Quicquid ueſtro cõmuniter ſteterit,prius diſcriptionem ſicut prædixi facito.& poſtmodum ſingulis iuxta qualitatem ſua paupertatis diſtribuere ſtude. Ego enim ſicut Magiſter gentium teſtatur. habeo omnia,& abundo,nec pecunias,ſed mercedem quæro. Ita ergo age ut in die iudicij de eadem cauſa mercedis quæ experientiæ tuæ cõmiſſa eſt.mihi fructum quem feceris oſtendas. Quod ſi pure ac fideliter & ſtrenue egeris.& hic illum in filijs tuis recipies.& poſtmodum diſtributionem plenariam in æterni iudicij examine habebis. Item idem Petro ſubdiacono. Quod reſponſalem tuum tarde dimiſimus,

52 *Paſchalis feſtiuitas ſemper obſeruata.*

52 Paſchalis feſtiuitatis occupationibus implicati, cum relaxare

citius

citius minime ualuimus. Cauſas uero in quibus iudicandum curaſti, omnes ſubtiliter perquirentes. qualiter diſpoſuerimus inferius agnoſces. Cognouimus ruſticos eccleſiæ uehementer in frumentorum prętijs aggrauari ita ut inſtituta ſumma eis in comparatione abundantiæ tempore non ſeruetur. Et uolumus ut iuxta prętia publica omni tempore, ſiue minus ſiue amplius frumenta naſcantur. in eis cōparationis menſura teneatur. Frumenta autē quę naufragio pereunt. per omnia uolumus reputari. Ita tamen ut a te negligentia ad tranſmittendū minime fiat. Ne dum tranſmittendi tempus negligitur. damnum ex uitio ueſtro generetur. Valde autem iniuſtum & iniquum eſſe perſpeximus. ut a ruſticis eccleſię de ſextariaticis aliquid accipiatur. & ad maiorem modium dare compellantur. quam in horreis eccleſiæ infertur. Vnde pręſenti admonitione pręcipimus, ut pluſq; decē & octo ſextariorum modio nunq; a ruſticis eccleſię frumenta debeant accipi, niſi forte ſiquid eſt quod nautę iuxta conſuetudinē ſuper accipiunt, quod minui ipſi in manibus atteſtatur. Cognouimus etiam in aliquibus eccleſiæ maſsis, exactionem ualde iniuſtiſsimam fieri, ita ut ad ſeptuagenu urnas & ſemis quod dici nefas eſt, conductores exigantur. Et ad hnc neque hoc ſufficit, ſed inſuper aliquid ex uſu iam multorum annorum exigi dicuntur. Quam rem omnimodo deteſtamur, & amputari de patrimonio funditus uolumus. Sed tua experientia ſiue in hoc q̄ per libram amplius. ſiue in alijs minutis oneribus & quod ultra rationis æquitatem à ruſticis accipitur penſe. & omnia in ſummam penſionis redigat & pro ut uires ruſticorum portant, penſionē integram & penſatam ad ſeptuaginta uiri lagenas perſoluant. Et neque ſiliquas extra libras. neque libram maiorem exigere debeant. ſed per æſtimationem tuam pro ut uirtus ſufficit. in ſummam penſionis creſcat, & ſic turpis exactio nequaquam fiat. Ne ueſtro poſt obitum meum. hæc ipſa onera quę ſuper penſum illata ſubtraximus. & in capite penſionis fecimus creſcere. iterum in quolibet addantur, & inueniatur ſumma pēſionis augeri, & onera adiectionis inſuper ruſtici ſoluere compellantur. Volumus ut ſecuritatis libellos ita de penſionibus facias. quatenus imprimas dicēs tantam unumquēq; penſionē debere perſoluere, inibi abiectis ſiliquis oleribus uel grauaticis. Quod autē ex his minutij in uſum rectoris accedebat. uolo ut hoc ex p̄ſenti iuſsione noſtra ex ſumma penſionis in uſu tuo ueniat. Ante omnia hoc te uolumus ſollicite attendere, ne iniuſta pondera in exigendis penſionibus ponantur. Sed ſi qua talia inueneris, frange, & noua & recta conſtitue. Quia & filius meus ſeruus Dei diaconus iam talia inuenit quæ ipſi diſplicerent, ſed licentiam hac immutare non habuit. Super iuxta ergo pondera præter excepta & uillicilia nihil aliud

uolumus a colonis eccleſiæ exigi. Præterea cognouimus quod prima illatio burdationis ruſticos noſtros uehemẽter anguſtet. ita ut priuſq̃ labores ſuos uenundare ualeant, cõpellantur tributa perſoluere. Quæ dum de ſuo unde dare non habent, abactionarijs publicis mutua accipiunt, & grauia cõmoda ex eodẽ beneficio perſoluunt. Ex qua re fit, ut diſpendijs grauibus coanguſtentur. Vnde præſenti admonitione præcipimus, ut pluſq̃ decem & octo ſextariorum nunq̃ exigatur, & omne quod mutuũ pro eadem cauſa ab extraneis accipere poterant, a tua experientia in publico detur, & a ruſticis eccleſiæ paulatim ut habuerint accipiatur. Ne dum in tempore coanguſtantur quod eis poſtmodum ſufficere inſerendo poterat. prius cõpulſi uilius uendant, & hoc eis minime ſufficiat. Peruenit etiam ad nos quod de nuptijs ruſticorum immoderata cõmoda percipiantur. De quibus præcipimus ut omne cõmodum nuptiarum unius ſolidi ſummam nullatenus excedat. Si qui ſunt pauperes, etiam minus dare debent. Si qui autem diuites. præfati ſolidi ſummã nullatenus tranſgrediantur, quod nuptiale commodum nullatenus uolumus in noſtra ratione redigi, ſed utilitati conductorum proficere. Cognouimus etiam ꝙ quibuſdam conductoribus morientibus, parentes ſui non permittuntur ſuccedere. ſed res eorum ad uſus eccleſię pertrahitur. De qua re diffinimus, ut parentes morientium qui in poſſeſsione eccleſiæ degunt, hæredes ei ſuccedere debeant, nec aliquid de ſubſtantia morientium ſubtrahatur. Si uero filios paruulos aliquis reliquerit, quouſque ad ætatem talem ueniant ut ſubſtantiam ſuam regere ualeant, perſonæ eligantur cautæ quibus parentum eorum res tradi debeant ad cuſtodiendum. Cognouimus etiam, ꝙ ſi quis ex familia culpam fecerit, non in ipſo, ſed in eius ſubſtantia uindicatur. De qua re præcipimus ut quiſquis culpam fecerit in ipſo quidem ut dignum eſt uindicetur, a cõmodo autem eius omnimodo abſtineatur. Niſi forte paruum aliquid quod in uſum exſecutoris qui ad eũ tranſmiſſus fuerit proficere poſsit. Cognouimus etiam quia quotiens conductor aliquid à colono ſuo iniuſte abſtulerit, hoc quidẽ a conductore exigitur, ſed non redditur ei a quo ablatum eſt. De qua re præcipimus ut quicquid uiolenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipſi reſtituatur cui ablatum eſt. & utilitati noſtræ non proficiat, ne nos ipſi autores uiolẽtiæ eſſe uideamur. Præterea uolumus ut ſi quando eos qui ſunt in obſequio experientiæ tuæ in aliquibus cauſis quæ ſunt extra patrimonium tranſmittis, parua quidem ex eis commoda accipiant. ſed tamen ita ut in eorum utilitate proficiant ut nulla ſibi exinde lucri commoda ſub ſpecie noſtræ utilitatis requirant, quia nos ſacculum eccleſiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari. Iubemus etiã ut hoc experientia tua ſummopere cuſtodiat. ut per cõmodum conductores in maſſis eccleſiæ nunq̃ fiant. Ne dum cõmodum quæritur,

conductores frequenter immutentur. Ex qua mutatione quid aliud agitur, niſi ut eccleſiaſtica prædia nunquam colantur? ſed & ipſa etiam libellatica pro ut ſumma penſionis fuerit moderentur. Res, cellas, & cellaria non plus de maſſis eccleſiæ te accipere uolumus. niſi quantum conſuetudo eſt. Tua autẽ quæ comparari iuſsimus. ab extraneis comparentur. Peruenit autem ad nos tres libras auri Petro conductori de ſubpattriana iniuſte ablatas. De qua cauſa Fantinum defenſorem ſubtiliter require. Et ſi manifeſte iniuſte & incõpetenter ablatæ ſunt. ſine aliqua tarditate reſtitue. Cognouimus etiam ruſticos burdationẽ quam iam ab eis exactam Theodoſius minime perſoluerat. iterũ dediſſe, ita ut in duplo exacti ſint. Quod ideo factum eſt, quia eius ſubſtantia ad debitum eccleſiæ nõ ſufficiebat. Sed quoniam a filio noſtro ſeruo Dei diacono edocti ſumus. quod ex rebus ſubſtantiæ eius poſſit hoc ipſum damnum ſufficienter reſarciri, uolumus quingentos ſeptẽ ſolidos eiſdem ruſticis ſine aliqua imminutione reſtitui. ne in duplo uideantur exacti. Si autem ſupra damnum ruſticorum etiam quadraginta ſolidi de rebus Theodoſij remanent quos & apud te diceris habere. uolumus ut filiæ eius reddantur ut res ſuas quas in pignore dederat recipere debeat. cui etiã buciola patris ſui reſtitui uolumus. Campanianus glorioſus magiſter militum. duodecim ſolidos annuos Ioãni notario ſuo reliquerat. ex maſſa uarroniana. Quos dare, te annis ſingulis ſine aliqua diminutione præcipimus. Nepti Eupli conductoris, quæ uis omne mobile eiuſdem Eupli perceperit exceptis dumtaxat ſolidis, dare etiam de ſolidis illius te uolumus ſolidos uigintiquinq;. Suppoſitorium aliquod argẽteum pro uno ſolido dicitur eſſe appoſitum. & calix pro ſex ſolidis dicitur eſſe appoſitus. Interrogato Dominico ſecretario, uel alijs qui ſcire poſſunt, debitum recipe, & uaſcula præfata reſtitue. Agimus autem gratias ſollicitudini tuæ quia de cauſa fratris mei præcepi tibi. ut argentum illius tranſmittere debuiſſes, & ſic obliuioni mandaſti, acſi tibi aliquid ab extremo mancipio tuo diceretur. Quod iam uel modo non experientia ſed negligentia tua ſtudeat implere, uel quicquid eius apud Antoninum fuiſſe cognoueris, ſub omni uelocitate retranſmitte. De cauſa ſalpingi Iudæi epiſtola aliqua eſt inuenta. quam tibi fecimus tranſmitti, ut eam relegẽs & ſubtiliter cauſam eius uel uiduæ cuiuſdam quæ in eodem negotio dicitur impli cata cognoſcens, de quinquaginta uno ſolidis qui reddiberi noſcuntur ſicut iuſtum tibi uiſum fuerit, reſponſum facias. Ita ut res alienæ iniuſtæ nullo modo a creditarijs defraudentur. Antonini medietas legati ſui data eſt, medietas redimetur. Quam medietatem ex cõmuni ſubſtantia eis uolumus adimpleri, & non ſolum eis, ſed etiam defenſoribus & peregrinis quibus legati titulo aliquid dereliquit, & familiæ legatum perſolui uolumus, quod tamen ad nos pertinet. Collecta ergo

ratione, pro noſtra parte, ideſt pro nouem uncijs perſolue. De ſolidis eccleſiæ Canuſine nolumus ut aliquid clericis eiuſdē eccleſiæ largiaris. quatenus & hi qui nunc inopiam patiuntur, ſuſtentationem aliquam habeant, & ſi illic uoluerit Deus ordinare epiſcopū, habeat unde ſubſiſtat. De lapſis ſacerdotib⁹ uel quolibet ex clero obſeruare te uolumus, ut in rebus eorū nulla contaminatione miſcearis. Sed pauperrima regularia monaſteria require, quæ ſecundum Deum uiuere ſciunt, & in eiſdem monaſterijs ad pęnitentiam lapſos trade, & res lapſorum in eo loco proficiant in quo agere pœnitentiam traduntur. Quatenus ipſi ex rebus eorum ſubſidium habeant qui de correctione eorum ſollicitudinem gerunt ſi ueſtro parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur. Ita ut eorum ſtipendium qui in pœnitentiam dati fuerint, ſufficienter debeat procurari. Si qui ueſtro ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes uel leuitæ, uel monachi, uel clerici, uel quilibet alij lapſi fuerint, dari eos in pęnitentiam uolumus. ſed res eorum eccleſiaſtico uiri non ſubtrahi. Ad uſum tamen ſuum accipiant unde ad pęnitendum ſubſiſtant. Ne ſi nudentur locis, in quibus dati fuerint, oneroſi ſint. Si qui parentes in poſſeſſione habēt, ipſis res eorum tradendę ſunt, ut ab ipſis iura eccleſiæ conſeruentur. Ante triennium ſubdiaconi omnium eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut 53 more Romanæ eccleſiæ ſuis uxoribus nullatenus miſcerentur. Quod mihi durum atque incompetens uidetur, ut qui uſum eiuſdē continentię non inuenit. neq; caſtitatem ante propoſuit, compellatur a ſuá uxore ſeparari, atque per hoc quod abſit, deterius cadat. Vnde uidetur mihi ut a præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, ut nullum facere ſubdiaconum præſumant, niſi qui ſe uicturum caſte promiſerit. Quatenus & pręterita quæ propoſito mentis appetita non ſunt uiolenter non exigantur, & futura caute caueantur. Qui uero poſt eandem prohibitionem quæ ante triennium facta eſt continenter cum ſuis coniugibus uixerunt, laudandi atque remunerandi ſunt, ut in bono ſuo propoſito permaneant exhortandi. 54 Eos autem qui poſt prohibitionem factam ſe a ſuis uxoribus continere noluerunt. peruenire ad ſacrum ordinem nolumus, quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Liberato negociatori qui ſe eccleſiæ commendauit, qui habitat in maſſa cinciana annuam continentiam a te uolumus fieri. Cuius continentiæ ſummam ipſe ęſtima qualis eſſe debeat. ut renunciata nobis in tuis poſſit rationibus imputari. De præſenti uero indictione iam a filio noſtro ſeruo Dei diacono percepi, quòd Fantinum defenſorem Ioannes quidam monachus moriens in ſex uncias hæredem dimiſit. Cui hoc quidem quod dimiſſum eſt trade, ſed conteſtare eum ut hoc facere ulterius non pręſumat. Sed pro labore ſuo ſtatue quod accipiat,

53
Quod durum uiſum ſit Gregorio Subdiaconos non commiſceri uxoribus quas habebant, non fuit quia mos Romanæ Eccleſiæ ei diſpliceret, ſed quia non fuerat Epiſcopis intimatum id quod ipſe nunc præcipit intimari, uidelicet quod de cætero nullū auderent ſubdiaconū facere, niſi qui ſe uicturum caſte promitteret. Ante quod præceptum iniuſte uidebantur ſubdiaconos ad caſtitatem ſeruandam arctari, quā non fuerant in promotione profeſſi.

54
Iſta ſiquidē ſemper fuit Occidentalis Eccleſiæ conſuetudo, ut nullus ad ſacerdotiū promoueretur, niſi prius habita coniugi renunciaret, & illa pariter profiteretur uelle ſe in cōtinentia uiuere. Quod in Orientali quoque Eccleſia factum quandoque, ſed non ſemper legimus.

ut ei

ut ei ſuus labor uacuus eſſe non debeat. Et hoc meminerit, ut qui eccleſiæ ſtipendijs ſubſiſtit, ad lucra propria non anhelet. Siquid uero ſine peccato & ſine appetitu concupiſcentiæ per eos qui cauſas eccleſiæ agunt, ad eccleſiam uenerit, dignū eſt ut ipſi uacui ex labore ſuo eſſe non debeant, ſed noſtro ſeruetur iudicio qualiter debeant remunerari. De argento Ruſticiani cauſam ſubtiliter require, & quod tibi iuſtum uidetur exequere. Alexandrum uirum magnificum admone, ut cauſam ſuam cum ſancta eccleſia dicere debeat. Quod ſi facere forte neglexerit, eandem cauſam cum timore Dei honeſtate ſeruata, ut potes exequere. In qua re etiam largiri te aliquid uolumus, & ſi poteſt fieri, quod alijs dandum eſt, ipſi relaxetur. dummodo cauſam quā nobiſcū habent peragat. Donationem ancillæ Dei quæ lapſa eſt, & in monaſterio præfato data, omni poſtpoſita tarditate reſtitue. Quatenus ipſe locus ut ſuperius dixi, rerum eius ſtipendia habeat, qui eius ſollicitudinis labores portat. Sed & quicquid ab alijs ex eius ſubſtantia tenetur re collige, & monaſterio trade. Penſiones Xenodochij de uia noua quantas mihi indicaſti, quia apud te habes, nobis dirige. Actionario autem quem in eodem patrimonio deputaſti, pro ut tibi uidetur ei aliquid elargire. De ancilla Dei quæ cum Theodoſio fuit, Extranea nomine, uidetur mihi ut ei continentiam facias, ſi utile conſpicis, aut certe donationem quam fecit reddas. Domum monaſterij quam Antoninus datis triginta ſolidis à monaſterio tulerat, receptis ſolidis omni poſtpoſita tarditate reſtitue. Amulas onychinas requiſita ſubtiliter ueritate reſtitue. quas per portitorem præſentium retranſmiſi. Saturninum ſi uacat, & occupatus apud te non eſt, ad nos dirige. Fęlix conductor domnæ campanæ. quem liberum reliquerat atque eſſe indiſcuſſum iuſſerat. dixit ſibi à Maximo ſubdiacono ſeptuaginta duos ſolidos ablatos. Pro quibus dandis aſſeruit quia omnes res ſuas quas in Sicilia habuit, uel uenundedit, uel appoſuit. Sed ſcholaſtici dixerunt quia de fraudibus indiſcuſſus eſſe nō poteſt. Dum tamen ad nos de campania reuerteretur, facta tempeſtate mortuus eſt. Cuius te uolumus uxorem & filios requirere, & quicquid uel appoſuerat uel uendiderat, appoſita abſolue. De uenditis pretium reſtitue, & inſuper eis aliquod alimentum præbe. quia Maximus Siciliam miſerat, & ibi quæ aſſerebat ei abſtulerat. Cognoſce ergo quæ culta ſunt, & uxori filijsq; eius ſine aliqua mora reſtitue. Hæc omnia ſollicite relege. omnemq; illam familiarem tuam negligentiam poſtpone. Scripta mea ad ruſticos quæ direxi, per omnes maſſas fac relegi. ut ſciant quid ſibi contra uiolentias ex autoritate noſtra defendere debeant. eisq; uel autentica, uel exemplaria eorum dentur. Vide ut omnia abſque imminutione cuſtodias. quia de his quæ tibi pro obſeruanda iuſtitia ſcribo, ego abſoluor, & tu ſi negligis, obligaris. Terribilem iudicem uenientem conſidera, & de

aduentu illius nunc tua conſideratio contremiſcat. Ne tunc ſine cauſa iam timeat.cum coram illo cœlum & terra tremuerint. Audiſti quid uolo,uide quid agas.

59 Hactenus de Gregorianæ liberalitatis innocentia me retuliſſe ſufficiat. Cæterũ quia famis tempore ut uidelicet haberet unde Chriſti pauperibus ſubueniret,frumenta comparare ſtudebat nullo modo prætermittam. Ait enim in alia epiſtola eidem Petro ſubdiacono inter cætera. Quinquaginta auri libris noua frumenta ab extraneis cõpara,& in Sicilia in locis in quibus non pereant repone, ut menſe Februario illuc naues quantas poſſumus dirigamus ut eadem ad nos frumenta deferantur. Sed & ſi nos tranſmittere ceſſamus,ipſe naues prouide,& ad nos auxiliante domino. Februario menſe hæc eadem frumenta tranſmitte. Exceptis dũtaxat frumentis quę nunc menſe Septẽbrio uel Octobrio iuxta conſuetudinem tranſmitti prꝯſtolamur. Ita ergo tua experientia faciat ut ſine alicuius uexatione Coloni eccleſiaſtici frumenta congregentur. Quia tam hic parua natiuitas fuit,ut niſi auxiliante domino de Sicilia frumenta congregentur fames uehementer immineat.

60 Huius liberalitatis multitudinem quidam eremitarum uir magnæ uirtutis qui nihil in mundo poſsidebat præter unam cattam quã blandiens crebro quaſi cohabitatricem in ſuis gremĳs refouebat. Cognoſcens oraſſe fertur ad Deum ut ſibi oſtendere dignaretur quã futuræ remunerationis manſionem ſperare debuiſſet qui pro illius amore ſeculũ deſerens,nil ex eius diuitĳs poſsideret. Cumq; nocte quadam dormiret. cognouit ſibi reuelatum fuiſſe ut cũ Gregorio Romano pontifice manſionem ſibi præparandam ſperare debuiſſet. At ille fortiter ingemeſcens.parum ſibi profuiſſe uoluntariam 55 rerũ inopiam,tantaq; ſuæ remotionis ieiunia putabat ſi cum eo manſionẽ reciperet,qui tantis mundialibus diuitĳs redundaret. Cum uero Gregorianas diuitias ſuæ paupertati die noctuq; ſuſpirando cõferret.alia nocte quieſcens audiuit ſibi dominum inſomnis dicentem. Quando diuitem non poſſeſsio faciat diuitiarum ſed cupido. cur audes paupertatem tuam Gregorĳ diuitĳs comparare? Qui magis illam cattam quã habes quotidie palpando nulliq; conferendo diligere comprobaris, ꝙ ille qui tantas diuitias non amando ſed contemnendo,cunctiſq; liberaliter largiendo diſpergit? Ita ſolitarius increpatus Deo gratias retulit, & qui meritum ſuum decreuiſſe putauerat ſi Gregorio conferetur, orare uehementius cępit. ut cum eo manſionem quandoq; percipere mereretur. Sed iſtius iam ſecundi Libri finis adueniat,ut quę ſecutura ſunt auxiliante domino tertius proſequatur.

55 Hæc eſt Euangelica paupertas,rerum uidelicet omnium ſeculi huius uoluntaria, non autem inuita deſertio,ut hæreticorum nonnulli autumant.

Explicit liber ſecundus uitæ beati Gregorĳ Papæ Vrbis Romæ.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI III.

Quibus Gregorius ſtudijs cõmiſſam ſibi regebat eccleſiam. 1
Quantis autoritatibus contra ſimoniacam & Neophytorum hæreſes dimicarit. 2
Quod pro eiſdem fieri Synodum iuſſerit. 3
Quod contra eaſdem totis uiribus non pugnantes cum Simone mago portionem habituros prædixerit. 4
Quam ſapienter etiam paſtellaticum pro uſu pallij uel conſecratione pontificis dari ſiue accipi prohibuerit. 5
Quod tria genera Simoniacæ dationis notauerit. 6
Quod in ordinandis epiſcopatibus neq; cardinalibus eccleſiæ ſuę neque monachis pepercerit. 7
Quod uiolenter neminem omnino promouerit. 8
Quod uiolenter promotos in priſtinum gradum reduxerit. 9
Quod Cardinales in forenſibus parochijs promotos ad cardinem reuocauerit. 10
Quod undecunque meliores eligere poterat ẽpos conſecrabat. 11
Quanta diſtrictione conſecrandos examinaret. 12
Quod etiam alterius dioceſis epiſcopos ad regendas ſuæ dioceſis eccleſias inuitabat. 13
Quemadmodum epiſcopatuum ſedes unierit. 14
Quod uacantes epiſcopos uacantibus incardinarit eccleſijs. 15
Quod inthronizatis epiſcopis expulſos præſules inuexerit. 16
Quod ſedium loca mutauerit. 17
Quod nulla occaſione pontifices ab una in aliam eccleſiã aut mutauerit aut mutari permiſerit. 18
Quod alterius parochianum ſibi cardinalem ſacrauerit. 19
Qualiter alterius eccleſię clericos alijs incardinari permiſerit. 20
Quod nunq̃ prioribus clericis poſterius ordinatos prætulerit. 21
Qualiter defunctorum epiſcoporũ eccleſias uicinis uiſitatoribus cõmittebat. 22
Quod pro inuentario faciendo nihil accipiendum decreuerit. 23
Quod conſuetudines dationum uel xeniorum reppulerit. 24
Quod epiſcopos ad vrbem Ro. non niſi ſemel in quinquennio uenire ſtatuerit. 25
Quod etiam rerum pretia ſuſcipere recuſarit. 26
Quod ſuffraganeis ſuis epiſcopis neceſſaria pręrogarit. 27
Quam curioſe ab eiſdem ſanctitatem, ſapientiam, & liberalitatem quærebat. 28
Vbi Marinianum epiſcopum auaritia notat. 29

Vbi Serenum epiſcopum pro confractis imaginibus arguit. 30
Vbi Ianuarium epiſcopum ſuas iniurias uindicantem deterret. 31
Vbi eundem pro exaratione meſsis die dominicorꝝ exaſperat. 32
Vbi Deſiderium epm̃ pro lectione librorꝝ gentilium corripit. 33
Vbi Natalem epm̃ de negligentia ſimulq; conuiuijs reprehendit. 34
Quod facetiſsime eundem proprijs aſſertionibus obligat. 35
Quod epiſcopos ab eccleſia ſua deeſſe uetuerit. 36
Quod epiſcopos per diuerſa loca non uagari cenſuerit. 37
Quod lapſum ꝓprię Amitæ nō dubitauerit memoriæ cōmendare. 38
Vbi Vitalianum epiſcopum pro fęmina quæ religioſum habitū mutauerat arguit. 39
Vbi Sergium defenſorem pro negligentia reprehendit. 40
Vbi Paſcaſium epiſcopum pro fabrica nauis & ſui uilitate compeſcuit. 41
Vbi campanorum epiſcoporum & Victoris Panormitani negligentias increpat. 42
Quam moderate Andream epiſcopum pro concubina dijudicat. 43
Quod à prauis conſiliarijs abſtinendum cenſuerit. 44
Quod lapſos uel criminoſos ab epiſcoporum familiaritate reppulerit. 45
Quod reſtringendam præpoſitorum iram & unius culpam alij non eſſe nociuam ſtatuerit. 46
Quod liberos homines uerberari uel includi uetuerit. 47
Qualiter iudicum uitia redarguens publicarit. 48
Quod inſtigante Diabolo Iudices contra eum ſeuierint. 49
Vbi Mauritio Imperatori peſsimam legem ferenti uiriliter contradicit. 50
De hypocriſi Ioannis Conſtantinopol. epiſcopi ſe uniuerſalem fatentis. 51
Vbi Auguſtales literas pro eo ſupplicantes redarguit. 52
Vbi tempora Mauritij moresq; deturpat. 53
Vbi ſuperbiam hipocritæ Ioannis ſapienter eneruat. 54
Vbi conſtantiam ſuam demonſtrans aſſerit ſe pro Imperatore fidem nullatenus perditurum. 55
Quamobrem poſtulatas reliquias Imperatrici non dederit. 56
Quod uſque ad illa tempora Romanus Pontifex pro reliquijs Brandeum conferebat. 57
Quantis miraculis ueſtes ſancti Ioannis claruerint. 58
Quid ſit de eiſdem ueſtibus ſentiendum. 59
Quod Gregorius peſtem uniuerſaliter nominis à totius eccleſiæ ſuæ uniuerſitate reppulerit. 60

Expliciunt capitula libri tertij.

INCIPIT

INCIPIT LIBER TERTIVS. CAP. I.

Talibus uenerabilis papa Gregorius cõmiſſam ſibi diuinitus eccleſiam ſtudijs efficaciter gubernabat. Iam Ligures, Venetos, Hiberos,alioſq; à ſchiſmate ſub libello confeſſos, Calcedonenſem ſynodum uenerari compellens, ad unitatem ſanctæ eccleſiæ reuocarat. Iam barbaricinos,ſardos, & Campaniæ ruſticos,tam prædicationibus ꝗ uerberibus emendatos,a paganizandi uanitate remouerat.iam Donatiſtarum hæreſim penes Aphricam. Manichæorũ penes Siciliam. Arrianorꝝ penes Hiſpaniam. Agnoitarum uero penes Alexãdriam, ſcriptorum ſuorũ ualidiſsimis autoritatibus importuniſsimiſq; legationibus domino ſuffragante a corpore totius ſanctæ matris eccleſiæ ſequeſtrarat. Sola penes Galliam Neophytorum hæreſis,quod ſimoniacis muneribus quaſi tot radicibus pullulans, longe lateq; prorſus excreuerat & manebat. Contra quem uenerabilis pater apud Brunichildem reginam Theodoricum quoque & Theodebertum Francorum reges fortiter expugnauit, donec collecta generali ſynodo hanc ſub anathemate damnandam penitus impetraret. Nec ante Siagrio epiſcopo Auguſtudunẽſi Regina & regibus 56 pallium multis precibus flagitantibus dedit. quã præſente Ciriaco ſuo Abbate ipſi quod de propellendis hęreſibus moniti fuerant adimplerent.

56 Vide & hic uſum tradendi pallium per ſedem apoſtolicã antiquum in eccleſia.

2 Nam pro his Brunichildi reginæ inter cætera ſcribit dicens.Sacerdotale officium in tantam illic ſicut didicimus,ambitionem perductũ eſt,ut ſacerdotes ſubito quod graue nimis eſt,ex laicis ordinentur.Sed quid iſti acturi,quid populo præſtaturi ſunt qui non ad utilitatem,ſed fieri ad honorem epiſcopi cõcupiſcunt? His igitur qui nec dum quod docere debeant didicerunt,quid aliud agere, niſi ut paucorum prouectus illicitus fiat multis interitus? Et in confuſionem eccleſiaſticæ moderationis obſeruantia deducatur? Quippe ubi nullus ordo regularis ſeruatur.Nam qui ad eius regimen improuiſus uel præcipitatus accedit, qua admonitione ſubiectos ædificet, cuius exemplum non rationem docuit ſed errorem? Pudet profecto pudet alijs imperare, quod ipſe neſcis cuſtodire. Nec illud quidẽ quod ſimili emendatione radendum eſt,præterimus.ſed omnino execrabile & eſſe grauiſsimum deteſtemur.eo quod ſacri illic ordines per ſimoniacam hęreſim quæ prima contra eccleſiam orta, & diſtricta maledictione damnata eſt conferantur. Hinc ergo agitur ut ſacerdotalis dignitas in deſpectu,& ſanctus ſit honor in crimine.Perit utique reuerentia,adimitur diſciplina. quia qui culpas debuit emendare,cõmittit.& nefaria ambitione honorabilis ſacerdotij ducitur in deprauationẽ cenſura. Nam quis denuo ueneretur. quod uenditur? Aut quis non uile putet eſſe quod emitur?

Vnde ualde contriſtor. & terræ illi condoleo. quia dum ſpiritum ſanctum quem per manus impoſitionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur diuino munere habere deſpiciunt, ſed prępmijs aſſecutur ſacerdotiũ illic ſubſiſtere diu non arbitror. Nam ubi dona ſupernę gratiæ uenalia iudicantur, ad Dei ſeruitium non uita quęritur, ſed magis contra Deum pecuniæ ueneratur. Item de eiſdem Theodorico & Theodeberto regibus Francorum poſt aliqua. Fertur ſimoniaca hæreſis quæ prima contra Dei eccleſiam diabolica plantatione ſurrepſit, & in ipſo ortu ſuo, telo apoſtolicæ ultionis percuſſa atq; damnata eſt, in regni ueſtri finibus dominari. Cum in ſacerdotibus fides ſit eligenda cum uita. quæ ſi deeſt. fides 57 meritum non habet. beato Iacobo atteſtante qui ait, Fides ſine operibus mortua eſt. Quæ enim opera eſſe ualeant ſacerdotis qui honorem tanti ſacramenti cõuincitur obtinere per pręmium? Ex quare agitur. ut ipſi quoq; qui ſacros ordines appetunt. non uitam corrigere, non mores componere ſtudeant, ſed diuitias quibus honor ſacer emitur cõgregare. Hinc fit etiam ut inſontes & pauperes à ſacris ordinibus prohibiti deſpectiq; reſiliant. Et dũ innocentia pauperis diſplicet. dubium non eſt quod pręmium illic delicta cõmendet. Quia ubi aurum placet, & uitium. Hinc igitur non ſolum in ordinatoris & ordinati animam lætale uulnus infigitur. uerũ etiam excellentiæ ueſtrę regnum. epiſcoporum culpa quorum magis interceſsionibus iuuari debuerat prægrauatur. Si enim is dignus ſacerdotio creditur, cui non actionis merita ſed præmiorum copiæ ſuffragãtur. reſtat ut nihil ſibi in honores eccleſiaſticos grauitas. nihil defendat induſtria, ſed totũ auri profanus amor obtineat. Et dum uitia honore munerantur. in locum ultoris is qui fortaſſe fuerat ulciſcendus adducitur, atque hinc ſacerdotes non proficere, ſed perire potius iudicantur. Vulnerato namq; paſtore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clipeo tuebitur, qui iaculis ſe hoſtium feriendum exponit? Aut qualem de ſe fructum producturus eſt, cuius graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda locis illis fore calamitas, ubi tales inter cęteros ad locum regiminis adducuntur. qui Dei in ſe magis iracundiam prouocent, quam per ſemetipſos populis placare debuerant. Nec hoc quoque malum ſollicitudo noſtra patitur negligenter amittere, quod quidam inſtinctu gloriæ inanis illecti, ex laico repente habitu ſacerdotij honorem arripiunt. Et quod dicere, pudet & tacere graue eſt, regendi rectores, & qui docendi ſunt doctores, nec erubeſcunt uideri, nec metuunt. Ducatum animarum impudenter aſſumunt, quibus uia omnis ignota doctoris eſt, & quo uel ipſi gradiantur, ignari ſunt. Nam dum dux exercitus non niſi labore & ſollicitudine expertus eligitur, quales animarum duces eſſe debeant qui epiſcopatus culmen immatura cupiunt feſtinatione cõſcen

57 *Nota non ſufficere ad ſalutem ſolam fidem, ſed etiam uitam requiri, ac bona opera.*

dere? Huius ſaltim rei ſe comparatione conſiderent, & aggredi repen te inexpertos labores timeant ne cęca honoris ambitio, & ipſis in pœna ſit, & alijs peſtifera erroris ſemina iaciant, quippe qui non didicere quod doceant. Proinde paterno ſalutantes affectu, petimus præcellentiſsimi filij. ut tam deteſtabile malum de Regni ueſtri ſtudeatis finibus prohibere, & nulla apud uos excuſatio, nulla contra animas ueſtras ſuggeſtio locum inueniat, quia facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Item pro eiſdem hæreſibus Siagrio epiſcopo Auguſtudunẽſi. Nuntio apud nos olim diſcurrente uulgatum eſt, quod in Galliarum partibus ſacri ordines, per ſimoniacam hæreſim conferantur, & uehementi tædio męroris afficimur, ſi in eccleſiaſticis officijs quemcꝗ habet locum pecunia, & fit ſeculare, quod ſacrum eſt. Quicunq; ergo hoc pretij ſtudet datione percipere. ſacerdos non eſſe, ſed dici tantummodo inaniter concupiſcit. Quid ſcilicet quid per hoc aliud agitur, niſi ut nulla de actu probatio. nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de uita diſcuſsio, ſed ille ſolũmodo dignus qui dare pretium ſuffecerit æſtimetur? Ex qua re ſi recti libraminis examinatione penſetur. dum improbe ad inanem gloriam, locum feſtinat utilitatis arripere, eo ipſo magis quod honorem quęrit, indignus eſt. Sicut autem is qui inuitatus renuit. quæſitus refugit. ſacris eſt altaribus admouendus. ſic qui ultro ambit, uel importunum ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora cõſcendere. quid aliud agit niſi ut creſcẽdo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profunda deſcendat? Itaque frater Reuerendiſsime in ſacerdotibus ordinandis ſynceritas uigeat. ſit ſimplex ſine uenalitate conſenſus, pura præferatur electio, ut ad ſumma ſacerdotij non ſuffragio uenditorũ prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio. Nam quia graue omnino ſit facinus, Dei donum uel pretio comparare uel uendere. euangelica eſt teſtis autoritas. Templum enim dominus & redẽptor noſter ingreſſus, cathedras uendentium columbas euertit. Quid aliud eſt columbas uendere, niſi pretium de 58 manus impoſitione percipere. & ſanctum ſpiritum quem omnipotens Deus hominibus tribuit uenundare? Quorum ſacerdotium ante Dei oculos cadere, cathedrarum utique patenter euerſione ſignatum eſt. Et tamen exerit adhuc nequitiæ prauitas uires ſuas. Nam cogit uendere quos decepit ut emerent. Et dum non attenditur quod diuina uoce præcipitur, gratis accepiſtis, gratis date. agitur ut creſcat. & geminata fiat in uno codemq; delicto conditio. ementis ſcilicet, & uendentis. Et cum liqueat hanc hæreſim ante omnes radice peſtifera ſurrepſiſſe. atq; in ipſa ſua origine apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam. cur non cauetur? cur non perpenditur? quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat hæreticus promouetur? Plerunq; igitur aduerſarius

58 *Vides quod ſemper cum impoſitione manuum ordinati ſunt ſacerdotes, & in ordinatione huiuſmodi cõferebatur gratia ſpiritus ſancti.*

animarum dum non poteſt in his quæ ad faciem ſunt praua ſubripere, callide ſpetie quaſi pietatis iniecta nititur ſupplantare. Suadetq; forſitan debere ab habentibus accipi. ut ſit quod poſsit nō habentibus erogari, dummodo uel ſic uenena mortifera eleemoſyna celata obumbratione transfundat. Nam nec uenator feram. nec auem auceps deciperet, uel piſcem piſcator caperet, ſi aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum eſca abſconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda eſt hoſtis aſtutia, ne quos aperta nequit tentatione ſubuertere, latente telo ſęuius ualeat trucidare. Neq; enim eleemoſyna reputanda eſt, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur. quia qui hac intentione male accipit, ut quaſi bene diſpenſet. grauatur potius ꝙ̃ iuuatur. Eleemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non de illicitis & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſsis & bene acquiſitis impenditur. Vnde etiam illud certū eſt. quia & ſi monaſteria aut xenodochia uel quid aliud conſtruatur, mercedi non proficit, quoniam dum peruerſus & emptor honoris in locum tranſmittitur. & alios ad ſui ſimilitudinem ſub cōmodi datione conſtituit. plura male ordinando deſtruit, ꝙ̃ ille poteſt ędificare qui ab eo pecuniam ordinationem accepit. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynę cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, aperte ſacra ſcriptura nos prohibet dicens, Hoſtię impiorum abhominabiles domino quę offeruntur ex ſcelere. Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt. Honora dominum de tuis iuſtis laboribus. Qui ergo male tollit ut quaſi bene prębeat. conſtat ſine dubio quia dominum nō honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur, Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, ac ſi uictimet filium in conſpectu patris. Quantus autem dolor patris ſit perpendamus, ſi in eius conſpectu filius uictimetur, & hinc facile cognoſcimus quanto Deus omnipotens dolore exaſperatur. quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum eſt dilectiſsime frater, ſub obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacę hęreſis perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere, aliud propter eleemoſynas peccata cōmittere. Hoc quoque ad nos perueniſſe non diſsimili dignum deteſtatione complectimur, quod quidam deſiderio honoris inflammati, defunctis epiſcopis tonſurantur, & fiunt repente ex laicis ſacerdotes, atque inuerecunde religioſi, præpoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. Quid putamus quid iſti ſubiectis præſtaturi ſint, qui antequꝙ̃ diſcipulatus limen attingant. tenere locum magiſterij non formidant? Qua de re neceſſe eſt ut ꝙ̃uis inculpati quiſque ſit meriti. ante tamē per diſtincta ordinis eccleſiaſtici exerceatur officia. Videat quod imitetur, diſcat quod doceat, informetur quod teneat, ut poſtea nō debeat

errare qui eligitur uiam errantibus demonſtrare. Diu ergo religioſa meditatione poliatur ut placeat. & ſic lucerna ſuper candelabrum poſita luceat. ut aduerſa uentorum uis irruens, conceptam eruditionis flammam non extinguat ſed augeat. Nam cum ſcriptum ſit. Vt prius quis probetur, & ſic miniſtret, Multo amplius ante probandus eſt qui populi interceſſor aſſumitur. ne fiant cauſa ruinæ populis ſacerdotes mali. Nulla igitur cõtra hoc excuſatio, nulla poteſt eſſe defenſio. quia cunctis liquido notum eſt quæ ſit in huius rei diligentia Sancti Gregorij ſollicitudo doctoris. quia Neophytum ad ordines uetat ſacros accedere. Sicut autem tunc Neophytus dicebatur. qui initio in ſanctæ fidei erat eruditione plantatus, ſic modo Neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſerit. Ordinate 59 ergo ad ordines aſcendendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum. Et cum idem Apoſtolus doceat inter alia ſacri ordinis inſtituta diſcipulum, manum non eſſe cuiq; citius imponendam, quid hoc ſceleſtius, quid'ue præcipitatius, quàm ut exoriatur à ſummitate principium. & anteq; eſſe incipiat diſcipulus, ſit magiſter? Quiſque igitur ſacerdotium non ad elationis pompam, ſed ad utilitatẽ adipiſci deſiderat, prius uires ſuas cũ eo quem eſt ſubiturus honore metiatur ut & impar abſtineat. & ad id cum metu etiam qui ſe ſufficere exiſtimat accedat. Ab re autem non facimus, ſi ad argumentum rationabilium, uſum rerum irrationabilium colligamus. Apta nanq; ædificationibus de ſyluis ligna ſucciduntur. nec tamen adhuc uiridibus ædificij pondus imponitur, niſi eorum uiriditatem multorũ dierum mora ſiccauerit, & apta ad neceſſarium uſum effecerit. Quæ ſi obſeruantia forte negligitur. citius ſuper impoſita mole franguntur, & gignit ruinam. ad auxilium res prouiſa. Hinc etenim medici qui corporum curam gerunt, quædam adiutoria recenti adhuc confectione formata indigenti non offerunt. ſed maturãda temporibus derelinquunt. Nam ſi imature quis dederit, dubium non eſt quia fit cauſa periculi res ſalutis. Diſcant itaque diſcant in officio ſuo ſacerdotes quibus animarum credita eſt cura, ſeruare quod diuerſarum artium homines docẽte ratione cuſtodiunt, & a præcipiti ſe ambitione. & ſi non metu, ſaltẽ pudore contineant. Sed ne forſitan ad hoc prauæ ſe conſuetudinis quiſq; uelit obiectu defendere, fraternitatis tuæ diſcretio rationis eos freno coherceat, & labi in illicitis non permittat. Quia quicquid ultione dignum eſt, non ad imitationis, ſed potius ad exẽplum debet correptionis adduci. Et poſt pauca.

59 *Cum in ordine Eccleſiaſtico diuerſi ſint gradus, ideo ad eos ordinate aſcendendum eſt. et qui aliter faciunt, magis ruinam quã gradũ appetunt, ut inquit hic ſanctus pater.*

De ijs itaque quæ ſuperius dicta ſunt, Fraternitatem ueſtram autore Deo uolumus ſynodum congregare, atque in ea reuerendiſsimo fratre noſtro Aregio epõ & dilectiſsimo filio noſtro Ciriaco Abbate

60 mediantibus, omnia quæ ſanctis 60 canonibus ſicut prædiximus,
Vide ſi apud antiquos patres Canones Eccleſiaſtici erant in obſeruantia, quos modo Nouatores noſtri ſubſanant. ſunt aduerſa, diſtricte ſub anathematis interpoſitione damnentur. Id eſt ut nullus pro adipiſcendis eccleſiaſticis ordinibus dare aliquid commodū præſumat, uel pro datis accipere. Neque ex laico habitu quiſquā repente audeat ad locum ſacri regiminis peruenire, neque ut aliæ 61 mulieres cum ſacerdotibus habitent. niſi hæc quæ a ſacris canonibus ſunt permiſſæ.

61 *Quid hic dicere poſſunt heretici noſtri temporis, qui ſemper ad latera fœminas habent, & iugiter cum eis cōmorantur, et ſacros Canones ſibi in hoc aduerſantes impudentiſsime contemnunt?*

4 Has peſtiferas hæreſes cernens prudentiſsimus doctor Gregorius per ſacerdotum conniuentiam ſiue taciturnitatem magis magisq; diffuſis muneribus quaſi peſtifer cancer, non ſolum infirma poſſe corrodere, uerum etiam fortia membra mucrone pulcherrimarum rerum corrumpere, diuino zelo cōmotus, Victori epiſcopo generalem ſententiam protulit dicens. Quiſquis ad hoc facinus, uidelicet ſimonię ac Neophytorum herefim emendandum officiη ſui conſideratione uehementer non arſerit. cum ipſo ſe habere non dubitet portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium ſumpſit exordium.

5 Cum uero quoſdam cognoſceret ad euitandæ ſimoniacæ hęreſis crimina peſtiferæ negotiationis munera paſtellaticū callide uocitare. ac huiuſmodi mutato nomine ſuæ cupiditatis auaritiā uelle cōtegere, prudentiſsimus doctor Gregorius ſententiam quam in primordio ſui pontificatus coram ſynodo promulgauerat. iterato protulit dicens. Antiquorum patrum regulam ſequens. nulli quicquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo. neque ex datione pallij, neque ex traditione cartarum, neque ex ea quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit appellatione paſtelli. Quia enim in 62 ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit. euangelicam uero lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit, ſicut non decet epiſcopum manū quam imponit uendere. ita miniſter uel notarius non debet in ordinatione eius, uocem ſuam uel calamum uenundare. Pro ordinatione ergo uel uſu pallij ſeu cartis atque paſtellis. eundem qui ordinandus eſt uel ordinatur. omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prędictis rebus ſi quis hinc aliquid cōmodi appellatione exigere uel petere forte prę́ſumpſerit, in diſtricto Dei omnipotentis examine reatui ſubiacebit. Item Ioanni epiſcopo Corinthiorū poſt multa. Nouit inquit fraternitas ueſtra. quia prius pallium niſi dato cōmodo non dabatur. Quod quoniam incongruum erat. facto concilio ante corpus beati Petri Apoſtolorum principis, tam de hoc, q̃ de ordinationibus aliquid accipere. ſub diſtricta interdictione uetuimus. Oportet ergo ut neque per commodum, neque per gratiam. aut quorundam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentiatis uel permittatis adduci.

62 *Ecce quomodo etiam in ordinatione epiſcopi, Pontifex ordinans manus imponit.*

6 Sed aſtuta turpiſsimæ cupiditatis iniquitas non ſufferens tantis ſé

cõmodis licet turpiſsimis, imo periculoſiſsimis anguſtari, cõmentum ſatis artificioſum repperit. quo ſcilicet illos ſacerdotio ſublimaret, qui ſibi poſt conſecrationẽ tanto ſubiectiores eſſe debuiſſent. quanto non diuino, quin potius humano iudicio ſe fuiſſe promotos ipſi proculdubio reputarent. Quapropter omnipotentis Dei præco Gregorius in euangeliorum tractatibus. ut ſcilicet frequentius legi uel audiri potuiſſet, diſputat inquiens. Sunt nõnulli qui quidem nũmorum prēmia ex ordinatione non accipiunt. & tamen ſacros ordines pro humana gratia largiuntur. atque de largitate eadem laudis ſolũmodo retributionẽ quærunt. Hi nimirũ quod gratis acceperunt, gratis non tribuunt. quia de impenſo officio ſanctitatis, expetunt nũmum fauoris. Vnde bene cum iuſtum uirum deſcriberet propheta ait, Qui excutit manus ſuas ab omni munere. Neq; enim dixit qui excutit manus ſuas a munere. ſed adiunxit ab omni. Quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus a manu. aliud munus a lingua. Munus quippe ab obſequio, eſt ſubiectio indebite impenſa. Munus a manu pecunia. Munus a lingua fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non ſolũ nullam pecuniam. ſed etiam humanam gratiam non quærit.

7 Hæ ſunt Gregorij ſuper ſimoniacis & illicitis ordinationibus doctiſsimi papę ſententiæ, quas ipſe ſummo cultu ſeruaſſe docetur in eo, quod ab ipſo ſuæ conſecrationis exordio per omnem dioceſim ſuam epiſcopos undecunque meliores inuenire potuit, ſtudioſiſsimus ordinauit. Et ſi quando neceſsitas ordinandi ſacerdotis obrepſit, neque cardinales eccleſiæ ſuæ, neq; monachos monaſterij ſui penitus excuſauit, quo minus illis eccleſiam regendam cõmitteret, qui exemplis & uerbis pariter illam ædificare melius potuiſſent. Nam ut pauca de multis contingam. Ex presbyteris cardinalibus eccleſiæ ſuæ conſecrauit epiſcopos Bonifacium Regij. Habentium Peruſij. & Donum Meſſanæ Siciliæ. Ex ſubdiaconibus uero Glorioſum oſtiæ. Feſtum Capuæ. Petrum Trecas. & Caſtorium Arimini. At uero ex monachis monaſterij ſui, Marinianum Rauennæ, Maximianum Syracuſis. & Sabinum Callipoli præſules ordinauit. Sed & Auguſtinũ penes Anglos a Galliarum epiſcopis ordinari præcepit. Poſt quem nihilominus ad epiſcopatum in eadem gẽte, monachi eiuſdem patris. tempore diuerſo prouecti ſunt. Mellitus. Iuſtus. Laurentius, & Paulinus. Solis diaconibus Apoſtolicæ ſedis ſuper hac quodãmodo parte parcebat. Quorũ cum decem & nouem plenitudine redundaret, ipſe Bonifacium Florentiũ. & Epiphanium conſecrauit. Nec quemq̃ eorum ab officio niſi Laurentium archidiaconum pro ſuperbia reliquiſq; criminibus in baſilica Lateranenſi quæ dicitur aurea. ubi mox honoratum archidiaconũ conſtituit, ſequeſtrauit.

natia perſeuerare perſpexeris, Dominici quoque corporis ac ſanguinis eundem Antiſtitem participatione priuabis. Eum uero qui cōtra iuſtitiæ regulam ad locum alterius prouehi conſenſit. ab eiuſdem archidiaconatus honore deponi pręcipimus. Qui ſi ulterius in loco eodem miniſtrare pręſumpſerit, cōmunionis ſacræ participatione priuamus. Æquum enim eſt, ut aſperos de iuſtitia ſentiat. quos erga ſe poſitos in charitate contemnit. Reſtituto ergo loco ſuo Honorato archidiacono, inſtructam perſonam ſupradictus Antiſtes te compellente dirigat. qui intentionem eius eſſe uel fuiſſe iuſtam ſuis nobis allegationibus poſsit oſtendere. Sed & eundem archidiaconem ad nos uenire pręcipimus, ut quicquid iuſtum, quicquid omnipotenti Deo placitū fuerit, cognitis aſſertionibus partium decernamus. Nos enim nullum per perſonali amore defendimus, ſed autore Deo normā inſtitię poſtpoſita cuiuſlibet acceptione ſeruamus. Itē Honorato ſalonitano. iam ex pręsbyterio in diaconatum reducto. Dudum quidem deceſſoris noſtri noſtraq; præceptio ad dilectionem tuam cucurrerat. in qua & de obiectis tibi calumnioſe capitulis fueras abſolutus, & in tui gradus ordinē ſine aliqua inſtituimus altercatione reſtitui. Sed quia rurſus ante non multum temporis ſpatium ad Romanam ciuitatem ueniens. de quibuſdam illic actis incongrue, & de ſacrorum es conqueſtus alienatione uaſorum. Atque dum pro hac re quæ tuis obiectionibus reſpondere potuiſſent ſuſtineremus in hac ciuitate perſonas, Natalis epiſcopus tuus de hac luce migrauit. neceſſarium iudicamus eaſdem præceptiones tam deceſſoris noſtri q̃; noſtras, quas dudum ut dictū eſt pro tua abſolutione tranſmiſimus, præſentibus deinceps apicibus confirmare. Quamobrem a cunctis tibi obiectis capitulis te plenius abſoluentes. in tui te ordinis gradu ſine aliqua uolumus altercatione permanere, ut nihil tibi penitus mota a præfato uiro quæſtio qualibet occaſione præiudicet.

10 Itē cardinales uiolenter in parochijs forenſibus ordinatos in priſtinum cardinem Gregorius reuocabat. Quapropter Ioanni epiſcopo Syracuſano ſcribens ait. Quorundam ad nos relatione peruenit Coſmam qui ex monacho monaſterij ſanctæ Luciæ a deceſſore tuo uenerandę memorię Maximiano, in eccleſia Syracuſana ſubdiaconus factus. atque a te poſtea in poſſeſſione quę Iuliana uocatur, presbyter dicitur ordinatus. ita nimia triſtitia & loci qualitate uehementer afflictum. ut uitam ſibi pœnam exiſtimet, & contritioni ſuæ fugæ quærat auxilium. Et ideo quia tales erga ſubiectos noſtros debemus exiſtere, quales nos ſi ſubiecti fuiſſemus noſtros uolueramus eſſe prępoſitos magnæ benignitatis eſt, ſi eū in eccleſiam ubi ſubdiaconi eſt functus officio. ſanctitas tua reducere, atque illic presbyterum ſtuduerit conſtituere cardinalem. Quod & facere quantum arbitramur debes. ſi

nihil eſt quod iuſte contra ipſum animum tuum exaſperet. Si uero aliqua culpa eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis fraternitas tua ut ſcire poſſimus inſinuet.

11 Quanta curioſitate Gregorius idoneos quoſque ad regimen deſtitutarum quæſierit plebium breuiter indicabo. ut tantus uir non ſolum doctrinis. quin & 63 operibus uerus pater familias fuiſſe gregis Dominici probabiliter colligatur. Ait enim in epiſtola Maximiano epiſcopo Syracuſano. Felix uir clariſsimus præſentium lator edocuit nos, eſſe quendam in illis partibus presbyterum. qui ad epiſcopatus ordinem prouehi probatæ uitæ merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua corã ſe deduci faciat, & eum ſicut certus ſum, propter animę periculum diligenter examinet. Quem ſi ad hunc prouehi gradum dignum eſſe proſpexerit, ad nos ſtudeat deſtinare. ut eum domino diſponente. loco cui prçuiderimus, poſsimus ordinare paſtorem. Item Cypriano diacono. Amariſsimas dilectionis tuę epiſtolas de domini Maximiani obitu menſe Nouembrio ſuſcepi. Et quidem ille ad prçmia deſiderata peruenit. ſed infelix populus Syracuſanę ciuitatis lugendus eſt. qui paſtorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua ſollicitudinem gerat, ut in eadem eccleſia talis debeat ad ordinandum eligi. qui poſt dominum Maximianum eiuſdem regiminis locum non indignus uideatur aut immeritus ſortiri. Et quidem credo ꝙ Traianum presbyterum maxima pars eligat. qui ut dicitur, bonę mentis eſt, ſed quantum ſuſpicor, ad regendum locum illum idoneus non eſt. Tamen ſi melior inueniri non ualet. & ipſe nullis criminibus tenetur inuolutus. condeſcendi ad eum cogente nimia neceſſitate poteſt. Si autem mea uoluntas ad hanc electionem quçritur, tibi ſecrete indico quod uolo, quia nullus mihi in eadem eccleſia poſt dominum Maximianum tam dignus uidetur, quam Ioannes archidiaconus Catinenſis eccleſiæ. Qui ſi fieri poteſt ut eligatur, credo ꝙ apta ualde perſona inueniatur. Sed ipſe quoque prius de criminibus quæ impedire poſſunt, a te ſecretius requirendus eſt, a quibus ſi liber inuentus fuerit. eligi iure poteſt. Quod ſi factum fuerit, etiam frater & coepiſcopus noſter Leo ei ceſsionem facere debebit, ut liber ad ordinandum ualeat inueniri. Item Clementinæ patritiæ. Amandum presbyterum a Surrentinis ad epiſcopatum glorioſa filia electum eſſe cognoſcas. Quem quia huc ſcripſimus debere tranſmitti, contriſtari de eius abſentia nõ debetis, quia nec abſcedere creditur, qui mente uobiſcum eſt. Et quoniam paſtorem quærentibus is qui uobis olim placuit gratus eſt, omnipotentem Deum benedicentes, chriſtiana magis in hac deuotione gaudete. Et ut ad nos celerius aliis profuturus uenire debeat, hilariter ſtudete, quia ſyncerae charitatis eſt exultare, quando is qui diligitur, ad hoc uocatur ut creſcat. Item Paſsiuo epiſcopo. Pene nouit fraternitas

63 *Hoc eſt excellentiſsimum doctrinæ genus ſubditos non ſolũ uerbis, ſed etiam factis inſtruere.*

ueſtra, quam longo tempore Aprucium paſtorali ſit ſollicitudine deſtitutum. Vbi diu quæſiuimus qui ordinari debuiſſet, & nequaꝗ potuimus inuenire. Sed quia importunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis ualde laudatur. & religioſam uitam omnimodo agere dicitur. hunc uolumus ut fraternitas ueſtra ad ſe faciat uenire. & de anima ſua admoneat. quatenus in bonis ſtudijs creſcat Et ſi nulla ei crimina quæ per legis ſacræ regulã morte mulctantur obuiant, tunc hortandus eſt, ut uel monachus, uel a uobis ſubdiaconus fiat, & poſt aliquantulum temporis ſi Deo placuerit. ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri. Itẽ Venantio patritio Panormitano petenti ſibi quẽdam presbyterum epiſcopum conſecrari. reſcribit inter cætera dicens. Hunc presbyterum dare omnino nobis excellentia ueſtra ſciat eſſe difficile. quia perſonarum nos neceſsitas ad ordinanda alia loca paſtoribus deſtituta non leuis anguſtat.

12 Sed quia neceſsitate ordinandarum ſe anguſtatum meminit perſonarum. ne indiſcuſſe quemꝗ promouiſſe putetur, uno exemplo uidetur docendum. Ait enim in epiſtola Ioãni epiſcopo. Ne incauta eorum ordinatio qui ad epiſcopatum eliguntur ualeat prouenire, uigilanti de eorum perſonis eſt ſollicitudine requirendum. Indicatum ſiquidem nobis eſt. Florentinum archidiaconem eccleſię Anchonitanę qui ad epiſcopatum electus fuerat, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere, ſed ita ętatis eſſe ſenio iam confractũ, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere. Adijcientes etiam ita illum tenacem exiſtere, ut in domum eius amicus ad charitatem nunꝗ introeat. Ruſticus autẽ diaconus eiuſdem eccleſiæ qui ſimiliter electus fuerat, uigilans quidẽ homo dicitur, ſed quantum aſſeritur, pſalmos ignorat. Florentinum uero diaconum eccleſiæ Rauennatis qui electus ab omnibus memoratur. ſollicitum eſſe nouimus. ſed qualis ſit interius omnino neſcimus. Ideoq; fraternitas tua una cum fratre & coepiſcopo noſtro Armenio ſupraſcriptæ eccleſiæ Anchonitanæ uiſitatore. illuc feſtinet accedere, & diligenter de uita ac moribus ſingulorum requirere. Vel ſi nullo ſibi ſunt crimine conſcij, quod eos ad hoc officium uetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt. ſi hoc quod de præfato archidiacono dictũ eſt. quia nunꝗ amicus domum eius ingreſſus eſt, ita ſe ueritas habeat. Et utrum ex neceſsitate, an ex tenatia talis ſit. Aut ſi ita ſenex eſt, ut ad regendum non poſsit aſſurgere. uel ſi tactis ſacroſanctis euangelijs (ſicut nobis nunciatum eſt) iuſiurandum præbuit, nunꝗ ſe ad epiſcopatum accedere. Sed & de Ruſtico diacono quantos pſalmos minus tenet ſcrutandum eſt. Florentino autem diacono Rauẽnati, ſi nullum ſicut diximus, crimen eſt quod obſiſtat, apud epiſcopum eius agi neceſſe eſt. ut ei debeat ceſsionem concedere. Non tamen ex noſtro mandato uel dicto. ne contra ſuam eum uoluntatem cedere uideatur.

13 Et quidem Gregorius prudenter cognoſcens totum corpus eccleſiæ, tam per bonos epiſcopos feliciter ſtare, quàm per malos infeliciter cadere, non ſolum diuerſarum gentium diuerſi ordinis clericos, uerum etiam uacantes epiſcopos in ſuæ dioceſeos epiſcopatus inuitabat. Vnde Sebaſtiano epiſcopo Smirnenſi inter cætera ſcribit dicens. Debitum ſalutationis alloquium ſoluens, indico quod ad me Bonifacio defenſore referente peruenerit. quia uir ſanctiſsimus frater noſter dominus Anaſtaſius patriarcha in una ſuarum ciuitatum regendam uobis eccleſiam committere uoluit, & conſentire noluiſtis. Quem ſenſum atque ſapientiam ueſtram, ualde ego libenter amplexus ſum, & laudaui uehementer, & uos felices, me infelicem eſſe deputaui, qui tali hoc tempore regimen eccleſiæ ſuſcipere conſenſi. Si tamen animus neſter fortaſsis fratribus condeſcendendo, & miſericordiæ operibus intentus, ad hoc unquam conſentire decreuerit, peto ut amori meo alium minime præponatis. Sunt enim in Sicilia inſula eccleſiæ uacantes Epiſcopis. Et ſi uobis placet autore Deo Eccleſiam regere, iuxta beati Petri Apoſtoli limina cum eius adiutorio melius poteſtis. Si uero non placet, feliciter ſtate, & pro nobis infelicibus exorate.

14 Interea Gregorius locis munitis Epiſcopis conſtitutis, diſsipatas eccleſias adunabat. Quapropter Bagaudæ Formienſi Epiſcopo ſcribit dicens. Et temporis neceſsitas nos perurget, & imminutio exigit perſonarum, ut deſtitutis eccleſijs ſalubri ac prouida debeamus diſpoſitione ſuccurrere. Et ideo quoniam eccleſiam Minturnenſem funditus tam cleri ꝗ plebis deſtitutam deſolatione cognouimus, tuamq; pro ea petitionem quatenus Formianæ eccleſiæ in qua corpus beati Eraſmi martyris requieſcit, cuiq; fraternitas tua præſidet adiungi debeat: piam eſſe ac iuſtiſsimam præuidentes: neceſſarium duximus conſulentes tam deſolationi loci illius, ꝗ tuæ eccleſiæ paupertati, reditus ſupradictæ eccleſiæ Minturnenſis, uel quicquid ei antiquo modernoq; iure uel priuilegio potuit poteſt'ue qualibet ratione competere, ad tuæ eccleſiæ ius poteſtatemq; hac præcepti noſtri, autoritate migrare, ut a præſenti tempore, ſicuti de propria eccleſia debeas cogitare, eiq; competentia tua prouiſione diſponere. Quatenus deinceps quod perire nunc uſque potuit pauperum, eccleſiæ tuæ utilitatibus cleriq; proficiat.

Item Benenato epiſcopo. Et temporis qualitas, & uicinitas nos locorum inuitat. ut Cumanam atque Miſenatium uenire debeamus eccleſias. Quoniam hæ nõ longo a ſe itineris interuallo ſeiunctę ſunt, nec peccatis facientibus tanta populi multitudo eſt, ut ſingulos ſicut olim fuit, habere debeant ſacerdotes. Quia igitur cum Anicaſtri ſacerdos curſum uitæ huius expleuit, utraſq; nos eccleſias præſentis autoritatis pagina uniſſe, tibiq; commiſiſſe cognoſce. Propriumq; utra-

rumq;

rumq; eccleſiarum ſcito te eſſe pontificem. Et quęcunq; tibi de earũ patrimonio uel cleri ordinatione promotione'ue iuxta canonum ſtatuta uiſa fuerint.ordinare atq; diſponere habebis, ut proprius re uera ſacerdos liberam ex noſtrę autoritatis conſenſu atque permiſsione licentiam. Vbi uero cõmodius ac utilius eſſe proſpexeris, habitato. Ita ſane ut alteram eccleſiam a qua corporaliter ad præſens abſens es. ſollicita prouidentiq; cura diſponas,quatenus diuina illic myſteria ſolenniter auxiliante domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanta in adhortationibus lucrandiſq; animabus ſollicitiore cura ſemper inuigilet,quantò ſe unitarum eccleſiarũ gubernationis onera ſuſcepiſſe cognoſcit.Item Ioanni epiſcopo Veliterno.Poſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita peccatis facientibus deſolauit eccleſias,ut reparandi eas ſpes nulla populo deficiente remanſerit.maiori ualde cura conſtringimur,ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ,per inuia fidei,hoſtis callidi rapiantur quod abſit inuidia. Huius ergo rei ſollicitudine ſępe cõmoniti,hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut uicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas.Ideoq; fraternitati tuæ curam gubernationemq; trium tabernenſium eccleſiæ præuidimus cõmittendam.Quam tuæ eccleſię aggregari uniriq; neceſſe eſt Quatenus utrarumq; eccleſiarum ſacerdos & rector Chriſto adiutore poſsis exiſtere,& quęcunq; tibi de eius patrimonio uel cleri ordinatione ſeu promotione uigilanti ac canonica uiſa fuerint cura diſponere. Quippe ut pontifex proprius liberam habebis ex præſenti noſtra permiſsione licentiam.

15 At uero ciuitatum deſolatarum pontifices Gregorius uacãtibus ciuitatibus incardinare curabat. Vnde Martino epiſcopo Corſicæ inter cætera ſcribens. Quoniam inquit eccleſia Tamate in qua dudum fuerat honore ſacerdotali tua fraternitas decorata,ita eſt delictis facientibus hoſtili feritate occupata & diruta, ut illic ulterius ſpes remeandi nulla remanſerit,in eccleſiam te Alirenſem quæ iam diu pontificis eſt auxilio deſtituta. cardinalem ſecundum petitionis tuæ modum hac autoritate conſtituimus ſine dubio ſacerdotẽ.Ita ergo ſtudio uigilanti cum Dei amore ſecundum canonũ præcepta cuncta diſpone & ordina,ut & fraternitas tua ſuis deſiderijs ſe gaudeat fuiſſe potitam, & eccleſia Dei alterno gaudio repleatur cardinalem te ſuſcepiſſe pontificem.Item Ioanni epiſcopo Squillaceno.Paſtoralis officij cura nos admonet,deſtitutis eccleſijs proprios conſtituere ſacerdotes,qui gregem dominicum paſtorali debeant ſollicitudine gubernare. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Laſitanæ ciuitatis epiſcopũ,in Squillacena cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem, ut & ſuſceptam ſemel animarũ curam intuitu futuræ 64 retributionis impleas, & licet a tua hoſte īminente depulſus ſis, aliam quę paſtore ua-

64 *Vides quod illa etiã opera ualent ad coronã, quæ futuræ ſiunt retributionis intuitu. Cuius ratio eſt, quia retributio hæc nil aliud eſt quã ipſe deus*

cat debeas eccleſiam gubernare. Ita tamen ut ſi ciuitatem illam hoſtibus liberam effici, & domino protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari, in eam in qua prius ordinatus es eccleſiam reuertaris. Si autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate prematur, in hac in qua a nobis incardinatus es debeas eccleſia permanere.

16 Sed & expulſos epiſcopos, quos tam cito Gregorius uel incardinare non poterat, uel quorum reditum ad ſedes proprias contingere poſſe ſperabat, alijs epiſcopis qui tunc uidelicet in locis ſuis degebant, interim pro ſuſtentatione ac ſtipendijs præſentis uitæ iungebat generaliter dicens. Fratres & coepiſcopos noſtros quos & captiuitatis diuer ſarumq; neceſsitatum anguſtiæ cõprimunt, ſtudete conſolandos, conuiuandosq; uobiſcum in eccleſiaſticis ſuſtentationibus libenter ſuſcipere. Non quidem ut per cõmunionem epiſcopalis throni dignitas diuidatur. ſed ut ab eccleſia iuxta poſsibilitatem ſufficientia debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in Deo, & Deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in ueſtris eccleſijs autoritatem tribuimus, ſed tantum ueſtris ſolatijs eos contineri ſummopere hortamur.

17 Loca quoq; ſedium prudentiſsimus pontifex accepta iuſta occa ſione mutabat. Vnde Ioanni epiſcopo Veliterno ſcribit dicens. Tẽporis qualitas admonet. epiſcoporum ſedes antiquitus certis ciuitatibus conſtitutas, ad alia quæ ſecuriora putamus, eiuſdẽ dioceſis loca tranſponere. quo & habitatores nunc degere, & barbaricum poſsint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannẽ fratrem coepiſcopumq; noſtrum Veliternenſis ciuitatis, ſedemq; tuam in loco qui appellatur Arenata, ad ſanctum Andream apoſtolum pręcipimus exinde tranſmigrare. Quatenus & ab hoſtilitatis incurſu liberior exiſtere ualeas, & illic conſuetudine ſolennium feſta diſponas.

18 Et notandũ, ꝙ Gregorius licet monaſteria & epiſcopatus unierit, atq; uacantes epiſcopos uacantibus ciuitatibus incardinare ſtuduerit. nunquã tamen epiſcopum ab integritate ſuæ eccleſiæ, uel ipſe in aliam cõmutauit, uel ſub quacunq; occaſione migrare conſenſit. Nam poſtquã Demetrium Neapolitanum epiſcopũ ſuper criminibus manifeſtis depoſuit, cũ ab eiſdem Neapolitanis incardinari ſibi Paulum Nepeſinum epiſcopum magnopere quereretur. diſcretiſsimus pontifex uiſitatione ciuitatis Nepeſinæ Ioanni epiſcopo delegata, eundem quidem Paulum uiſitatorem illis tribuit, cardinalem uero cõſtituere, tam primo diſpenſatorię diſtulit, ꝗ poſtea penitus recuſauit. Cui poſt modum licentiam reuertendi ad ſuam dioceſim concedens, centum ſolidos de Neapolitana eccleſia & unum puerulum orfanũ qualem ipſe de familia eiuſdem eccleſiæ uoluiſſet dari præcepit.

19 Aliarum parochiarum clericos. ſibi & alijs diſcretiſsimus ponti-

ſex diſcretiſsime incardinare curabat. Quapropter Heliȩ presbytero & abbati prouinciæ Iſauriæ poſt aliqua ſcribens. Filium inquit ueſtrũ Epiphanium mandaſtis, ut ad ſacrũ ordinem prouehere deberemus, uobiſq; retranſmittere, ſed in uno uos audiuimus. in altero uero minime potuimus. Diaconus quidem factus eſt, ſed quiſquis ſemel in hac eccleſia ſacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius licẽtiam non habet. Si ergo uidere uos non potui, hac ex re conſolationẽ habeo, quia in filio ueſtro requieſco.

20 Item Maximiano epiſcopo Syracuſano. Prȩſentium lator Felix diaconus, cũ nullatenus in hæreticorum dogmata lapſus ſit, nec à catholica fide diſceſſerit, prauis illectus aduerſus Conſtantinopolitanã ſynodum ſuſpicationibus in Iſtricorũ ſe ſeparatione remouerat. Qui cum Romam ueniſſet, recepta à nobis iuuante domino ratione, exceſſum ſuũ recepta dominici corporis cõmunione correxit. Quia ergo ut dictum eſt, non in hæreſim incidit. ſed à ſacris generalis eccleſiȩ myſterijs quaſi rectȩ ſtudio intentionis errauit, imbecillitati eius atq; neceſsitatibus conſulentes, maximeq; ſuſtentationi eius pietatis intuitu prouidentes, in tua Syracuſana eccleſia eum præuidimus cardinandũ. Item Fortunato epiſcopo Neapolitano. Fraternitatem tuam à nobis petijſſe recolimus, ut Gratianum eccleſiæ Venafranȩ diaconum tuæ concederemus eccleſiæ cardinandum, & quoniam nec epiſcopum cui obſecundare, nec propriam habet eccleſiam, hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere, petitionem tuam non præuidimus differendam, idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſario duximus concedendum. Habiturus licentiam diaconem illum noſtra interueniente autoritate eccleſiæ tuæ Deo propitio conſtituere cardinalem. Item Cypriano diacono. Sicut dilectio tua ſtudioſe laborauit pro perſona fratris & coepiſcopi noſtri Ioannis, ut in Syracuſana eccleſia autore Deo debuiſſet ordinari. ita nunc neceſſe eſt ut ꝓdilectionis tuæ ſtudia ei quoque regiminis ſolatia miniſtrentur. Quendam enim presbyterum proprium habuiſſe ſe perhibet, qui tamen à fratre & coepiſcopo noſtro Leone in Catanenſi eccleſia dicitur ordinatus. Et quia in nouam eccleſiam uadit. ex ſuos illic proprios homines habere neceſſe eſt, ut dum cauſarum tumultibus prȩmitur, in ſecreto ſuo inueniat ubi requieſcat, prædicto fratri & coepiſcopo noſtro Leoni blande & dulciter perſuaderi debet, ut ei prȩfatum presbyterum cedere debeat. Ne quem tam benignus ad ordinandum ceſsit. ordinatum deſtituere fortaſſe uideatur.

21 Antiquiſsimum eccleſiaſticȩ conſuetudinis ordinem Gregorius ab apoſtolis traditum, & ad ſua uſque tempora ſolenniter conſeruatũ, adeo ſtudioſiſsime retinebat. ut nullum quantalibet ſanctitate, ſapientia, nobilitate'ue polleret, anterioribus clericis in conuentu, conſeſſu,

ſtatione, ſiue ſubſcriptione præponeret. Vnde Ianuario Caralitano epiſcopo ſcribens. Liberatus (inquit) de quo nobis tua fraternitas indicauit, qui diaconi fungi perhibetur officio, ſi a deceſſore tuo non factus eſt cardinalis. ordinatis a te diaconibus nulla debet ratione præponi. ne eos quos conſecrando probaſſe cognoſceris, reprobare ſupponēdo quodāmodo uidearis. Prædictum itaque liberatum quē reprimendus ambitionis inflat ſpiritus. omni inſtantia ab intentionis ſuæ prauitate compeſte. & ultimum inter diaconos ſtare conſtitue. Ne dum ſe illicite præferri contendit, immeritus loco in quo nunc ſitus eſt indicetur. Cuius tamen ſi obedientia fueris inuitatus, & eum poſt hoc facere cardinalem uolueris. niſi pontificis ſui ceſsionem ſolenni more meruerit, abſtinendum ab eius incardinatione memineris. Quoniam ęquitati conuenire non ambigis. ut alijs ſeruare nō differas. quod ipſe quoq; tibi ſeruari deſideras.

22 Cuius uidelicet antiquiſsimę cōſuetudinis ordine Gregorius prouocatus, defunctorum epiſcoporū eccleſias pro faciendo inuentario, & eligendo legitimæ opinionis oppoſitio, uicinis epiſcopis cōmendabat, hoc modo ſcribens. Obitum illius antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter uiſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operā ſolenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, ut nihil de prouectionibus clericorū, reditu, ornatu, miniſterijsq;, uel quicquid illud eſt in patrimonio eiuſdem à quo quam præſumatur eccleſiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictā eccleſiam ire properabit, & aſsiduis adhortationibus clerū plebemq; eius admonere feſtinet. ut remoto ſtudio, uno eodemq; conſenſu, talem ſibi preficiendum expetant ſacerdotē, qui & tanto miniſterio dignus ualeat repperiri, & à uenerandis 65 canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omniū ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarū ad nos ueniat conſecrandus. Prouiſurus ante omnia ne ad cuiuſlibet conuerſationis meritum. Laicæ perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui quod abſit incurras. Monaſteriā autem ſi qua ſunt in ipſius paroeccia conſtituta, ſub tua cura diſpoſitioneq;, quouſque illic proprius fuerit epiſcopus ordinatus, eſſe concedimus, ut ſollicitudinis tuæ uigilantia propoſito ſuo congrua Deo adiuuante actione reſpondeat.

65 *Et a uenerandis canonibus non reſpuatur.*

Item clero ordini & plebi. Veſtri antiſtitis obitum cognoſcentes, curę nobis fuit deſtitutæ eccleſiæ uiſitationem illi fratri & coepiſcopo noſtro ſolenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſterijsq; à quoq; uſurpari patiatur. Cuius uos aſsiduis adhortationibus conuenit obedire. Quatenus in eccleſiaſtico obſequio ſacerdos exquiratur, qui à uenerandis canonibus nulla diſcrepet ratione. Qui dum fuerit poſtulatus, cū ſolennitate

nitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & uiſitatoris pagina proſequente, ad nos ueniat ordinandus. Prouiſuri ante omnia ne cuiuſlibet uitæ uel meriti laicam perſonam pręſumatis eligere. Et nō ſolum ille ad epiſcopatus apicē nulla ratione prouehetur. uerū etiam uos nullis interceſsionibus ueniam poſſe promereri cognoſcite. Sed omnes quos ex uobis de laica perſona aſpiraſſe cōſtiterit, ab officio & à cōmunione alienos faciendos proculdubio noueritis.

23 Nulla occaſione Gregorius quicq̃ de donarijs ſiue prędijs quarūlibet eccleſiarum patiebatur auferri. Idcirco Maximiano Syracuſano epiſcopo inter alia ſcribit dicens. Charitatem tuam cōmonere curauimus, ut ſi quiſpiam epiſcopoꝝ de hac luce migrauerit, uel quod abſit, pro ſuis fuerit motus exceſsibus, conuenientibus hieraticis cunctiſq; cleri prioribus, atque ſui pręſentiam in inuentario eccleſiæ rerum facientibus, omnia qua reperta fuerint ſubtiliter deſcribantur, ne ſicut antea fieri dicebatur, ſpecies quædam aut aliud quodlibet de rebus eccleſiæ quaſi pro faciendi inuentarij labore tollatur. Sic namq; ea quæ ad munitionem facultatis pauperum pertinent deſideramus expleri. ut nulla penitus in rebus eorum ambitioſis hominibus uenalitatis relinquatur occaſio. Viſitatores eccleſiarum clerici quoque eorum qui cum ipſis per non ſuę ciuitatis paroecias fatigantur. aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidiū. Iuſtum nanq; eſt ut illic cōſequantur ſtipendium. qui pro tempore ſuū cōmodare repperiuntur obſequiū.

24 Conſuetudines dationum uel xeniarum a ſuis epiſcopis accipere Gregorius. quaſi pondus quoddam peſtiferum toto mentis conamine detractabat. Vnde Felici epiſcopo Meſſanenſi, Conſuetudines inquit quæ eccleſijs grauamen noſcuntur inducere, noſtra nos decet cōſideratione remittere. ne illic aliqua cogantur inferre. unde ſibi referēda debent potius expectare. Clericis quidem tuis uel aliorum conſuetudinem te oportet illibatam ſeruare. eiſq; annis ſingulis quæ ſunt cōſueta tranſmittere. Nobis uero de cætero ne quid trāſmitti debeat inhibemus. Et quoniam non delectamur xenijs, palmatianas quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcepimus. Sed eas ne quod exinde ſentire potuiſſes diſpendium, digno fecimus pretio uenūdari, & id tuę fraternitati tranſmiſimus ſigillatum. Sed quia charitatē ſuam ad nos uelle uenire cognouimus. ſcriptis præſentibus admonemus, ut ad ueniendum non debeas laborem aſſumere ſed ora pro nobis, ut quāto nos itineris interualla diſſociant, tanto animis noſtris adinuicē Chriſto adiuuante ſimus in charitate coniuncti. Quatenus alterna nos obſecratione iuuantes. ſuſceptum officium uenturo integrum iudici reſignemus. Item Ioanni epiſcopo primę Iuſtianę cui & pallium mittit, & uices ſuas cōmittit, poſt multa ſcribit. xenia autem ueſtræ ſanctitatis ſuſcipere omnino nolueram. quia ualde eſt incongruum, ut à præ-

dotis & afflictis fratribus munera percepiſſe uideremur. Sed reſponſa les ueſtri alio me argumento uicenã, ad eum illa deferentes, a quo non poſſent oblationes ueſtræ fraternitatis repelli.

25 Hinc eſt quod Gregorius epiſcoporum neminem ad Vrbem fatigare delectans, Maximiano Syracuſano epiſcopo uices ſuas per Siciliam totam cõmiſit. præcipiens ut omnes epiſcopi ſemel in quinquennio Romã uenirent. Vnde Cypriano diacono ſcribens ait, Nouit dilectio tua hanc olim conſuetudinem tenuiſſe, ut fratres & coepiſcopi noſtri Romam ſemel in triennio de Sicilia conuenirent, ſed nos eorũ labori conſulentes ſcias conſtituiſſe ut ſuam hic ſemel in quinquennio præſentiam exhiberent, & cætera. Vbi notandum, quia ſi beatus Gregorius nexia quod credi nefas eſt, anhelaret, non epiſcoporum aduentus a triennio in quinquennium protelaret, immo a triennio in biennium proculdubio feſtinaret.

26 Sed quando xenia grate ſuſciperet, qui ꝗuis diſpenſandas alterius eleemoſynas recuſare timeret, eas tamen & timendo ſuſcipiebat, & cautiſsime diſpenſabat? Quiq; adeo ſua dare & aliena non accipere conſueuerat. ut etiam rerum quarundam pretia penitus refutaret. Vnde Eulogio patriarcha Alexandrino inter cætera ſcribit dicens. De lignis quod ſcribitis quia breuia fuerint. nauis per quam trãſmiſſa ſunt qualitas fecit. Quia ſi maior nauis ueniſſet, potuiſſem ligna etiã maiora tranſmittere. Quod autẽ dicitis quia ſi maiora tranſmittimus, pretium datis. largitati quidem gratias agimus, ſed accipere pretium euãgelio interdicente prohibemur. Nos enim ea quæ tranſmittimus ligna non emimus, & quomodo poſſumus pretium accipere, cum ſcriptũ ſit. gratis accepiſtis, gratis date? Nunc ergo iuxta modum nauis ꝑ naucleum parua ligna tranſmiſimus, ſequenti uero anno ſi omnipotenti Deo placuerit. maiora præparamus.

27 Non mirum ſi liberaliſsimus pontifex nullas cõſuetudines a ſuis ſuffraganeis, nulla xenia capiebat. quibus ipſe ſi qua neceſſaria habere uidebantur. ſatis hilariter miniſtrabat. Vnde Venantio epiſcopo Peruſino ſcribit dicens. Fratrem & coepiſcopum noſtrum Eccleſium frigore omnino laborare cognouimus. pro eo ꝙ hyemalem ueſtem non habeat, & quia aliquid ſibi a nobis petijt debere trãſmitti, fraternitati tuę ad hoc per laterem pręſentium tranſmiſimus amphimachũ, tunicã, & pectorale, ut à te ei debeant ſine mora tranſmitti. & ideo ad prædictum fratrem noſtrum ſub omni illud celeritate ſtude tranſmittere, atque nobis hoc ipſum quia tranſmiſeris, tuis renunciare epiſtolis non omittas. Sed ita fac, ut ad tranſmittendum quia uehemens frigus eſt, moram aliquam minime facias: Item eidẽ Eccleſio Cluſino epiſcopo. Scripta fraternitatis ueſtræ ſuſcipientes contriſtati ſumus. quod uos per ea & grauiter infirmatos, & adhuc debiles eſſe cognouimus. Et li-

cet ſanctitatem ueſtram uidendi deſiderium haberemus, bene tamen feciſtis iſto uos illic tempore continere ne uenientes huc de ægritudinis ueſtræ moleſtia recidiuã nobis triſtitiam faceretis. Et poſt pauca. Vnum autem caballum uobis qualem inuenire potuimus, de benedictione ſancti Petri tranſmiſimus, ut habeatis cum quo poſt infirmitatem uectari poſsitis.

28 Tali patrono tunc illius temporis pontifices ampliati, tam 66 nouas eccleſias a fundamentis conſtruentes ornare, q̃ ueteres quoque ſplendidiſsime renouare ceperunt. Nam Gregorius nihil in ſuis coepiſcopis magisq̃ ſanctitatem, ſapientiam & liberalitatem. curioſiſsime quæritabat. Quod ut ſignificantius eluceſcat, quaſdam epiſtolarum eius adhibebo, quarum teſtimonio lector meus quorundam epiſcoporum uitia reprehenſa cognoſcat. Ait enim in epiſtola Secundo ſeruo Dei inter cætera.

66 Si hæc deo non eſſent grata & accepta ut dicunt nonnulli, non ea fieri permiſiſſet tã ſanctus pontifex.

29 Fratrem noſtrum Marinianum epiſcopum, uerbis quibus uales excita, quia eum obdormiſſe ſuſpicor. Nam uenere quidam ad me, in quibus erant quidam ſenes mendicantes. Qui a me diſcuſsi ſunt, a quibus quid acceperint, & per ſingula retulerunt quanta eis, & a quibus in itinere data ſunt. Quod dum ſollicite de prædicto fratre requirerẽ quid eis dediſſet, reſpondere ut ſe eum rogaſſe, ſed ab eo nihil accepiſſe. ita ut neque panem in uia acceperint quod dare omnibus illi eccleſiæ ſemper familiare fuit. Dixerunt enim, Reſpondit nobis dicens, Nõ habeo quod uobis dem & miror ſi is qui ueſtes habet, argentũ habet. cellaria habet. quod pauperibus debeat dare non habet. Dic ergo illi, Vt cum loco mutet mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere. ut remotus ſtudeat ſedere & de manu nihil fructificare. Sed largam manum habeat, neceſsitatem patientibus occurrat. alienam inopiam ſuam credat. Quia ſi hæc non habet, uacuũ epiſcopi nomen tenet.

30 Item Sereno epiſcopo Maſsilienſi poſt aliqua. Perlatum ad nos fuerat ꝙ inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent confregeris. Et quidem quia eas adorari uetuiſſes, omnino laudemus, fregiſſe uero reprehendimus. Dic 67 frater. a quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud, uel illud te debuit reuocare, ne deſpectis alijs fratribus ſolum te ſanctum eſſe crederes & ſapientem? Aliud eſt enim 68 picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus. Quia in ipſo ignorantes, uident quod ſequi debeant, in ipſa legunt, qui literas neſciunt. Vnde & præcipue gẽtibus pro lectione pictura eſt. Quod magnopere a te qui inter Gentes habitas attendi decuerat. Ne dum recto zelo incaute ſuccenderis, ferocioribus ani-

67 Iuſte reprehẽdit Gregorius Serenum Epiſcopũ, qui uſum imaginum in Eccleſia antiquum amouere uoluerit.

68 Imagines non ponũtur in Eccleſia ut adorentur, ſed ut rudes inſtruãt quid ſit adorandum. Quod ſi & adorandas eſſe alicubi ſcriptũ inueneris, adorandas ſano intellectu accipe, uidelicet non ut uenereris ligna, lapides uel picturas quæ repreſentant, ſed res illas quæ per ea repreſentãtur, & quarum ſunt imagines, recurrendo ſemper mente ad prototypum & imaginatũ.

mis ſcandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in eccleſijs ſed ad inſtruendas ſolūmodo mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis uenerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione 69 uetuſtas admiſit, ſi zelum ratione condiſſes. ſine dubio & ea quę intendebas ſalubriter obtinere, & collectū gregem non diſpergere, ſed diſperſum potius poteras congregare. Vt paſtoris in te meritum nomen excelleret, nō culpa diſperſoris incumberet. Hæc autem dum in hoc animi tui incauto nimis motu exequeris, ita tuos ſcādalizaſſe filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua ſe cōmunione ſuſpenderet. Quando ergo ad ouile dominicum errantes oues adduces, qui quas habes retinere non præuales? Proinde hortamur ut uel nunc ſtudeas eſſe ſollicitus, atque ab hac te præſumptione compeſcas. & eorum animos quos a tua diſiunctos unitate cognoſcis, paterna ad te dulcedine omni anniſu omniq; ſtudio reuocare feſtines.

69 Vides quod antiquitas imagines in Eccleſijs depingi admiſit, & non recens conſuetudo.

31 Ianuario quoque Caralitano epiſcopo poſt aliqua ſcribit dicens. Inter querelas multiplices Iſidorus uir clariſsimus a fraternitate tua fruſtra ſe excōmunicatum anathematizatumq; cōqueſtus eſt. Quod quamobrem factum fuerit, dum à clerico tuo qui præſens erat uoluiſſemus addiſcere. pro nulla alia cauſa niſi pro eo quod te iniuriauerat factum innotuit. Quæ res nos uehementer afflixit. Quia ſi ita eſt, nil te oſtendis de cęleſtibus cogitare, ſed terrenam te conuerſationem habere ſignificas. dum pro 70 uindicta propriæ iniurię quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexiſti. Vnde de cętero omnino eſto circumſpectus atque ſollicitus, & talia cuiquā pro defenſione iniuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris in te ſcias poſtea uindicandum.

70 Aduerte quod non tollit hic Gregorius excommunicationem de Eccleſia quæ etiā antiquis patribus fuit ſemper in uſu, ſed excōmunicationem quā intulerat epiſcopus ob uindicationē propriæ iniuriæ.

32 Item eidem. Prædicator omnipotentis domini Paulus apoſtolus pręcipit dicens. Seniorem ne increpaueris. Sed eius regula in eo ſeruāda eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi enim ſenior iuuenibus exemplum ad interitū præbet. ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptū eſt, Laqueus iuuenum omnes uos, & rurſum Propheta dicit, Puer centum annorū maledictus erit. Tanta autē nequitia ad aures meas de tua ſenectute peruenit ut eam niſi adhuc humanitus penſaremus, fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi eſt ꝙ dominicorum die priuſquā miſſarum ſolemnia celebrares, ad exarandam meſſem latoris præſentium perrexiſti. & poſt exarationem eius miſſarum ſolemnia celebraſti. Poſt miſſarum uero ſolemnia etiam & terminos poſſeſsionis illius eradicare minime timuiſti. Quod factum quæ pœna debuit inſequi, omnes qui audiunt ſciunt. Dubij autem de tanta hac peruerſitate fueramus. ſed filius noſter Cyriacus abbas a nobis requiſitus dum eſſet ca ralis ita ſe cognouiſſe perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus.

hortamur aliquando reſipiſſe ſenex.atque a tanta leuitate morum, & operum peruerſitate compeſcere. Quia quanto morti uicinior efficeris. tanto fieri ſollicitior atque timidior debes. Et quidem pœnæ ſententia in te fuerat iaculanda. Sed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute nouimus,interim tacemus.

33 Omnes omnino pontifices a lectione librorum gentilium Gregorius inhibebat.Quapropter Deſiderio Galliarũ epiſcopo.pallium poſtulanti ſcribit inquiens. Cum multa nobis bona de ueſtris fuiſſent ſtudijs nunciata.ita cordi noſtro eſt nata lætitia. ut negare ea quæ ſibi fraternitas ueſtra cõcedenda depoſcerat minime pateremur. Sed poſt hoc peruenit ad nos,quod ſine uerecundia memorare non poſſumus. Fraternitatem tuam grãmaticam quibuſdam exponere.Quam rem ita moleſte cepimus,ac ſumus uehementius aſpernati,ut ea quæ prius dicta fuerant. in gemitum & triſtitiam uerteremus. Quia in uno ſe ore.cum Iouis laudibus,Chriſti laudes non capiunt.Et ꝙ graue nefandumq; ſit epiſcopis canere quod nec laico religioſo cõueniat, ipſe conſidera.Nam ꝙuis dilectiſsimus filius noſter Candidus presbyter.poſtmodum ueniens hac de re ſubtiliter inquiſitus negauerit. atque nos conatus fuerit excuſare. de noſtris tamen adhuc animis non receſsit. Quia quanto execrabile eſt hoc de ſacerdote narrari,tanto utrum ita ne ſit diſtricta & ueraci oportet ſatiſfactione cognoſci. Vnde ſi poſt hoc euidenter hæc quæ ad nos perlata ſunt falſa eſſe claruerint.neque uos nugis ſecularibus literis ſtudere conſtiterit, & Deo noſtro gratias agemus qui cor neſtrum maculari blaſphemijs nefandorum laudibus non permiſit,& de concedendis quæ poſcitis,ſecuri iam & ſine aliqua dubitatione tractabimus.

34 Nihilominus Natali Salonitano epiſcopo ſcribit dicens. Multis ab urbe tua uenientibus frater reuerendiſsime didici,paſtorali cura dereli cta ſolis te conuiuijs occupatum. Quæ audita non crederem.niſi hæc actionum tuarum experimentis approbarem.Nam quia lectioni nequaꝙ ſtudeas, nequaꝙ exhortationi inuigiles. ſed ipſum quoque uſum eccleſiaſtici ordinis ignores.hoc eſt in teſtimonio, quod eis ſub quibus es poſitus,ſeruare reuerentiam neſcis.

35 Sed cum Natalis per inanẽ philoſophiam.ſcriptis proprijs ſe niteretur inculpabilem demonſtrare,mitiſsimus doctor Gregorius. ita reſcripſit.In conuiuiorum defenſione.ueſtra fraternitas Abrahę conuiuiũ memorat.in quo teſte ſacro eloquio, tres Angelos ſuſcepiſſe prohibetur. Sed hoc exemplo neq; nos beatitudinem ueſtram reprehendimus.ſi hanc ſuſcipere Angelos in hoſpitalitatem cognoſcimus.Rurſum narrat tua fraternitas Iſaac ſaciatum.filio benedictionem dediſſe. Quæ utraque ueteris teſtamenti.quia ita ſunt geſta per hiſtoriam, ut tamen ſignarent aliquid per allegoriam.Vtinã ualeamus ſic res geſtas

legendo percurrere, ut poſsimus etiam gerendas prouidendo ſentire. Ille quippe in tribus Angelis unum ſalutans, trinitatis ſubſiſtentias unius ſubſtantiæ eſſe declarauit. Iſte ueſtro ſaciatus benedicit filium, quia qui diuinis epulis repletur. illius ſenſus in prophetiæ uirtutẽ extenditur. Diuinæ autem epulæ, ſacri eloquiȷ̃ uerba ſunt. Si igitur aſsidue legitis. ſi exemplum ab exterioribus trahentes interna penetratis. quaſi de agri uenatione ſaciati, mentis uentrem repletis, ut antepoſito filio, ſuſcepto uidelicet populo. poſsitis uentura nunciare. Sed etiã in hoc ſeculo caligat. qui de Deo aliquid prophetat. Quia profecto dignum eſt, ut hic iam per concupiſcentiam minus uideat. cuius ſenſus per intelligentiam intus coruſcat. Hęc ergo ad uos metipſos trahite. & ſi uos tales agnoſcitis, nihil eſt quod de noſtra æſtimatione dubitetis. Gaudere quoque beatitudinem ueſtram inuenio. ſi uoracis nomen cum rerum autore ſuſtineat. Quod ego breuiter expono, quia ſi de uobis falſum dicitur, nomen hoc ueraciter cum rerum autore ſuſtinetis. Si ueſtro de uobis uerum eſt quod de illo falſum fuiſſe quis dubitet. abſoluere uos non ualet per nomen, quorum diſpar eſt cauſa. Nã cum eo crucem etiam periturus latro ſuſcepit. Sed quem reatus proprius tenuit. par crucifixo nõ abſoluit. Ego tamen quantis ualeo præcibus depoſco, ut ſanctiſsimam fraternitatem ueſtram autori noſtro. Deo nõ ſolum nomẽ, ſed etiam cauſa coniungat. Conuiuia autẽ quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt. recte ueſtra ſanctitas in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ueraciter ex charitate prodeunt. cum in eis nulla abſentium uita mordetur. Nullus ex irriſione reprehenditur, & non in eis inanes ſecularium negotiorũ fabulæ. ſed uerba ſacræ lectionis audiuntur. Cum nõ pluſq̃ neceſſe eſt ſeruitur corpori. ſed ſola eius infirmitas reficitur, ut ad uſus exercendę uirtutis habeatur. Hæc itaque ſi uos in ueſtris cõuiuȷ̃s agitis. abſtinentium fateor magiſtri eſtis. Quod ergo Pauli Apoſtoli ad me teſtimonium poſuiſtis. qui non manducat, manducantẽ non iudicet. omnino exiſtimo incongruum fuiſſe. Quia neq; ego nõ comedo. neque ob hoc a Paulo Apoſtolum dictum eſt, ut membra Chriſti quæ in eius corpore, id eſt in eccleſia ſibi charitatis compage connexa ſunt. nullam de ſe ullo modo curã gerant. Sed ſi neque ego ad te. neque tu aliquid pertineres ad me. iure tacere compellerer. ut eum nõ reprehenderem qui emendari non poſſet. Hæc ergo ſententia propter eos ſolũmodo dicta eſt, qui illos iudicare ſtudent, quorum 71 cura ſibi cõmiſſa non eſt. At poſtq̃ nos autore domino unum ſumus, ſi uobis ea quæ corrigẽda ſunt tacemus. ualde delinquimus.

71 *Vides ex hoc loco, & omnibus Epiſtolis ad diuerſos epiſcopos datis quæ ſupra poſita ſunt, & infra ponentur, Romano Pontifici omnium Chriſtianorum, Eccleſiarum & Epiſcoporũ curam cõmiſſam eſſe? Q̃d propter eos dicitur, qui Papam ſolum Romanum Epiſcopum eſſe uolunt, & nõ habuiſſe iuriſdictionem ſuper uniuerſam Chriſti Eccleſiam.*

36 Neminem ſane pontificũ a paroecia ſua, ſaltim parumper abſq; ineuitabili prorſus neceſsitate diſcedere Gregorius ꝑmittebat. Quos nimirum in cauſis mundialibus occupari uehemẽtiſsime prohibebat.

Vnde Romano defenſori ſcribit dicens. Perlatum ad nos eſt reuerendiſsimum fratrẽ noſtrum Baſilium epiſcopum. uelut unum de laicis in cauſis mundialibus occupari, & prætorijs inutiliter obſecundare. Quæ res quoniam & ipſum uilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalem annihilat, ſtatim ut experientia tua hoc pręceptũ ſuſceperit, eum ita ad reuertendum diſtricta executione compellat. quatenus ei illic te inſiſtente, quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non liceat. Ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris, cum ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

37 Itẽ Anthemio ſubdiacono. Peruenit ad nos Pimenium Amalfitanæ ciuitatis epiſcopum, in eccleſia ſua reſidere non eſſe contentũ. ſed foras diuerſa per loca uagari. Quod uidentes alij. nec ipſi in caſtro ſe retinent. ſed eius exemplum ſequẽtes, foris magis eligunt habitare. Et quia hoc agentes ipſi potius ad ſuam hoſtes depręddationem inuitant. idcirco hac tibi autoritate pręcipimus, ut ſupraſcripto epiſcopo interminari non deſinas. quatenus hoc de cætero facere nõ pręſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quem ſi forte non emendari poſt tuam interminationem cognoueris. in monaſterio eum deputare. & nobis curabis modis omnibus indicare. ut qd facere debeas noſtra iterum præceptione cognoſcas.

38 Non mirum ſi Gregorius ex miniſterio ſibi credito curabat uitia quorumlibet præpoſitorũ uerbis ſalubribus increpare. qui lapſum propriæ amitæ non dubitauerit ad inſtructionem populi poſterorum memoriæ cõmendare. Siquidẽ euangelica ſententia qua dicitur. Multi ſunt uocati, pauci uero electi. uolens multorum uocationem a paucorum electione formis exemplorũ diſcernere, perhibet dicens. Pater meus tres ſorores habuit quæ cunctę ſacræ uirgines erant. Quarum una Tharſilla, alia Gordiana, alia Emiliana dicebatur. Vno oẽs amore conuerſæ, uno eodemq; tempore ſacratæ. ſub diſtrictione regulari degentes. in domo propria ſocialem uitam ducebant. Cumq; eſſent diutius in eadem conuerſatione, ceperunt cotidianis incrementis in amorem conditoris ſui Tharſilla & Emiliana ſuccreſcere. Et cum ſolo eſſent hic corpore, quotidie animo ad æterna tranſire. At contra Gordianæ animus cepit ab amore caloris intimi per cotidiana detrimenta tepeſcere, & pauliſper ad huius ſeculi amorem redire. Crebro autem Tharſilla dicere Emilianæ ſorori ſuę cum magno gemitu ſolebat. Video Gordianam ſororem noſtram. de noſtra ſorte non eſſe. Perpendo enim quia foras defluit. & cor ad quod propoſuit non cuſtodit. Quá curabant blanda quotidie redargutione corripere. atq; a leuitate morum ad grauitatem ſui habitus reformare. Quæ quidem reſumebat uultum ſubito grauitatis inter uerba correptionis. Sed cum eiuſdem correptionis hora tranſiſſet. tranſibat protinus & ſupradicta grauitas

honeſtatis, moxq; ad leuia uerba redibat. Puellarum gaudebat ſocietate laicarum. eiq; perſona ualde oneroſa erat. quęcunq; huic mundo debita non erat. Quadam uero nocte huic Tharſillę amitę meę. quę inter ſorores ſuas uirtute orationis continuę, afflictionis ſtudioſę, abſtinentię ſingularis, grauitate uitę uenerabilis, in honore & culmine ſanctitatis excreuerat, ſicut ipſa narrauit per uiſionem Attauus meus Felix huius Romanę eccleſię Antiſtes apparuit. eiq; manſionem perpetuę claritatis oſtendit, dicens. Veni, quia in hac te lucis manſione ſuſcipio. Quę ſubſequenti mox febre correpta ad diem peruenit extremũ. Et ſicut nobilibus fęminis uiriſq; morientibus multi conueniunt. qui eorum proximos conſolentur. eadem hora eius exitum pręſtolantes. uiri ac fœminę lectulum circunſteterunt. Cum ſubito ſurſum illa reſpiciens, Ieſum uenientem uidit. & cũ magna animaduerſione cepit circunſtantibus clamare dicens, Recedite recedite, Ieſus uenit. Cumq; in eum intenderet quem uidebat. ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Tantaq; ſubito flagrantia miri odoris aſperſa eſt, ut ipſa quoque ſuauitas cunctis oſtenderet. illic autorem ſuauitatis ueniſſe. Cumq; corpus eius ex more mortuorum ad lauandum eſſet nudatũ. Longe orationis uſu, in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta eſt obdurata cutis excreuiſſe. Et quid uiuẽs eius ſpiritus ſemper egerit, mortua caro teſtabatur. Hęc autem geſta ſunt ante Dominici Natalis diẽ. Quo tranſacto. mox Emilianę ſorori ſuę per uiſionem nocturnę uiſitationis apparuit dicens. Veni, ut quia Natalem Dominicum ſine te feci. 72 Sanctum Theophania iam tecum faciam. Cui illa protinus de Gordianæ ſororis ſuæ ſalute ſollicita reſpõdit. Et ſi ſola uenio, Gordianam ſororem noſtram cui dimitto? Cui triſti uultu iterum dixit. Veni, Gordiana etenim ſoror noſtra inter laicas deputata eſt. Quam uiſionem mox moleſtia corporis eſt ſecuta, atq; ita ut dictum fuerat, ante Dominicæ apparitionis diem eadem moleſtia ingraueſcente defuncta eſt. Gordiana autem mox ut ſolam remanſiſſe ſe repperit. eius prauitas excreuit. Et quod prius latuit in deſiderio cogitationis. poſt effectu prauæ actionis exercuit. Nam 73 oblita Dominici ſtimoris, oblita pudoris & reuerentiæ ſuæ, oblita conſecrationis, conductorem poſtmodum agrorum ſuorũ maritum duxit. Ecce omnes 74 tres uno prius ardore conuerſæ ſunt, ſed non omnes in uno eodemq; ſtudio permanſerunt, quia iuxta Dominicam uocem. Multi ſunt uocati, pauci uero electi.

39 Subditorum quoque negligentias. Gregorius ſubtiliter inquirebat, & diſtrictiſsimis redargutionibus emẽdabat. Vnde Vitaliano epiſcopo Sypontino ſcribẽs. Si cuſtos inquit religioſi habitus aut eſſe noſſes epiſcopus, filiæ glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militia te illic poſito, nec proiectis 75 religioſis ueſtibus ad ſecularem reuerti habitum,

72 *Nota ſanctum Theophania diem.*

73 *Aduertis quantũ reprahendat amitã ſuã quod cum eſſet deo ſacrata uirgo, nuptiali ſe thoro uiolauerit?*

74 *Tu qui dicis uirginitatẽ ſeruare eſſe impoſsibile, uide quam mendaciter hoc aſſeras, cum ex tribus ſororibus quæ illã profeſſæ ſunt, duæ in propoſito permanſerint, & in Virginitate deceſſerint. Quod uero tertia defecerit, id ex culpa eius prouenit, quæ ab incepto deflectere uoluit, & non a gratia dei, quæ uolentibus nunquã deeſt.*

75 *Habes hic duo. Primum, quod quæ Religioſa fiebat, nouum habitum induebat. Alterum, non debere Sanctimonialem a religione deficere, & inſtitutum ſuum deſerere.*

bitum,nec ad nos licuiſſet peruerſam epiſtolam deſtinare.Sed quia nimia deſidia, nimioq; torpore deprimeris. in tuo dedecore res ad præſens illicita impune cõmiſſa eſt.Nam ſi ut præfati ſumus,ſollicitus extitiſſes, prius ad nos ultio mulieris prauiſsimæ, quã culpa debuit peruenire.Quia ergo tantum hebes,tantumq; es negligens, ut niſi canonicam in te fueris cohertionem expertus.in aliis diſtrictionem & diſciplinam neſcias cuſtodire. Qualiter debeas eſſe ſollicitus congruo tibi ſi Domino placuerit,tempore demonſtrabimus.

40 Item Sergio defenſori. Si homo eſſes, aut diſtrictionem aliquã habuiſſes, ita regularis diſciplinæ debuiſti cuſtos exiſtere, ut ea quæ illic illicite cõmittuntur,ante uindicta corrigeret, ꝙ ad nos eorũ nuntius perueniret. Sed dum nimia te facit ſtultitia negligentem, non ſolum de illis offendimur. Sed etiam ad ulciſcendum deſidiam tuam nihilominus prouocamur.

41 Item Anthemio ſubdiacono Campaniæ. Peruenit ad nos fratrem & coepiſcopum noſtrũ Paſcaſium. ita deſidem negligentemq; in cunctis exiſtere, ut in nullo quia eſt epiſcopus agnoſcatur. Adeo ut neque eccleſia ipſius,neque monaſteria,ſiue filij uel oppreſsi paupe res,eius erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant, nec aliquam ſupplicantibus ſibi in quibus iuſtum eſt, opem defenſionis accõmodet. Et quod adhuc dici eſt grauius, conſilia ſapientium & recta ſuadentium.nulla patiatur ratione ſuſcipere. Vt quod ipſe per ſe nequit attẽdere,ab alio ſaltem poſsit adiſcere.Sed rebus quæ ad paſtoris curam pertinent prętermiſsis,ad fabricandam nauium toto ſe ſtudio inutiliter occupet. Vnde ſicut fertur, contigit quadringentos aut eo amplius illum iam ſolidos perdidiſſe. Hoc quoque eius culpis adiungitur, quod ita quotidie deſpectus, cum uno aut duobus clericis dicitur ad mare deſcendere.ut & apud ſuos in fabula ſit & extraneis ſic uilis ac deſpicabilis uideatur. ut nihil in ſe habere epiſcopalis genij uel reuerentia iudicetur. Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas. qui eum obiurgere atque cohercere. ut dignum eſt diſtuliſti. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiã ad ſacerdotalis officij pertinere probatur opprobrium, Volumus ut eum coram alijs ſacerdotibus, uel quibuſdam filijs ſuis nobilibus conteſtari debeas ac hortari,ut uitia torporis excuſſo, deſes eſſe non debeat. ſed in eccleſiæ ſuæ ac 76 Monaſteriorum cura ſit uigilans. Paternam filijs ſuis charitatẽ exhibeat,in defenſione pauperum ſit alacer cum diſcretione,in quibus iuſtitia ſuaſerit,ſit erectus.Conſilia ſapientum libenter ſuſcipiat.quatenus & ciuitas illa eius queat ſollicitudine conſolari. & ipſe deſidiæ ſuæ culpas ualeat operire. Si uero quod non credimus, poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit. ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus. Vt hic poſitus diſcere poſsit, quid uel qualiter ſe-

76 *Vides quod olim Epiſcopi etiam Monaſteria gubernabant.*

cundum Dei timorem agere conueniat ſacerdotem.

42 Item eidem. Quotiens illa de fratribus coepiſcopisq; noſtris audimus quæ & illos reprehenſibiles oſtendere, & nobis triſtitiam ualeat generare. de eorum nos emendatione nō mediocriter cogit neceſsitas cogitare. Quia ergo nunciatum nobis eſt Campanię epiſcopos ita negligentes exiſtere, ut immemores honoris ſui, neque erga eccleſias, neq; erga filios ſuos paternæ uigilantiæ curam exhibeant, Vel monaſteriorum ſollicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum ſe pauperum tuitionē impendant. Ideo hac tibi autoritate pręcipimus, ut eis ad te conuocatis, ex noſtro illos mandato diſtricte cōmoneas, quatenus deſides ulterius eſſe non debeant. ſed ſacerdotalem ſe habere zelum & ſollicitudinem opere doceant. Atque ita in his quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, uigilantes exiſtant, ut nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem uero eorum poſt hæc negligentē cognoueris, ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmitte. ut quā ſit graue nolle ab his quæ reprahenſibilia & ualde uituperanda ſunt corrigi. regulari in ſe ualeat diſtrictione ſentire.

Itē Victori epiſcopo Panormitano poſt aliqua. Cuius inquit iam culpæ ſis intelligis, ut ego tam longe poſitus quæ in ciuitate tua aguntur agnoſcam, & tot curis occupatus quæ fieri debeant diſponam.

43 Notandū ſane, quia ſicut manifeſta crimina diſcretiſsimus pręſul Gregorius, aut uix, aut nunquā ſine uindicta laxabat. ita nimirum in rebus dubijs nunquā aliquando certam ſententiam proferebat. Quapropter Andreæ Tarentino epiſcopo ſcribit dicens. Tribunal iudicis æterni ſecurus aſpiciet. quiſquis reatus ſui conſcius, digna eum modo placare pœnitentia contendit. Habuiſſe te ſiquidem concubinam manifeſta ueritate comperimus. De qua etiam contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe iudicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus cōmittendum. Qua de re ſi

77 77 in ſacro ordine conſtitutus eius te permixtione eſſe recolis maculatum. ſacerdotij honore depoſito, ad miniſtrandū nullo modo pręſumas accedere ſciturus in animæ tuæ periculo miniſtrare. & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem. ſi huius ſceleris conſcius, in eo quo es ordinē celans ueritatem permanere uolueris.

Notent qui hoc tempore in Sacerdotio conſtituti concubinas habent, & a ſe dimittere nolunt, ſicut moderni heretici faciunt.

44 Ob hoc ſollicitiſsimus eccleſię Dei cuſtos Gregorius unicuscuiuſq; conſiliarios arguens. quantum in ſe erat omnes omnino ſaluare certabat. Vnde Venantio ex monacho patritio. Poſt aliqua ſcribens ait. Scio quia cum epiſtola rara ſuſcipitur protinus amici conueniunt. litterati clientes uocantur. & de cauſa uitæ conſilium ex fautoribus mortis quęritur. Qui dum non te ſed res tuas diligunt. nulla tibi niſi quæ ad tempus placeant loquūtur. Tales etiam fuere ſicut ipſe reminiſceris, dudum conſiliarij. qui te ad tanti facinus perduxere delicti.

Et ut tibi aliquid ſecularis autoris loquar. cum amicis omnia tractanda ſunt. ſed prius de ipſis. Si uero in cauſa tua hominem conſiliarium queris, conſiliarium me rogo ſuſcipe. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non tua, ſed te diligit. Item Ioanni Conſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſcopo poſt nonnulla. Ego beatiſsimo uiro domino Ioanni reſcripſeram. ſed credo quia mihi familiaris ueſter ille iuuenculus reſcripſit. qui ad huc de Deo nihil didicit, qui uiſcera charitatis neſcit. qui in cęleſtibus rebus ab omnibus accuſatur qui inſidiari quotidie diuerſorum mortibus per occulta teſtamēta nec Deum metuit, nec homines erubeſcit. Mihi crede frater Reuerendiſsime, ſi zelum ueritatis perfecte habes, ipſum prius debes corrigere. Vt ex his qui uobis uicini ſunt etiam hi qui uicini non ſunt, exemplo melius emendentur. Illius linguam noli recipere. Ille ad conſilium ueſtræ ſanctitatis debet dirigi. nō autē ueſtra ſanctitas ad uerba illius inflecti. Si enim illum audit. Scio quia pacem cum ſuis fratribus habere non poterit.

Item Ianuario caralitano epiſcopo. Eos inquit quorum conſilijs meſſem alterius exaraſti. & eradicare terminos minime timuiſti, in duobus menſibus 78 excōmunicatos eſſe decernimus. ita ut ſi quid eis intra duorum menſium ſpatium humanitus euenerit, benedictione uiatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum conſilijs cautus exiſte. teq; ſollicite cuſtodi. Ne ſi eis in malo diſcipulus fueris, quibus magiſter in bono eſſet debuiſti. nec ſimplicitati tuæ. nec ulterius ſenectuti parcamus.

78 *Ecce excōmunicationis uſum etiam apud antiquam Eccleſiam.*

Item Gallinico exarcho Italię poſt nonnulla. Illud uero cognoſcite. quia me non modice contriſtauit, quod maior domus qui petitionem epiſcopi uolentis a ſchiſmate reuerti ſuſcepit, eam ſe perdidiſſe profeſſus eſt, & poſtmodum ab aduerſarijs eccleſię tenebatur. Quod ego non negligentia, ſed uenalitate eius factum arbitror. Vnde miror quia in eo culpam hanc minime ueſtra excellentia uindicauit. Sed tamen quia hoc miratus ſum, memetipſum citius repręhendi. Nam ubi domnus Iuſtinus conſilium præbet, qui pacem cum catholica eccleſia non habet, ibi nō poſſunt hęretici addici. Prętererea ſancti Petri apoſtolorum principis 79 natalitium diem in Romana ciuitate uos facere uelle prohibetis. Et oramus omnipotentem dominum ut ſua uos miſericordia protegat, & uota ueſtra uos implere concedat. Sed prędictus uir eloquentiſsimis peto ut ſimul ueniat. Qui ſi non uenerit, a ueſtris obſequijs recedat. Vel certe ſi ueſtra excellentia fortaſſe emergentibus cauſis uenire nequiuerit, ipſe tamē ſanctę eccleſiæ unitati cōmunicet. Bonum enim uirum audio, ſi peſsimi non eſſet erroris.

79 *Nota Natalitium diē ſācti Apoſtolorū Principis Petri.*

45 Item ſereno Maſsilitano epiſcopo poſt multa. Peruenit ad me quod dilectio tua libenter malos homines in ſocietate uel conſilio ſuo recipiat. Adeo ut presbyterum quendam qui poſtquam lapſus eſt, &

in ſuæ adhuc dicitur iniquitatis pollutionem uerſari, familiarem habeat. Quod quidem nos ex toto non credimus, quia qui talem recipit ſcelera non corrigit. Sed magis alijs talia perpetrare uidetur dare licentiam. Sed ne forte aliquid tibi ſubreptione, uel diſſimulatione ut a te reciperetur atq; adhuc habeat gratis ſuaſerit, non ſolum hunc a te longius expellere, uerum etiam exceſſus ipſius ſacerdotali te zelo modis omnibus conuenit reſecare. Alios uero qui praui eſſe memorantur. paterna adhortatione a ſua prauitate compeſcere. & ad uiam ſtude rectitudinis reuocare. Quod ſi quod abſit, ſalubri monitu eos uideris in nullo proficere. & hos quoq; curabis a te procul abiſcere. Ne prauitates eorum ex eo quod recipiuntur, diſplicere mini me uideantur. Et non ſolum ipſi inemendati remaneant, Sed etiam eorum receptione alij corrumpantur. Et conſidera quam & homnibus execrabile, & periculoſum ante Dei ſit oculos. ſi per eum a quo plectenda ſunt crimina. nutriri uitia uideantur. Hæc igitur dilectiſsime frater diligenter attende. & ita agere ſtude. ut prauos ſalubriter corrigas. & ſcandalum de malorum ſocietate filiorum tuorum animis non inducas.

46 Pro unius culpa uindicari alium rectiſsimus iudex Gregorius minime permittebat. Ideoq; Godeſcalco Duci campaniç ſcribens ait. Illa prçpoſitorum ſollicitudo utilis: illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor ſibi nil uendicat. Reſtringenda ergo ſub ratione poteſtas eſt. Nec quicq̃ agendum, priuſq̃ concitata ad tranquillitatem mẽs redeant. Nam commotionis tempore iuſtum putat ire quod fecerit. Peruenit itaq; ad nos magnitudinem tuam uſq; ad hoc eſſe impetu furoris in pulſam. ut non ſolum frangi ianuas monaſterij ſancti Archangeli, uerum etiam diripi ex inde quod ibi inuentum eſt feceris. Inſuper autem ſic contra abbatem eiuſdem monaſterij diceris exarſiſſe. ut niſi occultans ſe iracundiç tuæ tempore latuiſſet. non leue diſcrimẽ incurreret. Deniq; ut metu tuo perterritus, de domo in qua olim ſe receperat, exire hucuſq; non audeat. Quod ne fruſtra feciſſe forſitan uidereris, fugam Monachi ipſius qui ad hoſtes abijt. ad eius quantum ad nos perlatum eſt, crimen impingis. aſſerens ꝙ illius uolũtate fugerit. Quod ſi ita eſt; contriſtamur. & ualde ueſtram ſapientiã miramur. Nam ſi licitum putatis ut aliorum culpa alij ſit nociua, multi huic poſſunt crimini ſubiacere. Diuerſorum enim nobilium ſerui, multarum eccleſiarum clerici, diuerſorum monaſteriorum monachi, multorum iudicum homines, ſæpe ſe hoſtibus tradiderũt. Ergo ſi hoc creditur. ſeruorum utiq; Domini. clericorum epiſcopi. monachorum abbates. diuerſorum fugatium iudices, omnes ſub culpa ſunt & crimine conſtituti. Nunquid & diebus magnitudinis tuæ multi de ciuitate in quã conſiſtis, ad longobardorum milites fuga nõ lapſi ſunt? Et quis tantæ indiſcretionis, tantęq; poſsit ſtultitiæ reperiri, ut eorum iniquitatem tibi æſtimet applicandam?

48 Liber-

47 Libertatem uniuſcuiuſque hominis Gregorius contra iudicum inſolentias, liberis uocibus nihilominus ſimiliter defendebat. Vnde Leontio exconſuli poſt aliqua ſcribens ait, Si Libertinus in iſta cauſa cautionis culpabilis inuenitur, de alijs cauſis quid pro ſe alleget neſcio. Vnum tamen hoc bene atque conſtanter noui, quia & ſi quam rebus publicis fraudem fecit. ſubſtantia eius cedi debuit non libertas. Nam in hoc quod liberi homines ceduntur uel includũtur. Vt taceam quod omnipotens Deus offenditur. Vt taceam quod ueſtra opinio uehemẽter grauatur, pijſsimi tamen Imperatores noſtri omnino tempora fuſcantur. Hoc enim inter Reges gentium & Imperatores Romanorũ diſtat, quia Reges gentium Domini ſeruorum ſunt, Imperator uero Romanorum dominus liberorum. Vnde & uos quicquid agitis, prius quidem ſeruata iuſtitia, Deinde cuſtodita per omnia libertate agere debetis. Scriptum eſt enim, Quod tibi non uis fieri, uide ne alteri facias. Et per ſemetipſam ueritas dicit, Quæ uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. In libertate ergo eorum qui uobis in diſcuſsione cõmiſsi ſunt, ueſtrã ſpecialiter attendere debetis. Et ſi ipſi â maioribus ueſtris iniuriari libertatem ueſtram non uultis, ſubiectorum ueſtrorum libertatem honorando cuſtodite. Scimus enim qui dixit, Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Cuius quia uerba nõ tranſeunt, ſed per omnia implentur, metuamus quod iterum dicit, In qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur de uobis. Quid autem gloria ueſtra exiſtimat, quia ſi ſuperbe, ſi crudeliter agimus, deſpecto Deo, nobis hominem placamus? Nullo modo. Nam ipſe qui deſpicitur, cum contra nos quem deſpecto Deo placare uolumus irritat. Curemus ergo per omnia placare Deum, qui potens eſt & iratos homines ad manſuetudinẽ reducere. Nam ſicut dixi, etiam manſueti homines indignante Deo ad iracundiam prouocantur. Si autem dicitur quia ſine uerberibus atque terroribus fraudes publicæ inueniri non poſſunt. Hoc admittere poteram, ſi in ratiociniorũ cauſa dominus Leontius non ueniſſet. Nam uerum etiam eſt, quia illi ſolent manibus excedere, qui in ſenſu & lingua deficiunt.

48 Cunctorum iudicum cupiditates uel ſcelera. Gregorius quaſi chamo frenoq; pontificij ſui ualidiſsimis autoritatibus reſtringebat. Et ſi quos dulciter a prauitate corrigere non ualebat. ſcriptorum ſuorum redargutionibus publicabat. Vnde Romano exarcho Italiæ reſidenti Rauennæ ſcribit inquiens. Apud excellentiam ueſtram prauorum audatia correptionis debet aculeos, magis ꝙ́ defenſionis inuenire ſolatium. Nam ſatis graue eſt illic habere prauam ut contingat actionem refugium, unde diſciplinæ decet prodire cẽſuram. Peruenit itaq; ad nos Specioſum quandam presbyterum, qui cauſa poſcente in monaſterio a Ioanne fratre & coepiſcopo noſtro fuerat deputatus. cõtra

ſui paſtoris exinde uoluntatem exiſſe, & eccleſiaſticæ conſtitutionis
uigore deſpecto, antedicto epiſcopo ueſtra fretum tuitione reſiſtere.
Quod quia excellentię ueſtrę ſine dubio pulſat inuidiam, neceſſe eſt,
ut ab eius uos habita diſcretione debeatis tuitione ſuſpendere. Ne ſi no
minis ueſtri occaſione paſtori ſuo inobediens uel contumax fuerit ad
tempus ueſtros contra uos iudices defenſare. atque excellentiam ue-
ſtram hac ex re cogatur offendere, & nos pariter de ueſtra diſcordia
contriſtari. Comperimus etiam quod dici nefas eſt. quaſdam mulieres
quæ nunc uſque in religioſo atque monachico habitu permanſere, re-
ligioſam 80 ueſtem deponere, & coniugibus quod ſine graui refer-
re dolore non poſſumus ſociari. Sed hoc quidem ut dicere uel attenta-
re prẹſumant, fauoris ueſtri patrocinio fulciri dicuntur. Quod nos cre
dere peruerſitatis ipſius acerbitas non permittit. Petimus ergo ut in
tanto uos peccato miſcere nullatenus debeatis. Nam huiuſmodi ini-
quitatem impunitam propter Deum nullo modo patimur remane-
re. Vnde iterum quæſumus, ut excellentia ueſtra in talium cauſarum
ſe defenſione non miſceat, ne & Deus ſuam defendat iniuriam, & in-
ter nos aliorum pariat culpa diſcordiam. Item Venātio ex monacho
patricio. Multi homines ſtulti putauere, quod ſi ad ordinem epiſcopa
tus eueherer, te alloqui ac per epiſtolas frequentare recuſarem. Sed nō
ita eſt. Quia ipſa iam loci mei neceſſitate compellor, ut tacere non de
beam. Et poſt pauca. Hac igitur conſideratione compulſus, uelis an no
lis locuturus ſum. Quia omni uirtute, aut te cupio ſaluari, aut de tua
morte me eripi. In quo enim habitu fueris recolis, & ſupernæ diſtri-
ctionis animaduerſione poſtpoſita. ad quid ſis delapſus agnoſcis. Cul-
pam ergo tuam penſadum uacat. Diſtrictionem futuri iudicis dum
uales exhorreſce, ne tunc illam amaram ſentias, cum eam iam nullis
fletibus euadas. Et infra. Teſte euangelio ſcis, quia diuina ſeueritas de
otioſo ſermone nos arguit, & de uerbo inutili rationes ſubtiliter exqui
rit. Penſa ergo quid factura eſt de peruerſo opere, ſi quoſdam in iudi-
cio ſuo reprobat de ſermone. Ananias Deo pecunias uouerat, quas
poſt diabolica uictus perſuaſione ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus
eſt ſapis. Si ille igitur mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat
nummos Deo abſtulit. conſidera quanto periculo in diuino iudicio di
gnus eris, qui non nummos, ſed temetipſum omnipotenti Deo cui te
ſub monachico 81 habitu deuoueras ſubtraxiſti. Quapropter ſi cor-
rectionis meæ uerba ſecuturus audieris, quam ſint blanda & dulcia in
fine cognoſces. Ecce fateor mẹrens loquor, & facti tui triſtitia addi-
ctus, edere uerba uix ualeo. Et tamen animus tuus actionis ſuę cōſcius,
uix ſufficit ferre quod audit. erubeſcit, confunditur, auerſatur. Si ergo
ferre non ualet uerba pulueris. quid facturus eſt ad iudicium condito-
ris? Fateor tamen, quia ſupernæ gratiæ eſſe miſericordiam maximam

80 *Ecce quō ſanctimoniales fœminæ propriam ueſtem habebant, & quod etiam tunc nefas erat illas coniugio copulari. Quid hic dices hæretice?*

81 *Cogitent hæc Lutheranorū monachi, qui condie à religionibus deficiunt, & propriū inſtitutum deſerunt.*

credo, quod te effugere uitam conſpicit, & tamen adhuc ad uitam reſeruat. Quod ſuperbientem te uidet & tolerat. Cumq; Venantius in eadem apoſtaſia permanens, obortis quibuſdam ſimultatibus oblationes ſuas a Ioanne Syracuſano epiſcopo execratas cognoſceret. contra epiſcopum hoſtili more cōmotus eſt, eumq; non timuit Gregorio accuſare. Cui ipſe reſcribit dicens. Multum nos ea quam direxiſtis iam contriſtatos inuenit epiſtola. quod inter uos & Ioannem fratrem & coepiſcopum noſtrum de quorum deſiderabamus gaudere cōcordia, ſcandalum prodiiſſe cognouimus. Quæ uis enim cauſa fuiſſet, non uſque ad hoc debuit furor erumpere, ut armati homines ueſtri ſicut audiuimus, in epiſcopum irruerent, & diuerſa hoſtili more mala committerent, atque uos hæc res a paterna interim charitate diuideret. Nunquid non poterat ſi quælibet contentio fuit, tranquille diſponi. ut nec partium utilitas detrimentum nec ſentiret gratia læſionem? Cuius autem grauitatis, cuius ſanctitatis, cuius manſuetudinis ſupraſcriptus frater noſter ſit, nō habemus incognitum. Ex qua re colligimus, quia niſi uis eum doloris nimia coēgiſſet, ad hanc rem de qua uos contriſtatos aſſeritis, eius fraternitas nullo modo perueniſſet. Nos tamē ubi hoc eo ſcribente comperimus. illico ei ſcripſimus admonentes, ut & oblationes ueſtras ſicut ante ſuſciperet, & miſſas in domo 82 ueſtra non ſolum celebrari permitteret, ſed ſi uelitis, etiam ipſe perageret, & cæt. 82 *Ecce quō priuatæ Miſſæ etiam antiquitus erant in uſu.* Verum Venantius cum epiſcopo in concordiam rediens, cū per undecim annos a Gregorio multiplicibus literis exhortatus, redire ad monachicum propoſitum detractaret, in grauiſsimam ægritudinem cecidit. Quod a Ioanne Syracuſano epiſcopo Gregorius audiens, reſcripſit dicens. Fraternitatis ueſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ mihi de dulciſſimi filij mei domni Venantij ægritudine loquebantur, & cūcta erga eum qualiter acta ſunt enarrabant. Sed uno tempore auditis, & illum deſperare ac grauiter ægrotare, & in rebus orphanorum, filiorum ſcilicet eius homines iniquos inſiſtere, uix ſe in corde meo dolor capere poterat. Sed in hoc ſolatium fuit, ꝙ lachrymæ mihi per gemitus erūpebant. Veſtra igitur ſanctitas primam quā habet curam negligere non debet, ut de anima eius cogitare debeat exhortando, rogādo, Dei terribile iudicium proponendo. Ineffabilem eius miſericordiam promittendo, ut ad habitum ſuū redire uel in extremo debeat, ne ei reatus tantæ culpæ in æterno iudicio obſiſtat. Si quos tamen iudicū a ſuis prauitatibus inconuertibiles Gregorius aduertebat. eos ſcriptis proprijs penes principes denotabat. Vnde Cōſtantinæ auguſtæ queritur dicens, Dum in Sardinia inſula multos eſſe gentilium cognouiſſem, eoſq; adhuc prauæ gentilitatis more idolorum ſacrificijs deſeruire, & eiuſdem inſulæ ſacerdotes ad prædicandum redemptorem noſtrū torpentes exiſterent. unum illuc ex Italiæ epiſcopis miſi, qui multos gen-

tilium ad fidem domino cooperante perduxit. Sed rem mihi ſacrilegã nunciauit, quia hi qui in ea Idolis immolabant iudici premium perſoluunt. ut hoc eis facere liceat. Quorũ dum quidam baptizati eſſent etiam immolare idolis deſeruiſſent, adhuc ab eodẽ inſulæ iudice etiam poſt baptiſmum, illud premium exigitur, quod dari prius pro idolorum immolatione conſueuerat. Quem cum prædictus epiſcopus increparet, tantum ſe ſuffragium promiſiſſe reſpondit. ut niſi de cauſis etiam talibus impleri non poſsit. Corſica uero inſula tanta nimietate exigentium, & grauamine premitur exactionum. ut ipſi qui in illa ſunt eadem quæ exiguntur, complere uix filios ſuos uendendo ſufficiant. Vnde fit ut derelicta pia republica, poſſeſſores eiuſdem inſulæ ad nefandiſsimam Longobardorũ gentem cogantur effugere. Quid enim grauius, quid crudelius pati poſſunt à barbaris, q̃ ut conſtricti atque compreſsi ſuos uendere filios compellantur? In Sicilia autem inſula Stephanus quidam marinarum cartularius tanta prӕiudicia, tãtaſq; oppreſsiones operari dicitur, inuadendo loca ſingulorum, atque dictione cauſarum per poſſeſsiones ac domos titulos ponendo, ut ſi uelim acta eius ſingula quæ ad me peruenere dicere, magno uolumine hæc explere nõ poſſem. Quæ omnia ſereniſsima domina ſolerter aſpiciat, & oppreſſorum gemitus compeſcat. Et poſt pauca. Quæ enim mentes, qualia uiſcera parentum eſſe poſſunt perpendite. quando filios ſuos diſtrahunt ne torqueantur. Qualiter autem miſerendum ſit filiӯs aliorũ hoc bene ſciunt qui habent proprios. Vnde mihi hæc breuiter ſuggeſsiſſe ſufficiat. ne ſi ea quæ in his partibus aguntur pietas ueſtra non cognoſceret. me apud diſtrictum iudicem ſilentiӯ mei culpa mulctaret.

49 Hinc eſt quod huius Gregoriӯ tempore tot ſacerdotes & laici p diuerſas regiones miraculis corruſcaſſe dialogo teſte probantur. quot nunquã ſub poſterioribus põtificibus inueniri poſtea potuerunt. Tantis igitur eccleſiæ Dei felicitatibus hoſtis humani generis inuidens, nõ nullos pontificum, ſimulq; ſecularium iudicum ad eius inuidiam conflagrauit. Super quorum afflictione Ioanni Rauennati epiſcopo inter cætera queritur dicens. Peccatis hoc meis reputo, quia iſte qui nunc intereſt haud dubium quia Romanus exarchus, & pugnare contra inimicos noſtros diſsimulat, & nos facere pacem uetat. Quamuis iam modo etiam ſi uelit facere omnino non poſſumus, quia Ariulfus exercitũ Auarith & Nodulfi habens, eorum ſibi dari precario deſiderat. ut nobiſcum loqui aliquid de pace dignetur. Item Sebaſtiano epiſcopo Sirmienſi poſt aliqua. Quæ ſanctiſsime frater de amici ueſtri domni Romani perſona in hac terra patimur. loqui minime ualemus. Breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia gladios Longobardorum uincit. ita ut benigniores uideantur hoſtes qui nos interimunt, quam reipu-

blicæ

blicæ iudices qui nos malitia ſua rapinis atque fallacijs in cogitatione conſumunt, & uno tempore curam epiſcoporum atque clericorum, monaſteriorum quoq; & populi gerere. contra hoſtium inſidias ſollicitum uigilare. contra ducum fallacias atque malitias ſuſpectum ſemper exiſtere, cuius laboris ſit, cuius doloris ſit, ueſtra fraternitas tanto uerius penſat. quanto me qui hęc patior, purius amat. Item Anaſtaſio Patriarchæ poſt multa. Quæ mala a barbarorum gladijs, quæ a peruerſitate iudicū patimur. beatitudini ueſtræ narrare refugio. Ne eius gemitum augeam, quem minuere conſolando debueram. Item Palladio presbytero de monte Sina poſt plurima. Peto ut pro me orare debeas. quatenus omnipotens Deus, & a malis me ſpiritibus, & a peruerſis hominibus cuſtodire dignetur. Quia in hac uitæ meæ peregrinatione mala me ſimul & multa circundant. Ita ut cum Pſalmiſta iure dicam, In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me ſicut aqua tota die, circunderunt me ſimul.

50 Porro Mauritio tunc auariſsimo ſimulq; rapaciſsimo principi, ſuggeſtionibus inimicorum ſuorum funeſtiſsimam legem ferenti ut nulli militum qui uidelicet in manu ſignatus fuiſſet conuerti liceret, inter cætera ſic reſpondit. Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines pietati dominorum meorū cœlitus data eſt, ut qui bona appetunt adiuuētur. Vt cœlorum uia largius pateat. Vt terreſtre Regnū cœleſti regno famuletur. Et ecce aperta uoce dicitur, ut ei qui ſemel in terrena militia ſignatus fuerit, niſi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulſus, Chriſto militare non liceat. Ad hæc ecce per me ſeruū ultimum ſuum & ueſtrum reſpondet Chriſtus dicens, Ego te de notario comitem excubitorum, de comite cęſarem. de Cęſare Imperatorem, & non ſolum hoc, ſed etiam patrem Imperatorum feci. Sacerdotes meos tuæ manui commiſi. & tu a meo ſeruitio milites tuos ſubtrahis? Reſponde rogo pijſsime domine ſeruo tuo, quid uenienti & hęc dicēti reſponſurus es in iudicio domino tuo? Et poſt pauca. Requirat ergo dominus meus quis prior Imperator talem legem dederit, & ſubtilius æſtimet ſi dari debuerit. Item Theodoro medico poſt aliqua. Peccatis inquit meis facientibus, ex quorum ſuggeſtione uel conſilio neſcio talem in republica ſua legem protulit Imperator, ut nullus qui actionē publicam egit. nullus qui optio uel manu ſignatus uel inter milites habitus eſt, ei in monaſterio conuerti liceat. niſi forte militia eius fuerit expleta. Quam legem primum ſicut hi dicunt qui leges ueteres nouere, Iulianus protulit. De quo ſcimus omnes quantum à Deo aduerſus fuerit.

51 Confortabat inſaniam iudicum ſiue fouebat Ioānes tunc ex monacho regiæ Vrbis antiſtes, qui eo tempore quo Gregorius a Pelagio præſule deſtinatus apocriſiarius penes Cōſtantinopolim morabatur,

fugere ſe ſummũ ſacerdotium quaſi humiliter finxit. Sed eo ſuſcepto uſque adeo, in ſuperbiam doloſæ mentis excreuit, ut ex cauſa alia occa ſionem quærens, ſynodum faceret. in qua ſe uniuerſalem appellare conatus eſt. Quod mox papa Pelagius ut agnouit, directis epiſtolis ex autoritate ſancti Petri apoſtoli, eiuſdem ſynodi acta 83 caſſauit. Diaconum uero qui iuxtà morẽ pro reſponſis eccleſiaſticis faciendis Imperatoribus adhærebat, cum eo miſſarum ſolemnia celebrare prohibuit. Cuius ſententiam beatus quoque Gregorius ſequens, prædictum Ioannem ſæpe commonitum acquieſcere differentem, ſententia pari mulctauerat. Omnibusq; pontificibus ſub interminatione proprij honoris mandauerat, ne unquam uniuerſalis profanum uocabulum, aut ſcriberent, aut ſcriptum ſuſciperent, aut ubi fuiſſet ſcriptum ſubſcriberent. Quapropter Ioannes multis fallacijs ad ſuam hypocriſim cõſenſum auariſsimi Imperatoris redimens, obtinuit ut Imperator Gregorio ſcriberet quod ſibi pacificus extitiſſet. Quapropter ipſe Imperatrici Cõſtantinæ inter alia ſcripſit dicens. Sabiniano diacono reſponſali meo ſcribẽte cognoui, in cauſis beati Petri apoſtolorum principis contra quoſdam ſuperbe humiles ficte blandos, quanta ſe iuſtitia ueſtra ſerenitas impendat. Vnde adhuc peto, ut nullius præualere cõtra ueritatẽ hypocriſin permittatis. Quia ſunt quidam qui iuxta egregij prædicatoris uocem, per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocẽtium. Qui ueſte quidẽ deſpecti ſunt, ſed corde tument. Et quaſi in hoc mundo cuncta deſpiciunt, ſed tamen ea quæ mundi ſunt, cuncta ſimul adipiſci quærunt. Qui indignos ſe omnibus hominibus fatentur, ſed priuatis uocabulis contenti eſſe non poſſunt, quia illud appetũt, unde omnibus digniores eſſe uideantur. Et poſt pauca.

52 Præterea indico quia pijſsimi domini ſcripta ſuſcepi, ut fratri & conſacerdoti meo Ioanni debeam eſſe pacificus. Et quidem ſic religioſum dominum decuit, ut ſacerdoti iſta præciperet. Sed cum ſe noua præſumptione atque ſuperbia idem frater meus uniuerſalem epiſcopum appellet, ita ut ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tempore aſcribi ſe in ſynodo tali hoc ſuperbo uocabulo faceret, quãuis cuncta illius ſynodi ſede apoſtolica contradicente ſoluta ſint, triſte mihi aliquid ſereniſsimus dominus innuit, quod nõ eum corripuit qui ſuperbit, ſed me potius ab intentione mea declinare uoluit, qui in hac cauſa 84 euangeliorum & canonum humilitatis atque rectitudinis ueritatem defendo. Qua in re à prædicto fratre & conſacerdote meo, contra euangelicam ſententiam, contra beatum quoque Petrum apoſtolum, & cõtra omnes eccleſias canonumq; ſtatuta agitur. Sed eſt omnipotens Deus in cuius manus ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt, Non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. Et quidem ſæpefatus ſanctiſsimus frater ſereniſsimo domino multa ſuadere conatur,

83 Merito acta illius ſynodi caſſauit Papa, q̃ permiſerat eum uniuerſalem appellari, cui non ab ore domini dictum fuerat, Paſce oues meas.

84 Huc adſint quotquot Romani pontifices primatui reſiſtunt, & uideant quod ſanctiſſimus hic pater eum ex Euangeliorum & ſacrorum Canonũ ſententia defendebat. Qui ſi iuſtã cauſam non habuiſſet, nequaquã Imperatoris uoluntati reſiſtere auſus eſſet.

ſed bene noui quia tantę illę orationes eius & lachrymæ. nil ei a quoq; contra rationē aut animā ſuā ſubripi permittunt. Triſte tamen ualde eſt, ut patienter feratur. quatenus deſpectis omnibus prædictus frater & coepiſcopus meus, ſolus conetur appellari epiſcopus. Sed in hac eius ſuperbia quid aliud niſi propinqua iam antichriſti eſſe tempora deſignantur? Quia illum uidelicet imitatur, qui ſpretis in ſociali gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere dicens, Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. Vnde per omnipotentem dominū rogo, ne pietatis ueſtræ tēpora permittatis unius hominis elatione maculari, neq; tam peruerſo 85 uocabulo ullum quo quomodo prębeatis aſſenſum. Atq; in hac cauſa nequaq; me pietas ueſtra deſpiciat. Quia & ſi peccata Gregorij tāta ſunt, ut pati talia debeat, Petri apoſtoli peccata nulla ſunt, ut ueſtris temporibus pati talia mereantur. Vnde iterum atq; iterum per omnipotentem dominum rogo, ut ſicut priores principes ſancti Petri apoſtoli gratiam quæſierunt, uos quoque hanc uobis & quærere, & ſeruare curetis. Et propter peccata noſtra qui ei indigne ſeruimus, eius apud uos honor nullatenus minuatur. Qui & modo uobis 86 adiutor eſſe in omnibus. & poſt modum ueſtra ualeat peccata dimittere. Viginti autem iam & ſeptem annos ducimus, quod in hac Vrbe inter Longobardorum gladios uiuimus. Quibus quā multa ab hac eccleſia quotidianis diebus erogātur, ut inter eos uiuere poſsimus ſuggerenda non ſunt. Sed breuiter indico, quia ſicut in Rauennę partibus dominorum pietas apud primi exercitum Italiæ ſacellarium habet, qui cauſis ſuperuenientibus quotidianas expenſas faciat, ita & in hac Vrbe in cauſis talibus eorum ſacellarius ego ſum. Et tamen hæc eccleſia quæ uno eodemq; tempore, clericis, monaſterijs, pauperibus, populo atq; inſuper Longobardis tam multa indeſinenter expendit, ecce adhuc ex omnium eccleſiarū afflictione premitur, quia de unius hominis ſuperbia multi gemunt, & ſi dicere nil prȩſumunt.

53 Auariſsimo quoque principi Gregorius uoce libera contradicit poſt aliqua ſcribens. Ecce claues regni cęleſtis haud dubium quin Petrus accepit. Poteſtas ei ligandi atque ſoluendi tribuitur, cura ei totius eccleſię & principatus cōmittitur, & tamen uniuerſalis Apoſtolus non uocatur, & uir ſanctiſsimus conſacerdos meus Ioannes uocari uniuerſalis Epiſcopus conatur. Exclamare compellor & dicere, o tempora, o mores. Ecce cuncta in Europę partibus barbarorum iuri ſunt tradita, deſtructę Vrbes, euerſa caſtra, depopulatæ prouinciæ. Nullus terram cultor inhabitat, ſęuiunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum, & tamen ſacerdotes qui in pauimento & cinere flentes iacere debuerunt, uanitatis ſibi nomina expetunt, & nouis ac

85 *Vides quod eadem poteſtas quantū ad Eccleſiæ uniuerſalis regimen attinet, q̄ fuit in Petro, eſt etiam in omnibus eius ſucceſſoribus canonice intrantibus?*

86 *Ecce quantā habeat ſanctus Petrus poteſtatem poſt mortem, & q̄uo ſuis precibus in futuro peccatorum crimina relaxet.*

profanis uocabulis glorĩantur. Nunquid ego in hac re piĳſsime domine cauſam propriam defendo? Nunquid ſpecialem iniuriam uindico? Cauſam omnipotentis Dei ago, cauſam uniuerſalis eccleſiæ quęro, Quis iſte eſt, qui contra ſtatuta euangelica, contra canonum decreta nouum ſibi nomen uſurpare pręſumit? Vtinam uel ſine imminutione unus ſit, qui eſſe appetit uniuerſus. Et certe multos Conſtantinopolitanæ eccleſiæ in hæreſeos uoraginem cecidiſſe nouimus ſacerdotes, & nõ ſolum hæreticos, ſed etiam hæreſiarchas factos. Inde quippe Neſtorius, qui mediatorem Dei & hominum Chriſtum Ieſum duas eſſe perſonas exiſtimans, quia Deum hominem fieri potuiſſe non credidit, uſque ad iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui conſubſtantialem patri & filio ſpiritum ſanctum Deum eſſe denegauit. Si igitur illud nomen in ea eccleſia ſibi quiſquã arripit, unde tot hęreſiarchæ prodiſſe noſcuntur, Vniuerſa ergo eccleſia quod abſit, a ſtatu ſuo corruit, quando is qui appellatur uniuerſalis cadit. Sed abſit á Chriſtianis cordibus nomen iſtud blaſphemiæ, in quo omnium ſacerdotũ honor adimitur, dum ab uno ſibi dementer arrogatur. Certe pro beati Petri apoſtolorum principis honore, per uenerandam Calcedonenſem ſynodum Romano 87 pontifici oblatum eſt. Sed nullus eorum unquã hoc ſingularitatis nomine uti conſenſit, ne dum priuatim aliquid daretur uni, honore debito ſacerdotes priuarẽtur uniuerſi. Quid eſt ergo quod nos huius uocabuli gloriam & oblatam non quęrimus, & alter ſibi hanc arripere etiam non oblatam pręſumit? Ille ergo magis eſt piĳſsimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis canonicis obedientiam prębere contemnit. Ille cohercendus eſt, qui ſanctæ uniuerſali eccleſiæ iniuriam facit. Qui corde tumet, qui gaudere de nomine ſingularitatis appetit, qui honore quoque Imperij ueſtri ſe per priuatum uocabulum ſuperponit. Ecce omnes hac de re ſcandalum patimur. Ad uiam igitur rectam reuertatur autor ſcandali, & omnia ſacerdotum iurgia ceſſabunt. Ego enim cunctorum ſacerdotum ſeruus ſum, inquantum ipſi ſacerdotaliter uiuunt. Nam qui contra omnipotentem Deum per inanis gloriæ tumorem, atque contra ſtatuta patrum ſuam ceruicem erigit, in omnipotente domino cõfido, quia meam ſibi nec cum gladijs flectet. Quid autẽ nuper in hac Vrbe ex huius uocabuli auditu geſtum ſit, Sabiniano diacono ac reſponſali meo ſubtilius indicaui.

87 *Romano pontifici per ſynodum Calcedonenſem oblatum eſt nomen Vniuerſalis, ſed nullus Pontificũ Ro. uſque ad Gregorium tali uocabulo cum ob humilitatem, tum ob uitandam inuidiam uti uoluit. Nec tamen per hoc eis præiudicatum eſt quin Vniuerſales eſſent, cum unicuique eorum in perſona Diui Petri omnium primi dictũ ſit, Quæcunq; ligaueris ſuper terram &c. Et paſce oues meas &c.*

54 Item Ioanni epiſcopo Conſtantinopolitano. Eo tempore quo fraternitas ueſtra in ſacerdotali honore prouecta eſt, quantam eccleſiarum pacem atque concordiam inuenerit recolit. Sed quo auſu, quoue tumore neſcio. nouũ ſibi conata eſt arripere nomen. unde omnium fratrum corda potuiſſent ad ſcandalum peruenire. Qua in re uehementer admiror, quia ne ad epiſcopatum uenire potuiſſes fugiſſe te

uelle memini,quem tamen adeptum ita exercere deſideras,ac ſi ad eũ ambitioſo deſiderio decurriſſes. Qui enim indignum te eſſe fatebaris ut epiſcopus dici debuiſſes, ad hoc quandoq; perductus es, ut deſpectis fratrib⁹ epiſcopus appetas ſolus uocari. Et paulo poſt. Vere enim flens dico,atq; ex intimo uiſcerum dolore peccatis meis reputo quod ille meus frater nunc uſque reduci ad humilitatem non ualuit, qui ad hoc in epiſcopatus gradu conſtitutus eſt,ut aliorum animas ad humilitatem reducat. Quod ille qui ueritatem docet alios, ſemetipſum docere,nec me quoque deprecante conſenſit. Itẽ poſt aliqua. Quis rogo in hoc tam peruerſo uocabulo niſi ille ad imitandum proponitur, qui deſpectis angelorum legionibus ſecum ſocialiter cõſtitutis,ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere, ut nulli ſubeſſe, & ſolus preeſſe omnibus uideretur? Qui etiam dixit, In cœlum conſcendam,ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis,aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. Quid enim fratres tui omnes eccleſię uniuerſalis epiſcopi,niſi aſtra cœli ſunt. quorum uita ſimul & lingua inter peccata errores q; hominum quaſi inter noctis tenebras lucent? Quibus dum cupis temetipſum uocabulo elato pręponere, eorumq; nomen tui comparatione calcare,quid aliud dicis, niſi in cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum? An nõ uniuerſi epiſcopi nubes ſunt,qui & uerbis pluunt,& bonorum operum luce corruſcant? Quos dum ueſtra fraternitas deſpiciẽs,ſub ſe pręmere conatur, quid aliud dicit,niſi hoc quod ab antiquo hoſte dicitur. aſcendam ſuper altitudinem nubium? Quæ cuncta ego cum flens conſpicio, & occulta Dei iudicia pertimeſco.augentur lachrymę,gemitus ſe in corde meo nõ capiunt. Quod uir ille ſanctiſsimus dominus Ioannes tantæ abſtinentiæ atque humilitatis,familiarium ſeductione linguarum, ad tãtam ſuperbiam erupit,ut in appetitu peruerſi nominis illi eſſe conetur ſimilis, qui dũ ſuperbe eſſe Deo ſimilis uoluit, etiam donatæ ſimilitudinis gratiam amiſit,& ueram beatitudinem perdidit,quia falſam gloriam quęſiuit certe Petrus princeps apoſtolorum membrum ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ eſt. Paulus. Andreas. Ioannes quid aliud, q̃ ſingulorum ſunt plebium capita? Et tamen ſub uno capite omnes membra, atque ut cuncta breui cingulo locutionis aſtringam, ſancti ante legem, ſancti ſub lege,ſancti ſub gratia,omnes hi perficientes corpus Domini, ſunt in membris eccleſiæ conſtitũti, & nemo ſe unq̃ uniuerſalem uocari uoluit. Veſtra ergo ſanctitas agnoſcat quantum apud ſe tumeat, quæ illo nomine uocari appetit,quo uocari nullus præſumpſit, qui ueraciter ſanctus fuit. Itẽ poſt pauca. Certe olim clamatur per Apoſtolum, Filioli nouiſsima hora eſt, & ſecundum quod ueritas prędicit, Peſtilentia & gladius per mundum ſæuit, gentes inſurgunt gentibus.terrę

concutitur orbis,cũ habitatoribus ſuis terra dehiſcente ſoluuntur omnia quæ prædicta ſunt fiunt. Rex ſuperbię prope eſt. Et quod dici nefas eſt, ſacerdotum ei præparatur exercitus, quia ceruici militant elationis, qui poſiti fuerant ut ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re etiam ſi noſtra lingua minime contradicat, illius uirtus contra elationem erigitur, qui ſuperbiæ uitio per ſemetipſum ſpecialiter aduerſatur. Et infra. Conſiderare uos conuenit, ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam coinquinentur multi. Quod tamen ſi nos conſiderare negligimus, contra tantæ elationis tumorem iudicia ſuperna uigilabunt. Item eidem in alia epiſtola poſt multa. Sed etiam nunc dico, aut eaſdem perſonas, uidelicet Ioannem calcedonenſem. & Athanaſium Iſauriæ presbyteros, in ſuis ordinibus ſuſcipe, eisq; quietem prębe. Aut ſi hoc fortaſſe nolueris, omni altercatione poſtpoſita de eorum cauſa ſtatuta maiorũ aut canonum terminos cuſtodi. Si uero ne utrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, ſed tamen uenientem a uobis non deuitamus. Quid autem de epiſcopis qui uerberibus timeri uolunt canones dicant, bene fraternitas ueſtra nouit. Paſtores etenim facti ſumus, nõ perſecutores. Et egregius prædicator dicit, Argue, obſecra, increpa, cum omni patientia & doctrina. Noua uero atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem.

55 Item Sabiniano Diacono Conſtantinopolitano. De cauſa fratris noſtri uiri reuerendiſsimi Ioannis epiſcopi Cõſtantinopolitani. duas epiſtolas facere nolui, ſed una breuiter facta eſt, quæ utrumq; habere uideretur admixtum, ideſt & rectitudinem, & blandimentum. Tua itaq; dilectio eam epiſtolam quam nunc direxi, pro uoluntate Imperatoris ei dare ſtudeat. Nam de ſubſequenti talis alia tranſmittetur, de qua eius ſuperbia non lætetur. Adhoc enim uſq; peruenit, ut ſub occaſione presbyteri Ioannis geſta huc tranſmitteret, in quam ſe pene per omnem uerſum œcumenicum patriarcham nominaret. Sed ſpero in omnipotentem Deum quia hypocriſin illius ſuperna maieſtas diſſoluet. Miror autem quod dilectionem tuam fallere potuit, ut permitteres domino Imperatori perſuaderi, quatenus ad me ſua ſcripta de hac cauſa tranſmitteret, in quibus admoneret ut cum eo pacem habere debuiſſem. Qui ſi iuſtitiam tenere uult, illum debuit admouere, ut ſe a ſuperbo uocabulo compeſceret, & protinus, inter nos fieret pax. Tamen qua calliditate a predicto fratre noſtro Ioanne factum ſit ut ſuſpicor minime penſaſti. Idcirco enim hoc ille fecit, ut aut audiretur domnus Imperator, & ille in ſua uanitate confirmatus eſſe uideretur, aut non a me audiretur, & eius animus contra me irritaretur. Sed nos rectam uiam tenebimus, nihil in hac cauſa aliud niſi omnipotentem dominum metuentes. Vnde tua dilectio in nullo trepidet. Omnia quę

in hoc ſeculo uidet alta eſſe contra ueritatem, pro ueritate deſpiciat, & omnipotentis Dei gratiā atq; beati Petri adiutorio confidat. Vocē ueritatis recolat dicentis, maior eſt qui in uobis eſt, ꝗ̄ qui in hoc mundo. Et in hac cauſa quicquid agendum eſt, cum ſumma autoritate agat. Poſtquam enim defendi ab inimicorum gladijs nullo modo poſſumus, poſtꝗ̄ pro amore rei publicæ. Argentum, aurum. mācipia ueſteſq; perdidimus, nimis ignominioſum eſt ut per eos etiam fidem perdamus. In iſto enim ſceleſto 88 uocabulo conſentire, nihil eſt aliud quam fidem perdere. Vnde ſicut iam tranſactis epiſtolis ſcripſi, cum eo nunquam procedere prę̄ſumas.

88 Nota magnum uerbū, quod qui uniuerſales uocabulū alteri quam Ro. Pōtifici tribuit, fidem perdit.

56 At uero Ioannes nouę præſumptionis inuentor, ubi Mauritium Deo aduerſum, Gregorio cum ſuis complicibus fecit infenſum, cernens Conſtantinam Imperatricem totis conatibus Romanæ eccleſiæ ſeruanda priuilegia ſuadere, quātis ualuit artibus incitauit, ut propter eam quam in honorem ſancti Pauli apoſtoli in Palatio ędificabat eccleſiam a Gregorio caput eiuſdem apoſtoli aut aliud quid de ipſius corpore ſibi dirigi poſtularet. Quam calliditatem beatiſsimus Papa cognoſcens, Imperatricis animo taliter ſatisfecit. Dum illa mihi deſiderarem imperari de quibus facilimam obediētiam exibens, ueſtram erga me potuiſſem gratiam amplius prouocare. maior me meſtitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec poſſum nec audeo. Nam corpora 89 ſanctoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ tantis in eccleſijs ſuis coruſcant miraculis atq; terroribus, ut neq; ad orandum ſine magno illuc timore poſsit accedi. Deniq; dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia argentum quod ſupra ſacratiſsimum corpus ſancti Petri apoſtoli erat, longe tamē ab eodem corpore fere quindecim pedibus mutare uolui, ſignum ei non parui terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſsimum corpus ſancti Pauli apoſtoli meliorare uolui. & quia neceſſe erat ut iuxta ſepulchrum eiuſmodi effodi altius debuiſſet præpoſitus loci illius, oſſa aliqua non quidem eidem ſepulchro coniuncta repperit. Quæ quoniam leuare pręſumpſit, atq; in alium locum tranſponere, apparētibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem ſanctę menorię deceſſor meus idem ad corpus ſancti Laurentij martyris quędam meliorare deſiderans. dum neſcitur ubi corpus eſſet uenerabile collocatum effoditur exquirendo, & ſubito ſepulchrum ipſius ignoranter apertum eſt. Et hi qui præſentes erant, atq; laborabant monachi & manſionarij, quia corpus eiuſdem martyris uiderunt, quod quidem tangere minime præſumpſerunt, omnes intra decem dies, defuncti ſunt, ita ut nullus uitæ ſupereſſe potuiſſet, qui ſemiuſtum corpus illius uiderat. Cognoſcat autem tranquilliſsima domina, quia Romanis cōſuetudo non eſt, quando ſanctorū reliquias dant. ut quicꝗ̄ tangere præſumant

89 Toc miracula & uirtutes quæ in Eccleſijs Apoſtolorum ubi eorū corpora quieſcunt fiunt, ſplendorē uitæ illorum aperte confitentur.

de corpore, ſed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atq; ad ſacratiſsima ſanctorum corpora ponitur. Quod leuatũ in eccleſia quæ eſt dedicanda, debita cum ueneratione reconditur. Et tantæ per hoc ibidem uirtutes fiunt, ac ſi illic ſpecialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit ut beatæ recordationis Leonis papę tempore ſicut a maioribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquijs dubitarẽt, prædictus pontifex hoc ipſum brandeum allatis forficibus incidit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxit. In Romanis nanq; uel totius occidẽ-

90 Vide quanta reuerentia ſanctorum corporibus illo tempore præſtaretur.

tis partibus omnino intolerabile eſt atq; ſacrilegum, ſi ſanctorũ 90 corpora quiſquam tangere fortaſſe uoluerit. Quod ſi præſumpſerit, certum eſt quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum conſuetudine qui oſſa lauare ſanctorum ſe aſſerunt, uehemẽter miramur, & uix credimus. Nam quidem Greci monachi huc ante biẽnium uenientes, nocturno ſilentio iuxta eccleſiam ſancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atq; eorum oſſa recondebãt ſeruantes ſibi dum recederent. Qui cum tenti, & cur hoc facerent diligenter fuiſſent diſcuſsi, confeſsi ſunt q illa oſſa ad Greciam eſſent tanquã ſanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo ſicut prædictũ eſt, maior nobis dubietas nata, eſt utrum uerum ſit quod leuari oſſa ſanctorum dicuntur. De corporibus uero beatorum apoſtolorum quid ego dicturus ſum? Dum conſtet, quia

91 Si ſancti Apoſtoli Romæ paſsi ſunt, conſtat Petrum Romæ fuiſſe contra ſcelorum quorundam mendacia.

eo tempore quo 91 paſsi ſunt, ex oriente fideles uenerunt qui eorum corpora ſicut ciuium ſuorum repeterent. Quæ ducta uſq; ad ſecundum Vrbis miliarium, in loco qui dicitur Catacumbas, collocata ſunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, iſta eos uis tonitrui atq; fulguris terruit, ac diſperſit, ut talia denuo nullatenus tentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora qui hoc ex domini pietate meruerunt leuauere, & in locis quibus nunc ſunt condita poſuerunt. Quis ergo sereniſſima domina tam temerarius poſsit exiſtere, ut hæc ſciens eorum corpora non dico tangere, ſed uel aliquatenus præſumat inſpicere? Dum igitur talia mihi a uobis præcepta ſunt, de quibus parere nullatenus potuiſſem, quantum inuenio non ueſtrum eſt, ſed quidam homines contra me pietatem ueſtram excitare uoluerunt ut mihi quod abſit, uoluntatis ueſtræ gratiam ſubtraherent, & propterea quęſiuerunt capitulum de quo uobis quaſi inobediens inuenire. Sed in omnipotenti domino confido, quia nullomodo benigniſsimæ uoluntati ſubripitur. Et ſanctorum apoſtolorum uirtutem quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali pręſentia, ſed ex protectione ſemper habebitis. Sudarium uero quod ſimiliter tranſmitti iuſsiſtis, cum corpore eius eſt. Quod ita tangi non poteſt, ſicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia sereniſsimæ dominæ tam religioſum deſiderium uacuũ eſſe non

debet,

debet, de 92 catenis quas ipſe ſanctus apoſtolus Paulus in collo & in manibus geſtauit, ex quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partem uobis aliquam tranſmittere feſtinabo, ſi tamen hanc tollere limando ualuero. Quia dum frequenter ex cathenis eiſdem multi ueniunt, & benedictionem petunt ut parum quid ex limatura percipiant, aſsiſtit ſacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concite aliquid de cathenis eius excutitur, ut mora nulla ſit. Quibusdam uero petentibus diu per cathenas ipſas lima ducitur, & tamen ut aliquid inde exeat non obtinetur.

92 *Vides quomodo etiã res exteræ ſanctorum uelúti hæ cathenæ, ſanctæ ſunt, & populis præſtant beneficia gratiarum ¿*

57 In quibus Gregorij ueracibus utiq; uerbis apparet, quia uſq; ad illa tempora pro reliquis brandeum Romanus pontifex conferebat. Cum poſteriori tempore de ueſtibus quæ ſub altari ſancti Ioannis in baſilica conſtantiniano ſeruantur, particulæ ceperunt pro ſacris reliquijs petentibus dari.

58 Quæ quidem ueſtes uſq; hactenus tantis 93 miraculis coruſcare probantur, ut ſiccitatis tempore foras excuſſę pluuiam conferãt. Inundationis uero ſerenitatem reducant. Nam ſuper hæc quæ per ſingulas eccleſias faciunt, quæ in oratorio domus meę in ſuburra poſitæ, per eas dominus omnipotens fecerit non celabo. Nuper Adriani pontificis tempore uiſum mihi eſt ut altare ſanctę Dei genitricis Mariæ quod extra oratorium ſancti Ioannis in apertiſsimo atrio poſitum, congruis luminaribus honorari non poterat, intra oratorium locari debuiſſet. Acceſſitus uero Gaudericus Veliternus qui adhuc ſupereſſe uidetur epiſcopus, cum hymnis & canticis ab altari ueteri pixidulas duas ſigillatas excuſsit. Quarum altera me deprecante nimium timoratus aperiens, de illis tunicis quantum ex ſimilitudine curioſis oculis potuit depræhendi particulas repperit, quas ſolẽniter ſub nouo altari depoſuit. Vbi ex tunc ſicut multi norunt qui adhuc ſuperſtites eſſe probantur, diuinitus 94 accenſę lampades frequentius ſolito patuerunt. Nam iſta octaua inditione in ebdomada ante dominici natalis diem, cum ego ſuper huiuſmodi parum quid dubitarem, completis matutinalibus hymnis manſionarius candelam extinxit. Quam poſt ueſperum ſuccendere cupiens, accenſam repperit, eamq; ſe negligenter extinxiſſe perpendes, die altera ſollicitius prorſus extinxit, & obſeratis ianuis, ad ueſperum ſuccẽſurus lampadem remeauit. Quam ubi nihilominus accenſam repperit, ex conſcientia ſeruatæ a ſe clauis & miraculo non diminuti olei profecto cognouit, quia lampadem illa ſuccenderat, qui ne oleum in ea diurna ſuccenſione minui potuiſſet diuinitus ampliarat.

93 *Vide & hic mira de ueſtibus D. Ioannis Euangeliſtæ.*

94 *Habes hic ant, quum eſſe luminariũ uſum in Eccleſia. Quod ſi etiã diuinitus ad ſanctorum res honorandas accenduntur, clarũ eſt ea omnipotenti deo grata & accepta eſſe.*

59 Harum quidem ueſtium ſicut opinor, altera quæ ſtrictioribus manicis conſtat, ueraciter ſancti Ioãnis eſt tunica. Quã beatus Gregorius ſuo tempore quodam epiſcopo deferente ſuſcepit. Vnde Ioãni

Abbati inter cætera ſcribit dicens. De tunica ſancti Ioannis omnino grate ſuſcepi, quia ſollicitus fuiſti mihi indicare. Sed ſtudeat dilectio tua mihi ipſam tunicam, aut quod eſt melius, eundem epiſcopum qui eam habet, cum clericis ſuis & cum ipſa ad me tranſmittere. Quatenus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem epiſcopo uel clericis mercedem habere ualeamus. Altera uero quæ largioribus manicis non tunica, ſed uidetur plane eſſe dalmatica. niſi fallor ſancti Paſcaſij apoſtolicæ ſedis diaconi conſtat. Qui iuxta quod idem beatus Gregorius in quarto dialogorum libro meminit. cum temporibus Symmachi Papæ fuiſſet defunctus, eius dalmaticam feretro ſuperpoſitam dęmoniacus tetigit, ſtatimq; ſanatus eſt. Sed quamobrem ambę ueſtes ſancti Ioannis dicantur, ideo priſcam conſuetudinem obtinuiſſe crediderim, quod ſub eius altari conſuetudinaliter recondātur. Nam quod eorum altera Ioannis Euangeliſtæ, non autem Baptiſtæ ſit nemo eſt qui dubitet. Pręſertim cum omnis ſapiens nouerit Baptiſtam camelorum pilis pro ueſtibus uſum fuiſſe. Euangeliſtam uero qui per tot annos poſt paſsionem domini pōtificium gerens 95 miſſarum ſolennia frequentiſsime celebrabat, ſine ſacerdotalibus eſſe nequaquam ueſtibus potuiſſe. Si autem dicitur quod tunica & dalmatica quia 96 pontificalia ſunt in dumenta, utraq; ſancti Ioannis credi debeant, conſiderandum eſt, quia Gregorius Ioāni abbati non dalmaticam, ſed tunicam nominarit. Qui ſi dalmaticā quoq; ſancti Ioannis fuiſſe ſentiret, eius tunicam quęrens, conſequenter habere ſe ipſius dalmaticam non taceret.

95 Si D. Ioannes Apoſtolus Miſſas frequentiſsime non ſine ſacerdotalibus ueſtibus celebrabat, Miſſa non eſt recens inuentum ut ſomniant heretici.

96 Vides quod etiā tunc Tunica et Dalmatica Pontificalia erant indumenta, ne dicas etiam hæc nouitia eſſe inuenta.

60 Hæc de ſancti Ioannis ueſtibus de quibus a quamplurimis dubitatur, me ut cumq; in beati Gregorij geſtis inſeruiſſe ſufficiat. Cęterum Ioannes conſtantinopolitanus hypocrita qui ab uniuerſalis nominis ambitione conuerti multis tergiuerſationibus recuſabat iuxta eiuſdem patris prophetiam iudicia Domini ſuper ſe uigilare cognoſcens, poſt non multi temporis ſpacium ſubita morte defungitur. Et cuius ambitioſam ſuperbiā totus capere mundus uix poterat, in unius ſepulchri anguſtia facile collocatur. Poſt cuius paulatim diſceſſum cum Mauritius Imperator ſacerdotum uidelicet Chriſti contemptor pro Cyriaco qui Ioanni ſucceſſerat, ſuaderet ne pro cauſa tam friuoli nominis Gregorius laboraret ipſe tandiu Pontificatus ſui autoritatibus reſtitit quouſq; peſtem uniuerſalis nominis ab ipſis etiam ſubdolis adulatorum labijs penitus abſtuliſſet. Quapropter Eulogio patriarchę Alexandrino poſt aliqua ſcribens ait. Indicare ueſtra beatitudo ſtuduit iam ſe quibuſdam non ſcribere ſuperba uocabula, quæ ex uanitatis radice prodierunt. Et mihi loquitur dicens. Sicut iuſsiſtis, quod uerbum iuſsionis peto a meo auditu remouete. Quia ſcio qui ſum, qui eſtis. Loco enim mihi fratres eſtis, moribus patres, Nō ergo iuſsi, ſed

quæ utilia ſunt indicare curaui. Nō tamen inuenio ueſtrā beatitudinē hoc ipſum quod memoriæ ueſtræ intuli perfectę tenere uoluiſſe. Nā dixi, nec mihi uos, nec cuiq; alteri tale aliquid ſcribere debere. Et ecce in præfatione epiſtole quam ad me ipſum qui prohibui direxiſtis, ſuperbę appelationis uerbum, uniuerſalem me papam dicentes imprimere curaſtis. 97 Quod peto dulciſsima mihi ſanctitas ueſtra ultra nō faciat. Quia uobis ſubtrahitur, quod alteri pluſquam ratio exigit præbet. Ego enim non uerbis quęro properari ſed moribus. Nec honorem meū eſſe deputo, in quo fratres meos honorē ſuum prodere cognoſco. Meus namq; honor eſt. honor uniuerſalis eccleſiæ. Meus honor eſt fratrum meorū ſolidus uigor. Tūc ego uere honoratus ſum, cum ſingulis quibuſq; honor debitus non negatur. Si enim uniuerſalem me papam ueſtra ſanctitas dicit negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur uniuerſum. Sed abſit hoc. Recedant uerba quæ uanitatem inflant, charitatem uulnerant. & quidem in ſancta Calcedonenſi ſynodo atq; poſt a ſubſequētibus patribus, hoc deceſſoribus meis oblatum ueſtra ſanctitas nouit. ſed tamen nullus eorum uti hoc unq; uocabulo uoluit. Vt dum in hoc mundo honorem ſacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum.

97 *Ex eo quod uniuerſalis nomen reſpuit hoc in loco Gregorius propter humilitatem & fratrum honorem, non ſequitur eum nō eſſe uniuerſalem. Nā ſi non eſſet, non uocatus fuiſſet Ro. Pontifex a Calcedonēſi Synodo, & poſt a ſubſequentibus patribus hoc nomine.*

Explicit liber tertius uitæ beati Gregorij Romani pontificis.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI IIII.

De temperantia Gregorij. 1
Qualiter. Ioanni Rauennati epiſcopo uſum pallij mapularumq; ſubduxerit. 2
Quod eidem ſuppliciter uſum pallij repetēti quater in anno per plateas conceſſerit. 3
Vbi eidem pro diuerſis uitijs increpato diem ſuæ uocationis prędixit. 4
Vbi Ioanne defuncto Rauennatem eccleſiam uiſitatori committit, Marinianoq; conſecrato epiſcopo pallij uſum ſimili modo concedit. 5
Vbi Andrea ſupplicante per pallio præcipit iuſiurandum. 6
Quod Mariniano conſuetudinem pallij ſicut conuenerat defendere non ualente, Gregorius in ſententia ſua permanens erit. 7
Quod pro uſurpatione cāpagarū diaconos catenenſes arguerit. 8
De Maximo ſalonitanæ eccleſiæ peruaſore. 9
Qualiter autoritatem ſui pontificatus contra tyrannum Imperatorem defenderit. 10
Vbi contra uotum Imperiale Maximum cum ſuis complicibus excōmunicans, epiſcopos ipſius ad eccleſiā reuerti coēgit. 11

Vbi Maximi cauſam præcipit Rauennæ uentilari. 12
Vbi Maximus in terram procidens lachrymabiliter ueniam petit. 13
Vbi Gregorius Maximo coram ſancti Apollinaris corpore ſatiſfacienti miſerendum eſſe decernit. 14
Vbi Maximo ſatisfacienti humiliter cõmunionis gratiam reddit, & pallium ſe daturum promittit. 15
Quam didaſcalicis reſponſionibus ſuperbum Imperatorem terruerit. 16
Vbi Mauritio in Gregorium ſęuiente mors per gladium prophetatur. 17
Vbi Mauritius pœnitens uidet in ſomnis ſe diuino iudicio cum uxore & filijs Focę militi tradi. 18
Vbi ſeditione cõmota Mauritius Focę iuſſu cum cuncta cognatione ſua perimitur. 19
Vbi imagine auguſtali ſuſcepta ſapienter Mauritij uitia Focę Imperatori dinumerat. 20
Vbi ei apocriſarium ex more tranſmittit. 21
Vbi pondere grandi remoto Imperiale iugum leuius reddidiſſe fatetur. 22
Quod ex conſuetudine ſynodicam ſuam direxit, & quod orientales nullius indiptichis nomen ſuſcipiant, donec ſynodicam fidei eius cognouerit. 23
Quod ſuſceptis decretis mediolanenſium eis epiſcopum ordinari conſenſerit. 24
Quod Anaſtaſium Antiochenũ poſt multos annos throno reddiderit. 25
Quod Adrianum Thebanum epiſcopum ordini ſuo reſtituens, dioceſim ipſius Alarici epiſcopi poteſtati ſubduxerit. 26
Quod exceptis manifeſtis criminibus neminem de ſacerdotio depoſuerit, ſed cõmunione priuauerit. 27
Quanta diſtrictione accuſatorum lites iudicauerit, & qualia in ordinibus iudiciorum decreuerit. 28
Qualiter aliorum autoritates epiſcoporum ſua autoritate confirmabat, non minuebat. 29
Quod cunctis epiſcopis propria iura conſeruans, executores dari & iudices eligi ab accuſatis uoluerit. 30
Quod falſarios delatores talione mulctauerit. 31
Quod ſemel ingeſta crimina indiſcuſſa pręterire non paſſus ſit, & qualibus pœnis peccatorum malos accuſatores mulctauerit. 32
Quod conſueta ſtipendia etiã infirmis clericis iuſſerit miniſtrari. 33
Quod cautiones epiſcoporum ſuis clericis factas, firmauerit eisq; quartas pleniter dari iuſſerit. 34

Quod ab aliis obligatos abſoluerit. 35
Quod ab hæreſi ſe purgantes receperit. 36
Quod ſchiſmaticos ad ſuſcipiendam ſatisfactionem Romam inuitare curauerit. 37
Quod Seuerũ aquileienſem epiſcopum Rauennã uenire coegerit qui poſtquã ad unitatem rediit, denuo ad ſuum ſchiſma recurrens catholicosq; ſacerdotes affligens cauſa perpetuæ diuiſionis ſuæ diœceſis effectus eſt. 38
Quod pro ægritudine corporis nemini ſucceſſorem dederit, & quod renunciantibus ſuis ſedibus ſucceſſores non denegarit, eiſq; de ſumptibus eiuſdem eccleſię cõmoda miniſtrari præceperit. 39
Quod ſtupratam in uxorem à ſtupratore iuſſerit. 40
Quod uirum iam tonſoratum coniugi reddi mandauerit. 41
Quod uim nullam Iudæis inferendam ſtatuerit. 42
Quod Chriſtianos eis ſubiici nulla occaſione debere cenſuerit. 43
Quod Chriſtianos eis uiolenter auferri iubebat, quorum ſi qui auferri non poterant, redimi ſanciebat. 44
Quod eorum mancipia confugientia ad eccleſiam reddi uetuerit. 45
Quod pagana eorum mancipia uenire ad fidem uolentia nõ reddenda ſtatuerit. 46
Quod Iudæorum mancipia ſuos dominos ad fidem præcedentia, in eorum ſeruitio nullatenus redigendos indixerit, etiam ſi ipſi eos ad baptiſmatis gratiam ſequerentur. 47
Quod neminem circuncidi paganorum permiſerit. 48
Quod à Iudæis munera non ſuſcipienda decreuerit. 49
Qualiter Iudæi fuerint à Romanis pontificibus habiti. 50
Quod Gregorius non obſeruari ſabbatum iuſſerit & lauari dominico permiſerit. 51
Quantæ compaſsionis extiterit in infirmitatibus Caſtorij, Eulogij & Marimani epiſcoporum ſiue Ruſtitianę patritiæ. 52
Quod pro barbaricis incurſionibus fieri litanias uoluerit. 53
Quod ſpiritum prophetiæ habuerit. 54
Quod peiora prioribus futura prædixerit. 55
Quod neminem iniuſte ab eccleſia defendi permiſerit. 56
Quod confugentibus ad eccleſiam ſacramenta præſtari iuſſerit de ſeruendis ſibi iuſtitijs. 57
Quod omnes epiſcopos fratres & coepiſcopos, diaconos dilectiſſimos filios, utriuſque uero ſexus laicos, dominos uocitarit. 58
Quod de fide tam Teudelindę reginę quam ſuo ſubdiacono ſatiſfecerit. 59
Vbi ſe indignum memorat reuelatione Dei. 60

Vbi ſe presbytero cõparans, illum ſuperiorem melioremq; pronunciat. 61
Vbi ſe indignum alieno fauore fatetur. 62
Vbi monacho ſibi procidenti ſe in terram proſtrauit. 63
Quod accuſatus innocentiam ſuam expoſuit. 64
Quid de fine ſeculi ſenſerit. 65
Qualia de incõmoditate Vrbis ſcripſerit. 66
Qualiter barbaricis incurſionibus ab exponendis libris deſtiterit & quibus doloribus cruciatus extiterit. 67
De eius obitu & faſtigijs argenteis ab eo paratis, nec non ſepulturæ ipſius loco uel titulo. 68
Qualiter ęmulis libros eius incendere molientibus Petrus diaconus moriendo defenderit. 69
Quanta claudius ex uerbis eius notauerit, & ꝙ multa Gregorius dictauerat quę nunc nequeant inueniri. 70
Quod duodecim epiſtolarum ſuarum libros reliquerit ex quibus Adriani papæ tempore duo uolumina uidentur excerpta. 71
Quod in diaconatu ſuo moralia cęperit, & qualiter eam in epiſcopatu ſuo per libros digeſſerit, ea quę Leandro Hiſpano epiſcopo roganti direxerit. 72
Quod in epiſcopatus ſui exordio librum regulę paſtoralis Ioanni epiſcopo Rauennati exponens imperitos compreſſerit. 73
Quod per ſtationes diſcurrens quadraginta euangelij lectiones dictauerit, quas Secundo ſeruo Dei petenti mandauerit. 74
Qualiter dialogorum quatuor libros deſcripſerit quos poſtea Zacharias apoſtolicæ ſedis epiſcopus in græcam linguã conuertit. 75
Quod ciuibus ſuis petentibus primam & ultimã Ezechielis prophetiæ partes per homilias uigintiduas tractauerit. 76
Quam humilia ipſe de ſuis tractatibus ſenſerit quæ à poſteris doctoribus facetiſsima prædicantur. 77
Quod libros ſuos in comparatione Auguſtini tractuum furfures nominans quouſque uixit legi uetuerit. 78
Quanta conſideratione quotidie infirmitatem ſui cordis cognouerit. 79
Quod corpus eius à Gregorio quarto papa tranſlatum ſit, & de antiquitate ipſius, uel mediocritate, ac regulari ſpecialitate. 80
Quod gręcam linguam neſciens falſos tractatus ſuo nomine titulatos inuenerit. 81
Quod monachi qui ab eo in Saxoniam miſsi ſunt ſancti Benedicti regulis fuerant mancipati. 82
De formis & ueſtimentis patris & matris eius. 83
De forma & habitu ſiue diſtico eius. 84

Quod poſtea Saturninus monachus iuxta eius effigiem imagines apoſtolorum depinxerit. 85
De Ioanne præpoſito qui cum diabolo coram Chriſto conflixit, & de reuelatione atque terribili tranſitu ipſius. 86
De cruciatibus Andreæ conductoris qui cum eodem præpoſito monaſterij cartulas ſe uendidiſſe profeſſus eſt. 87
De præſagio mortis Athanaſij œconomi qui conſuetudines pauperum defraudauit. 88
De Diabolo a Monaſterij clauſtro fugato qui monachum iacentem percuſsit. 89
De uiſione monachi qui duodecim homines intra dies totidẽ morituros præuidit. 90
De Lucidi Ficulenſis epiſcopi conuerſione uiſione & tranſitu. 91
De reuelatione Monachi qui per excuſsionem lachrymarum cuiuſdam incluſi presbyteri, fratris ſui ſanitatem reuerſionemq; cognouit. 92
De Dęmone à fundo barbiliano excuſſo qui conductorem & bubulcos occidens caucum fuerat perſecutus. 93
De uiſione Tetgaudi Treuerenſis quondam epiſcopi quia beato Gregorio pulſus eſt à monaſterio. 94
De increpatione Faraldi qui à Dæmonibus tota nocte ſuſpenſus eſt. 95
De Indulfo deſertore monaſterij a ſene percuſſo, & de reuelatione clerici, & digreſsione ſupponis. 96
De Dominico presbytero qui Gregorianum fontem detexerat, ligato & liberato, eiuſq; miſerabili tranſitu. 97
De modio monaſterij & diuerſitate ipſius redundationis, nec non miraculo multiplicati diuinitus panis. 98
Quam frequenter in diuerſis locis Gregorius demonſtretur. 99
De viſione ſcriptoris qui ab æmulo terreri potuit, & a beato Gregorio meruit conſolari. 100

Expliciunt cap. libri quarti uitæ beati Gregorij papæ.

INCIPIT LIBER QVARTVS. CAP. I.

HÆc eſt Gregorij de refutatione nominis uniuerſalis plena rationis humilitatiſq; ſententia. Qui uidelicet contra ſuperbos prudenter uti nouerat ſerpentis aſtutia, & a columbę ſimplicitate circa humiles minime recedebat. Quapropter ſuæ temperantiæ cõſcius, Dominico Cartaginenſi epiſcopo poſt cętera, De eccleſiaſticis inquit priuilegijs quod ueſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſq; eccleſijs ſua

iura ſeruamus. Nec cuilibet fauente gratia ultra quã meretur impertior,nec ulli hoc quod ſui iuris eſt,ambitu ſtimulante derogo. Sed fratres meos honorare per omnia cupio. Sicque ſtudeo honore ſingulos ſubuehi,dummodo nõ ſit quod alteri iure ab altero poſsit opponi. Itẽ Eulogio Alexandrino & Anaſtaſio Antiocheno Patriarchis ſcribit dicens. Cum prędicator egregius dicat, Quamdiu quidem ſum gentium apoſtolus, miniſterium meum honorificabo. Qui rurſus alias dicit, Facti ſumus paruuli in medio ueſtrum, exemplum proculdubio nobis ſequentibus oſtendit,ut & humilitatem teneamus in mente. & tamen ordinis noſtri dignitatem ſeruemus in honore. Quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio ſit ſuperba. Et cætera. Quod Gregorius ſicut ex præcedentibus ac ſubſequentibus manifeſtiſsime colligi poterit,& fecit & dixit.

2 Nam Ioannem Rauennatem epiſcopum typo ſuperbia pallium frequentantem, ſuosq; presbyteros ac diaconos in mappulis procedere permittentem, primo quidem per Caſtorium cartularium familiariter arguit,poſt ex conſuetudine ſiue priuilegio ſibi hæc conceſſa pertinaciter defendentem, tali ſententia poſt nonnulla mulctauit. Vt enim inquit ea quæ ſuperius dixi, breuiter colligam admoneo quatenus niſi deceſſorum meorum munificentia tibi hæc per priuilegium attributa docueris,uti in plateis 98 pallio ulterius non præſumas.Ne non habere & ad miſſas incipias. quod audacter & in plateis uſurpas. De ſecretario autem quod fraternitas tua reſediſſe cum pallio,& filios eccleſiæ ſuſcepiſſe ſe & fecit & excuſauit, nunc interim nihil quærimus quia 99 ſynodorũ ſententiam ſequentes, minores culpas quæ negantur,ulciſci recuſamus. Hoc tamen quia ſemel & iterum ſit factum cognouimus. Fraternitas autem tua ſit omnino ſollicita, ne hoc quod præſumptioni inchoanti adhuc ceditur, in proficiente deterius uindicetur. Et poſt pauca. Illud autem quod pro utendis a clero ueſtro mappulis ſcripſiſtis a noſtris eſt clericis fortiter obuiatum,dicentibus nulli hoc unquã aliæ cuilibet conceſſum fuiſſe eccleſiæ,nec Rauennates clericos uel illic uel in Romana ciuitate tale aliquid cũ ſua conſcientia pręſumpſiſſe,nec ſi tentatum eſſet,ex furtiua uſurpatione ſibi prę iudiciũ generaretur. Sed etiam ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptũ fuerit,aſſerunt emendandum quod non conceſsione Romani pontificis,ſed ſola ſubreptione prçſumitur,ſed nos ſeruantes honorem fraternitati tuæ,licet contra uoluntatem antedicti cleri noſtri.tamen primis diaconibus ueſtris quod nobis quidã teſtificati ſunt, etiã ante eos uſos fuiſſe, in obſequio duntaxat tuo mappulis uti permittimus, alio autẽ tempore,uel alias perſonas hoc agere uehementiſsime prohibemus.

3 Quam ſententiam uir uanę gloriæ cupidiſsimus moleſtiſsime ferens,per quoſcunq; poterat uſum pallij ſibi reſtitui magnopere flagitabat,

98 *Ecce pallij uſum antiquum in Eccleſia.*

99 *Vide quanta ſit Generalium Synodorum authoritas.*

tabat. Cui Gregorius ita ſcripſit. Fraternitatem ueſtram ualde inuenio contriſtatam pro eo ꝙ in litanijs induere pallium rationis cenſura prohibetur. Sed per excellentiſsimum Romanum patricium, & per eminentiſsimum præfectum, atq; per alios ciuitatis ſuæ nobiles uiros importune expetit, ut hoc debeat concedi. Nos autē ſollicite requirentes à Deodato quondam diacono fraternitatis tuæ, cognouimus quia nunquā conſuetudo fuerit deceſſoribus tuis ut in litanijs pallio niſi in ſolennitate beati Ioannis Baptiſtę, beati Petri apoſtoli, & beati Apollinaris martyris uterentur. Cui quidem nequaquā credere debuimus, quia multi apud ciuitatem fraternitatis ueſtræ reſponſales ſępius fuerunt, qui ſe fatentur tale aliquid nunquā uidiſſe. Et hac de re multis potius credendum eſt, ꝙ uni pro ſua eccleſia aliquid atteſtanti. Sed quia nos fraternitatem ueſtram contriſtari nolumus, & petitionem filiorū noſtrorum apud nos minime fruſtrari, uſum 100 pallij donec ſubtilius ueriuſq; aliquid cognoſcamus, in Litanijs ſolemnibus, ideſt die natalitio beati Ioannis Baptiſtæ, beati Petri apoſtoli, & beati Apollinaris martyris, atque in ordinationis ueſtræ celebratione concedimus. In ſecretario uero ſecundum morem priſtinum, ſuſceptis ac dimiſsis eccleſiæ filijs induere ueſtra fraternitas pallium debeat, atque ad miſſarum ſolemnia ita proficiſci, & nihil ſibi amplius auſu temerarię pręſumptionis arrogare. Ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid ambitur, ordinate etiam quæ licere poterant amittantur.

100 *Ecce quō antiquitus per ſedem Apoſtolicā Archiepiſcopis concedi ſolebat pallium quo in Miſſarum ſolennijs tantum & non ultra niſi ex ſpeciali priuilegio uterentur, ſicut & modo fit. Ecce & ſolennes litanias.*

4 Sed iſdem Ioannes ab inanis gloriæ ambitione freno apoſtolicæ moderationis cohercitus, ad detractionem pontificis totus conuertitur. Vnde prudentiſsimus pontifex ſic eum admonet dicens. Primum me hoc cōtriſtat, quia mihi fraternitas tua duplici corde ſcribit. Et alia blandimēta in epiſtolis ſuis exhibet, alia in lingua ſua ſeculariter oſtendit. Deinde graue mihi eſt, quia inriſiones illas quas habere notarij adhuc pueri ſolent, uſq; hodie frater meus Ioannes in lingua ſua retinet, mordenter loquitur, & quaſi de tali aſtutia lętatur, amicis præſentibus blāditur, de abſentibus obloquitur. Tertio graue mihi & omnino execrabile eſt quia ſeruis ſuis qua hora fuerit cōmotus turpia crimina imponit. Vt effęminati, & adhuc grauiter hoc apertius uocentur. Poſt hoc acceſsit, quod diſciplina ad uitam clericorum cuſtodiendam nulla eſt. Sed tantūmodo clericis ſuis dominium exhibet. Vltimū uero eſt, quod tamen pondere elationis primum, quia de uſu pallij extra eccleſiam quod temporibus deceſſorum meorum facere nunquā præſumpſit, & nunquā à deceſſoribus eius præſumptum eſt, ſicut reſponſales noſtri teſtantur. excepto niſi reliquiæ conderentur, quod tamen reliquis unus tantūmodo potuit inueniri qui diceret, meis diebus in conſpectu meo cū ſumma audatia non ſolum faciebat ſed etiam frequentabat. Ex quibus omnibus inuenio, quia honor epiſcopatus totus fo-

ras in oſtenſione eſt, non in mente. Et quidem ago omnipotenti Deo gratias, quia eo tempore quo ad me hoc peruenit, quod ad aures deceſſorum meorum nunquã peruenerat, Longobardi inter me & Rauennatem ciuitatem poſiti fuere. Nam oſtendere forſitan hominibus habui, quantum ſcio eſſe diſtrictus. Ne autẽ credas quia ego eccleſiam tuam in aliquo grauari aut minui uolo, recordare inter miſſarum Romanorum ſolennia ubi Rauennas diaconus ſtabat, & require ubi hodie ſtat, & cognoſces quia Rauennatem eccleſiam honorare deſidero. Sed ut quicunque quodlibet ex ſuperbia arripiat, hoc ego tolerare nõ poſſum. Tamen hac de re iam diacono Conſtantinopolim ſcripſi, ut per omnes qui ſub ſe etiam tricenos & quadragenos epiſcopos habẽt, requirere debeat, ſic ubi iſte uſus eſt, ut in Litanijs cum palijs ambulent. Abſit ut per me honor Rauennatis eccleſiæ in aliquo minuatur. Hæc ergo omnia quæ ſuperius dixi frater Reuerendiſsime recogita. diem tuę uocationis attende, quas rationes de ſarcina epiſcopatus redditurus es conſidera. Emenda illos mores notarij. Vide quid in lingua, quid in actu epiſcopum deceat. Eſto totus purus fratribus tuis. Non aliud loquaris, aliud in corde habeas. Nec appetas ultra uideri quã es, ut poſsis ultra eſſe quã uideris.

5 Hæc quia Ioãnes emendare ſuperbiæ faſtu deſpexit, eodem anno iuxta quod Gregorius ei prædixerat, diem ſuæ uocationis dum non attendit incurrit, & ante tumidus crepuit, quã meruiſſet amictu pallij ſaturari. Cuius rei gratia Gregorius uiſitationem Rauennatis eccleſiæ Seuero Ficulino epiſcopo ſecundum conſuetudinem priſcam cõmittens. Marinianum monachum familiarem ſuũ Rauennatibus epiſcopum conſecrauit, cui & pallium 101 dirigit ſcribens. Apoſtolicę ſedis beneuolentia, & antiquæ conſuetudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ, quam in Rauennati eccleſia gubernationis conſtat ſuſcepiſſe officium, pallij uſum præuidimus concedendum. Quo non aliter uti te memineris niſi in propria tuæ ciuitatis eccleſia dimiſsis iam filijs eccleſiæ, procedens à ſalutatorio ad ſacra miſſarum ſolennia celebranda. Peractis uero miſsis, id in ſalutatorio rurſum curabis deponere. Extra eccleſiam uero nõ aliter illo tibi, niſi quater in anno in litanijs quas ad deceſſorem tuum Ioannem expreſsimus, uti permittimus.

101 Habes & hic eadem quæ ſupra, de pallio & eius uſu.

6 Sed Marinianus clericorum ſuorũ ſuggeſtionibus delinitus, tam per Andream uirum magnificum, quã per quoſcunq; poterat reſtitui ſuæ eccleſiæ uſum pallij flagitabat. Quapropter Gregorius Caſtorio cartulario inter cætera ſcribit dicens. Tua experientia nullius perſonã, nullius uerba conſideret. Solum Dei timorem & rectitudinem ante oculos habeat, & ſeniores perſonas eiuſdem eccleſiæ archidiaconum quem non ſuſpicor pro alterius honore peierare. Et alios antiquiores qui in ſacris ordinibus ante Ioannis epiſcopi tẽpora fuerant requirat,

uel ſi qui maturiores ſunt extra ſacros ordines, & ueniant 102 ante 102
corpus ſancti Apollinaris,& tacto eius ſepulchro iurent quo conſuetudo ante Ioannis epiſcopi tempora fuerit. Quia ſicut ſcis, idem uir multum præſumptor extitit,& multa ſibi per ſuperbiam conabatur arrogare. Et quicquid à fidelioribus uiris & grauibus iuratum fuerit, ſecundum indiculum qui ſubter annexus eſt, hoc uolumus in eadem eccleſia conſeruari.Sed uide ne negligenter agas,ne quis fidem aut deuotionem tuam in hac cauſa corrumpat. Zelum enim tuum ſcio,age ſollicite ita tamen ut prædicta eccleſia contra iuſtitiam non grauetur. Sed uſus qui ante Ioannis epiſcopi tempora extitit,ei cõſeruetur. Perſonas autem non duas uel tres ad ſatisfaciendum tibi,ſed quantas antiquiores & grauiores inueneris require, ut neque quod uſus fuit antiquitus eiuſdem eccleſiæ denegemus,neq; quod nouo auſu appetitum eſt concedamus. Sed omnia age blande & dulciter, ut & actio tua diſtricta ſit,& lingua mitis. Iuro ego N. per patrem & filium & ſpiritũ ſanctum, inſeparabilem diuinæ potentiæ trinitatem, & hoc corpus beati Apollinaris martyris,me pro nullius fauore perſonæ, neque cõmodo aliquo interueniente teſtari, ſed hæc ſcio, & per memetipſum cognoui,quia ante tempora Ioannis quondam epiſcopi, Rauẽnas epiſcopus preſente aprocriſario ſedis apoſtolicæ,illo atque illo,illis & illis diebus conſuetudinem utendi pallio habuit,& non cognoui quia hoc latenter uel abſente aprocriſiario uſurpaſſet.

Vides antiquum morem Eccleſiæ eſſe, ſuper ſanctorum ſepulchra pro rebus dubijs decidendis iuramenta proferre.

7 Hoc Gregorius per inditionem quartamdecimam iuſiurandum præceperat. Quod quia ſicut rei exitus manifeſtat,deficientibus teſtimonijs per tres continuos annos infectum remanſerat. Iterum Marinianus ſuorum ſuggeſtione compulſus, uſum pallij quem ex conſuetudine ſicut conuenerat uindicare nõ poterat, importunitate precum ſe poſſe recipere confidebat. Quapropter Gregorius in eadem ſententia permanens, eidem cartulario per inditionem ſecundam ſcribit dicens. Dum Florentinus Rauennatis eccleſię diaconus apud nos pro reuerentiſsimo fratre & coepiſcopo noſtro Mariniano de uſu pallij ageret,requiſitus à nobis quę eſſet antiqua conſuetudo,reſpondit quod in omnibus Litanijs pallio Rauennas epiſcopus uteretur. Quod ita non eſſe,& ab alijs didicimus,& ex epiſtolis Ioannis quondã epiſcopi quas ei oſtendi fecimus euidenter apparuit. Sed hoc aſſeruit quod dicere iuſſus eſt. Nam tempore quo à te iſdem Ioannes quondam epiſcopus eſt inhibitus ne pallio inordinate ac temere uti pręſumeret,ſcripſit nobis hanc fuiſſe priſcam conſuetudinẽ ut ciuitatis ipſius epiſcopus pallio in Litanijs ſolemnibus uteretur. Quarum tibi literarum exemplaria pro tua informatione tranſmiſimus. Adeodatus uero prædictę eccleſiæ diaconus apud nos tempore quo hic fuit, ſimiliter de eiuſdem pallij uſu agere enixius ſtuderet, uolentes cognoſcere ueritatem, eum

ſimiliter quæ eſſet conſuetudo curauimus requirendum. Qui ut credi ſibimet ſuaderet, atque a nobis ualeret quod petebat exigere, ſub iure iurando teſtatus eſt antiquam cõſuetudinem fuiſſe, ut in quatuor aut quinque ſolennibus litanijs pallio ciuitatis ſuę epiſcopus uteretur. Experientia ergo tua diligenter inuigilet, & cum omni ſollicitudine quot litanię ſolennes ab antiquitate fuerint requirat. Nec eas ſolennes nominando requirere ſtudeat, ſed maiores. ut per hoc quod nobis præfatus Adeodatus diaconus teſtatus eſt, & prædicti Ioannis epiſcopi fatetur epiſtola, dum conſtiterit quantæ litaniæ ſolennes fuerint, quotiens indui ſolebat in litanijs pallio cognoſcentes, libentiſsime concedamus. Sed hoc non ab illis perquirat qui ab eccleſiaſticis exhibentur, ſed ab alijs quos ſine fauore partis ſuæ eſſe cognouerit. Et quæq; ſollicita indagatione reppererit, nobis ſubtiliter indicet. ut ueritate ſicut diximus cognita fratris & coepiſcopi noſtri reuerentiſsimi Mariniani animos releuemus. At quia priſca conſuetudo a noſtratibus ſubtiliter inquiſita, a Rauēnatibus probari nullo modo potuit, Gregorium in ſua ſententia permanſiſſe proculdubio illud oſtendit, quod neque ob hoc quantum ex apicibus eius dinoſcitur, a quoq; ſollicitatus extitit. neq; a ſemetipſo cõmotus ulterius omnino reſcripſit.

8 Non ſolum in magnis rebus Gregorius ſollicitudinis ſuæ oculos conuertebat. uerum etiam ne impune pręſumerentur quãdoq; maiora, hoc in rebus minimis curioſiſsime pręcauebat. Vnde Ioanni Syracuſano epiſcopo ſcribit dicens, Eccleſiaſtici uigoris ordo confunditur, ſi aut temere illicita pręſumantur, aut impune non conceſſa tentãtur. Peruenit itaque ad nos diaconos eccleſiæ Catanenſis, calceatos campagis procedere præſumpſiſſe. Quod nulli hactenus per totam Siciliam licuiſſe niſi ſolis tantummodo diaconibus eccleſiæ Miſenenſis quibus olim a prędeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe conceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus non eſt leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas ueſtra perquirat ſubtilitate, & ſi ita ſicut ad nos peruenit inuenerit, utrum a ſe uel alicuius hoc autoritate pręſumpſerit, nobis ſubtiliter innoteſcat. Vt cognita ueritate, quid fieri debeat diſponamus. Nam ſi negligenter ea quæ male uſurpantur omittimus, exceſſus uiam alijs aperimus.

9 Interea Natali epiſcopo defuncto, cum Dalmatinorum generalitas Honoratum archidiaconum. quem ipſe ex presbytero in diaconũ conuerterat. Sibi præficiendum concorditer elegiſſent, eorumq; decretum pontifex approbaſſet, factione Malchi epiſcopi rectoris apoſtolici patrimonij, manuq; militari Maximus multis criminibus inuolutus epiſcopatum Salonitanæ ciuitatis inuaſit. Quod Gregorius audiens Dalmatinis & Iadertinis epiſcopis, ne illi manũ imponerent, ſub magna interminatione prohibuit, At uero Maximus qui epiſco-

patus ſedē contra canones inuaſerat, etiam ſacerdotium contra Deum per Simoniacam hæreſim ab epiſcopis duntaxat excōmunicatis corruptis, non timuit promereri, fauente ſibi occaſione temporum ex cupiditate ſimul inſolentiaq; Auguſti. Quem diſpergendo facultates inuaſę eccleſię adeo defenſorem ſcelerum ſuorum effecit, ut a Gregorio non ſolum frequenter poſtularet, quatenus indiſcuſſam Maximi promotionem relinqueret, uerum etiam Romam ſatisfacturum pro ſimoniaca hęreſi alijsq; criminibus uenientem cum honore ſuſciperet. Gregorius uero faciem nullius contra ueritatem cuſtodiens. tam ipſum Maximum primo a miſſarum ſolēnijs, poſt a cōmunione corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti quouſque ſuam pręſentiam exhiberet priuauit. Maximus autem imperialibus militijs fultus, poſt excommunicationem & miſſas cecinit, & ſacramenta ſatis indignus accepit. Quapropter Conſtantinę auguſtę poſt multa alia ſcribit dicens.

10 Salonitanæ ciuitatis epiſcopus me ac reſponſali meo neſciente ordinatus eſt. & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens ad eundem præuaricatorem qui inordinate ordinatus eſt. protinus miſi. ut omnino miſſarum ſolēnia celebrare nullo modo præſumeret. niſi prius a sereniſsimis dominis cognoſcerem. Si hoc fieri ipſi iuſsiſſent. Quod ei 103 ſub excommunicationis interpoſitione mandaui. Et contempto me atq; deſpecto, in audacia quorumdam ſecularium hominum quibus denudata ſua eccleſia præmia multa præbere dicitur nunc uſq; miſſas facere præſumit. atq; ad me uenire ſecūdum iuſsionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eius obediens, eidem Maximo qui me neſciente ordinatus eſt. hoc quod in ordinatione ſua me uel reſponſalem prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxaui. ac ſi me autore fuerit ordinatus. Alia uero puerſa illius, ſcilicet mala corporalia quæ cognoui uel quia cum pecunijs eſt electus. uel quod excōmunicatus miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita pręterire non poſſum. Sed opto & dominum deprecor, quatenus nihil de eo de his quæ dicta ſunt ualeat inueniri, & ſine periculo animæ meæ cauſa ipſius terminetur. Prius tamen ꝙ hæc cognoſcantur, sereniſsimus dominus diſcurrenti iuſſione præcepit. ut eum uenientem cum honore ſuſcipiam. Et ualde graue eſt. ut uir de quo tanta & talia nuntiatur. cum ante requiri & diſcuti debeat honoretur. Et ſi epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorum apud pijſsimos dominos aliorum patrocinio diſponantur. Infelix ego in eccleſia iſta quid facio? Sed ut epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſeculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo, Hoc tamen breuiter ſuggero. quia aliquantulum expecto. Et ſi ad me uenire diu diſtulerit, exercere in eo diſtri-

103 *Ecce quomodo & tūc fiebant præcepta ſub pœna excōmunicationis ſicut & modo.*

ctionem canonicam nullo modo ceſſabo. In omnipotente autem Domino confido. quia longa priſsimis dominis uita tribuet, & nos ſub manu ueſtra non ſecundum peccata noſtra ſed ſecundum ſuæ gratiæ dona diſponet.

11 Hæc Gregorius diſsimulatrici Auguſtę. Cęterum eodem Maximo in ſua pręſumptione manente. conſecratores atq; omnes Dalmatinos & Iadertinos epiſcopos ab eius communione ſub excõmunicatione diſiunxit. Adeo ut ne nomen quidem Maximi inter ſacra miſſarũ ſolemnia memorarent. Quo facto ita omnes conſternati ſunt animo, ut ſub pęnitentiæ ſatisfactione relicto Maximo ueniam poſtularent. Vnde miſericordiſsimus pontifex Sabiniano Iadertino epiſcopo ſcribens. Sicut inquit perſeueranti culpæ debetur iure uindicta. ita reſipiſcẽtibus eſt uenia concedenda. Nam ut res illa contra ſe merito poteſt iracundiam excitare, ſic hæc in ſua prorſus dilectione ſolet concordiã propagare. Et ideo quia fraternitatem tuam a conſortio & cõmunione Maximi ubi te prius neglectus impulerat, intantum poſtea grauitas ſacerdotis ad animum reducta ſuſpendit, ut eius ſola nullatenus patereris eſſe ſegregatione contentus, niſi & in monaſterij te clauſtra recipiens, dudum 104 cõmiſſa defleres, ea propter in noſtra te gratia ac cõmunione receptum eſſe non dubites. Nam quantum nos prius culpa tuę caritatis offenderat, tantum pęnitentia mitigauit.

104 *Hec eſt bona pœnitentia, non ſolum abſtinere a cõmiſsis, ſed ea etiam ſatisfaciendo deflere.*

12 Itaq; Maximus cernens tandem aliquando durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, relictis Imperialibus adminiculis, per gallinicum exarchum ſatis humiliter concedi ſibi pęnitentiam, ſimulq; ueniam a Gregorio poſtulauit. Quẽ ipſe Romam fatigari nolens. cauſam eius diſcutiendam Rauennę cõmiſit Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo ſcribens. Maximus inquit Salonitanæ eccleſiæ præuaricator, poſtq̃ per poteſtates maiores 105 ſeculi obtinere nil ualuit, ad minores ſe contulit. Nobiſq; tam nimietate præcum, q̃ atteſtatione bonorũ operum præualere contendit. Ex qua re inhumanum credidi, ſi is qui ſe quaſi multum timere me dicit. in aliquo me temperatiorem minime inuenire potuiſſet. Et ideo decreui ut reuerẽtiſs. frater, & coepiſcopus noſter Marinianus eius cauſam debeat in Rauennati urbe cognoſcere. Si autẽ perſona eius ſuſpecta forſitam habebitur, uolumus ut ueſtra quoq; fraternitas ſi ei laborioſum non eſt, ad eandem ciuitatem fatigare ſe debeat, & cum prædicto fratre in eodem iudicio pariter ſedere. Quicquid autẽ ueſtræ utrorumq; ſanctitati placuerit, ſcito te mihi modis omnibus placiturũ, & ueſtrum ego iudicium meum deputo.

105 *Si quilibet ſacerdos et epiſcopus Regibus & imperatore eſt ſuperior, quomodo hic Papa ſuam minorem, Imperatoris uero maiorem appellat poteſtatẽ, niſi quia quantum ad ſeculum, non quantum ad deũ illa maior eſt, uel hoc dicit ſecundum uulgi opinionem.*

13 Inter hac præuaricator Maximus anno ſeptimo excommunicationis ſuæ. poſt caſtigationes & flagella Gregorij ad cor reuertens, Rauennam petijt, & 106 iactauit ſe tenſus in ciuitatem in media ſilice, clamans & dicens, Peccaui Deo & beatiſsimo papę Gregorio. Et agẽ-

106 *Vides quod uera pœnitentia nõ eſt ſolum noua uita ut dicunt heretici, ſed cum ea dolor et ſatisfactio de peccatis cõmiſsis ?*

te eo pęnitētiam tribus horis, cucurrit gallinicus exarcus & Caſtorius cartularius eccleſiæ Romanæ cum Mariniano epiſcopo, & eleuauerunt eum de ſilice. Qui eſſet cepit ampliorem pęnitentiam agere corā eis. Quod Gregorius ut audiuit, ad miſericordiam protinus redijt, Mariniano epiſcopo inter cætera ſcribens. Qualis de cauſa Maximi fraternitatis ueſtræ uoluntas ſit. ac magis petitio. præſentium latore Caſtorio cartulario noſtro renuntiante cognouimus. Ideoq; ſi idem Maximus coram uobis & prędicto cartulario noſtro de ſimoniaca hęreſi pręſtito ſe ſacramēto purgauerit. atq; de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus, liberum ſe eſſe reſponderit. cauſam ipſius fraternitati ueſtrę de eo quod excōmunicatus miſſarum ſolēnia agere præſumpſit, iudicio cōmittimus, qua debeat 107 pęnitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid uobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a uobis hac de cauſa fuerit ordinatum, nos & grate ſuſcipimus, & libēter admittimus. Hortamur tamen ut debeatis eſſe ſolliciti, & ita quæ fienda conſpicitis temperetis, quatenus & illi ſi ita uidebitur cōmunionem præſtetis, & uigoris eccleſiaſtici genium congrua ut oportet, diſpenſatione ſeruetis. Suprascriptum uero portitorē in præſenti quid uobiſcum eo ſit agendum inſtruximus. A quo cuncta ſubtiliter addiſcentes, ſic uos in omnibus exhibete, ut in ueſtra ſollicitudine noſtrā fuiſſe præſentiam ſentiamus.

107 *Ecce quomodo etiam ſanctiſsimus Gregorius in uera pœnitentia ſatisfactionem requirit.*

14 Item Caſtorio notario & cartulario Rauēnæ. Quanto credi tibi a nobis & neceſſarias uides cauſas iniungi. tanto te magis ſtrenuum debes & ſollicitum exhibere. Proinde ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramēto firmauerit ſimoniaca ſe hęreſi non teneri, atq; de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantūmodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit, & de inobedientia ſua pęnitentiam ſicut deputauimus egerit. uolumus ut ad conſulandum illum epiſtolā quam ad eum ſcripſimus, ubi ei & gratiam noſtram et cōmunionem nos reddidiſſe ſignauimus, experientia tua dare debeat. Quia ſicut in contumatia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic iterum humiliatis & pęnitentibus negare locum ueniæ non debemus.

15 Cumque maximus penes corpus beati Apollinaris ſecundum iuſſum Gregorij de cunctis humiliter ſatisfeciſſet, Caſtorius cartularius conſolatoriam ei epiſtolam præbuit. Verbis Gregorij aſſerētem. quamuis culpabilibus ordinationis tuæ primordijs grauem aliam per inobedientię culpam addideris, nos tamen ſedis apoſtolicæ autoritatem eo quo decuit moderamine temperantes, numq̄ contra te uſq; ad hoc quod cauſa poſcebat exarſimus. Sed ut longius ſe ingratitudo noſtra quam tu tibi excitaſti produceret, credita nos ſollicitudo uehementer angebat, ne quædam illicita quæ de te audieramus, negligen-

ter omittere uideremur. Quę ſi bene conſideres, ipſe te ſatisfacere differendo firmabas. atq; ex hoc aduerſum te zelum noſtrum acrius incitabas. At ubi ſalubri tandem conſilio uſus, iugo te obedientiæ humiliter ſummiſiſti, & dilectio tua pęnitentiam agens, digna ſe ut deputauimus, ſatisfactione purgauit, redditam tibi gratiam fraternę caritatis intellige, atq; in noſtro te receptum conſortio gratulare. Quia ſicut perſeuerantibus in culpa diſtrictos, ita reſipiſcentibus nos benignos decet eſſe ad ueniam. Poſtq̃ ergo fraternitas tua apoſtolicę ſedis cõmunionem ſe reparaſſe cognoſcit, perſonam ad nos trãſmittat quę pallium tibi deferendum ex more percipiat. Nam quemadmodum il-

108 *Et hic habes antiquã conſuetudinẽ Ro. Eccleſiæ concedendi pallium archiepiſcopis.*

licita perpetrari non patimur. Sic ea quę ſunt 108 conſuetudinis nõ negamus. Licet autem ad hęc concedenda diſpenſatio nos loci noſtri uocauerit. multum tamen a nobis petitio dulciſsimi atq; excellentiſsimi filij noſtri domni gallinici exarchi. ut temperatius erga te ageremus exegit. Cuius cariſsimam miſericordiam ac uoluntatem nec pertulimus, nec potuimus contriſtari.

16 Præterea cupidiſsimus ac tenaciſsimus Imperator qui conſuetudinibus antiquiſsimis dationes, legionum quoque milites frequentiſsime ſicuti Romanorum narrat hiſtoria, defraudabat, cernens Gregorium contra omnes mundi ſtrepitus auguſtalibus defenſionibus quarum ſuffragio ad arcem pontificatus hunc ſe prouexiſſe iactabat, penitus non egere, imo canonicis autoritatibus, ſanctitatis ac prudentiæ ſuę uirtutibus, Chriſto propitio cunctis alta ſapientibus pręualere ad odium detractionemq; famæ illius magis magiſq; conuerſus eſt. liberalitatem pontificis quia famelicis militibus tam eccleſiaſtica q̃ publica frumẽta diuiſerat, ſubdolis aſſertionibus reprehendens. Cui Gregorius utpote qui prouectionem ſuam diuino iudicio, in cuius nimirũ manu corda Regum conſiſtentia quocunq; uoluerit inclinantur non caducis humanis fauoribus deputabat, uoce libera contradicens, his eũ reſponſionibus fregit, deturpauit atque nonnulla de futuro Dei iudicio differendo deterruit, In ſereniſsimis inquit iuſsionibus ſuis dominorum pietas dum me de quibuſdam redarguere ſtuduit. parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbanæ ſimplicitatis uocabulo me fatuum appellat. In ſcriptura etenim ſacra cum in bona intelligentia ſimplicitas ponitur, uigilanter ſępe prudentię aut rectitudini ſociatur. Vnde etiam de beato Iob ſcriptum eſt, Erat uir ſimplex & rectus. Et beatus Apoſtolus admonet dicẽs, Eſtote ſimplices in malo, & prudentes in bono. Et per ſemetipſam ueritas in euangelio admonet dicens, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Eſſe ualde inutile indicans. ſi aut ſimplicitati prudentia, aut prudentię ſimplicitas deſit. Vt ergo ſeruos ſuos ad cuncta eruditos efficeret, eſſe eos & ſimplices ſicut columbas, & prudentes ut ſerpentes uoluit, quatenus

in eis & columbæ ſimplicitatem aſtutia ſerpentis, & ſerpẽtis aſtutiam ſimplicitas columbæ temperaret. Ego igitur qui in ſereniſsimis dominorum iuſsionibus ab Arnulfi aſtutia deceptus, non adiuncta prudentia ſimplex denuntior, conſtat proculdubio quia fatuus appellor. Qđ ita eſſe ego quoque ipſe confiteor. Nã ſi hoc ueſtra pietas taceat. cauſæ clamant. Ego enim ſi fatuus non fuiſſem. ad iſta toleranda quę inter Longobardorum gladios hoc in loco patior minime ueniſſem. In ea autem re quam de Arnulfo perhibui, quia toto corde uenire ad Rempublicam paratus fuit. dum mihi non creditur, etiam mentitus eſſe reprehendor. Sed etſi ſacerdos nõ ſum, ſcio grauem eſſe hanc iniuriam ſacerdoti, ut ueritati ſeruiens fallax credatur. Et dudũ noui quoniam Nordulfo plus eſt creditum q̃ mihi, Leoni amplius q̃ mihi. Et nunc eis qui eſſe ad medium uidentur. pluſq̃ meis aſſertionibus credulitas impenditur. Et quidẽ ſi terræ meæ captiuitas per cotidiana momenta nõ excreſceret de deſpectione mea atque irriſione lætus tacerem. Sed hoc me uehementer affligit, quia unde ego crimen falſitatis tolero. inde Italia quotidie ducitur ſub Longobardorũ iugo captiua. Dumq́; meis ſuggeſtionibus in nullo creditur, uires hoſtium ĩmaniter excreſcunt. Hoc tamen pĳſsimo Domino ſuggero, ut de me mala omnia quęlibet exiſtimet. De utilitate uero Reipublicæ, & cauſa ereptionis Italiæ, non quibuſlibet facile pias aures prębeat, ſed plus rebus q̃ uerbis credat. Sacerdotibus autem non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur. Sed excellenti conſideratione propter eũ cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, ut etiam 109 debitam reuerẽtiam impendat. Nam in diuinis eloquĳs ſacerdotes aliquando Dĳ, aliquando Angeli uocantur. Et per Moyſen de eo qui ad iuramentum adducendus eſt dicitur, Applica illum ad Deos, uidelicet ad ſacerdotes. Et rurſum ſcriptum eſt, Dijs nõ detrahes. ſcilicet ſacerdotibus. Et propheta ait, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus domini exercituum eſt. Quid ergo mirum ſi illos ueſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſe etiã appellat Deus? Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria. quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripta oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant, epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat incendit dicens, Vos Dij eſtis a uero Deo cõſtituti. Ite & inter uos cauſas ueſtras diſponite. quia dignum non eſt ut nos iudicemus Deos. In qua ſententia pie domine ſibi magis ex humilitate, q̃ illis aliquid pręſtitit ex reuerentia impenſa. Ante eum quoque pagani in Republica principes fuerunt, Qui uerum Deum neſcientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant.

109 Vides quomodo hortetur Imperatorem ad exhibendum debitã Sacerdotibus domini reuerentiam.

Quid igitur mirum ſi Chriſtianus Imperator ueri Dei cultor ſacerdotes dignetur honorare(dum ut prędixi)pagani principes honorem impendere Sacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ego pietati dominorum non pro me,ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. Ego enim peccator homo ſum,& quia omnipotenti Deo inceſſanter quotidie delinquo, aliquod mihi apud tremendum examen ipſius eſſe remedium ſuſpicor, ſi inceſſantibus quotidie plagis ferior. Et credo quia eundem omnipotentem dominum tanto uobis amplius placatis,quanto me ei male ſeruientem diſtricte affligitis. Multas enim iam plagas acceperam, & ſuperuenientibus dominorũ iuſsionibus inueni conſolationes quas non ſperabam. Si poſſum, has celeriter plagas enumero. Primo quod mihi pax ſubducta eſt. quam cum Longobardis in Tuſcia poſitis ſine ullo Reipublicæ diſpendio feceram. Deinde corrupta pace,de Romana ciuitate milites ablati ſunt. Et quidem alij ab hoſtibus occiſi,alij uero Narnijs & Peruſię poſiti,ut & Peruſia teneretur, Roma relicta eſt. Poſt hęc plaga grauior fuit. Aduectus Agulfi, ita ut oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos.qui ad Franciam ducebantur uenales. Et quia nos qui intra ciuitatẽ fuimus, Deo protegente manus eius euaſimus, quęſitum eſt unde culpabiles eſſe uideremur. Videlicet cur frumenta defuerint. quę in hac urbe diu multa ſeruari nullatenus poſſunt. ſicut in alia ſuggeſtione plenius indicaui. Et quidem de memeipſo in nullo turbatus ſum,quia teſte conſcientia fateor aduerſa quelibet pati paratus ſum, dũmodo hęc omnia cum ſalute dũtaxat meę animę euadam. Sed de glorioſis uiris Gregorio pręfecto & Caſtorio magiſtro militũ, nõ mediocriter ſum afflictus. Qui & omnia quę potuerunt fieri,nullo modo facere neglexerunt. & labores uigiliarũ & cuſtodię ciuitatis in obſidione eadem uehementiſsimos pertulerunt. Et poſt hęc omnia graui dominorum indignatione percuſsi ſunt. De quibus patenter intelligo,quia eos non ſua acta, ſed mea perſona grauat. Cum quo quia pariter in tribulatione laborauerant, poſt laborẽ pariter tribulantur. Quod autẽ dominorum pietas illud mihi pauendum & terribile omnipotentis Dei iudicium intentat, rogo per eundem omnipotentem dominum ne hoc ulterius faciat. Nam adhuc neſcimus quis ibi qualis ſit:quod Paulus egregius prædicator dicit, Nolite iudicare ante tẽpus, donec ueniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Hoc tamen breuiter dico. quoniã peccator & indignus plus de uenientis Ieſu miſericordia, ꝙ de ueſtræ pietatis iuſtitia præſumo. Et ſunt multa quæ de iudicio illius homines ignorant.quia fortaſſe quæ uos laudatis, ille reprehendet. & quæ uos reprehenditis, ille laudabit. Inter ergo omnia incerta ad ſolas lachrymas redeo,petens ut idem omnipotẽs Deus pijſsimum dominum no-

ſtrum & ſua hic manu regat, & in illo terribili iudicio liberũ ab omnibus delictis inueniat. Et me ita placere ſi neceſſe eſt hominibus faciat, ut æternam eius gratiam non offendam.

17 Deniq; Mauritius Imperator libertatem uocis tanti pontificis reprehenſionisq; conſtantiam admiratus, quia de futuro Dei iudicio ſe terruerat, ad exercendam in eum tyrannidem prodire nitebatur. Cum protinus eodem anno uir quidam monachicis ueſtimentis indutus, diuina quadam uirtute commotus, dextra ſpatham cepit. Quam uidelicet a foro uſque ad æneam ſtatuam gladiatoris nudam circumferens, Imperatorem gladio cunctis moriturum prędixit. Quod Mauritius ut audiuit, a tyrannide Gregorio inferenda ſemet continuit. Et iudicium diuinũ quod ei minatus fuerat, ſito ſe ſubiturũ tanto magis timuit, quanto Gregorium credidit non poſſe mentiri.

18 Mox itaque ſcripto preces compoſitas, tam eidem, quam cunctis patriarchis, epiſcopis & monachis ciuitatum ſiue ſolitudinum pecunias multas, cereos, & thymiamata deſtinauit. Hoc potiſſimum deprecans ut domino ſupplicarent, quatenus in hoc ſeculo merita ſuorũ malorũ reciperet, tantum ut a futuris cruciatibus redimi meruiſſet. Cũq; hoc & ipſe uehementius per multa tempora cum lachrymis poſtulaſſet, quadam nocte dormiens, uidit apud æneam palatij portam ſe coram multo populo æneæ ſtatuę Saluatoris aſſiſtere. Tunc uox terribilis facta eſt ex ipſo incarnati uerbi caractere dicens, Date Mauritiũ. Et capientes eum iudiciorum miniſtri, poſuerunt iuxta purpureum umbilicum qui illic erat. Cui eadem uox caracteris ait. Vbi uis reddam tibi mala quę in hoc ſeculo perpetraſti? Ille reſpondit. Amator hominum domine & iudex iuſte, hic potius ea mihi, & non in ſeculo futuro retribue. Statim diuina uox iuſſit tradi Mauritium & Conſtantinã uxorem eius cum filijs & filiabus omniq; cognatione ipſius Focę militi. Euigilans ergo Mauritius miſit parochoenum, & uocauit ad ſe Philippicum generum ſuum, quem dudum ſuſpicatus fuerat Imperium ſibi uelle ſubripere. At ille pro ſuſpitione ſe perdendũ conijciens, aduocatę Gordię uxori ſuæ tanq̃ nõ ſe reuiſurę ultimum uale dixit. Sacramentoq; cõmunionis accepto, ad palatium uenit, & cubiculum Imperatoris ingrediens, ad pedes eius procidit. Cui Imperator aſſurgens ad pedes eius nihilominus corruit dicens. Ignoſce deprecor mihi, quia nunc profecto diuina reuelatione doctus, cognoui q nihil in me unde ſuſpicabar commiſeris. ſed ſi quem in agminibus noſtris cognoſcis qui Focas ſoleat uocitari, dicito mihi. Et Philippicus diu apud ſe recogitans ait. Vnum Focam cognoſco. qui nuper procurator ab exercitu nuncupatus contradicebat tuo Imperio. Cum uero Mauritius de qualitate eius inquireret, Philippicus ait. Eſt quidẽ iuuenis & temerarius, ac timidus. Et Mauritius. Si timidus inquit, profecto & homicida.

Dumq; ſuper huiuſmodi titubaret, in craſtinū Magiſtrianus ab Eremitis quibus Imperatoris preces portauerat rediens, reſponſum retulit dicens, Deus recepta pœnitentia tua ſaluabit animam tuam & cū ſanctis te cum tota domo tua conſtituet, ab Imperio uero cum ignominia & diſcrimine decides.

19 Quibus auditis Mauritius dominum glorificans pœnitentiam tenuit, ſed a cupiditatis auaritia uſque adeo non receſsit, ut exercitus in periculoſis locis hyemaret, & tranſito Danubio uictus ſibi de ſclauorum regione periclitabunde quæreret, ne uidelicet alimenta publica manducarent, quod cum Petro prætorij feralibus literis immineret, ille taxiarchus uocatis ait, Nimis mihi uidentur grauia Imperatoris pręcepta Romanos in aliena terra hyemare iubentia. Nam illi nō obedire ſæuum eſt, & rurſus obedire ſæuiſsimū. Nullum bonum parit auaritia, quia mater omnium malorū conſiſtit. Qua Imperator languens horum maximorum malorꝝ cauſa Romanis efficitur. Exercitus itaq; hoc per Taxiarchas audito, ad ſeditionem conuertitur, exaltatumq; ſuper clypeum Focam centurionem Exarchum acclamarunt. Fugatoq; pretore Theodoſio filio Imperatoris & Germano ſocero eius, dirigunt ut alter eorum ſibi imperare ſtuderet. Illi nullo modo conſenſerunt. Immo hoc Mauritio retulerunt. At ille Germanum perdere uoluit, qui quoniam in eccleſiam fugerat, filium tanquā proditorē ſui conſilij flagellauit. multoſq; hunc ab eadē eccleſia extrahendum tranſmittens, nunquā permittitur. immo multis conuitijs a populo laceratus, Marcioniſta hæreticus appellatur. Et cōmoto intra Conſtantinopolim graui tumultu, Mauritius diſsimulato habitu cum uxore & filijs noctu dromonem cōſcendit, & fugiens apud ſanctum Antonomē uenit. At uero Focas cum exercitu in ſeptimum ueniens, Imperator efficitur. A quo Mauritius cum filijs uxore at filiabus penes calcedoniam iuſſus quemadmodum ſibi denunciatum fuerat decollatur. Et quia oratio Gregorij qua illum petierat in terribili Dei iudico liberū a delictis omnibus inueniri, uacua eſſe non poterat, Idem Mauritius id recepit quod meruit, & in cunctis ſuis incōmodis dominum benedicens, a ſempiterno ſupplicio meruit liberari.

20 Igitur ſeptimo Kalendarum Maiarum inditione ſexta. Imago Focæ & Leonciæ auguſtorum cum eorundem fauoralibus literis Romam delata eſt. Et poſtq̄ a clero & ſenatu acclamatum eſt eis in baſilica Iulij, iuſſu Gregorij in oratorio ſancti Cęſarij Lateranenſi palatio conſtituto reponitur. Qui etiam Focæ Imperatori ita reſcripſit. Gloria in excelſis Deo, qui iuxta quod ſcriptum eſt, mutat tempora, & transfert regna, & qui hoc cunctis innotuit quod per prophetam ſuū loqui dignatus eſt dicens. Quia dominatur excelſus in regno hominum, & cui uoluerit ipſe dat illud. In omnipotentis quippe Dei incōprehenſibili

prehenſibili diſpenſatione alterna uitæ mortalis moderamina conſiſtunt,& aliquando cum multorum peccata ferienda ſunt,unus erigitur,per cuius duritiam tribulationis iugo ſubiectorũ colla deprimantur. Quod nos in noſtra diutius tribulatione probauimus. Aliquando uero cũ miſericors Deus mœrentia multorum corda ſua decernit conſolatione refouere, unum ad regiminis culmen prouehit,& per eius miſericordiæ uiſcera in cunctorũ mentibus exultationis ſuæ gratiam infundit. De qua exultationis abundãtia roborari nos citius credimus; qui benignitatem ueſtræ pietatis ad Imperiale faſtigium perueniſſe gaudemus. Lętentur cœli,& exultet terra, & de benignis ueſtris actibus uniuerſæ Reipublicæ populus nunc uſque uehementer afflictus hilareſcat. Comprimantur iugo ueſtrę dominationis ſuperbæ mentes hoſtium,releuentur ueſtra miſericordia contriti ac depreſsi animi ſubiectorum. Virtus cœleſtis gratiæ inimicis uos terribiles faciat, pietas ſubditis benignos. Quieſcat felicißimis temporibus ueſtris in uniuerſa Republica prolata ſub cauſarum imagine pręda pacis. Ceſſent teſtamentorum inſidiæ, donationum gratiæ uiolenter exactæ. Redeat cunctis in rebus proprijs ſecura poſſeſsio,ut ſine timore habere ſe gaudeant quæ nõ ſunt ab eis fraudibus acquiſita. Reformetur iam ſingulis ſub iugo pij Imperij libertas ſua. Hoc nanq; inter reges gentium & Reipublicæ Imperatores diſtat,quod reges gentium domini ſeruorũ ſunt. Imperatores uero reipublicæ domini liberorum.

21 Cumq; Focas mandari ſibi Romanæ ſedis diaconum cũ magna humilitatis reuerentia poſtularet, Gregorius ita reſcripſit. Conſiderare cum gaudijs & magnis actionibus gratiarum libet quãtas omnipotenti domino laudes debemus,quod remoto triſtitię iugo ad libertatis tempora ſub Imperiali benignitatis ueſtræ pietate peruenimus. Nam quod permanere in palatio iuxta antiquam cõſuetudinem apoſtolicę ſedis diaconum ueſtra ſerenitas non inuenit, non hoc meæ negligentiæ,ſed grauiſsimæ neceſsitatis fuit. Quia dum miniſtri omnes huius eccleſiæ tam contrita aſperaq; tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi ut ad Vrbem regiam in palatio permanſurus accederet. Sed poſtquã ueſtram clementiam omnipotentis Dei gratia diſponente ad culmen Imperij perueniſſe cognouere,ipſi quoque ſuadente lętitia ad ueſtra ueſtigia uenire feſtinant,qui illuc prius accedere ualde timuerant. Sed quia eorũ quidam ita ſenectute ſunt debiles, ut laborem ferre uix poſsint, quidam uero eccleſiaſticis curis uehementer implicantur, & lator præſentium qui primus omnium defenſor fuit, bene mihi ex longa aſsiduitate cõpertus eſt,uita,fide ac moribus approbatus, hunc aptum pietatis ueſtræ ueſtigijs eſſe iudicaui. Vnde eum autore Deo diaconum feci,& ſub celeritate tranſmittere ſtudui, qui cuncta quæ in his partibus aguntur,

inuento oportuno tempore ualeat clementię ueſtrę ſuggerere. Cui rogo ut ſerenitas ueſtra pias aures inclinare dignetur, ut tanto nobis celerius ualeat miſereri, quanto afflictionem noſtram uerius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim cotidianis gladijs, & quantis Longobardorum incurſionibus ecce iam per triginta & quinque annorũ longitudinem premimur, nullis explere ſuggeſtionis uocibus ualemus. Sed in omnipotente Deo confidimus, quia ea quæ cepit, conſolationis ſuæ nobis bona perficiet, & qui ſuſcitauit in Republica pios dominos, extinguet crudeles inimicos.

22 Item Leontiæ auguſtæ. Quæ lingua eloqui, qui animus cogitare ſufficiat, quãtas de ſerenitate ueſtri Imperij omnipotenti Deo gratias debemus. Quod tam dura longi temporis pondera ceruicibus noſtris amota ſunt, & Imperialis culminis leue iugum redijt, quod libeat portare ſubiectis. Reddatur ergo creatori omnium ab hymni dicis angelorum choris gloria in cœlo, perſoluatur ab hominibus gratiarum actio in terra, quia uniuerſa Reſpublica quæ multa meroris pertulit uulnera, iam nunc conſolationis ueſtræ inuenit fomenta. Vnde nobis neceſſe eſt omnipotentis Dei miſericordiam enixius exorare. ut cor ueſtræ pietatis ſua ſemper dextera teneat, eiuſq; cogitationes cœleſtis gratiæ ope diſpenſet. Quatenus tranquillitas ueſtra tanto rectius ualeat ſibi ſeruientes regere, quanto dominatori omnium nouerit uerius deſeruire. In amore catholicæ fidei faciat defenſores ſuos: quos fecit ex benigno opere Imperatores noſtros. Infundat in ueſtris mentibus zelum ſimul & manſuetudinem, ut pio ſemper feruore ualeatis, & quicquid in Deo exceditur, non multum relinquere, & ſi quid in uobis delinquitur, parcendo tolerare.

23 His Gregorius laudibus aut ideo nouos principes demulcebat, ut audientes quales eſſe debebant, fierent mitiores q̃ Mauritius fuerat, cuius tot criminibus inuoluta tempora cognoſcebant, aut quia eos ſibi ſuæq; eccleſiæ deuotiſsimos cernens, non eos ad tyrannidem ruituros eſſe putabat. Qui ſicut quorumlibet uitia liberis uocibus arguebat, & contra canones priſcas'ue conſuetudinis uenire nemini permittebat, ita quæ conſuetudinis fuerant nulli penitus denegabat. Nam mox ut epiſcopus apoſtolicæ ſedis enituit, patriarchalibus ſedibus ſuã ſynodicam deſtinauit, & poſtmodum Secũdo ſeruo Dei incluſo inter cætera ſcribens dicit. Hinc eſt ut quoties in quatuor præcipuis ſedibus

110 antiſtites ordinantur, ſynodales ſibi epiſtolas uiciſsim mittant. In quibus ſe ſanctam Calcedonenſem ſynodum cum 110 alijs generalibus ſynodis cuſtodire fateantur. Itẽ Anaſtaſio presbytero de Iſauria poſt multa. Fratri ueſtro Cyriaco Conſtantinopolitanæ ciuitatis antiſtiti, qui nuper in Ioãnis reuerentiſsimi epiſcopi loco ordinatus eſt, noſtra uoluimus ſcripta tranſmittere. Sed quia nõ eſt conſuetudo, ut priuſq̃

Ecce quanta authoritatis ſunt Generalia Concilia.

ad nos eius ſynodica deferatur, ei ſcribere debeamus, idcirco nunc diſtulimus.poſtea autem indicabimus. Quam uidelicet cõſuetudinem ſicut noſtri quoq; qui ante biennium ab Adriano liberaliſsimo papa in ſancta octaua ſynodo præfuere teſtantur, Ita orientales præcipue retinent uſque hactenus ſedes, ut in ſuis diptychis nullius pontificis nomen deſcribant,quouſque ſynodicam ipſius ſuſcipiant.Et tamdiu defunctum pontificem inter uiuentes annumerent,quãdiu ſucceſſor illius ſuas literas ſtuduerit deſtinare.

24 Hinc eſt nimirum quod Gregorius a conſuetudine priſca non diſcrepans,Ioanni ſubdiacono rectori patrimonij Liguriæ ſcribit dicens. Quanto apoſtolica 111 ſedes Deo autore cunctis prælata conſtat eccleſijs,tanto inter multiplices curas & illa nos ualde ſollicitat,ubi ad cõſecrandum Antiſtitem noſtrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopo, ſua nobis relatione clerus innotuit,in electione ſe filij noſtri Conſtantij diaconi ſui unanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio,ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus,idcirco huius præcepti autoritate ſuffultum Genuam te proficiſci neceſſe eſt, & quia multi illic Mediolanenſium coacti, Longobardorum barbarica feritate conſiſtunt, eorum te uoluntates oportet conuocatis eis in cõmune perſcrutari.Et ſi nulla eos diuerſitas ab electionis unitate diſterminat (ſiquidem in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium uoluntates atq; conſenſus perdurare cognoſcis) Tunc eum a proprijs epiſcopis ſicut antiquitatis 112 mos exigit,cum noſtræ autoritatis aſſenſu ſolatiante domino facias conſecrari. Quatenus huiuſmodi ſeruata conſuetudine,& apoſtolica ſedes proprium uigorem retineat,& a ſe ipſa conceſſa alijs ſua iura non minuat. Sed cum poſt annos aliquot Conſtantius functus inſigniter Pontificio dormiſſet in Domino,clerus & plebs Mediolanenſis Deuſdedit diaconem eligentes,ab Agilulfo rege terrerentur quatenus illum eligerent, quem Longobardorum barbaries uoluiſſet. At illi decretum ſuum Gregorio dirigentes, conſilium & licentiam petunt. Quibus ipſe inter cætera ſic reſcripſit.Illud quod uobis ab Agilulfo indicaſtis ſcriptum dilectionem ueſtram non moueat.Nam quod nos utilitati ueſtræ ſalubriter conſulere uelimus,in homine qui non a catholicis & maxime a Longobardis eligitur, nulla præbebimus ratione conſenſu. Quia Vicarius ſancti Ambroſij indigner euidẽter oſtenditur, ſi electus a talibus ordinatur. Et poſt pauca. Vt igitur in ordinãdo Deuſdedit diacone qui a uobis electus eſt,nulla poſsit mora contingere, Pantaleonem notarium noſtrum tranſmiſimus,qui eum ut moris eſt,adnitente conſeſſus noſtri autoritate faciat conſecrari.

111 *Vides Apoſtolicam ſedem authore Deo cũctis eſſe prelatam eccleſijs?*

112 *Nota antiquum morem conſecrandi Metropolitanum per ſuos ſuffraganeos de ſedis Apoſtolicæ conſenſu.*

25 Ad aduerſis poteſtatibus prægrauatos fortiſsimus miles Chriſti

Gregorius uiriliter defendebat. Iniuſteq; deiectos non ſolum inter depoſitos non habebat, uerum etiam priſtinis gradibus autoritatis ſuæ priuilegio reformabat. Nam Anaſtaſium Antiochenum Patriarchā qui Ioannem Conſtantinopolitanum preſulem uoce libera reprehendens, Imperatoris Iuſtiniani iuſſu detruſus in exilium, ab ipſis Ioānis papa temporibus uſque ad ſui pontificatus tēpora permanebat. Mox ut ſummū ſacerdotium meruit, inter patriarchas eū reputans, ſcriptis talibus animauit. Præterea inquit ſicuti patriarchis alijs paribus ueſtris ſynodicā uobis epiſtolam direxi, quia apud me ſemper hoc eſtis, quod ex omnipotentis Dei munere accepiſtis eſſe, non quod ex uoluntate hominum putamini non eſſe. Item eidem in alia epiſtola poſt nō multa ſcribens ait. Fraternitati tuæ indico, quia a ſereniſsimis dominis quantis ualui precibus poſtulaui, ut uos honori proprio reſtitutos ad ſancti Petri apoſtolorum principis limina uenire, & quouſq; ita Deo placuerit, hic mecum 113 uiuere concedant. Quatenus dum uos uidere meruero, peregrinationis noſtræ tedium de æterna patria inuicē loquendo reuelemus. Deniq; ſtudioſiſsimus pater Gregorius tamdiu penes Mauritium imperatorem ſuggeſtiōnibus ſuis imminuit, donec poſt multorum annorum curricula magnus Anaſtaſius throno proprio redderetur. Cui congratulabundus reſcripſit dicens, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, quia magnus ille fluuius qui quondam arentia Antiochiæ ſaxa reliquerat, ad proprium alueum reuerſus, ſubiectas & iuxta poſitas ualles rigat, ut unū trigeſimū, aliud ſexageſimū, aliud uero centeſimū fructum ferat.

113 *Vides Ro. Eccleſiam tutiſsimum eſſe Chriſtianæ cōmunionis refugium, oppreſſorum præſertim epiſcoporū?*

26 Hadrianum Thebanæ ciuitatis epiſcopum â Ioanne primæ Iuſtinianæ, atque altero Ioanne Lariſſeo epiſcopis iniuſte depoſitū non ſolum ſedi propriæ reddidit, uerum etiam ipſius eccleſiam Romano iure defendens, a Lariſſei epiſcopi poteſtate ſubduxit, inter cætera dicens, Hadrianum epiſcopum repperimus, & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo iure pecuniarijs in cauſis eum fraternitatis tuę condemnatum fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iuſtinianæ epiſcopo contra ius canoneſq; depoſitus, honoris ſui gradu carere non potuit, in ſuā eum reformari eccleſiam, atq; in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cū oportuiſſet te ex eo dominici corporis cōmunione priuari, quod admonitione ſanctę memoriæ deceſſoris mei contempta, per quam eū eccleſiamq; eiuſdem quē de tua iuriſdictione exemit, rurſus in eis aliquid tibi iuris & ditionis ſeruare præſumpſeris. Tamen nos humanius decernentes, cōmunioniſq; tibi ſacramentum interim conſeruantes, decernimus ut fraternitas tua ab eo eccleſiaq; eius omnem antehabitam ſuæ poteſtatem iuriſdictionis abſtineat. Sed ſecundū ſcripta deceſſoris noſtri, ſi qua cauſa uel fidei uel criminis uel pecuniaria aduerſus præfatum

ſatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit euenire, uel per eos qui noſtri ſunt uel fuerint in Vrbe regia reſponſales, ſi mediocris eſt quæſtio, cognoſcatur, uel huc ad apoſtolicam ſedem ſi eſt ardua, deducatur. Quatenus noſtrę audientiæ ſententia decidatur. Quod ſi cōtra hæc quæ ſtatuimus, quolibet tempore, qualibet occaſione uel ſurreptione uenire tentaueris, ſacra te cōmunione priuatum, nec eam te excepto ultimo uitæ tuę tempore, niſi conceſſa Romani pontificis decernimus iuſsione recipere. Hoc enim conſona ſanctis patribus diffinitione ſancimus, ut qui 114 ſacris neſcit obedire canonibus, nec ſacris adminiſtrare, uel cōmunionem capere ſit dignus altaribus.

114 *Ecce pœna ſtatuta ſacrorum Canonum contemptoribus.*

Item Ioanni epiſcopo primę Iuſtinianæ. Poſt longas tribulationes quas Hadrianus Thebanæ ciuitatis epiſcopus a conſacerdotibus ſuis uelut ab hoſtibus pertulit, in Romanam ciuitatem 115 confugit. Et licet aduerſus Ioannem Lariſſeum epiſcopum eius fuiſſet prima ſuggeſtio, non ab eo in cauſis pecuniarijs lege eſſe iudicatum. Tamē poſt hoc magis contra perſonam fraternitatis tuæ a qua non iuſte ſe ſacerdotij gradu flagitabat eſſe deiectum grauiſsime quærebatur. Et infra. Quod uero inquit ad præſens attinet, caſſatis prius atque ad nihilum redactis prędictæ ſententiæ tuę decretis, & beati apoſtolorum principis Petri autoritate decernimus triginta 116 dierum ſpatio ſacra te cōmunione priuatum, ab omnipotenti Deo noſtro tanti exceſſus ueniam cum ſumma pęnitentia & lachrymis exorare. Quod ſi hanc ſententiam noſtram te cognouerimus impleſſe remiſsius, non iam tantū iniuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas adiuuante domino ſeuerius puniendam. Præfatum uero Hadrianum fratrem & coepiſcopum noſtrum, ex tua ſententia ut diximus, nequaq; canonibus atque legibus ſubſiſtente damnatum, in ſuum locum atque ordine reuerti Chriſto comitante diſponimus. Vt nec illi fraternitatis tuę noceat cōtra iuſtitiæ tramitem prolata ſententia, nec charitas tua pro placanda futuri indignatione iudicij incorrecta remaneat.

115 *Sed quo cōfugeret niſi ad tutiſsimū Chriſtianæ communionis portum?*

116 *Aduerte an requirat Gregorius in hoc epiſcopo operis ſatisfactionem. Et an apoſtolica ſedes in omnes epiſcopos iuriſdictionem habeat.*

27 Hinc eſt quod exceptis criminibus neminē de ſacerdotio Gregorius deponebat, immo pro qualitatibus delictorū uenialiter cōmunione priuabat. Vnde Ioanni epiſcopo Caliopolitano poſt aliqua ſcribens ait, Matriculam quam frater & coepiſcopus noſter Andreas Tarentinus epiſcopus fecit fuſtibus caſtigari, q̄uis exinde poſt octo menſes hanc obijſſe non credamus, tamen quia eam contra propoſiti ſui ordinem huiuſmodi fecit affligi, duobus hunc menſibus à Miſſarum ſollennitate ſuſpende: ut uel hæc eum uerecundia qualem ſe de cętero exhibere poſsit inſtituat.

28 Si quando ſuper ſacerdotum criminibus erat aliquid uentilandum, cum ſumma diſtrictione grandiq; cautela Gregorius uniuſcuiuſque capituli modulos quærens, ſententiam ſuam magis difficulter,

ꝗ faciliter promulgabat. Vnde Natali Salonitano epiſcopo ſcribens ait. Dum cuncta negotia indagãde ſollicitudine ueritatis indigeantur, tum quæ ad deiectionem ſacerdotium pertinent graduum ſunt diſtrictius trutinanda, in quibus non tam de humilibus conſtitutis, ꝗ de diuinę quodãmodo benedictionis refragratione tentatur. Nunciatum ſiquidem nobis eſt Florentium Epytauranæ ciuitatis epiſcopum a quibuſdam fuiſſe in cauſis criminalibus accuſatũ, & nullis canonicis probationibus exquiſitis, nec ſacerdotalis concilij pręueniente iudicio, eũ honoris officio non autoritate, ſed iure depoſitum. Quia ergo non poteſt quenꝗ ab epiſcopatus gradu niſi iuſtis ex cauſis concors ſacerdotum ſummouere ſententia, hortamur fraternitatem ueſtram, ut præfatum uirum ex eodem in quod detruſus eſt, eṇci faciatis exilio. cauſamq; eius epiſcopali diſceptatione perquiri. Et ſi in his in quibus accuſatus eſt, canonica fuerit probatione conuictus, canonica proculdubio eſt ultione plectendus. Quod ſi alias ꝗ de eo æſtimatum eſt ſynodali fuerit inquiſitione cõpertum, neceſſe eſt ut & criminatores iuſti diſtrictionem iuris exhorreant, & incriminatis innocentiæ ſuę ſeruentur illibata ſuffragia. Exequutionem uero antefati negotij Antonino ſubdiacono noſtro ex noſtra præceptione mãdauimus, quatenus eius inſtantia, & quæ ſunt legibus canonicis placita decernantur, & decreta iuuante domino mancipentur effectui. Item Conſtantino Mediolanenſi. Relectis epiſtolis quas ad nos per Maurinũ latorem pręſentium tranſmiſiſtis, gratam nobis ſollicitudinẽ ueſtram fuiſſe reſcripſimus, quod eam quæ ad nos de fratre & cõepiſcopo noſtro Pompeio, qui a nobis ita eſt nominandus peruenit cauſam diſsimulare minime pertuliſtis. Sed qualis fuit in requiſitione cura, ſi talis fuiſſet in diſcuſsione ſubtilitas, nihil ex hoc quod de eo dictum eſt fuiſſet ambiguum, ſed utrum uerum, an eſſet compoſitum patuiſſet. Quia iam cõtra ipſum dudum in Sicilia apud reuerendę memoriæ fratrem noſtrũ Maximianum epiſcopum talis quęſtio ut cognouimus, mota eſt. Sed quia cauſa ipſius ſubtili omnino inueſtigatione quæſita eſt, inuentus eſt innocens, qui fuerat accuſatus in crimine. Nunc igitur quoniam illa quę cõtra eum dicta ſunt, non ſub illa qua decuit diſtrictione quæſita ſunt, & geſta quę exinde apud fraternitatem ueſtram confecta ſunt, neque ad condemnationem, neque ad abſolutionem eius probantur poſſe ſufficere, non leuis res agitur, ut incaute, uel in tranſcurſu debeat diffiniri. Nam graue eſt ſatis & indecens, ut in re dubia certa dicatur ſententia. Et hęc quidem geſta eſſe poterant ad diffiniendum idonea, ſi accuſati ea confeſsio ſequeretur. Si tamen eandem confeſsionem ſubtilitas examinis ex occultis eliceret, & non afflictio uehemens extorqueret, quæ frequenter hoc agit, ut noxios ſe fateri etiam cogantur innoxij. Nam poſtquã præfatus epiſcopus ut dicitur, cuſtodia cruciari cremariq; ſe

ſame aſſerit,ſcire debetis,ſi ita eſt,utrum noceat ſi ſic fuerit extorta cõ feſsio. Nunquid quando ſententiam tales cauſę ſuſcipiunt,& ad ſedem apoſtolicam appellatur, non & perſona quæ iudicatur præſens eſt, ut diſtrictiſsime atque ab omni latere ueritas requiratur. Vti tunc ſi debeat nec ne manere ſententia decernatur. Nec non & ſi prędictus epiſcopus ad ſedem apoſtolicam appellare uoluerit.cauſa ipſius interius, & cum omni eſt diligentia perſcrutanda. Et ideo poſtquã & perſona abſens eſt,& geſta quæ ad nos tranſmiſiſtis,nobis ſicut præfati ſumus, idoneę ſatisfacere nõ uidentur,temere aliquid de epiſcopi perſona decernere,nec debemus,nec poſſumus. Ne quod abſit, reprehenſibiles inueniamur in noſtris, quibus aliorum 117 iure competit retractare ſententias.

117 Vides quomodo ad Ro Pontificem pertinet aliorum retractare ſententias?

Item Ioanni defenſori poſt aliqua. Quia inquit Stephanus epiſcopus in odio ſuo quædam ficta & de falſis ſe capitulis accuſatum, neq; aliquid ordinabiliter factum. & iniuſte ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt, primo ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum, ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarum qualitas, ſi digna exilio uel depoſitione fuit. ſi eo pręſente ſub iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt. Si ſcriptis actum eſt, ſi ipſe licentiam reſpondendi & defendendi ſe habuit, ſed & de perſonis accuſantium ac teſtificantium ſubtiliter quęrendum eſt. Cuius conditionis,cuiuſq; opinionis,aut ne inopes ſint,ne forte aliquas contra pręfatum epiſcopum inimicitias habuiſſent. Vtrum teſtimonium ex auditu dixerũt, aut certe ſe ſcire teſtati ſunt. Si ſcriptis iudicatum eſt,& partibus præſentibus ſententia recitata eſt. Quod ſi forte hæc ſolenniter acta non ſunt,neque cauſa probata eſt quæ exilio uel depoſitione digna ſit, in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur.

29 Autoritatem quorumlibet ſummorum Pontificum Gregorius autoritatis ſuę magnitudine nullo modo minuebat. Quin potius multipliciter roborabat. Et quamuis inter culpabiles autoritatem ſui prioratus cognoſceret,tamen inter inſontes epiſcopos ſe prębebat prorſus æqualem. Quapropter Ioanni Syracuſano epiſcopo inter cætera ſcribens ait. Quod primas Bizacenus a ſuis epiſcopis impetitus ſe ſedi apoſtolicæ dicit ſubijci,ſi qua culpa in epiſcopis inuenitur,neſcio quis ei epiſcopus ſubiectus non ſit. Cum uero culpa non exigit,omnes epiſcopi ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus & cætera. Item in libro regulæ paſtoralis. liquet inquit quod omnes homines natura ęquales genuit,ſed uariante meritorum ordine alios alijs culpa poſtponit. Ipſa autem diuerſitas quæ acceſsit ex uitio, diuino iudicio diſpenſatur. Vt quia omnis homo æque ſtare non ualet,alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui præſunt,non in ſe poteſtatem debent ordinis, ſed æqualitatem penſare conditionis. Nec præeſſe hominibus gaudeant,

ſed prodeſſe. Antiqui etenim patres noſtri non Reges hominum, ſed paſtores pecorum fuiſſe memorantur. Et cum Noe dominus filijsq; eius diceret, Creſcite & multiplicamini & replete terram, protinus adiunxit. Et terror uester ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ. Quorum terror ac tremor quia eſſe ſuper animalia terræ præcipitur, profecto eſſe ſuper homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem hominibus cæteris natura prælatus eſt. Et idcirco ei dicitur, ut ab animalibus & non ab homine timeatur. Quia contra naturam ſuperbire eſt, ab æquali uelle timeri. Et tamen neceſſe eſt ut rectores a ſubditis timeantur, quando ab eis Deum minime timeri deprehendunt, ut humana ſaltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Nequaquã tamen præpoſiti ex hoc quæſito timore ſuperbiunt, in quo non ſuam gloriam, ſed ſubiectorꝝ iuſtitiam quærunt. In eo enim quod metum ſibi a peruerſe uiuentibus exigũt, quaſi non hominibus, ſed animalibus dominantur. Quia uidelicet ex qua parte beſtiales ſunt ſubditi, ex ea debent etiam formidini iacere ſubſtrati. Sed plerunque rector eo ipſo quo cęteris pręminet, elatione cogitationis intumeſcit. Et dum ad uſum cũcta ſubiacent, dum ad uotum uelociter iuſſa complentur, dum omnes ſubditi ſi qua bene geſta ſunt laudibus efferunt, male geſtis autẽ nulla autoritate contradicunt, dum plerunque laudant etiam quæ reprobare debuerant, ſeductus ab his quæ infra ſuppetunt, ſuper ſe animus tollitur. Et dum foras imẽſo fauore circundatur, intus ueritate uacuatur. Atque oblitus ſui, in uoces ſe ſpargit alienas. Talemq; ſe credit, qualem foris audit, nõ qualem intus decernere debuit. Subiectos deſpicit, eosq; æquales ſibi naturæ ordine non agnoſcit. Et quos ſorte poteſtatis exceſſerit, tranſcendiſſe etiam uitæ meritis credit. Cunctis ſe æſtimat amplius ſapere, quibus ſe uidet amplius poſſe. In quodam quippe ſe conſtituit culmine apud ſemetipſum, & qui æqua cæteris naturæ conditione conſtringitur, ex æquo cæteros reſpicere dedignatur. Sicq; uſque ad eius ſimilitudinem ducitur, de quo ſcriptum eſt. Omne ſublime uidet, & ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Qui ſingulare culmen appetens, & ſocialem angelorum uitam deſpiciens ait. Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis altiſsimo. Miro ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit, dum foris ſe in culmine poteſtatis extollit. Apoſtatę quippe angelo ſimilis efficitur, dum homo hominibus eſſe ſimilis dedignatur. Sic Saul poſt humilitatis meritum in tumorem ſuperbiæ, culmine poteſtatis excreuit. Per humilitatem quippe prælatus eſt, & ꝑ ſuperbiam reprobatus, Domino atteſtante qui ait, Nõne cũ eſſes paruulus in oculis tuis, caput te conſtitui in tribubus Iſrael? Paruulũ ſe prius in ſuis oculis uiderat, ſed fultus temporali potentia, iam ſe paruulum non uidebat. Cæterorum nanq; comparationi ſe præferens, quia plus

cunctis poterat, magnum ſe pręomnibus ęſtimabat. Miro autem modo cum apud ſe paruulus, apud Deum magnus, cũ uero apud ſe magnus apparuit, apud Deum paruulus fuit. Plerunque ergo dum ex ſubiectorum affluentia animus inflatur, in luxum ſuperbię ipſo faſtigio lenocinante corrumpitur. Quam uidelicet potentiam bene regit, qui & tenere illam nouerit, & impugnare. Bene hanc regit, qui ſcit per illam ſuper culpas erigi, ſcit cũ illa cæteris æqualitate componi. Humana etenim mens plerunque extollitur etiam cum nulla poteſtate fulcitur. Quanto magis in altum ſe erigit, cum ſe ei etiam poteſtas adiungit? Quam tamen poteſtatem recte diſpenſat, qui ſollicite nouerit, & ſumere ex illa quod adiuuat, & expugnare quod tentat. Et æqualem ſe cum illa cæteris cernere, & tamen ſe peccantibus zelo ultionis anteferre. Sed hanc diſcretionem plenius agnoſcimus, ſi paſtoris primi exẽpla cernamus. Petrus nanq; autore Deo ſanctæ Dei eccleſię principatum tenens, a bene agente Cornelio, & ſeſe ei humiliter proſternente, immoderatius uenerari recuſauit, ſeq; illi ſimilem recognouit, dicens. Surge ne feceris, & ego ipſe homo ſum. Sed cum Ananiæ & Saphiræ culpã repperit, mox quanta potentia ſuper cæteros excreuiſſet oſtendit. Verbo nanq; eorum uitam perculit, quam ſpiritu perſcrutante deprehendit. Et ſummum ſe intra eccleſiam contra peccata recoluit, qui honore ſibi uehementer impenſo, coram bene agentibus fratribus nõ agnouit. Illic quippe cõmunionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, hic zelum ultionis uis apperuit poteſtatis. Et paulo poſt. Sed cum delinquentes ſubditos præpoſiti corrigunt, reſtat neceſſe eſt, ut ſollicite attendant quatenus per diſciplinæ debitum, culpas quidem iure poteſtatis feriant, ſed per humilitatis cuſtodiam æquales ſe ipſis fratribus qui corriguntur agnoſcant. Quanuis plerunq; etiam dignum eſt, ut eoſdem quos corrigimus, tacita nobis cogitatione præferamus. Illorũ nanq; per nos uitia diſciplinæ uigore feriuntur, in his uero quę ipſi cõmittimus, ne uerbi quidem ab aliquo inuectione laceramus. Tanto ergo apud dominum obligatiores ſumus, quãto apud homines inulte peccamus. Et reliqua.

30 Hac Gregorius æqualitate ſeruata. Romano defenſori Siciliæ ſcribit dicens. Peruenit ad nos quod ſi quis contra quoſlibet clericos cauſam habeat, deſpectis eorum epiſcopis, eoſdẽ clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia ualde conſtat incongruum, hac tibi autoritate præcipimus, ut hoc denuo facere non prę ſumas. Sed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat, aut certe ab ipſo iudices deputentur. Aut ſi ob hoc fortaſſe ad arbitres eundum eſt, partes ad eligendos iudices ab ipſo executio deputata cõpellat. Si quis uero uel clericus uel laicus contra epiſcopũ cauſam habuerit. tunc te interponere debes, ut inter

eos aut ipſe cognoſcas, aut certe te admonēte ſibi iudices eligant. Nam ſi ſua unicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud geritur, niſi ut per nos per quos eccleſiaſticus cuſtodiri ordo debuerat, confundatur?

31 Sicut conuictum de crimine ſine uindicta canonica Gregorius neminem relinquebat, ſic nimirum falſarium delatorem regulari tramite puniebat. Vnde Anthemio ſubdiacono ſcribēs ait. Cum fortius punienda ſint crimina quæ inſontibus, & maxime ſanctis ordinibus ingeruntur, ꝙ ſitis culpabiles omnes qui in cauſa Ioannis diaconi reſediſtis, attendite ut Hilarium criminatorem eius, nulla ex diffinitione ueſtra pœna ueniens caſtigaret. Nec illud ad excuſationem ueſtram eſſe credatis idoneum, quod uobis quaſi iudicare uolentibus, ſolus frater & coepiſcopus noſter Paſcaſius dicitur diſtuliſſe. Nam ſi zelus in uobis rectitudinis uiguiſſet, facilius uni a multis rationabiliter ſuaderi, ꝙ multi ab uno poterant ſine cauſa differri. Quia ergo tantę nequitiæ malum non debet ſine ultione tranſire, ſupraſcriptum fratrem noſtrum Paſcaſium uolumus admoneri, ut eundem Hilarium prius ſub diaconij quo indignus funditur, priuet officio, atque uerberibus publice caſtigatum faciat in exilium deportari. Vt unius pœna, multorum poſſit eſſe correctio. Cuius ſi forte lenitatem diaconij ſui adhuc opinio lacerata non cōmonet, & in hoc quod non credimus, torpens extiterit, experientia tua, hęc quæ diximus faciat, & de illius nobis neglectu renunciet. Idcirco Gregorius non probantem quod obiecerat, ſubdiaconum officio iubet priuari, quia iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret. Ac per hoc quia ſubdiaconus crimē diacono probare non potuit, quoniam impoſitionem manus qua carere potuiſſet, non habuit, non ſacerdotio, ſed officio caruit, & tanquā re uera infamis meruit uerberibus caſtigari. Nam cui cum tribus teſtibus ueluti laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum quod obiecit, dum probare non ſufficit, ſi corporali infamiæ quemadmodū laicus ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famę plenitudine caruiſſe.

32 Crimina ſemel audita Gregorius indiſcuſſa nullo modo pręteribat, etiam ſi accuſſatus cum accuſatore ſuo rediſſet in gratiam. Quapropter uniuerſis epiſcopis Corinthi ſcribens ait. Deſiderij noſtri eſt ad concordiam redire diſcordes, & unitos eſſe in gratia eos, quos diuiſos ab alterutra dilectione uoluntatis facit eſſe diuerſitas. Scripta igitur fraternitatis ueſtræ relegentes, agnouimus quod hi qui contra Adrianum fratrem & coepiſcopum noſtrum aliqua dixerant, modo cū eodem epiſcopo in amicitiam conueniſſent, & magna nobis ad præſens facta eſt de eorum unitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta ſunt, in-

diſcuſſa remanere non patimur, ſedis noſtræ diaconum ad ea inueſtiganda dirigimus, quia nunciati nos facinoris qualitas uehementer impellit, ut ea quæ audiuimus, diſsimulare nullatenus debeamus. Præſertim cum accuſatores & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis. Hoc nobis neceſſe eſt ſubtilius perſcrutari, ne fortaſſe eorum ſit cōparata concordia. Quæ ſi quod abſit, non ex charitate, ſed ex premio facta cōſtiterit, maiori hoc emendatione plectendum eſt. Nam nos qui canonice reuelante Deo mala ſiquidem uera ſunt, reſecare præcedentia feſtinamus, cōmiſſam poſtmodum culpam ſine uindicta nulla ratione dimittimus. Item Ioanni epiſcopo Corinthiorum poſt aliqua. Paulum inquit diaconem latorem præſentium quāuis culpa ſua uehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promiſsione ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit. Et cupiditatis ſtudio ſilere contra animam ſuam potiusq; prodere uera conſenſit, tamen quia pios plus nos eſſe conuenit q̃ diſtrictos, hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine locoq; ſuo recipiendum cenſemus. Nam ei a tempore prolatę ſententiæ afflictionem quam pertulit, credimus ad uindictam huius culpæ poſſe ſufficere. Euſemium uero atq; Thomam, qui pro deferenda accuſatione ſacros ordines acceperunt, eiſdem ordinibus priuatos eſſe, atque ita ſicuti ſunt depoſiti, uolumus permanere. Nec unquā eos ſub qualibet excuſationis ſpecie in ſacros ordines reuocari decernimus. Nam nimis indignum, & contra eccleſiaſticæ regulam diſciplinæ eſt, ut honore quem non ex meritis, ſed pro ſceleris premio percepere, fungantur. Quia tamen plus miſericordiæ q̃ diſtricte nos conuenit operam dare iuſtitiæ, eoſdē Euſemium atq; Thomam in ordinem locumq; tantummodo unde ad ſacros ordines promoti fuerant, uolumus reuocari. Et cunctis diebus uitæ ſuę eorundem locorum continentiam ſicut conſueuerant ante, percipiant. Clementium uero lectorem ſimiliter benignitatis intuitu in ordinem locumq; ſuū reuocandum eſſe conſtituo. Quibus etiam omnibus ideſt Paulo diacono, Euſemio, Thomæ atq; Clementio cōmoda ſua ſecundum locum & ordinem in quo quiſq; eorum eſt ſicut ſolitus erat accipere, a pręſenti indictione fraternitas ueſtra ſine aliqua ſtudeat imminutione prebere.

33 Conſueta clericorum ſtipendia nullis quarumlibet ęgritudinum occaſionibus miſericordiſsimus pater Gregorius retrahebat. Vnde Candido epiſcopo Vrbis ueteris ſcribens ait. Cum percuſsio corporalis utrum pro purgatione an pro uindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, non debet a nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ quod abſit, offenſa reſpiciat. Et quia pręſentium lator calumnioſus pro hac percuſsione quā ſuſtinet, conſueta ſibi cōmoda ab eccleſia ueſtra aſſerit denegari, idcirco fraternitatē tuam præſentibus hortamur

epiſtolis, quatenus nihil eum ad percipienda quæ conſueta ſunt, hæc ægritudo debeat impedire. Quia diuerſis in eccleſia militantibus, uaria ſicut noſti, ſæpe contigit infirmitas. Et ſi hoc fuerint exemplo deterriti nullus de cętero qui eccleſiæ militet poterit inueniri. Sed ſecundum loci eius ordinem quæq; ei ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa exiguitate quæ eccleſiæ poteſt accidere, Fraternitas tua diuini cõtemplatione iudicij ægrotanti prebere non deſinat.

54 Epiſcoporum uenerabilium factas proprijs clericis ſponſiones Gregorius apoſtolicæ ſedis autoritatibus roborabat. Vnde Ioanni Panormitano epiſcopo ſcribit dicens. Implenda ſemper ſunt poſtulantium deſideria, quotiens illa poſcuntur, quæ a ratione non deuiant. Et ideo quia quædam capitula quæ ſeruaturum te clericis tuis petentibus promiſiſti, noſtra ab eis poſtulamus autoritate firmare. Fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut ea quæ pręſentia ſcripta continent, ſine aliqua debeat refragatione ſeruare. Primum ut de reditibus eccleſię quartam in integro portionem eccleſiæ tuę clericis, ſecundum meritum uel officium ſiue laborem ſuum ut ipſe unicuiq; dare proſpexeris, ſine aliqua prebere debens tarditate. De hoc uero quod ex fideliũ oblatione acceſſerit, itidem quartam partem in ſolidis uel cellario eis iuxta priſtinam conſuetudinem dare non differas. Reliqua autem mobilia omnia in tua retineas poteſtate, immobilia cuncta eccleſiaſticis reditibus aggregentur. Vt multiplicata quantitate clericorum tuorũ, quarta Deo largiente proficiant. Tabularium autem una cũ cõſenſu ſeniorum & cleri memineris ordinandũ, qui annis ſingulis ad amputandam fraudis ſuſpitionem ſolenniter ſuas debeat rationes exponere. Vindemiarum uero tempore idẽ clerus emendi uinum de poſſeſſionibus eccleſiæ tuę ad iuſta pretia, in quantũ uendendum eſt, remedium conſequantur. Nam ſatis contra rationem eſt, ut quod poteſt extraneis uenundari, clericis dato pretio denegetur. Poſſeſsiones igitur, uel ſi qua ſunt alia eccleſiaſtico iuri competentia, & ab extraneis indebite detinentur, cum omni ſtudio ſeruata ciuilitate in ius eccleſiæ tuæ reparare feſtina, ut negligens in aliquo uideri non ualeas. Si quid uero de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſsit offendere, facile non credas, nec ad uindictam te res accendat incognita. Sed pręſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus, diligẽter ſi eſt ueritas perſcrutandum. Et tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Hæc itaque omnia ſic ſollicite ac manſuete ſtudij tui ſit cuſtodire, quatenus nec tu promiſsionis tuæ uidearis immemor extitiſſe, nec illi iuſtam cõtra te occaſionem inuenire ualeant murmurandi. Item Maximiano epiſcopo Syracuſano poſt pauca. Cognouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire, ſed epiſcopos locorum tantummodo

diſtribuere

diſtribuere quartam antiquorũ redituum, nunc uero quæſita ſuis uſibus retinere. Quamobrem prauam ſub introductam conſuetudinem fraternitas tua uiuaciter emendare feſtinet. Vt ſiue de præteritis reditibus, ſiue de his quæ nouiter obuenere, uel obuenientibus, quartæ ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum nãq; eſt unam eandemq; eccleſiæ ſubſtantiam, duplici quodammodo iure cenſeri, ideſt uſurpationis & canonum,

35 Ab alijs epiſcopis cõmunione priuatos Gregorius communioni priſtinæ reformabat. Quapropter Magno presbytero Mediolanenſis eccleſiæ ſcribens ait. Sicut exigente culpa digne quis a ſacramento cõmunionis abigitur, ita inſontibus nullo modo talis irrogari debet uindicta. Comperimus ſiquidem quod Laurentius frater & coepiſcopus noſter, nullis te culpis extãtibus cõmunione priuauerit. Ideoq; huius pręcepti noſtri autoritate munitus, officium tuum ſecurus perage, & cõmunionem ſine aliqua ſume formidine.

36 Purgantes ſe a crimine cuiuſlibet hæreſis Gregorius non ſolum recipiebat, immo etiam catholicos declarabat. Vnde Ioanni Conſtantinopolitano epiſcopo ſcribit dicens. Sicut hæreticorum prauitas zelo rectę fidei comprimenda, ita uerę confeſsionis eſt integritas complectenda. Nam ſi credi fideliter confitenti deſpicitur, cunctorum in dubium fides adducitur, atque errores ex incauta diſtrictione mortiferi generantur. Et hinc non ſolum errantes oues ad caulas minime dominicas reuocantur ſed etiam in us poſitæ ferinis dentibus laniandæ crudeliter exponuntur. Hoc ergo ſubtiliter frater reuerẽdiſsime perpendamus, ut ſub prętextu hæreſis affligi quempiam ueraciter profitentẽ fidem catholicam non ſinamus. Valde enim mirati ſumus cur hi qui in cauſa fidei iudices contra Ioannem calcedonenſis eccleſiæ presbyterum a uobis fuerant deputati, negligentes ueritatem opinioni credi derunt, & credere diſtricte profitenti noluerunt. Maxime cum accuſatores ipſius Marcioniſtarũ quam memorabant hæreſim, unde eum reum moliebantur efficere, interrogati quæ eſſet, neſcire ſe manifeſta profeſsione reſponderint. Ex qua re euidenter agnoſcitur, quia perſonam ipſius ſine Dei reſpectu non iuſte, ſed contra animas ſuas ſola grauare uoluntate tantũmodo uoluerunt. Nos itaque facto concilio, ſicut geſtorum apud nos habitorũ tenor oſtendit, cuncta quæ erant neceſſaria ſubtiliter perſcrutantes atque tractantes. quoniam in nullo antedictum presbyterum reum inuenire potuimus, pręcipue quia libellus quem delegatis a uobis iudicibus obtulit, rectæ fidei per omnia ſynceritati concordat. Ea propter eorundem iudicum reprobantes ſententiam, noſtra eum diffinitione catholicum, & ab omni hæreticorũ crimine liberum eſſe Chriſti dei redemptoris noſtri gratia reuelante denunciauimus. Item Mauritio Imperatori poſt pauca, Relictis in con-

cilio quæ contra Ioannem eccleſiæ Calcedonenſis presbyterum acta ſunt, ſimul & Serie iudicati, maiorem illum iniuſtitiam ſuſtinuiſſe cognouimus. Quippe quem clamantem ſe atque monſtrantem eſſe catholicum, non reatus culpa, ſed diu accuſatio incerta protriuit in tantũ quia accuſatores ipſius Marcioniſtarum quam memorabant hęreſim neſcire ſe aperta reſponſione profeſsi ſunt. Et qui ilico in ipſo iudicij fuerant limine repellendi, in accuſatione eius incerti permanere permiſsi ſunt. Sed ne ficta eum ſaltem lacerare potuiſſet opinio, libellum fidei obtulit, in quo ſe patenter oſtendere fidei rectę profeſſorem ſtuduit & ſequacem. Sed hunc à ſanctiſsimo Ioanne coepiſcopo meo iudices deputati, iniuſte ac irrationabiliter negligẽtes, dum in eius ſe niſi ſunt occupare grauamine, ſe potius reprehenſibiles oſtẽderunt. Nam nullus ambigit infidelitatem eſſe, fidem fidelibus non habere. Item Narſi comiti de eodem poſt alia. De Ioanne uero presbytero cognoſcite, quia cauſa illius per ſynodum deciſa eſt, in qua aperte cognoui, quia eius aduerſarij eum facere hæreticum uoluerunt, & diu conati ſunt, ſed minime potuerunt. Item Athanaſio presbytero de Iſauria. Sicut de eis quos ab unitate eccleſiæ hęreticæ prauitatis error abſcidit affligimur, & dolemus, ita de his quos intra ſinum ſuum catholicæ fidei profeſsio continet congaudemus. Et ut paſtorali ſollicitudine illorum nos oportet impietatibus obuiare, ſic pijs horum profeſsionibus congruit fauorem impendere, & ſyncera eſſe quæ ſapiunt declarare. Atq; ideo dum tibi ab Athanaſio presbytero monaſterij ſanctę Milię cui eſt uocabulum Tãnaco, quod in Lycaonia eſt prouincia conſtitutum, cõtraria integrę fidei orta ſuſpicio eſt, ut profeſsionis tuę potuiſſet integritas apparere, ad apoſtolicam ſedem cui prę ſidemus, elegiſti recurrere. Aſſerens etiam te corporaliter uerberatum, aliqua iniuſte ac uiolenter feciſſe. Et quanq; ea quæ ui impulſionis fiunt, canonũ minime cenſura recipiat, & iure habeantur infirma, quia ipſe ea diſſoluit, qui iniuſtum fateri compellit. Sed magis illa eſt ſuſcipienda & amplectenda confeſsio, quæ ex ſpontanea monſtratur uoluntate procedere, ſicut apud nos feciſſe dinoſceris. Ne quid tamen nobis ambiguũ potuiſſet exiſtere, Sanctiſsimo Ioãni quondam fratri noſtro Conſtantinopolitanæ ciuitatis Antiſtiti, de te pręuidimus ſcribendum, ut ſuis nos quid actum eſſet apoſtolis informaret. Qui ſæpe a nobis admonitus reſcribens innotuit, quendam codicem apud te fuiſſe inuentũ, quo plura continebantur hæretica, & ob hoc aduerſus dilectionem tuam fuiſſe cõmotum. Quem quia ad nos ſtuduit pro ſatisfactione transmittere, priores eius partes ſollicita lectione pcurrimus. Et quoniam manifeſta in eo hęreticæ infectionis uenena repperimus, ne denuo debuiſſet legi uetuimus. Sed quia hunc te ſimpliciter legiſſe teſtatus es, ad ampu:ãdam ambigue ſuſpitionis materiam, libellum nobis manu tua

porrexiſti perſcriptum, in quo fidem tuam exponens, omnes generaliter hæreſes, uel quicquid aduerſus catholicæ profeſsionis integritatē eſt apertiſsime condemnaſti, & cuncta quæ ſanctæ 118 quatuor uniuerſales ſynodi recipiunt, te ſemper recepiſſe, ac recipere, & quæ condemnauerunt, condemnaſſe, condemnareq; profeſſus es. Eam quoq; ſynodum quæ Imperatoris Iuſtiniani temporibus de tribus capitulis facta eſt, te & ſuſcipere, & cuſtodire promiſiſti. Et prohibitus a nobis codicem ipſum legere, in quo peſtiferę fraudis uirus innexum eſt, libentiſsime conſenſiſti. Reprobans etiam atque condēnans omnia quæ in eo contra catholicæ fidei integritatē dicta uel latenter inſerta ſunt, nec eum te legere denuo promiſiſti. Hac ratione permoti, poſtquam etiam exprobrata a te libelli pagina, & fides tua nobis catholica Deo cuſtodiente perclaruit, ab omni te hęreticę peruerſitatis macula iuxta profeſsionem tuam liberum eſſe decernimus, & catholicum atq; ſyncere in omnibus fidei profeſſorem ac ſequacem Ieſu Chriſti ſaluatoris gratia claruiſſe pronunciamus. Liberam quoq; tribuēdo licentiam ad tuū monaſterium in tuo te loco uel ordine nihilominus remeare.

118 *Ecce quantum tribuere authoritatis debemus ſacris Generalibus Concilijs, quæ tamen Moderni hæretici nil curant.*

37 Schiſmaticos ad recipiendam ſatisfactionem uenire Gregorius inuitabat. Quibus etiam ſi nunquā ad unitatem eccleſiæ redire uoluiſſent, nullam ſe facturum uiolentiam promittebat. Vnde Petro & Prouidentio epiſcopis de Hiſtria ſcribens ait, Deus qui lætatur in unitate fidelium, & reuelat quærentibus ueritatem, cordi ueſtro dilectiſsimi fratres aperiat quanto uos deſiderio in gremio cupiam ſanctę uniuerſalis eccleſiæ contineri, & in eius manere unitate concordes. Quod fore nō dubito, ſi abiecto contentionis ſtimulo, ſatisfieri uobis ueraciter de his quibus eſt dubietas intendatis. Remeantis autem Caſtorij notarij mei doctus relatione ſum, fraternitatem ueſtram ad me habere deſiderium ueniendi, ſi promiſſum fuerit quia nullam moleſtiam ſuſtinebit. Hoc ego cognoſcens & opto, & ſuccenſus ardore charitatis inuito, ut ad me ueniendi debeatis laborem aſſumere, quatenus pariter cōferentes, quæ uera & redemptori noſtro ſunt placita, & cōmuniter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego uero diuinæ gratia protectionis ſuffragante, ſatisfacere uobis de quibus dubitatis paratus ſum, & confido de omnipotentis Dei noſtri clementia, quia ita uobis ſatiſfactio mea interius inhærebit, ut nihil charitati ueſtrę de cętero poſsit ambiguum remanere. Nam illa quæ ſanctiſsimę 119 quatuor ſynodi ſapuerunt atque diffiniere, & prædeceſſor noſter Leo ſanctiſsimus papa, ita & nos ſapimus, ſequimur ac tenemus, nec ab eorum fide aliquo modo diſſentimus. Sed quia plus perſona pręſens ꝗ̄ epiſtola ſatiſfacit, hortor dilectiſsimi fratres ut ad me uenire ſicut pręfatus ſum debeatis. Dummodo ratione percepta, a concordia ſanctę uniuerſalis eccleſiæ diſſenſio uos nulla diſſociet. Hoc tamē certa ueſtra ſit charitas,

119 *Ea ſentimus quæ ſanctiſsima quatuor ſynodi & prædeceſſor noſter Leo ſanctiſsimus ſapuere & diffiniuere.*

quia uos & cum affectu quo decet ſuſcipio,& cũ gratia relaxabo.Nec aliquam uos uel quoſcunque alios qui pro hac ad me cauſa uenire uoluerint,afflictionem uel moleſtiam ſuſtinere permitto.Sed ſeu ad conſentiendum mihi cor ueſtrum miſericordia diuina compunxerit,ſiue quod abſit, in ea uos durare diſſenſione contigerit. ad propria uos remeare quando uolueritis,iuxta promiſsionem meam ſine læſione uel moleſtia relaxare curabimus.

58 Seuerum aquileienſem epiſcopũ caput totius ſchiſmatis exiſtentem,Romam uenire compellit dicens.Sicut gradientem per auia,carpentem denuo rectum tramitem,tota dominus auiditate cõplectitur. ita demum deſerentẽ cognitam ueritatis uiam,maiori męrore ꝙ̃ gaudio,quo de conuertente lętatus fuerat contriſtatur. Quia minoris exceſſus eſt ueritatem non cognoſcere, ꝙ̃ in eadem agnita non manere. Aliudq; eſt quod ab errante cõmittitur,aliud quod per ſcientiam perpetratur.Et nos ſiquidem quanto incorporatum te iam pridem fuiſſe in unitate eccleſię gauiſi fueramus,tanto habundantius nunc diſſociatum a catholica ſocietate confundimur. Pro qua re imminente latore pręſentium, iuxta Chriſtianiſsimi & Sereniſsimi rerum domini iuſſionem,ad beati Petri apoſtoli limina cũ tuis ſequacibus uenire te uolumus,ut autore Deo aggregata ſynodo, de ea quæ inter uos uertitur dubietate iudicetur. At Seuerus apoſtolica ſimul imperialiq; iuſsione coactus, imminente Smaragdo exarcho, ſimulq; Antonino eccleſiæ Romanæ defenſore,Rauennam perducitur. Vbi ueritus cum Gregorio ſynodalem ſubire conflictum,ad unitatem ſanctę uniuerſalis eccleſiæ mediante Ioanne Rauennati pontifice remeauit.Sed cũ poſt anni ſpatium ad propria rediſſet,ab alijs ſchiſmaticis perſuaſus, non ſolum ad priſtinum uomitum redijt,uerum etiam Mauritij Deo ſemper aduerſi iuſsione ſurrepta,qua iubebatur ut ſchiſmatici redire ad unitatẽ eccleſiæ minime cogerentur, reliquis epiſcopis eccleſiæ ſe iungẽtibus, maximas ſeditiones conflabat.Quapropter Gregorius neminem iam reuertentium ſine cautione iuratoria penitus ſuſcipere ſatagebat.Qua pręſtita huiuſmodi litteris eidem patricio exarcho cõmendabat. Firminus frater & coepiſcopus noſter Tregeſtinæ antiſtes eccleſiæ, ante aduentum ueſtræ excellentiæ ſalubri conſilio a ſchiſmate quo inhæſerat reſipiſcens, atque ad unitatem matris eccleſiæ rediens, noſtris eſt epiſtolis confirmatus,quatenus in ueræ quã agnouerat,ſinum matris eccleſiæ fortitudine animi fixus ac ſtabilis permaneret. Quo audito Seuerus Gradenſis epiſcopus,eiuſdem caput ſchiſmatis,eum diuerſis primum cepit ſi poſſet ſuaſionibus a bono reuocare propoſito. Quod dum perficere autore Deo minime ualuiſſet, ſeditionem illi ſuorum ciuium excitare nõ timuit.Quanta uero prędictus frater & coepiſcopus noſter Firminus ex eadem immiſsione pertulerit, plenius illic ac

ueracius e uicino poteritis agnoſcere. Directis itaq; excellentię ueſtrę iuſsionibus his qui in Hiſtrię partibus locum ueſtrum agere Deo autore noſcuntur, diſtrictius iubete, quatenus & ſæpe dictum fratrem noſtrum ab illatis debeāt defenſare moleſtijs, & quietem illius multis ad imitãdum pro futuram, modis omnibus procurare. Vt hæc ueſtra prouiſio, & conuerſorũ ſit optata ſecuritas, & occaſio oborta ſequentium. Deniq; ſeuerus quia ad unitatem ſanctæ uniuerſalis eccleſiæ redire non meruit, ad ſcindendum quoq; ſuę ipſius diœceſis unitatē Romanum pontificem ſua uecordia ſuſcitauit. Adeo ut ab ipſo illius obitus tempore, Aquileienſis diœceſis in duos metropolitanos, catholicorum uidelicet & ſciſmaticorum diuiſa ſit. Neq; potuit poſtmodum licet omnes generaliter ad unitatem de ſchiſmate repedauerint, ad priſtinæ coniunctionis unionem uſque hactenus reformari.

39 Sicut nulli clericorum pro infirmitate corporis quartarũ ſubſidia Gregorius minuebat, ita nulli pōtificũ pro egritudine, qualibet ſuccedendum fore docebat. Vnde Anatholio Coſtantinopolitano ſubdiacono reſcribens ait. Scripſit mihi dilectio tua pijſsimum dominum noſtrum reuerentiſsimo fratri noſtro primæ iuſtinianæ epiſcopo pro egritudine capitis quem patitur, præcipere ſuccedi, ne fortaſſe dum epiſcopi iura eadem ciuitas non habet, quod abſit, ab hoſtibus pereat, & quidem nuſq̃; 120 præcipiunt ut pro egritudine epiſcopo ſuccedatur. Et omnino iniuſtum eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atq; ideo hoc p nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione ueniat. Sed ſuggerendũ eſt, ut ſi is qui eſt in regimine ægrotat, diſpenſator illi talis requiratur, qui poſsit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine eccleſię ipſo non depoſito, ac in cuſtodia ciuitatis implere, ut neque Deus omnipotens offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta. Si uero idem reuerentiſsimus Ioannes fortaſſe pro moleſtia ſua petierit ut ab epiſcopatus honore debeat uacare, eo petitionem ſcripto dante, concedendum eſt. Aliter autem nos id facere pro omnipotētis Dei timore omnimodo non ualemus. Quod ſi hoc petere ille noluerit, quod pijſsimo Imperatori complacet quicquid iubet facere in eius eſt poteſtate, ſicut nouit ipſe prouideat. Nos tantummodo in depoſitionem inſontis non faciat permiſceri. Quod uero ipſe fecerit, ſi canonicum eſt, ſequimur, ſi uero canonicum non eſt, in quantum poſſumus, ſine peccato noſtro portamus. Pontificibus uoluntarie ſuis renuntiantibus ſedibus ſucceſſores Gregorius nullo modo denegabat. Eoſque poſtmodum de reditibus relictæ eccleſiæ ſufficiēter nutriendos eſſe cenſebat. Vnde Mariniano Rauennati epiſcopo ſignificans ait. Qualiter ordinati a nobis ſacerdotis corporis qua notum eſt impediente moleſtia, Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ſit regimine deſtituta, dudũ

120 *Semper ſanctus pater ad ſacros Canones recurrit, quos ſcioli noſtri temporis tantopere deſpiciunt.*

Fraternitas ueſtra cognouit, quem dum habitatorum loci illius præcibus permoti, ſępius hortaremur, ut ſi de eadem capitis qua detinebatur moleſtia melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante Domino reuerteretur eccleſiam datis inducijs in hoc quadriennio expecta tur. Quem dum nos clericorum uel ciuium illinc uenientium, noſque precibus arguentium inſtantius hortaremur, ut ſi ualeret, cum eis auxiliante Domino remearet. Data ſcriptis ſupplicatione nos petijt, ut quia ad eiuſdem eccleſię regimen uel ſuſceptum officium pro eadem qua detinebatur moleſtia, aſſurgere nullatenus poſſet, eccleſię ipſi ordinare epm deberemus. Vnde quia 121 cũctarũ eccleſiarum iniuncta nos ſollicitudinis cura conſtrigit, ne diutius gregi fidelium deſit cuſtodia paſtoralis, illorum precibus, huiuſque ex ſui impoſsibilitate renunciatione compulſi, uiſum nobis eſt eidem Ariminenſi eccleſię debere epiſcopum ordinari. Et datis ex more preceptis, clerum plebemque eiuſdem eccleſię non deſtitimus admonere, quatenus ad eligendum ſibi antiſtitem concordi prouiſione concurrant. Item Etherio epiſcopo. Quamuis triſte nobis ſit ualde quod loquimur, atque fraterna nos magis compaſsione urgeat, quam de auditis aliquid diffinire permittat, ſuſcepti tamen ſollicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere, & anteq̃ harũ poſsit utilitas deperire, quod fieri debeat Deo autore diſponere. Peruenit igitur ad nos quendam epiſcopum ita paſsionem capitis incuriſſe, ut quę mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex quod abſit, inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, uel eccleſię ipſius utilitates depereant, cauta nos neceſſe eſt pro uiſione tractare. Et ideo quia uiuẽte epiſcopo quem ab officio ſuo neceſsitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius niſi recuſante eo nulla ſinit ratio ordinari. Si interualla egritudinis habere eſt ſolitus ipſe data petitione, nec ſe ulterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate nec ad alia officia poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto omnium ſolenni electione alter qui dignus fuerit epiſcopus conſecretur. Sic tamen ut quouſque eundem epiſcopum in hoc ſeculo uita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur. Enimuero ſi nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium, perſona fidelis ac uitę eſt probabilis eligenda, quę ad regimẽ eccleſię idonea poſsit exiſtere, atque de animarum utilitate cogitare, inquietos ſub diſciplinę uindicta reſtringere, eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere. Qui etiam ſi epiſcopo qui nunc ęgrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari.

121 *Nota hæc uerba tu qui dicis Papam non habere iuriſdictionẽ ſuper uniuerſas mundi Eccleſias.*

40 Virginem ſtupratam Gregorius iubebat uxorem percipere, aut ſtupratorem eius caſtigatũ uerberibus in monaſterio deputare.

Vnde Felici Sipontino epiſcopo ſcribit dicens. Expectabamus fraternitatem tuam ſua aliquos ad Deum prædicatione conuertere, & male agentes ad rectitudinem reuocare. Qua de re nimis contriſtamur, quia e diuerſo in nepotis tui Felicis prauitate, tua euidēter qui talem nutriſti, culpa monſtrata eſt. Peruenit itaque ad nos quod ſupraſcriptus Felix Euangeli diaconi tui filiam ſtupro deceperit. Quod ſi uerū eſt, q̄uis graui eſſet de lege pœna plectendus, nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes, huiuſcemodi diſponēdo, Ideſt ut aut quem ſtuprauit uxorem habeat, aut certe ſi renuendum putauerit, diſtrictus ac corporaliter caſtigatus excommunicatuſque in monaſterium in quo pęnitentiam peragat retrudatur. De quo ei nulla ſit egrediendi ſine noſtra pręceptione licentia.

41 Virum ſine uxoris proprię uoluntate conuerſum, etiam ſi fuiſſet iā tonſuratus, Gregorius uxori reddi iubebat. Quapropter Adriano panormitano notario ſcribens ait. Agathoſa latrix pręſentiū queſta eſt maritum ſuum cōtra uoluntatem ſuam in monaſterio Vrbici abbatis eſſe conuerſum. Quod quia ad eiuſdem abbatis culpam & inuidiam non eſt dubium pertinere, experientię tuę pręcipimus ut diligenti inquiſitione diſcutiat, ne forte cum eius uoluntate cōuerſus ſit, uel ipſa ſe mutare promiſerit. Et ſi hoc reppererit, & illum in monaſterio permanere prouideat, & hanc ſicut promiſit, mutare compellat. Si uero nihil horum eſt, nec quondam fornicationis crimen propter quod uiro licet uxorem dimittere, prędictam mulierem commiſiſſe cognoueris, ne illius conuerſio uxori relictæ in ſeculo fieri poſsit perditionis occaſio, uolumus ut maritum ſuum illi, etiam ſi iam tonſuratus eſt, reddere omni debeas excuſatione ceſſante. Quia & ſi mundana lex præcipit conuerſionis gratia utrolibet inuito ſolui poſſe coniugium, diuina lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis cauſa uirum uxorem relinquere nulla ratione concedit. Quia poſtq̄ copulatione coniugij uiri atque mulieris unum corpus efficitur, non poteſt ex parte conuerti & ex parte in ſeculo permanere.

42 Iudęorum perfidiā rationibus magiſq̄ uiolentijs excutere Gregorius decertabat. Quapropter Virgilio & Theodoro epiſcopis galliarum poſt aliqua ſcribens ait. Plurimi iudaicæ religionis uiri in hac prouincia commanentes, ac ſubinde in Maſsiliæ partibus pro diuerſis negotijs ambulantes, ad noſtram perduxere notitiam, multos cōſiſtentium in illis partibus iudeorum ui magis ad fontē baptiſmatis, q̄ prædicatione perductos. Nam intētum quidem huiuſcemodi & laude dignum cenſeo, & de Domini noſtri deſcendere dilectione profiteor. Sed hanc eandem intentionem niſi competens ſcripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non proueniat, aut iuxta aliquid animarum quas eripi uolumus, quod abſit, diſpendia

ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuauitate ſed neceſsitate peruenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeās, inde deterius moritur, unde renatus eſſe uidebatur. Fraternitas ergo ueſtra huiuſcemodi homines frequenti prædicatione prouocet, quatenus mutare ueterem magis uitam de doctoris ſuauitate deſiderent. Sic enim & intentio noſtra recte perficitur, & conuerſi animus ad priorem denuo uomitum non mutatur. Adhibendus ergo illis eſt ſermo, qui & errorū ſpinas in ipſis urere debeat, & prædicando quod in his tenebre ſcit illuminet, ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas ueſtra capiat, & eorum quantas Deus donauerit animas, ad regenerationem nouæ uitæ perducat. Item Victori epiſcopo parnomitano. Sicut iudæis non debet eſſe licentię quicquam in ſinagogis ſuis ultra quam permiſſum eſt lege præſumere, ita in his quæ eis conceſſa ſunt, nullum debent præiudicium ſuſtinere.

43 Quemadmodum Iudæos uiolenter baptizari Gregorius denegabat, ita chriſtianos eis quoquomodo ſubijci nullatenus permittebat. Vnde Libertino prætori Siciliæ ſcribens ait. Fertur quod Naſas quidam ſceleratiſsimus Iudeorum, ſub nomine beati Heliæ oratoriū punienda temeritate conſtruxerit, multoſque illic chriſtianorum ad adorādum ſacrilega ſeductione deceperit. Sed & chriſtiana ut dicitur, mancipia cōparauit, & ſuis ea obſequijs ac utilitatibus deputauit. Dū igitur ſeueriſsime in eum pro tantis facinoribus debuiſſet ulciſci, glorioſus Iuſtinus medicamento auaritiæ ut nobis ſcriptura eſt, delinitus Dei diſtulit iniuriam uindicare. Gloria autem ueſtra hæc omnia diſtricta examinatione perquirat. Et ſi huiuſcemodi manifeſtum eſſe reppererit, ita diſtrictiſsime ac corporaliter in eundem ſceleratum feſtinet uindicare iudæum, quatenus hac ex cauſa, & gratiam ſibi Dei noſtri conciliet, & his ſe poſteris pro ſua mercede imitandū monſtret exemplis. Mancipia autem chriſtiana quæcunque eum comparaſſe patuerit, ad libertatem iuxta legum pręcepta ſine ambiguitate perducite, ne quod abſit, chriſtiana religio Iudæis quoquomodo ſubdita polluatur. Item Venantio epiſcopo Lunēſi. Multorum ad nos relatione peruenit, a Iudæis in Lunenſi ciuitate degentibus in ſeruitium chriſtiana detineri mancipia. Quę res nobis tanto uiſa eſt aſperior, quanto a fraternitate tua & patiētia operoſior. Oportebat quippe te reſpectu loci tui, ac chriſtianæ religionis intuitu, nullam relinquere occaſionem ſuperſtitioni iudaicæ. Vt ſimplices animæ non tam ſuaſionibus quam poteſtatis iure quodammodo deſeruirent. Quamobrem hortemur fraternitatem tuam, ut ſecundum pijſsimarum legum tramitem nulli Iudæo liceat chriſtianum mancipium in ſuo retinere dominio. Sed ſi qui penes eos inueniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum ſanctione ſeruetur.

44 Si quos Chriſtianorum pro longitudine itineris per prouincias ab Hebræorum ſeruitio per legalem uiolentiam Gregorius liberare non poterat, ſuis pretijs redimendos eſſe cenſebat. Vnde Cādido presbytero per Gallias ſcribens, Dominicus inquit pręſentium portitor. Lachrymabiliter nobis innotuit, quatuor fratres ſuos de captiuitate à Iudæis redemptos eſſe, atque eos nunc Narbonæ in eorundem Iudęorum ſeruitio detineri. Et quia omnino graue execrandumq; eſt, Chriſtianos eſſe in ſeruitio Iudæorum, dilectionem tuam ſcriptis pręſentibus adhortamur, ut cum omni ſubtilitate & ſollicitudine ſtudeat perſcrutari, & ſi re uera ita eſt, atque manifeſta tibi ueritate conſtiterit, quia neque ipſi unde ſe redimant, neque ſupraſcriptus portitor habet, eos ſtudij tui ſit redimere, ſciens quia quicquid in eis dederis, tuis ſine dubio rationibus imputabitur.

45 Iudæorum mancipia ſemel confugientia ad eccleſiam, nunquā quibuſlibet ſuaſionibus reddi iubebat. Vnde Ianuario Caralitano epiſcopo inter cętera ſcribens ait. Peruenit ad nos ſeruos ancillasq; Iudęorum fidei cauſa ad eccleſiam refugientes, aut infidelibus reſtitui dominis, aut eorum ne reſtituantur pretium dari. Hortamur igitur ut nullatenus tam prauam conſuetudinem manere permittas. Sed cum quilibet Iudæorum ſeruus ad uenerabilia loca fidei cauſa confugerit, nullatenus eum patiamini præiudicium ſuſtinere. Sed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptizandus, ſine nullo Chriſtianorum pauperū damno, religioſo eccleſiaſticæ pietatis patrocinio, in libertatem modis omnibus defendatur.

46 Non ſolum Chriſtiana mancipia Gregorius in libertatem priſtinam legaliter reuocabat, uerum etiam pagana ad fidem uenire uolentia uendi nullo modo permittebat. Vnde Fortunato Neapolitano epiſcopo inter cętera ſcribens ait. Fraternitatem ueſtram oportet eſſe ſollicitam, & ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolum Iudæus, ſed etiam quiſquā paganorum fieri uoluerit Chriſtianus, poſtquā uoluntas eius fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet ingenio uel argumēto cuipiam Iudęorum uenundandi facultas ſit. Sed is qui ad Chriſtianam conuerti fidem deſiderat, defenſione ueſtra in libertatē modis omnibus uindicetur. Hi uero, quos huiuſcemodi oportet ſeruos amittere, ne forſitan uilitates ſuas irrationabiliter æſtiment impediri, ſollicita uos hoc conuenit conſideratione ſeruare. Vt ſi paganos quos mercimonij cauſa de exteris finibus emerint, intra tres menſes dum emptor cui uendi debeant, inueniatur fugere ad eccleſiam forte contigerit, & uelle ſe dixerint fieri Chriſtianos, uel etiam extra eccleſiam hanc talem uoluntatem prodiderint, pretium eorum à Chriſtiano ſcilicet emptore percipiant. Si autem poſt pręfinitos tres menſes quiſquam huiuſcemodi ſeruorum iudaicorum uelle ſuū dixerit, & fieri uoluerit Chriſtianus,

nec aliquis eum poſtmodum emere, nec dominus qualibet occaſionis ſpecie audeat uenundare, ſed ad libertatis proculdubio pręmia perducatur. Quia hunc non ad uendendum, ſed ad ſeruiendum ſibi intelligitur reſeruaſſe.

47 Pagana mancipia Iudęos uidelicet dominos ſuos ad fidem præcedentia, in eorum ſeruitium, etiam ſi ipſi eos ad Chriſtianitatem ſubſequebantur, nullo modo reuocabat. Vnde Ioanni Syracuſano epiſcopo. Felix inquit pręſentium portitor quæſtus nobis eſt, cũ ſit de Chriſtianis natus parentibus, a quodam Chriſtiano Samaręo quod dici ſceluseſt, ſe eſſe donatum. Et dum huiuſcemodi ſuperſtitionis homines Chriſtiana quolibet modo mancipia poſsidere, nec ratio legis, nec reuerentia religionis admittat, ſe tamen per decem & octo annos in eius aſſerit ſeruitio permanſiſſe. Sed cognoſcente hoc deceſſore ueſtro ſanctę memoriæ Maximiano, ſano zelo ſicut decuit ſacerdotali cõmoto, de Samaræi nefario ſeruitio liberauit. Sed quia ejuſdem Samaręi filius poſt quinque annos factus dicitur Chriſtianus, & ſupraſcriptum Felicem in eius ſeruitium quantum ipſe dicit, quidam nituntur redigere, ſanctitas ueſtra hæc quæ edocti ſumus, diligenter inquirat, & ſi ita ei eſſe conſtiterit, eũ tueri ſtudeat, & a nullo ſub qualibet occaſione grauari permittat. Quia dum ſuperſtitioſę ſectę mancipia dominos ſuos ad fidem prędedentia, ſeruitio eorum aperte redigi iura prohibeant, quãto magis hic de Chriſtianis parentibus natus, & factus a paruulo Chriſtianus, hanc non debet quęſtionẽ aliquo modo ſuſtinere. Maxime quia nec patris eſſe ſeruus potuit, quẽ liquet ex praua potius præſumptione pęnam poſſe uenientem de legibus ſuſtinere.

48 Circuncidi ſaltem paganorum neminem Gregorius permittebat. Quamobrem Leoni Catenenſi epiſcopo. Res inquit ad nos omnino deteſtabilis & legibus inimica peruenit, quæ ſi uera eſt, fraternitatem tuam uehementer accuſat, quia eam de minori ſollicitudine probat eſſe culpabilem. Comperimus autem quod Iudęi uel Samaręi degentes Catenæ, pagana mancipia emerint. atque ea circuncidere auſu temerario præſumpſerint. Idcirco neceſſe eſt ut omnimodo zelum in hac cauſa ſacerdotalem exerceas, & cum omni hoc uiuacitate ac ſollicitudine ſtudeas perſcrutari. Et ſi ita repereris, mancipia ipſa ſine mora in libertatem modis omnibus uendica, & eccleſiaſticam eis tuitionem impende. Nec quicquã dominos eorum de pretio quolibet modo recipere patiaris. Qui non ſolum hoc damno multandi, ſed etiam alia erunt pęna de legibus feriendi.

49 Sane quia Iudæorum perfidia zelum Chriſtianorum datis contra ſe muneribus ludificare ſolebat, non ſolum nil ab eis penitus capiebat, quin immo eorũ munera Gregorius execrabilia iudicabat. Vnde Recharedo regi Vuiſigothorum poſtea ſcribit dicens. Præterea indi-

eo quia creuit de ueſtro opere in laudibus Dei hoc quod dilectiſsimo filio meo Probino presbytero narrante cognoui. Quia cũ noſtra excellentia cõſtitutionem quandam contra Iudæorum perfidiam dediſſet, hi de quibus prolata fuerat, rectitudinem ueſtrę mentis inflectere, pecuniarum ſummam offerendo moliti ſunt. Quã excellentia ueſtra contempſit, & omnipotentis Dei placere iudicio quærens, auro innocentiam prætulit. Qua in re mihi Dauid Regis factũ ad memoriam uenit. Cui dum concupita aqua de ciſterna Bethlehemitica quæ inter hoſtiles cuneos habebatur, ab obſequentibus militibus fuiſſet oblata, protinus dixit. Abſit a me, ut ſanguinem iſtorum hominum bibam. Quam quia fudit, & bibere noluit, ſcriptum eſt, Libauit eã Domino. Si igitur ab armato Rege in ſacrificium Dei uerſa eſt aqua contẽpta, Penſemus quale ſacrificium omnipotenti Deo Rex obtulit, qui pro amore illius non aquam, ſed aurum accipere contempſit. Itaque fili excellentiſsime fidenter dicam, quia libaſti aurum Domino, quod cõtra eum habere nullo modo uoluiſti, Et cętera.

50 Hinc eſt quod ſicut a maioribus traditur, & nos uſque ad noſtra tempora dum adhuc pubeſceremus, oculis noſtris conſpeximus conſuetudo uetus obtinuit, ut omnes ſuperſtitionis illius homines, quantũ cunque pulcherrima mercimonia detuliſſent, nunquã pontificalibus alloquijs fruerentur. Nunquã obtutibus apoſtolicis potirentur, ſed extra uelum longiſsimę porticus, non quidem in ſcamnis, ſed in marmoreo pauimento ſedẽtes, ſuſcepta pretia numerabant, ne uidelicet uiderentur aliquid de manu pontificis accepiſſe. Nam reuerendæ memoriæ Nicolaus pontifex Arſenium quondam Hortanæ ciuitatis epiſcopum, iudaicas tunc primum pellitias introducere molientem, adeo ad uerſatus eſt, ut ei palatinam proceſsionem uellet adimere, niſi ſuperſtitioſę gentis ueſtibus adiurando, cum ſacerdotalibus infulis conſuetu dinaliter procedere ſtuduiſſet.

51 Antichriſti præcurſores obſeruari debere ſabbatum prædicantes Gregorius cõminando taliter refutauit. Peruenit ad me quoſdam per uerſi ſpiritus homines, praua inter uos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud niſi antichriſti prædicatores dixerim? qui ueniens diem ſabbatũ atque dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe ſimul & reſurgere ſimulat, haberi in ueneratione uult diem dominicum. Et quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem ritum legis reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli uult ſabbatum. Hoc enim quod per Prophetam dicitur, Ne inferatis onera per portas ueſtras die ſabbati, tam diu teneri potuit, ꝙdiu legem licuit iuxta litterã cuſtodiri. At poſtꝙ gratia omnipotentis domini noſtri Ieſu Chriſti apparuit, præcepta legis quæ per figuram dicta ſunt, iuxta litterã ſer-

uari non poſſunt. Nam ſi quis dicit hoc de ſabbato eſſe ſeruandum, dicat neceſſe eſt etiam carnalia ſacrificia perſoluenda. Dicat pręceptum quoque de circuncisione corporis adhucuſq; retinendum, ſed contra ſe Paulum apoſtolum audiat dicentem, Si circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Nos itaq; hoc quod de ſabbato ſcriptum eſt, ſpiritualiter accipimus, ſpiritualiter retinemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem ſabbatum, ipſum redemptorem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dominũ habemus. Et qui lucem fidei cognoſcit, ſi peccata concupiſcentię ad mentem per oculos trahit, in die ſabbati onera per portas introducit. Non ergo in die ſabbati onera p portas introducimus, ſi in rędemptoris noſtri gratia conſtituti, pondera peccati ad animam per ſenſus corporeos nõ trahamus. Nam idem dominus ac redemptor noſter, multa in die ſabbati legitur operatus, ita ut Iudęos reprehenderet dicens. Quis ueſtrum bouem aut aſinum ſuũ non ſoluit in die ſabbati, & ducit adaquare? Si ergo ipſa per ſe ueritas non cuſtodiri iuxta litteram ſabbatum pręcepit, quiſquis otioſus ſabbatum ſecundum legis litteram cuſtodit, cui alteri niſi ipſi ueritati cõtradicit? Aliud quoque ad me perlatum eſt, uobis a peruerſis hominibus eſſe prędicatum, ut dominicorum die nullus debeat lauari. Et quidem ſi pro luxu animi atq; uoluntate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autẽ pro neceſsitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum quippe eſt, Nemo unquam carnem ſuam odio habet, ſed nutrit & fouet eam. Et rurſum ſcriptum eſt, Carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs. Qui igitur carnis curam in concupiſcentijs fieri prohibet, profecto in neceſsitatibus concedit. Nam ſi dominicorũ die corpus lauare peccatum eſt, lauari ergo
122 die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte cõceditur, cur hoc exigente neceſsitate toto corpori denegetur? 122 Dominicorum uero die a labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodo orationibus inſiſtendum. Vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis dominicę precibus expietur.

Vides Dominico die a labore manuũ ceſſandum eſſe, atq; orationibus inſiſtendũ?

52 Tanta compaſsionis gratia circa omnes Gregorius redundabat, ut alterius infirmitatem in ſuo corpore hunc ſuſtinuiſſe ſi uelis aſpicias. Vnde Ioanni Rauennati epiſcopo ſcribens ait. Dominicis mandatis pręcipimur proximos ſicut nos met ipſos diligere, eorumq; langoribus tanquã proprijs infirmitatibus condolere. Quorum memor ueſtra fraternitas competenti ſibi more Caſtorium fratrem coepiſcopumq; noſtrum, & prius per compaſsionem ſtuduit uiſitare, & eum poſtmodum pro excreſcente moleſtia corporis in Rauennati vrbe ſuſcipere. Vnde non ſolum nos impenſæ charitatis, ſed & Deum uobis feciſtis proculdubio debitorem. Cui in fratris infirmitate condoluiſſe probamini, ipſumq; ægrum in ſui membri moleſtia, nõ ſolum uiſitaſ-

ſe, ſed etiam ſuſcepiſſe. Quem quidem ipſe pro ſua ſimplicitate illic ordinare omnino renuebam, ſed petentium importunitas fecit, ut nullatenus contradicere potuiſſem. Si autem fieri poteſt, multum mihi & ipſi conſulitis, ſi eum ad me uel per Siciliam tranſmittatis. Itē Leontio epiſcopo Vrbinati Caſtorium fratrem coepiſcopumq́; noſtrum Romę pro corporis ſui moleſtia retinemus. Et quia nunc ad ſuam nō ualet eccleſiam remeare, propterea eo abſente eccleſiæ ipſius fraternitati tuæ uiſitationis operam præuidimus delegandam. Item uniuerſis habitatoribus Arimini. Si culpam ueſtram filij dilectiſsimi intentius uelitis attendere, aſsidua uos apud Deū debetis oratione purgare. Quod epiſcopum ueſtrum non deuota mente, nec ut filij ſuſcepiſtis. Quem inquietudo & tribulatio a uobis illata, ad hoc uſque perduxit, ut moleſtiam corporalem incurreret. Quamuis in eo nihil de his quæ nobis ſunt ſcripta cognouimus, ſed ſolam ineſſe debilitatē uidimus, pro qua eum hic retinere curauimus. Item Eulogio Patriarchæ Alexandrino. Ante hoc temporis Bonifacij cartularij reſponſalis mei qui in Vrbe regia demoratur, uehementer me ſcripta turbauere, quę dicebant dulciſſimam mihi atq; ſuauiſsimam ſanctitatem ueſtram defectum corporei luminis pertuliſſe. Ex quibus ſcriptis graui mœrore perculſus ſum. Sed ſubito creatoris ac redemptoris noſtri gratia proſperante, beatitudinis ueſtræ ſuſcepi epiſtolam, & ſanum de ea corporis moleſtia quā audieram agnoſcens, exultaui uehementer. Quia tanta lętitia cordis ſecuta eſt, quanta prius triſtitiæ amaritudo præceſſerat. Scimus enim quia in omnipotentis Dei adiutorio multorum ſalus eſt uita ueſtra. Item Ruſticianæ patritiæ. Quoties de Vrbe regia ad nos aliquis uenit, curæ nobis eſt de corporis ueſtri ſoſpitate requirere, ſed peccatis meis facientibus, ſemper audio quæ me tędet audire. Quia in tanta tenuitate ac debilitate adhuc in uobis referunt podagræ dolores excreſcere. Sed oro omnipotentem Deum, ut omnia quę in ueſtro corpore aguntur, ad ſalutem animæ dirigantur. Flagella temporalia æternam uobis præparent quietem. Et per eos dolores qui cum fine ſunt, gaudia uobis ſine fine concedat. Item Mariniano epiſcopo Rauennati. Venientes quidam Rauennates homines grauiſsimo me mœrore inuenerunt perculſum. Quia fraternitatem tuam retulerunt de uomitu ſanguinis ægrotare. Ex qua re ſollicite & ſingillatim eos quos hic doctos lectione nouimus, medicos fecimus requiri. Et quid ſinguli ſenſerint, quid'ue dictauerint, ſanctitati ueſtrę ſcriptum miſimus. Qui tamen quietem & ſilentium præ omnibus diſtant. Quam ſi tua fraternitas in ſua eccleſia poſsit habere, ualde ſum dubius. Et ideo uidetur mihi ut ordinata illic eccleſia, uel qui miſſarum ſolēnia explere ualeant, uel qui epiſcopij curam gerere hoſpitalitem & ſuſceptionem poſsit exhibere qui ue 123 monaſterijs cuſtodiendis præeſſe, tua fraternitas ad

123 *Ecce quō olim epiſcopi etiam Monaſteriorum curā gerebant.*

me ante æſtiuum tempus debeat uenire, ut ægritudinis tuæ ego ſpecialiter in quantum ualeo, curam geram, quietemq; tuam cuſtodiam. Quia huic ægritudini ęſtiuum tempus medici uehementer dicunt periculoſum. Et ualde pertimeſco, ne ſicuras aliquas cũ aduerſitate corporis ceperis, amplius ex eadem moleſtia pericliteris. Ego enim ipſe ualde ſum debilis, & omnino eſt utile, ut cum Dei gratia ſanus ad tuã eccleſiam redeas. Aut certe ſi uocãdus es, inter manus tuorum uoceris. Et ego quidẽ qui me proximũ morti uideo, ſi me omnipotens Deus ante uocare uoluerit, inter tuas manus debeam tranſire.

53 Pro barbarorũ incurſionibus bis in ebdomada fieri Litanias Gregorius decernebat. Quapropter uniuerſis epiſcopis Siciliæ ſcribẽs ait ſuper afflictiones & gemitus quos annoſa hic continuatione de hoſtibus ſuſtinemus, maior nos metus excruciat, qđ inimicos noſtros omni anniſu ad Siciliæ inuaſionem cognoſcimus feſtinare. Sed ne hoc illis molientibus proſperitatem multitudo noſtrorum præbeat peccatorum, toto nos corde ad redẽptoris noſtri remedia conferamus. Et quibus uirtute reſiſtere non poſſumus, lachrymis obuiemus. Nam quid uobis cauẽdum, quid ue ſit uehementius formidandum, ex iſtius prouinciæ debetis deſolatione colligere. Itaq; hortor fratres Reuerendiſſimi ut omni ebdomadæ quarta & ſexta feria Litaniam 124 inexcuſabiliter indicatis, & cõtra hos barbaricę crudelitatis incurſus supernę protectionis auxilium imploretis.

124 *Vide Litaniæ uſum tempore Gregorij.*

54 Eandem Siciliam ſimoniaca hęreſi libidineq; ſordentem, Gregorius ſicut modo cernitur, perituram prædixit, Maximiano Syracuſano epiſcopo ſcribens. Tanta nobis ſubinde mala quę aguntur in illa prouincia nunciantur, ut peccatis facientibus quod auertat omnipotens Deus, celeriter eam perituram credamus.

55 Sed & peiora prioribus eſſe futura pręſago ſpiritu Maximo Salonitano epiſcopo ſcribit dicens. Ad Romanã Vrbem ueniens cõmunis filius presbyter Veteranus, ita me podagrę doloribus debilem repperit, ut fraternitatis tuæ epiſtolis per me reſpondere nullatenus ualuiſſem. Et quidem de ſclauorum gente quæ uobis ualde imminet, & affligor uehementer, & turbor. Affligor in his quæ iam in uobis patior. Conturbor autem, quia per Hiſtriæ aditum iam ad Italiam intra re cęperunt. De Iuliano autem ſcribo ne quid dicam quando ubique uideo quia nobis peccata noſtra reſpondeant? Vt & foris a gentibus, & intus a peruerſis iudicibus cõturbemur? Sed nolite de talibus omnimodo contriſtari, quia qui poſt nos uixerint, deteriora tempora uidebunt, ita ut in comparatione ſui temporis felices nos æſtiment dies habuiſſe. Inquantum uero præualet fraternitas tua, opponere ſe pro oppreſſis debet. Quę etiam ſi prodeſſe minime ualuerit, ipſa omnipotenti Deo mentis deuotio ſufficit quam dedit. Scriptum eſt enim, Eripe

eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Quod ſi dixeris, uires non ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit. In omni ergo quod agis, inſpectorem cordis appete habere placatum. Quicquid eſt unde illi placeas, facere non omittas. Nam humani terrores & gratiæ, fumo ſunt ſimiles, q leni aura raptus euaneſcit. Hoc certiſsime ſcito, quia placare Deo ſine prauis hominibus nullus poteſt. In tanto ſe ergo æſtimet fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe, quanto ſe peruerſis hominibus diſplicuiſſe cognouerit. Ipſa tamen defenſio pauperũ moderata & grauis ſit, ne ſi quid nimis rigide agitis, ex iuuentute uos arbitrentur homines ſuperbire. Sed talis neceſſe eſt ut inueniatur pro oppreſsis ueſtra defenſio, quatenus & humiles protectionem ſentiant, & oppreſſores non facile inueniant quod ex maleuola mente reprehendant. Attende ergo quod ad Ezechielem dicitur, Fili hominis increduli & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Et beatus Iob ait. Frater fui draconum, & ſocius ſtructionum. Et Paulus diſcipulis dicit. In medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Tanto ergo debemus cautius ambulare, quantò nos ſcimus inter Dei inimicos uiuere.

56 Huius cautelæ ſuæ conſcius Romano defenſori Gregorius ait, Peruenit ad nos quia quidam homines minorem omnimodo diſcretionem tenentes, in ſuis nos periculis implicari deſiderent, atque ita uolunt ab eccleſiaſticis perſonis defendi, ut ipſę quoque perſonę eccleſiaſticę ex eorum culpa teneantur. Idcirco pręſentite pręceptione admoneo, & per te fratrem & coepiſcopum noſtrum dominum Ioannem, uel cæteros qui inter eſſe poſſunt, ut patrocinia eccleſiaſtica ſiue mea ſuſcipiatis ſcripta, ſiue etiam ea minime fuerint directa, ſub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus ſi qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non uideantur iniuſte defendi. Ne opinionem male agentium ex indiſcrete defenſionis auſu in nos ullo modo transferamus. Sed quantum decet eccleſiam, admonendo, uerbum interceſſionis adhibendo, quibus ualetis ſuccurrite, ut & illis opem feratis, & opinionem ſanctę eccleſię non inquinetis.

57 Item Ioanni epiſcopo poſt aliqua. Si qui eorum de quibus eſt aliqua quæſtio, in eccleſiam fortaſſe refugerint, ita debet cauſa diſponi, ut nec ipſi uiolentiam patiantur, nec hi qui dicuntur oppreſsi, dãna ſuſtineant. Cura ergo ueſtrę ſit, ut eis ſacramentum ab his quorum intereſt, de ſeruanda lege & iuſtitia promittatur, & per omnia commoneantur exire, atq; ſuorum actuum reddere rationem. Quibus etiam eccleſiæ ueſtræ defenſorem deputare uos conuenit, cuius ſollicitudine ea quæ illis fuerint promiſſa ſeruentur.

58 Quantæ humilitatis Gregorius fuerit, cum ex multis, tum ex

his manifeſtiſsime poterit deprehendi, quod omnes quidem ſacerdotes fratres & cõminiſtros, 125 clericos autem diuerſi ordinis, dilectiſſimos filios. At uero laicos uiros dominos, & feminas dominas in ſuis litteris nominabat. Neque ab aliquo ſe ſummum pontificem aut uniuerſalem ſiue dominum uocari æquanimiter permittebat. Nam ut ea quæ ſuper huiuſmodi comprehenſa ſunt prætermittam, Ruſticianæ patritiæ ſcribens ait, Excellentiæ ueſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ me in grauiſsima ægritudine poſitum, de ſalute, de deuotione, ac de dulcedine ſua omnino releuarunt. Vnum uero ægre ſuſcepi, quia in eiſdem epiſtolis ad me quod ſemel eſſe poterat, ſæpius dicebatur, ancilla ueſtra, & ancilla ueſtra, Ego enim qui per epiſcopatus onera ſeruus ſum omnium factus, qua ratione te mihi ancillam dicis, cuius ante ſuſceptũ epiſcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc uerbum aliquando ad me in ſcriptis ueſtris inueniam.

125 Ecce quomodo in ordine Eccleſiaſtico diuerſi ſunt gradus.

59 Huius humilitatis manſuetudine Gregorius non ſolum Theudelindæ reginæ Longobardorum pro tribus capitulis, uerum etiam inter alios Sabino quoq; ſuo ſubdiacono ſatisfacere non renuit, dicens. Euntes maligni homines turbauere animos ueſtros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Aſtruentes quod aliquid de ſancta Calcedonenſi ſynodo pię memoriæ Iuſtiniani temporibus ſit imminutum. Quam nos omni fide omniq; deuotione ueneramur, & ſic 126 quatuor ſynodos ſanctæ uniuerſalis eccleſiæ, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij recipimus. De perſonis uero de quibus poſt terminum ſynodi aliquid actum fuerat, eiuſdem pię memoriæ Iuſtiniani temporibus eſt uentilatum, ita tamen ut nec fides in aliquo uiolaretur. Nec de eiſdem perſonis aliud aliquid ageretur, quàm apud eandem ſanctam Calcedonenſem ſynodum fuerat conſtitutum. Anathematizamus autem ſi quis ex definitione Symboli quę in eadem ſynodo prolata eſt, aliquid imminuere pręſumit, uel quaſi corrigendo eius ſenſum mutare, ſed ſicut illic prolata eſt, per omnia cuſtodimus. Te ergo fili chariſsime decet ad unitatem fidei remeare, ut finẽ tuum ualeas in pace concludere, ne malignus ſpiritus qui cõtra te per alia opera præualere non poteſt, ex hac cauſa inueniat unde tibi in die exitus tui in aditu regni cœleſtis obſiſtat.

126 Sanctæ uniuerſalis Eccleſiæ quatuor Synodos, ſicut quatuor libros Euangeliorum ſuſcipit Gregorius, ad hæreticorum confuſionem.

60 Item Gregoriæ cubiculariæ auguſtorum poſt cætera. Quod dulcedo tua in ſuis epiſtolis ſubiunxit importunam ſe mihi exiſtere, quouſque ſcribam mihi eſſe reuelatum quia peccata tua dimiſſa ſint, rem & difficilem & inutilem poſtulaſti. Difficilem quidem, quia ego indignus ſum cui reuelatio fieri debeat, inutilem uero, quia 127 ſecura de peccatis tuis fieri non debes. Niſi cũ iam in die uitę tuę ultimo plangere eadem peccata minime ualebis. Quæ dies quouſque ueniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas cotidianis fletibus lauare.

127 Vide hic damnatam modernorum hæreticorum ſententiã, qua temere aſſerunt omnes Chriſtianos teneri

61 Item

61 Item Anaſtaſio præsbitero Iſauriæ poſt aliqua. Tua itaque fraternitas quantum in charitate perfecta ſit ſcio. Et quia omnipotentē Deum multum diligit, oportet ut de proximo multum pręſumat. Non enim loca uel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt. Sed ei nos aut merita bona coniungunt, aut mala diſiungunt. Quia ergo adhuc incertum eſt quis interius qualis ſit, cur non audeas ſcribere, dū inter me & te quis ſit ſuperior ignores. Et quidem bene te uiuere ſcio, me autem multis oneratum peccatis cognoſco. Sed & ſi ipſe peccator es, mihi tamen multo es melior. Quia tu tua tantummodo, Ego uero & eorum qui mihi commiſsi ſunt, peccata porto. In hoc ergo ego te altum, in hoc magnum aſpicio, quia ante humanos oculos in magno atque in alto loco minime profeciſti. In quo ſæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis diſcerpentibus grauatur. Tibi autē omnipotens Deus iuxta hoc quod ſcriptum eſt, aſcenſus in corde diſpoſuit in conualle lachrymarum. Multo nanque mihi altior, multo ſublimior uideri poteras, ſi neque ducatum monaſterij quod Neas dicitur, ſuſcepiſſes.

62 Item Stephano epiſcopo inter alia. Multum mihi & ultra quā indignus audire debui, fauorem in ueſtris epiſtolis demonſtraſtis. Et ſcriptum eſt, Ne laudes hominem quandiu uiuit. At tam & ſi audire talia dignus non fui, orationibus ueſtris peto ut dignus efficiar. Vt ſi bona in me ideo dixiſtis, quia non ſunt ideo ſint, quia dixiſtis.

63 Sed ne ſolis uerbis tanti præſulis humilitas inculcari credatur, ſupereſt ut ex græcorum relationibus ad me nuper interprætatis, eadē patris humilitas uiuis operibus demonſtretur. In quibus uidelicet ita refertur. Enarrauit nobis abbas Ioannes perſa ſanctus & reuerendus uir exiſtens, de magno Gregorio beatiſsimo Papa Romano dicens quoniam iui Romam ad adorandum loculos ſanctorum apoſtolorū Petri & Pauli, & una dierum cū ſtarem in medio ciuitatis, uideo Papam Gregorium per me trāſiturum, & cogitaui me mittere ante eū. Cum ergo appropinquaſſet mihi Papa, uidens quia pergeram ut mitterem me ante eum ſicut coram Deo dico fratres, primus miſit ſe ante me ſuper terram, & non ante ſurrexit, ꝙ ego prior ſurgerem, & amplexatus me cum multa humilitate, tribuit mihi per manum tria nummiſmata, & iuſsit dari mihi caſulam & neceſsitates meas omnes. Glorificaui ergo Deum, qui donauit ei talem humilitatem circa omnes & elemoſynam & charitatem.

64 Hinc eſt quod patientiſsimus paſtor Gregorius penes Imperatorem Mauritiū ſibi prorſus infenſum, dudum accuſatus quod Malchum epiſcopum ſui patrimonij prouiſorē pro recentis penſionibus tamdiu in cuſtodijs afflixiſſet, quouſque ſpiritum exalaret, Sabiniano ſuo Conſtantinopolitano diacono ſcribens ait. Vnum eſt quod breui-

ri firmiter credere ſibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum, uel regnum cælorum eſſe conſecuturos. Nam & ſi firma & certa ſpe expectare debemus, & hic per ſacramentum Baptiſmi et pænitentiæ peccatorū remiſsionem, et in futuro ſeculo uitā æternam, quandiu tamen uiuimus, non ita firmiter credere debemus nobis eſſe remiſſa peccata, quum ſemper dubitare liceat. Non quidem ob ſacramētorum defectum, ſed propter noſtras negligentias uel culpas in ipſorum receptione forſan interuenientes.

ter ſuggeras ſereniſsimis dominis noſtris, quia ſi ego ſeruus eorum in mortem longobardorum me miſcere uoluiſſem, hodie longobardorũ gens nec Regem nec Duces nec comites haberet, atq; in ſumma confuſione diuiſa eſſet. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuſlibet hominis me miſcere formido. Malchus autem idem epiſcopus neque in cuſtodia fuit, neque in aliqua afflictione. Sed die qua cauſam dixit, & addictus eſt, neſciente me a Bonifacio notario in domum eius ductus eſt, ibique prandidit & honoratus eſt ab eo, & nocte ſubito mortuus eſt inuentus.

65 Igitur in omnibus ſuis dictis uel operibus Gregorius imminentem futuræ retributionis diem ultimum perpendebat. Tantoque cautius cuncta cunctorum negotia ponderabat, quanto propinquius finem mundi inſiſtere ruinis eius crebreſcentibus aduertebat. Quapropter in homilijs euãgelicis ꝓhibet dicẽs. Exurget gens cõtra gentẽ, & regnũ aduerſus regnũ, & erunt terremotus magni ꝑ loca, & peſtilẽtia & fames. Et quibuſdã interpoſitis adiunxit, Et erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentiũ prę cõfuſione ſonitus maris & fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus, alia e proximo uentura formidamus. Nam gentem ſuper gentem exurgere, earumque preſſuram terris inſiſtere, plus iam in noſtris tribulationibus patimur, ꝙ̃ in codicibus legimus. Quod terremotus Vrbes innumeras ſubruat, ex alijs mundi partibus ſcimus quam frequenter audiuimus. Peſtilentias ſine ceſſatione patimur. Signa uero in ſole & luna & ſtellis adhuc aperte minime uidimus. Sed quia hæc non longe ſint, ex ipſa iam aëris immutatione colligimus. Quãuis prius ꝙ̃ Italia gẽtili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies uidimus. Ipſumque qui poſtea humani generis fuſus eſt ſanguinem coruſcantem. Cõfuſio autem maris & fluctuum nec dum noua exorta eſt. Sed cũ multa iam prenuntiata completa ſint, dubium non eſt quin ſequantur ẽt pauca quæ reſtant. Quia ſequentium rerum certitudo, eſt præteritarum exhibitio. Et Paulo poſt. Ecce fratres mei iam cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie & crebreſcentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innumera quanti remãſeritis aſpicitis, & tamen quotidie flagella urgent, repentini caſus opprimunt. Nouæ nos & improuiſæ clades affligunt. Sicut enim in iuuentute uiget corpus forte, & incolume manet pectus, toroſa ceruix, plena ſunt brachia, in annis autẽ ſenilibus ſtatura curuatur, ceruix exſiccata deponitur, frequentibus ſuſpirijs pectus urgetur, uirtus deficit, loquentis uerba anhelitus intercidit. Nam ſi langor deſit, plerũque, ſenibus ipſa ſalus egritudo eſt. Ita mundus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit ad propagandã humani generis prolem robuſtus fuit, ſalute corporum uiridis, opulentia rerum pinguis. At nunc ipſa ſua ſenectute deprimitur, & quaſi

ad uicinam mortem moleſtijs crebreſcentibus urgetur. Et iterum. Euntes prædicate dicentes, Quia appropinquabit regnum cœlorum. Hoc iam fratres dilectiſsimi etiam ſi euangelium taceat, mundus clamat. Ruinæ nanque illius uoces ſunt. Qui enim tot attritus perſecutionibus a gloria ſua cecidit, quaſi iam nobis e proximo regnum aliud quod ſequatur oſtendit. Ipſæ enim eius ruinæ prædicant quod amandus non eſt. Si enim ruinam ſui domus quaſſata minaretur, quiſquis in illa habitaret fugeret, & qui ſtantem dilexerat, recedere quãtocyus a cadente feſtinaret. Si igitur mundus cadit, & nos cum amando amplectimur, opprimi uolumus potiusq́ habitare. Quia nulla nos ratio a ruina illius ſeparat, quos in eius paſsionibus amor ligat. Facile eſt ergo nunc iam cum deſtructa omnia cernimus, animum noſtrum ab eius dilectione diſiungere. Sed hoc illo in tempore difficillimum fuit, quo tunc apoſtoli prædicare cœleſte regnum inuiſibile mittebantur, cum longe lateque omnia cernerent florere regna terrarum.

66 Quæ autem de iſtius Vrbis Gregorius in cõmoditate deſcripſerit indicabo. Quatenus hi qui nunc in ruinis eius habitãtes, eam ordinatiorem ac per hoc ualentiorem fuiſſe non autumant, contremiſcant. Ait enim in expoſitionis Ezechielis Homilia octauadecima ſic. Quid eſt iam rogo quod in hoc mundo libeat? Vbique luctus aſpicimus, undique gemitus audimus. Deſtructæ urbes, euerſa ſunt caſtra, depopulati ſunt agri, in ſolitudinem terra redacta eſt. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remanſit. Et tamen ipſæ paruæ generis humani reliquię, adhuc quotidie & ſine ceſſatione feriuntur, & finem non habent flagella cœleſtis iuſtitiæ, quia nec inter flagella correctę ſunt actionis culpę. Alios in captiuitatem duci, alios detrũcari, alios interfici uidemus. Quid eſt ergo quod in hac uita libeat fratres mei? ſi talem mundum adhuc diligimus, non iam gaudia, ſed uulnera amamus. Ipſa autem quæ aliquando mundi domina eſſe uidebatur, qualis remanſerit Roma conſpicitis. Immenſis doloribus multipliciter attrita, deſolatione ciuiũ, impreſsione hoſtium, frequentia ruinarum. Ita ut in ea completum eſſe uideamus quod contra Samariam per Ezechielem prophetam prædictum eſt. Pone ollam pone inquam, & mitte in ea aquam, & congere fruſta eius in ea. Et Paulo poſt. Efferbuit coctio eius, & decocta ſunt oſſa illius in medio eius. Atque iterum. Congere oſſa quæ igne ſuccendam. Conſumentur carnes, & coquetur uniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent. Pone quoque eam ſuper prunas uacuã; ut incaleſcat, & liquefiat æs eius. Tunc enim nobis olla poſita eſt, cum hæc eſt ciuitas conſtituta. Tunc in ea aqua miſſa eſt, & fruſta eius congeſta ſunt, quando ad eam undique populi confluebant, qui uelut aqua calens actionibus mundi ferueſcerent, & quaſi fruſta carnium in ipſo ſuo feruore liquarentur. De qua bene

dicitur. Efferbuit coctio eius, & decocta ſunt oſſa illius in medio eius. Quia prius quidem in ea uehementer incaluit actio gloriæ ſecularis, ſed poſtmodum ipſa gloria cum ſuis ſequacibus defecit. Per oſſa etenim potentes ſeculi, per carnes uero populi deſignantur. Quia ſicut carnes portantur oſsibus, ita per potentes ſeculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius ſeculi potẽtes ablati ſunt. Oſſa ergo excocta ſunt. Ecce populi defecerunt, carnes eius liquefactæ ſunt. Dicatur itaque. Congere oſſa quæ igne ſuccendam. Conſumentur carnes, & coquetur uniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent. Vbi enim ſenatus? Vbi iam populus? contabuerunt oſſa conſumptæ ſunt carnes. Omnis in ea ſecularium dignitatum ordo extinctus eſt, excocta ergo eſt uniuerſa compoſitio eius. Et tamen ipſos nos paucos qui remanſimus, adhuc quotidie gladij, adhuc quotidie innumerę tribulationes premunt. Dicatur ergo, pone quoq; eam ſuper prunas uacuam. Quia enim ſenatus deeſt, populus interijt, & tamẽ in paucis qui ſunt, dolores & gemitus quotidie multiplicantur, iam ergo uacua ardet Roma. quid autem iſta de hominibus dicimus, cum ruinis crebreſcentibus ipſa quoque eius deſtrui ædificia uidemus? Vnde apte de ciuitate iam uacua ſubditur, Incaleſcat & liquæfiat æs eius. Iam enim & ipſa olla conſumitur, in qua prius carnes conſumebantur & oſſa, quia poſtq̃ defecerunt homines, etiam parietes cadũt. Vbi enim ſunt qui in eius aliquando gloria lętebantur? Vbi eorum pompa? Vbi ſuperbia? Vbi frequens & immoderatum gaudium? Impletum eſt in ea quod contra deſtructam Niniuem per prophetam dicitur Vbi eſt habitaculum Leonum, & paſcua catulorum Leonum? An eius duces ac principes leones non erant, qui per diuerſas mundi prouincias diſcurrentes, prædam ſæuiendo & interficiendo rapiebant? Hinc leonũ catuli inueniebant paſcua, quia pueri, adoleſcentes, iuuenes, ſeculares, & ſecularium filij huc undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo uoluiſſent. Sed ecce iam deſolata, ecce cõtrita, ecce gemitibus opprẹſſa eſt. Iam nemo ad eam currit, ut in hoc mundo proficiat, iam nullus potens & uiolentus remanſit, qui opprimendo prædã diripiat. Dicamus ergo. Vbi eſt habitaculum Leonum, & paſcua catulorum Leonum? Contigit ei quod de Iudęa nouimus per prophetam dictũ, Dilata caluitium tuum ſicut Aquila. Caluitium quippe hominis in ſolo capite fieri ſolet, caluitium uero Aquilæ in toto fit corpore, quia cum ualde ſenuerit, plumæ eius ac penæ ex omnibus illius membris cadunt. Caluitiũ ergo ſuum ſicut Aquila Roma dilatat, quia plumas perdit, dum populos amiſit. Alarum quippe penæ ceciderunt, cum quibus uolare ad prædam conſueuerat, quia omnes eius potentes extincti ſunt, per quos aliena rapiebat. Item dialogorum libro ſecundo. Præter ea inquit antiſtes canuſinę eccleſiæ ad Benedictum domini famulum

mulum uenire conſueuerat. Quem uir Dei pro uitæ ſuæ merito ualde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu regis Totilæ & Romanæ Vrbis perditione colloquium haberet dixit. Per hunc regem ciuitas iſte deſtruetur, ut iam amplius non inhabitetur. Cui uir domini reſpondit. Roma a gentibus non exterminabitur, ſed tēpeſtatibus, coruſcis, & turbinibus, ac terremotu fatigata marceſcet in ſemetipſa. Cuius prophetiæ miſteria nobis iā facta ſunt luce clariora, qui in hac Vrbe diſſoluta mœnia, euerſas domos, deſtructas eccleſias turbine cernimus, eiuſque ædificia longo ſenio laſſata, quia ruinis crebreſcentibus proſternantur uidemus. Item in epiſtola Ioanni Epiſcopo Rauennati poſt aliqua. Si quando eſt aliquando locus oltinēdi, agat apud Exarchum fraternitas ueſtra, ut pacem cum Ariulpho ſi aliquid parum poſſumus, faciamus, quia miles de Romana Vrbe ultus eſt, ſicut ipſe nouit. Theodoſiaci uero qui hic remanſerunt, togam non accipientes, uix ad murorum quidem cuſtodiam ſe accōmodant. Et deſtituta ab omnibus ciuitas ſi pacem eius non habet, quomodo ſubſiſtet?

67 Tantis curarum tumultibus pro animarum pariter ac ciuitatis cuſtodia Gregorius grauabatur, ut in coli moleſtias corruens, non ſolum ſicut propoſuerat, per ordinem Ezechielis miſteria minime pertractaret, uerum etiam hoſtilibus incurſionibus, multiſq; coporis debilitatibus aggrauatus, a ſtudio expoſitionis omnino deſiſteret, & ad dies illos ſe perueniſſe defleret, atque diſſolutionem ſui corporis totis conatibus flagitaret. Quapropter eidem Ioāni epiſcopo queritur dicens. Quod multis ueſtræ beatitudini minime reſpondi. non hoc torpori meo ſed langori deputate, quia peccatis meis facientibus, eo tempore quo Ariulfus ad Romanam Vrbem ueniens, alios occidit, alios detruncauit, tanta mæſtitia æffectus ſum, ut incoli moleſtiā caderem.

Itē in expoſitione ultimæ uiſionis Ezechielis prophetę quia multis curis premētibus prophetę librum coram charitate ueſtra totum per ordinem perſcrutari non licuit, bonis ueſtris deſiderijs placuit petere, ut ſaltem extrema eius uiſio quę ei facta eſt de ædificio in monte conſtituto, quæ & cunctis eſt uiſionibus eius obſcurior, exponi debuiſſet. Et quidem uoluntati ueſtræ me parere neceſſe eſt, ſed duo ſunt q̄ hac in re perturbant animum meum. Vnum, quod hac eadem uiſio tantæ obſcuritatis nebulis tegitur, ut uix in ea aliquid intellectu interlucente uideatur. Aliud, quod iam Agiulfum lōgobardorum regem ad obſidionem ueſtram ſummopere feſtinantem, Padum tranſiſſe cognouimus. Vide penſate fratres Chariſsimi, in caliginoſis ac myſticis ſenſibus quid ualeat mens miſera timoris ſui perturbationibus occupata. Quāto enim circa terrena plus ſatagit, tāto in his quæ ſunt coeleſtia minus uidet. Et pro eo quod curis ſuis extra ſe ducitur, ualde intus minor eſt. Quia ſcriptum eſt, Deprimit terrena inhabitatio

ſenſum multa cogitantem. Quæ enim ſuperiora penetrare etiam col lecta nō ſufficit, penſate quid agere poterit diuiſa. Scimus omnes quia & fluuius qui in multis riuis diuiditur, a ſuo alueo ſiccatur. Item idem in eiuſdem prophetę tractatibus homilia. xxi. ſiue inquit iuſtus in cul pam, ſiue peccator in mortem corruat, ſpeculatori timendum eſt, ne hunc ex ſuo ſilentio reatus peccantium pariter inuoluat. Sed interim dum loquor, auertere a memetipſo oculos uolo, & ecce iterum ſermo diuinus me impingit in memetipſo, ut meam negligentiam uideam, & mihi dici hæc quæ audio pertimeſcam. Sicut enim ſuperius dixi, cuius cor innumeris curis ſparſum, ſe ad ſe colligat? Quando etenim poſſum, & ea quæ circa me ſunt ſolicite oīa curare, & memetipſum adunato ſenſu conſpicere? Quando poſſum prauorum nequitias inſequendo corrigere, bonorum actus laudando & admonendo cuſtodire, alijs terrorem, atque alijs dulcedinem demonſtrare? Quando ualeo, & de his quæ ſunt neceſſaria fratribus cogitare, & contra hoſtiles gla dios de Vrbis uigilijs ſollicitudinem gerere, ne incurſione ſubita ciues pereant prouidere, & inter hæc omnia pro animarum cuſtodia plene atque efficaciter uerbum exhortationis impendere? Loqui etenim de Deo, quietæ ualde & liberę mentis eſt. Tunc nanque bene lingua diri gitur in ſermone, cum ſecurē ſenſus quieuerit in tranquillitate. Quia nec concuſſa aqua imaginem reſpicientis reddit, ſed tunc in ea uultus intendentis aſpicitur, cum non mouetur. Quam ergo exhortationem uobis ſpeculator ueſter fratres Chariſsimi faciat, quem tot rerum confuſio perturbat? Et Paulo poſt. Sacerdos etiam poſt compunctionem ac lachrymas cogitur neceſſaria quæque filiorum ſuorū cognoſcere, & ea quæ refugit animo, patienter audire, atq; poſt ſuſpiria coeleſtium quorumlibet carnalium hominum onera portare, & ſæpe cū ſuperuenientibus cor in diuerſam qualitatem transfundere. Nam aliquando de lucris ſpiritualibus gaudet, ſed cum quilibet mœrens ſuperuenerit, niſi eius mærorem in ſe ſuſceperit, tribulationi illius compatiens non eſt. Et aliquando de damnis animarum luget, ſed repente ſuperueniunt qui de ſuis proſperitatibus lætantur. Quorum ſi lętitiæ ſacerdos non congaudet, minus amare creditur filios, in quorum gaudio non exultat. Pręcipue cum Paulus dicat, Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Nihil ergo tam oneroſum in ordine ſacerdotum uideo, ꝙ̄ rigorem mentis compatiendo flectere, & cū perſonis ſuperuenientibus animum mutare. Et tamē hoc ualde eſt neceſſarium. Nā quando ex prædicatione eius ad boni operis gratiam peccator reduci tur, ſi ipſe qui prædicat, uidetur ingratus?

Item in fine eiuſdem uoluminis. Ecce hæc ut domino largiente po tuimus, coram uobis fratres Chariſsimi rimati ſumus. Nemo autem me reprehendat, ſi poſthac a locutione ceſſauero. Quia ſicut omnes

cernitis,noſtræ tribulationes excreuerũt. Vndique gladijs circumfuſi ſumus,undique imminens mortis periculum timemus. Alij detrunca tis ad nos manibus redeunt,alij capti,alij interempti nuntiantur. Iam cogor linguam ab expoſitione retinere,quia tædet animam meã uitę meę. Iam nullus in me ſacri eloquij ſtudium requirat,quia uerſa eſt in luctum cythara mea, & organum meum in uocem flentium. Iam cordis oculus in myſteriorum diſcuſsione non uigilat, quia dormitauit anima mea pre tædio. Iam minus lectio animo dulcis eſt,quia obli tus ſum manducare panem meum a uoce gemitus mei. Cui autem uiuere non licet,de ſcripturę ſacrę ſenſibus loqui myſtica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere,quãdo poſſum dulcia ꝓpinare?

Itẽ idẽ Italicę patritiæ & Venantio ex monacho patricio. Quoſdã de Sicilia uenientes affectu quo debui,de ſoſpitate ueſtræ excellentiæ requirere curaui. Sed de aſsiduitate ęgritudinum mihi triſtia reſponderunt. Hæc autẽ dicens,nec ego uobis de meipſo inuenio aliud quod debeam nuntiare,niſi quod peccatis meis facientibus, ecce iam undecim menſes ſunt,quod ualde rarum eſt, ſi de lecto ſurgere aliquando potui. Tantis enim podagræ doloribus tantiſque moleſtiarũ premor angoribus ut uita mea mihi grauiſsima pœna ſit. Quotidie enim in dolore deficio,& mortis remedium expectando ſuſpiro. In clero uero huius Vrbis & populo tanti febrium langores irruerunt, ut pene nullus liber,nullus ſeruus remanſerit, qui eſſe idoneus ad aliquod officiũ uel miniſterium poſſit. De uicinis autem Vrbibus ſtrages nobis mortalitatis quotidie nũtiantur. Affrica autem qualiter mortalitate & langoribus uaſtetur, quanto uiciniores eſtis, tanto credo quod ſubtilius cognoſcitis. De oriente uero qui ueniunt,grauiores deſolationes nuntiant. In his itaque omnibus quia appropinquante fine mundi generalem percuſsionem eſſe cognouimus,affligi nimis de proprijs moleſtijs non debemus. Item Eulogio patriarchę Alexandrino. Tranſacto anno ſuauiſsima ſanctitatis ueſtræ ſcripta ſuſcepi. quibus pro ægritudinis meæ nimietate reſpondere nunc uſque non ualui. Ecce enim iã biennium pene expletur quo lectulo teneor, tantiſque podagræ doloribus affligor, ut uix in diebus feſtis uſque ad horarum trium ſpatiũ ſurgere ualeam 128 Miſſarum ſolẽnia celebrare. Mox autem cum
graui depellor dolore decumbere, ut cruciatum meum non poſsim gemitu interrumpente tolerare, qui dolor interdum lentus eſt, interdum nimius, ſed neque ita lentus, ut recedat, neq; ita nimius, ut interficiat. Vnde fit ut qui quotidie in morte ſum, repellar a morte, nec mirum, quia peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor incluſus. Vnde compellor exclamare, Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo domine. Sed quia meis adhuc precibus obtinere non mereor, rogo ut ueſtrę ſanctitatis oratio ſuę mihi interceſ-

128 *Gregorius Miſſas celebrabat.*

ſionis adiutorium præbeat, meque a peccati & corruptionis pondere liberum reddat, in illam quam bene noſtis libertatem gloriæ filiorum Dei. Item Eidem. Peto autem ut pro me enixius ueſtra ſanctitas orare debeat, quia podagrę doloribus, & barbarorum gladijs, & curarum afflictionibus inceſſanter præmor. Sed ſi mihi orationis ueſtræ opem impenditis, credo quod me contra omnia aduerſa fortiter iuuetis. Itẽ eidem. Rogo ergo ut pro me peccatore enixius oretis, quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immenſa uaſtitas mortalitatis, & inter tot barbarorum gladios uehementer affligit, inter quę omnia non temporalem, ſed æternam conſolationem requiro. Quam per me impetrare non ualeo, ſed per interceſsionẽ ueſtræ beatitudinis hanc me obtinere confido. Item Mariano epiſcopo Arabiæ. Multum iam tempus eſt quo ſurgere de lecto nõ ualeo. Nam me modo podagræ dolor cruciat, modo neſcio quis in toto corpore cum dolore ſe ignis expandit, & fit plerumque, ut uno in me tempore ardor cum dolore confligat, & corpus in me animuſque deficiat. Quantis autem alijs neceſsitatibus extra has qua protuli infirmitates efficiar, enumerare non ualeo. Sed breuiter dico, quia ſic me infectio noxij humoris imbibit, ut uiuere mihi pęna ſit, & mortem deſideranter expectem, quam gemitibus meis ſolam eſſe credo remedium. Proinde frater Chariſsime diuinę pro me pietatis miſericordiã deprecare, ut percuſsionis ſuę erga me flagella propitius mitiget, & patientiam tolendi cõcedat, ne nimio quod abſit, tædio in impatiẽtiam cor erumpat, & quæ curari per plagam poterat culpa, creſcat ex murmure. Itẽ Ruſtitianæ patritiæ. De podagræ moleſtia quam uobis eueniſſe ſignaſtis, & contriſtatus uehementer ſum, & lætatus. Letatus, quia humor noxius inferiora petens, ſuperiora profecto deſeruit. Contriſtatus uero, quia in tã tenuiſſimo corpore dolores uos nimios perpeti pertimeſco. Vbi enim deeſt caro, quæ uirtus eſſe poterit doloribus reſiſtens? Me etenim quę qualis fuerim noſtis, ita amaritudo animi, & aſsidua exacerbatio, atq; per hoc podagræ moleſtia affecit, ut corpus meum tamq̃ in ſepultura ſiccatum ſit. Vnde fit, ut iam raro de lecto ſurgere ualeam. Item eidem. Ego in tanto gemitu & occupationibus uiuo, ut ad dies quos ago, me perueniſſe pæniteat. Solaque mihi in conſolatione ſit mortis expectatio. Vnde peto ut pro me orare debeatis, quatenus de hoc carnis carcere citius educar, ne tantis laboribus diutius torquear. Item Anaſtaſio Antiocheno. Rogo ut pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipotens Deus mentem meam ab omnibus malis pro ueſtra interceſsione tueatur, & citius me de tot procellis huius tempeſtatis eripiat, atque in æternæ quietis litore perducat.

68 Tantis precibus Gregorius tandem aliquando diuinitus exauditus, poſtquã ſedem ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ

annis

annis tredecim mẽſibus ſex & diebus decem, doctrinis pariter ac operibus feliciſsimis illuſtrauit, Anno imperij Phocæ ſecundo, inditione ſeptima, quarto iduum martiarum, a carnis corruptione ſubtractus eſt, incorruptionis perpetuæ gloriç ſublimandus. Qui uidelicet omni uitç ſuç tempore ſicut nouas baſilicas minime fabricarat, ita nimirum fabricatarum ueterum ſartatecta cum ſummo ſtudio annualiter reparabat. Quas reditibus, 129 luminaribus, officijs atque donarijs cumulans, in baſilica beati Petri apoſtoli faſtigium de argento puriſsimo quod a Leone tertio pontifice in baſilica Sixtiana ſanctæ Mariæ nomini dedicata, tranſlatum eſt fabricauit. Et in baſilica beati Pauli apoſtoli ſuper altare nihilominus aliud faſtigium procurauit. Huius præterea 130 uenerabile corpus in extrema porticu baſilicæ beati Petri apoſtoli ante ſecretarium tunc antiquiſsimum, quod uidelicet Leo, Simplicius, Gelaſius atque Simmachus apoſtolicç ſedis epiſcopi, cum nonnullis alijs tumulati, ſuis hactenus epitaphijs prædicantur, ſepultum tali titulo decoratur.

129 *Quid dicis Heretice, qui ferre nõ potes Eccleſijs donaria fieri? Sanctus pontifex tot munera templis obtuliſſet, ſi hæc mala eſſent & Deo diſplicerent? Minime profecto.*

130 *Nota Gregorij uenerabile corpus.*

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum
 Reddere quod ualeas uiuificante Deo.
Spiritus aſtra petit, Lethi nil iura ualebunt
 Cui uitæ alterius mors magis ipſa uia eſt
Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulchro
 Qui innumeris ſemper uiuit ubique bonis.
Eſuriem dapibus ſuperauit, frigora ueſte,
 Atque animas monitis texit ab hoſte ſacris,
Implebatq; actu quicquid ſermone docebat,
 Eſſet ut exemplum myſtica uerba loquens
Anglos ad Chriſtum conuertit mente benigna
 Sic fidei acquirens agmina gente noua
Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc paſtor agebas
 Vt domino offerres plurima lucra gregis,
Hiſq; Dei conſul factus lętare triumphis,
 Nam 131 mercedem operum iam ſine fine tenes.

131 *Ecce quõ bonis operibus tanquã iuſta merces redditur uita æterna.*

69 Quo ſcilicet liberaliſsimo paſtore defuncto, uehementiſsima fames eodem anno incubuit. Et quanto patrono tunc Roma caruerit, licet rerum inopia toto pene mundo monſtrauerit, inuidorum tamen feritas minime recognouit. Nam ſicut a maioribus traditur, cũ calumniarum ueterum incentores Gregorium prodigum dilapidatoremq; multiplicis patriarchatus theſauri perſtreperent, deficiente perſonali materie, ad comburendos libros eius ceperunt pariter anhelare. Quorum dum quoſdam iam cõbuſsiſſent, & reliquos uellent exurere, Petrus diaconus familiariſsimus eius, cum quo quatuor dialogorũ libros diſputauerat, creditur uehementius obſtitiſſe, Dicens, ad obliterãdam

eius memoriam librorum exuſtionem nihil proficere, quorum exemplaria diuerſis petentibus mundi ambitum penetraſſent. Subiungens inmane ſacrilegium eſſe tanti patris tot & tales libros exurere, ſuper cuius caput ſpiritum ſanctum ipſe in ſimilitudine columbæ tractantis frequentiſsime perſpexiſſet. Cumq; dudum deuotũ populum diaconus cerneret occaſione tẽporis cũ inuidis reſultare, in hoc omnium ſententiam dicitur prouocaſſe, ut ſi quod dixerat iure iurando confirmans mori continuo meruiſſet, ipſi a librorum exuſtione deſiſterent. Si uero ſuperſtes ſui teſtimonij extitiſſet, ipſe quoque combuſtoribus manus daret. Itaque cum euangelijs in ambone uenerabilis leuita Petrus aſcendens, mox ut Gregorianæ ſanctitatis teſtimonium prębuit, inter uerba ueræ confeſsionis ſpiritum efflauit. Et a dolore mortis extraneus iuxta pyrgi baſim ſicut hactenus cernitur, confeſſor ueritatis meruit ſepeliri.

70 Hinc eſt quod conſuetudinaliter ſpiritus ſanctus in ſpecie columbę ſuper ſcribentis Gregorij caput depingitur. Et quod expoſitionum illius pars maxima quæ utique ab inuidis exuſta recolitur, non habetur. Quarum ipſe ſummã Ioanni ſubdiacono Rauennæ reſponſali ſuo ſignificare uidetur, inter cætera ſic deſcribens. Quia charisſimus quondam filius meus Claudius aliqua me loquẽte de Prouerbijs, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris quoque Regum, & de Eptatico audierat, quæ ego ſcripto tradere præ infirmitate non potui. Ipſe ea ſuo ſenſu dictauit, ne obliuione deperirent, ut apto tempore hęc eadem mihi inferrentur, & emendatius dictarentur. Quę cũ mihi legiſſet, inueni dictorum meorũ ſenſum ualde inutilius fuiſſe permutatum. Vnde neceſſe eſt ut tua experientia omni excuſatione atque mora ceſſante, ad eius monaſterium accedat eumq; uenire faciat, & cum omni ueritate quantaſcunq; de diuerſis ſcripturis cartulas detulit, ad medium deducat. Quas tu ſuſcipe, & mihi celerrime tranſmitte. Enimuero quia ſtudioſitas Gregorij qui poſt hæc tribus ferme annis ſuperfuit, falli non potuit, conſtat nimirum quia plures libros quã nunc habeantur compoſuit. Quorum memoriam quidam in epiſcopali eius perſtringens ait, Iob, Ezechiel, Euangelia & Paſtoralem expoſuit, & multa alia, ut ſubaudias, quæ iam inueniri nõ poſſunt. Quoniam reuera ante ſuccenſa ſunt, q̃ edita, ſicut reliqua ipſius opera quæ nunc in ſancta Romana retinentur eccleſia adhuc ſub cuſtodia, ne penitus uulgarentur.

71 Itaque ſi curioſius perpendatur, Omne Gregorij tractandi tempus quo libros qui nunc habentur expoſuit, a diaconio ſuo uſq; ad penultimum ſui pontificatus annum extenditur. Et licet Longobardorum perfidia ſęuiente, poſt Ezechielis tractatus ab expoſitione librorum deſtiterit, ab exponendis tamen epiſtolis quandiu uiuere potuit

nunquã omnino ceſſauit. Quarum uidelicet tot libros in ſcrinio dereliquit, quot annos aduixit. Vnde tertiumdecimum epiſtolarum librũ ſeptimę inditionis imperfectum reliquit, quoniam ad eiuſdem indictionis terminum nõ pertigit. Ex quarum multitudine primi Adriani papę temporibus quædam epiſtolæ decretales per ſingulas inditiones excerptę ſunt, & in duobus uoluminibus ſicuti modo cernitur cõgregatæ. Et Gregorius iam dudum in monaſterio poſitus, ubi eũ Angelus domini ſub habitu naufragi ſcribentem repererat, nimirũ quædam dictauerat, ut ad expoſitionem tantæ profunditatis quã in libro Iob penetrare potuit, eo paratior, quo ex dictandi conſuetudine doctior perueniret.

72 Ergo Gregorius in diaconio ſuo dum illum in Conſtantinopolitana Vrbe ſedis apoſtolicæ reſponſa conſtringerent, & Leandrum Hiſpanum epiſcopum iniuncta pro cauſis fidei Vuiſigothorum ibi legatio perduxiſſet, eodem Leandro ſicut in primô libro dixiſſe me recolo, cum fratribus tunc Gregorio adhærentibus importuniſsime cõpellente, librum beati Iob cœpit exponere. Quibus corã poſitis priora libri ſub oculis dixit. Et quia tempus paulo uacantius repperit, poſteriora tractando dictauit. Cumq; ei ſpatia largiora ſuppeterent, multa augens, pauca ſubtrahens, atque ita ut inuenta ſunt nonnulla derelinquens, ea quæ de ſe loquente excepta ſub oculis fuerant, per libros emendando cõpoſuit. Qui cum iam factus epiſcopus Romæ poſtrema dictaret, quo ſtilo prima dixerat, ſollicite attendens egit, ut ea quę locutus fuerat ſtudioſe emendatione tranſcurrens, quaſi ad ſimilitudinem dictatus erigeret, & ea quæ dictauerat, non longe a colloquentis ſermone diſcreparent. Quatenus dum hoc tenditur, illud attrahitur, edita modo diſsimili res non diſsimilis formaretur. Quanuis tertiam ipſius operis partem ut colloquendo protulit, pene ita dereliquit, quia dum eum fratres ad alia exponenda pertraherent, hanc ſubtilius emẽdari noluerunt. Quibus multa iubentibus, dum parere modo per expoſitionis myſterium, modo per contemplationis aſcenſum, modo ꝑ moralitatis ſtuderet inſtrumentum, hoc opus per triginta & quinque libros extenſum, in ſex codicibus expleuit. Quorum exemplaria primo per Vrbis monaſteria ſubdiuiſit, poſtremo uero eidem Leandro epiſcopo deſtinauit.

73 Sed in ipſo ſui epiſcopatus exordio dum a Ioanne Rauennatis Vrbis epiſcopo humiliter reprehenſus fuiſſet, cur paſtoralis curæ delitеſcendo pondera fugere uir tam idoneus uoluiſſet, librum regulę paſtoralis compoſuit. Quam quadripartita ratione diſtinguens, ualde penſandum eſſe perdocuit, cum rerum neceſsitas expoſcit, ad culmen regiminis quiſque qualiter ueniat, atque ad hoc rite perueniens, qualiter uiuat: Et bene uiuens, qualiter doceat: Et recte docens, infirmita-

tem ſuam quotidie quanta conſideratione cognoſcat, ne aut humilitatis acceſſum fugiat, aut peruentioni uita contradicat: aut uita doctrinam deſtituat, aut doctrinam præſumptio extollat. Primum ergo appetitum timor temperet, poſt autem magiſterium quod à non quærente ſuſcipitur, uita cõmendet. Deinde neceſſe eſt ut paſtoris bonum quod uiuendo oſtenditur, etiam loquendo propagetur. Ad extremũ uero ſupereſt, ut perfecta queq; opera conſideratio propriȩ infirmitatis deprimat, ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor elationis extinguat. Et quia quoſdam imperitos ad ſacerdotium conſpiraſſe cognouerat, quoſdam cõſpiraturos eſſe prȩuidebat, qui metiri ſe neſcientes, quæ non didicerunt docere concupiſcerent, quiq; pondus magiſterij tanto leuius æſtimarent, quanto uim illius magnitudinis ignorarent. Hos in ipſo libri ſui reprehendit exordio. Vt ſi quando indocti ac prȩcipites doctrinæ arcem tenere appetiſſent, a prȩcipitationis ſuæ auſibus in ipſa Gregorianȩ locutionis ianua pellerentur. Hunc librũ Anatholius diaconus eius apocriſarius q̃renti ac iubenti Imperatori quondam obtulerat, quem magnus Anaſtaſius Antiochenus epiſcopus in Grȩcam linguam transfudit, & orientalibus eccleſijs opus uenerabile procurauit.

74 Deinde ſicut in ſecundo huius operis libro iam retuli, dum adhuc Gregorius ad loquendum uoce flatuq; ſibi ſufficeret, per ſtationes diſcurrens, xx. Homilias euangelij diuerſo tempore corã populo declamauit. Reliquas uero eiuſdem numeri dictauit quidem, ſed laceſcente ſtomacho langore continuo alijs pronunciare permiſit. Quarũ exemplaria Secundo ſeruo Dei petenti mandauit.

75 Cumq; a ſuis familiaribus ut aliqua de miraculis patrum deſcriberet, Gregorius enixius rogaretur, Maximiano Syracuſano epiſcopo ſcripſit dicens. Fratres mei qui mecum familiariter uiuunt, omnimodo me compellunt aliqua de miraculis patrum quæ in Italia facta audiuimus, ſub breuitate deſcribere. Ad quam rem ſolatio ueſtrȩ charitatis uehementer indigeo, ut quæque uobis in memoriam redeunt, quæque cognouiſſe uos contigit, mihi breuiter indicetis. De domino autem Honnoſo abbate qui iuxta domnum Anaſtaſium de Pentomijs fuit, aliqua retuliſſe te memini, quæ obliuioni mandaui. Et hæc ergo, & ſi qua ſunt alia, tuis peto epiſtolis imprimi, & mihi ſub celeritate tranſmitti, ſi tamẽ ad me ipſe non proficiſceris. Hinc Gregorius roboratus ſanctorum miracula patrum cũ Petro ſuo diacono quæ per inquiſitionem atque reſponſionem protulerat, expoſitionis altius ſtudium interrumpens, ſola nominũ prȩnotatione diſtinxit, & in libros quatuor ordinauit. Vt ſicut in libris expoſitionum ſuarum quibus eſſet uirtutibus inſudandum docuerat, ita etiam deſcriptis ſanctorũ miraculis quæ uirtutum fuiſſet earundem claritas luce clarius oſtentaret.

Quos libros Zacharias ſanctę eccleſię Romanæ epiſcopus Græco latinoq; ſermone doctiſsimus, tēporibus Conſtantini Imperatoris, poſt annos ferme centum ſeptuaginta quinque in Græcam linguam conuertens, orientalibus eccleſijs diuulgauit. Quanuis aſtuta Græcorum peruerſitas, in cōmemoratione ſpiritus ſancti a patre procedentis, nomen filij ſuaptim radens abſtulerit.

76 Primam quoque & ultimam Ezechielis prophetæ partes quæ uidebantur obſcuriores, Romanis poſtulantibus pertractauit. Eaſque per Homilias uiginti & duas diſtinguens, quantū lucis intus habeant demonſtrauit, & in his tractandi ſicut ſuperius patuit finem fecit.

77 Qui libri dum a doctoribus ſequentis temporis tam rectiſsimis ſententijs æditi, q̄ luculentiſsimo rethoricæ facundiæ ſtilo compoſiti ueraciter doceantur, eos beatus Gregorius ex humilitatis ſuæ dulcedine incultos perhibet, Leandro epiſcopo inter cætera ſcribens. Quæſo ut huius operis (haud dubium quin Moralium) dicta percurrens, in his uerborum folia non requiras, quia per ſacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuoſę loquacitatis leuitas ſtudioſe compeſcitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti proculdubio ſcimus, quia quotiens in folijs male lętę ſegetis culmi proficiunt, minori plenitudine ſpicarum grana turgeſcunt. Vnde & ipſam loquendi artem quā magiſterium diſciplinæ exterioris inſinuat, ſeruare deſpexi. Nam ſicut huius quoque epiſtolę tenor enunciat, non miotaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem deuito, hiatus motuſque etiam & præpoſitionum caſus ſeruare contemno. Quia indignū uehementer exiſtimo, ut uerba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. Neque enim hoc ab ullius temporis interpretibus in ſcripturæ ſacræ autoritate ſeruata ſunt. Ex qua re nimirum quia noſtra expoſitio oritur, dignum profecto eſt, ut quaſi edita ſoboles ſpeciem ſuæ matris imitetur. In quibus uerbis agnoſcitur Gregorius non affectaſſe locutionem pompaticam, ſed ex priſtina ſecularis exercitij conſuetudine potius incurriſſe. Cuius facundiæ conſonantiam Iſidorus Hiſpalenſis urbis epiſcopus in expoſitione Geneſeos admiratus, Sumpta inquit ſunt hæc ab autoribus, Origene, Victorino, Ambroſio, Hieronymo, Caſsiano, Auguſtino, Fulgentio, ac noſtris temporibus inſigniter eloquente Gregorio. Sed & Beda presbyter in libro de ſchematibus oratores homæoteleuton facere perhibens, exemplum propoſuit dicēs. Beatus Iob Deo ſoli ſibiq; cognitus, in tentatione ad noſtrā notitiam perducendus, tactus eſt uulnere, ut odorem ſuarum uirium tāto latius ſpargeret, quanto more aromatum melius ex incenſione flagraret. Quo ſchemate ipſe qui hoc dixit, beatus Papa Gregorius ſæpiſsime uſus fuiſſe cognoſcitur. Et huiuſmodi orationes eſſe reor, quas Hieronymus concinnas rethorum declamationes appellat.

78 At Gregorius humilitatis ſuæ cautela cõmonitus, non ſolum fa cundiæ ſuę redolentiam contemnebat, uerum etiam in comparatione tractatus alterius dictaturũ ſuum furfurem nominans, libros ſuos legi quãdiu uiueret, uehementiſsime prohibebat, Innocentio pfecto Africę inter cętera ſcribens. Quod in expoſitione ſancti Iob tranſmitti uobis codicem uoluiſtis, ueſtro omnino ſtudio congaudemus, quoniam illi rei imminentiam ueſtram ſtudere conſpicimus, quæ nec totos foras uos exire permittat, & ad cor iterum ſecularibus curis diſperſos recolligat. Sed ſi delitioſo cupitis pabulo ſaginari, beati Auguſtini patriotæ ueſtri opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quęratis. Item Ioanni epiſcopo Syracuſano. Prętерea audio quod aliqua de his quæ ſcripſiſſe me memini, fraternitas ueſtra ad menſam ſuam coram extraneis legi faciat. Quod mihi non uidetur eſſe faciendum, quia hoc quod uos pro charitate facitis, poſſunt quidam quantum ad me eſt, uanæ glorię deputare. Ideoq; coram extraneis antiquorum dicta legite, ex quorum autoritate ualeant qui audiunt reformari. Itẽ Ioanni ſubdiacono Rauenna poſt multa. Illud inquit, quod ad me quorundam relatione pręlatum eſt, qua reuerentiſsimus frater & coepiſcopus meus Marinianus legi cõmenta beati

132 *Vides quod etiã tempore Gregorij uigiliæ celebrabantur ?*

Iob publice ad 132 uigilias facit, non grate ſuſcepi, .D. quia non eſt illud opus populare, & auditoribus rudibus impedimentum magis ꝙ prouectum generat. Sed dic ei ut cõmenta pſalmorum legi ad uigilias faciat, quæ mentes ſecularium ad bonos mores pcipue informent.

.D. *Quid hic dicent hæretici qui libros omnes ſcripturæ ſacræ adeo omnibus apertos eſſe impudenter exiſtimant, ut omnibus paſſim omnes legere & intelligere liceat ?*

Neque enim uolo dum in hac carne ſum, ſi qua dixiſſe me contigit, ea facile hominibus innoteſci.

79 Quanta ſane conſideratione Gregorius qui ad culmen regiminis humiliter perueniſſe, ad hoc opus perueniens, bene uixiſſe, bene uiuendo recte docuiſſe, ſatis ut opinor monſtratus eſt, infirmitatem ſuam cognouerit, in extremo libro Moralium manifeſtat cum dicit. Expleto itaque hoc opere ad me mihi uideo eſſe redeundum. Multũ quippe mens noſtra etiam cũ recte loqui conatur, extra ſemetipſam ſpargitur. Integritatem nanq; animi, dum cogitantur uerba qualiter proferantur, quia trahunt extrinſecus minuunt. Igitur a publico locutionis redeundum eſt ad curiam cordis. Vt quaſi in quodam concilio conſultationis ad me ipſum diſcernendum conuocẽ cogitationes mentis. Quatenus ibi uideam ne aut incaute mala, aut bona non benedixerim. Tunc enim bene dicitur bonum, cum is qui dicit, ſoli ei a quo accepit, per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua & ſi dixiſſe non inuenio, tamen quia omnino non dixerim nõ defendo. Bona uero ſi qua diuinitus accipiens dixi, meo uidelicet uitio minus me bene dixiſſe profiteor. Nam ad me intrinſecus rediens, poſtpoſitis uerborum folijs, poſtpoſitis ſententiarum ramis, dum ipſam ſubtiliter

radicem meæ intentionis inſpicio, Deo quidem ex ea me ſummoperę placere uoluiſſe cognoſco. Sed eidem intentioni qua Deo placere ſtudeo, furtim ſe neſcio quomodo intentio humanæ laudis interſerit. Quod cum iam poſtmodum tardeq; diſcerno, inuenio me aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe. Sic enim ſæpe intentionem noſtram dum ante Dei oculos recte incipitur, occulte ſubiuncta & eam uelut in itinere comprehendens, intentio humanæ laudis aſſequitur. Sicut pro neceſsitate quidem cibus ſumitur, ſed in ipſo eſu dum furtim gula ſubripit, edendi delectatio permiſcetur. Vnde plerunque contingit, ut refectionem corporis quam ſalutis cauſa cepimus, cauſa uoluptatis explea mus. Fatendum eſt igitur, quod rectam quidem intentionem noſtram quæ ſoli Deo placere appetit, nonnunquã intentio minus recta quæ de donis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur. Si autem de his diuinitus diſtricte diſcutimur, quis inter iſta remanet ſalutis locus, quando & mala noſtra pura mala ſunt, & bona quæ nos habere credimus, pura 133 bona eſſe nequaquã poſſunt? Sed hoc mihi operęprecium credo, quod fraternis auribus omne quod in me latenter ipſe reprehendo, incunctanter aperio. Quia enim exponendo nõ celaui quod ſenſi, confitendo non abſcondo quod patior, per expoſitionem pateſeci dona, per confeſsionem detego uulnera. Et quia in hoc tam magno humano genere nec parui deſunt qui dictis meis debeanț inſtrui, nec magni deſunt qui cognitæ meę ualeant infirmitati miſereri, per hæc utraque alijs fratribus quantum poſſum curam confero, ab alijs quæro. Illis dixi exponendo quod faciant, iſtis confitendo quod pareant. Illis uerborum medicamenta nõ ſubtraho, iſtis lacerationem uulnerum non abſcondo. Igitur quæſo ut quiſquis hoc legerit, apud diſtrictum iudicẽ ſolatium mihi ſuæ orationis impendat, & omne quod in me ſordidum deprehendit, fletibus diluat. Orationis autẽ atque expoſitionis uirtute collata, Lector meus in recõpenſatione me ſuperat, ſi cum per me uerba accipit, pro me lachrymas reddit.

80 Huius beatiſsimi Gregorij 134 uenerabile corpus, a Gregorio quarto ſedis apoſtolicę pręſule poſt annos circiter quinquaginta tranſlatum ante nouellum ſecretarium conſtructis abſidibus, ſicuti modo cernitur, ſub altari ſui nominis collocatur, quo eius 135 anniuerſaria ſolennitas cunctis certatim pernoctantibus ueneratione gratiſsima celebratur. In qua pallium eius & phylacteria, ſed & baltheus eius conſuetudinaliter oſculantur. Quæ ſingillatim conſiderata, & antiquitatem uiri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem regularis propoſiti ſignis perſpicuis repreſentant. Nam in eo quod pallium eius byſſo candente contextum, nullis fuiſſe cernitur accubijs perforatum, ſic ipſum circa ſcapulas obuolutum fuiſſe, non autem confixum dignoſcitur, ſicuti uetuſtiſsimis muſiuis uel picturis oſtenditur. Quod autem reli-

133
Ex hoc quod hię ex Gregorio dicitur, bona q̃ nos habere credimus, pura bona eſſe nequaquam poſſe, ne credas hæreticis perperam exiſtimãtibus nos in quolibet bono opere noſtro peccare, ut enim ex ſuperioribus patet, nõ ſemper id Gregorius contingere aſſerit, ſed non nunquã tantũmodo, cum uidelicet ut ipſe ait, minus recta intentio quæ de donis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur.

134
Et hic habes uenerabile Gregorij corpus.

135
Eius anniuerſaria ſolennitas cunctis certatim pernoctãtibus ueneratione gratiſsima celebratur.

quiarum phylacteria tenui argento fabricata, uiliq; pallio de collo ſuſpenſa fuiſſe uidentur, habitus eius mediocritas demonſtratur. Porro in exilitate balthei quę unius pollicis menſuram nunquã excedit, ſpeciem propoſiti regularis olim a ſancto Benedicto ſtatuti, cuius ipſe uitam deſcribens in dialogo, regulam quoque laudauerat, eum ſeruaſſe luce clarius manifeſtat. Præſertim cum idem uenerabilis doctor Gregorius Gręcam linguam neſcierit, & ſui monaſterij monachos Benedicti utique regulis mancipatos, in Saxoniam deſtinarit.

81 Siquidem quod Græcam linguam neſcierit, ipſe teſtatur in epiſtola Euſebio Theſſalonicenſi epiſcopo ſcribens. Lator pręſentium Theodorus, eccleſiæ ueſtræ lector, ad ſanctorum apoſtolorum 136 limina ueniens, dum homo quippe ut nouus haberetur incognitus, Andreę monacho qui ad ſanctum Paulum incluſus fuerat, res & chartas quas detulit, ut re uera olim noto innocenter depoſuit, credens qđ mens ipſius ſicut & nos ante putaueramus, cum habitu concordaret. Sed tantæ ille prauitatis inuentus eſt, ut ſi eius ſtultitiæ ſub incluſionis ſpecie paulo adhuc amplius licuiſſet, multorum animas malitiæ ſuæ falſitate deciperet, & quocunque potuiſſet non leuia ſcandala generaret. Nam inter alia quę iſdem Andreas peſsime cogitauit & fecit, eam quoque quam ad nos miſiſtis, dum apud ipſum a præfato lectore eſſet depoſita, infalſauit epiſtolam. Vt quicunque eam legeret, uos nec catholica, nec recta ſapere euidenter argueret. Ex quare cõtigit, ut dum ueritatem ſtudioſe quęreremus, eius quę latebat iniquitas uulgaretur, & tanta in eo reperta ſunt, quanta ne de ſcelerato quocunque laico crederentur. Et quia inter diuerſa mala aliquos etiam ſermones ſcripſit, atque eos ex noſtro nomine titulauit, & ſuſpecti ſumus ne eos alicubi tranſmiſerit, fraternitas ueſtra ſollicitudinem gerat, & ſi quid tale repperit, eos excindi, & omnino faciat aboleri. Vt quod imperitus litterarum, & ſcripturæ diuinæ neſcius, noſtro ſicut diximus, nomine pręnotauit, quorundam animos non poſsit inficere. Nam nos nec Græce nouimus, nec aliquod opus aliquando Græce conſcripſimus.

136 Ecce quõ peregrinationes ad loca ſancta, & ad Apoſtolorum limina antiquis etiam patribus fuerunt in uſu.

82 Quod uero monachi qui a Gregorio in Saxoniam miſsi ſunt, ſancti Benedicti regulæ fuerint mancipati, inter alia etiam illud oſtendit, quod ex ipſius diſcipulis uix poteſt in illis partibus monachus aliquis inueniri, a quo non obſeruetur tam in propoſito quàm in habitu regula Benedicti. Quapropter ſicut conſtat Gregorianum Monaſterium a Latinitate in Gręcitatem, neceſsitate potius ꝙ̃ uoluntate conuerſum, ita fideliter pręſtolatur in latinitatis cultum fauente domino denuo reuerſurum.

83 In cuius uenerabilis monaſterij atrio iuſſu Gregorij iuxta nymphium 137 duæ iconæ ueterrimæ artificialiter depictæ uſque hactenus uidentur. In quarum altera beatus apoſtolus Petrus ſedens cõſpicitur

137 Si iuſſu Gregorij duæ imagines ſunt depictæ, cõſtat uſum imaginum in Eccleſia licitũ eſſe & antiquũ.

citur ſtantem Gordianum regionarium, uidelicet patrem Gregorij, manu dextera per dexteram nihilominus ſuſcepiſſe. Cuius Gordiani habitus caſtanei coloris planeta eſt, ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas, habens ſtatura longa, facies deducta, uirides oculi, barba modica, capilli condenſi, uultus grauis. In altera uero mater Gregorij ſedẽs depicta eſt ſiluia, candido uelamine a dextero humero taliter contra ſiniſtram reuoluto contecta, ut ſub eo manus tanq̃ de p'aneta ſubducat, & circa pectus ſub gula inferior tunica pſeudolactinei coloris appareat, quæ magno ſinuamine ſuper pedes defluat, duabus Zonis ad ſimilitudinem dalmaticarum, ſed latioribus omnino diſtincta. Statura plena, facies rotunda quidem & candida, ſed ſenio iam rugoſa, quã ipſa quoq; ſenectus pulcherrimam fuiſſe ſignificat. Oculis glaucis & grandibus, ſupercilijs modicis, labellis uenuſtis, uultu hilaris, ferens in capite matronalem mitram cãdentis brandei raritatem niblatã. Duobus dextere digitis ſignaculo 138 crucis ſe munire uelle prętendens. 138
In ſiniſtra uero patens pſalterium retinens, in quo hoc ſcriptum eſt. Viuit anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. A dextro uero cubitu uſque ad ſiniſtrum circa ſcapulas uerſus aſcendens reflectitur, qui ita ſe habet Gregorius Siluiæ matri fecit.

Vides quod & antiquis ſignaculo Crucis ſe munire ſoliti erãt.

84 Sed ab apſidicula poſt fratrem Cœllarium Gregorius eiuſdem aurificis magiſterio in rota gypſea pictus oſtenditur. Statura iuxta & bene formata, Facie de paternæ faciei longitudine & maternæ rotunditate ita medie temperata, ut cum rotunditate quadam decentiſsime uideatur eſſe deducta, barbe paterno more ſubfulua & modica, Ita caluaſter, ut in medio fronte gemellos cincinnos raruſculos habeat, & dextrorſum reflexos. Corona rotunda & ſpatioſa. Capillo ſubnigro & decenter intorto, ſub auriculæ mediũ propendente, fronte ſpecioſa. Elatis & longis, ſed exilibus ſupercilijs. Oculis pupille furuis, nõ quidem magnis, ſed patulis. Sub ocularibus plenis, naſo a radice uergentium ſuperciliorum ſubtiliter directo, circa medium latiore, deinde Paulo recuruo, & in extremo patulis naribus pręminẽte. Ore rubeo, craſsis & ſubdiuiduis labijs, genis compoſitis, mento a confinio maxillarum decibiliter prominente. Colore aquilino & uiuido, nondum ſicut ei poſtea contigit, cardiaco, Vultu mitis, manibus pulchris, Teretibus digitis, & habilibus ad ſcribendum. Prę terea planeta ſuper dalmaticam caſtanea. Euangelium in ſiniſtra, modus crucis in dextera. Pallio mediocri, a dextro uidelicet humero ſub pectore ſuper ſtomachum circulatum deducto, deinde ſurſum per ſiniſtrum humerum poſtergum depoſito, cuius pars altera ſuper eundem humerum ueniens propria rectitudine non per medium corporis ſed ex latere pendet. Circa uerticem uero tabulæ ſimilitudinem quod uiuentis inſigne eſt, præferens non coronam. Ex quo manifeſtiſsime declaratur, quia

Gregorius dum adhuc uiueret, ſuam ſimilitudinem depingi ſalubriter uoluit, in quo poſſet a ſuis monachis non pro elationis gloria, ſed pro cognitæ diſtrictionis cautela frequentius intueri, ubi huiuſmodi diſticon ipſe dictauit

Chriſte potens domine noſtri largitor honoris
Indultum officium ſolita pietate guberna.

85 Ibi etiam tempore iam Petri archidiaconi & Ioannis Oeconomi, Saturninus monachus dextra leuaque beati Gregorij, effigies ſanctorum apoſtolorum quemadmodum modo uidentur, depinxit. Quo ſcilicet loco nonnunq́ diuinitus 139 candela ſuccenditur, & in eiuſdem ſimilitudinis æffigie pro regimine ſui monaſterij ſæpe beatus Gregorius præſentatur.

139 Si imagines illicitæ eſſent, ad Gregorij eſſigiem non accenderetur diuinitus candela, & ipſe non Præſentaretur pro ſui Monaſterij regimine

86 Nam ut pauca de multis contingam, Leonis quarti pontificis tempore, cum Megiſtus Oſtienſis epiſcopus & apoſtolicę ſedis bibliothecarius, eidem monaſterio præeſſet, Ioãnes præsbiter eiuſdem prępoſitus, cum quadam femina turpiter uiuens, uehemēſtiſsimo podagræ dolore correptus eſt. Qui medicorũ manu cauteriatus per exuſtionis uulnus calcē cepit effundere, quam reſtringere nullis artibus pręualens, in tantum deſperationem perductus eſt, ut ab omni illius fæminæ uiſitatione deſiſteret, & illa ſibi alterum ſub eodem facinore copularet. Sed poſt annum prępsbiter ad priſtinam ſanitatem reuertēs, quamq́ propoſitum ſibi fuiſſet ut ulterius nullam contingeret, ad eandem tamen miſſo nuntio, futuro die dominico ſe redire profeſſus eſt. Quo recepto, ubi ſuo deſiderio uotum quoque mulierculæ conuenire gauiſus eſt, ad balnea proceſsit. Vnde reuertens, tantum lætitiæ potionibus & cautionibus ſe diſſoluit, ut ſubrepente ſomno intereſſe nocturnis cum fratribus nunq́ potuiſſet officijs. Eadem nocte cuidã p̃sbitero & monacho beatus Gregorius in ſomnis apparēs ait. Surge, & dic præpoſito ut pænitentiam agens, peculium ſuum quod eum aggregare non puduit, pro peccato cōſcientiæ ſuæ diſpergat, quia die tertia funditus extinguetur a uita. Quod prępoſitus uehementer ut audiuit expauit, & quia mandato Gregorij incredulus eſſe non poterat, pænitentiam cepit, cunctaque ſua ſanus diſtribuens, tanto febris ardore correptus eſt, ut a diluculo diei tertij uſque ad horam tertiam cum ingenti fragore præ incendio linguam ab ore proiciens, ultimũ flatum protraheret. Quem præsbiteri tam duriter laborare uidentes duputatis illic monachis cum 140 pſalmodijs eius exitum commēdarent, ipſis pro eo ſtuduere omnipotenti domino ſolēnes hoſtias immolare. Sed Monachi pſalmodiam deferentes, non timuerunt inter ſe morienti, fratri detrahere. Cum ecce præsbiteri a Miſſarum ſolēnijs circa horam ſeptimam remeantes, Ioannem præsbiterum quem incredibiliter cum morte luctantem reliquerant, leuius ſe habere mira-

140 Ecce quomodo uiri Chriſtiani moriũtur.

ti ſunt,eumque nominatim clamare ceperunt.Mox ille oculos ſubridendo concutiens,parcat inquit uobis Dominus fratres,quare me ſollicitare uoluiſtis? qui ab ipſo huius diei principio uſque nunc, coram Chriſto præſidenti multis milibus angelorum cum diabolo ad iudiciũ ſteti, & adiuuantibus me ſanctis Andrea & Gregorio, cunctis eius obiectionibus bene reſpondi. Sciatis autem,quia monaſterij ſextariũ, modium,libram,conſuetudinem elæmoſynarum & luminũ,omneq; menſuram curioſiſsime Chriſto quærenti, uſque ad ſcabellum pedũ eius portaui.Sed de una obiectione fateor conuictus erubui. De qua me nimium ſicut uidiſtis,laborando uexaui, & me adhuc liberare nõ potui.Cumque fratres de ea requirerent ait. Non audeo dicere,quia quando uos me clamaſtis, & a ſancto Gregorio redire iuſſus ſum,ut uobis etiam de menſuris & conſuetudinibus monaſterij ponerem rationem,diabolus conqueſtus eſt,putans quod me pater Gregorius ad pænitentiam remiſiſſet.Quapropter beatum Gregorium uadẽ dedi, ne commotam calumniam cuilibet reuelarem. Illis magis imminentibus,& ſe pro eo deprecaturos dominum promittẽtibus, ut cauſam fratribus reuelaret, defunctorum quorundam domos, & uiuentium merita pro ferebat dicens. Iſte dignus,iſte indignus eſt. Rurſus interrogatus a monachis qui pridem ſecum remanſerant,conuerſus eſt dicens.Omnia in quibus mihi detraxiſtis fratres audiui, quanq; reſpondere nequiuerim,& impedimentum mihi non modicum generaſtis, quia tam a uobis q̃ a diabolo ſub uno tempore accuſatus, neſciebam cui calũniæ primitus reſponderem. Sed ſi quando quemlibet migrantem uideritis, compatimini ſorti communi, & nolite de eo iudicare, qui ad tam diſtricti iudicis cum criminatore ſuo iudicium uadit. His expletis cunctos iubet abſedere, ſolum præsbiterum qui ſibi mortem prænuntiauerat ſecum tenens,qui ſolus remanere paueſcens,alterum ſecum tenuit,hortatus ut cauſam pro qua conflixerat,ſaltem ſibi pandere non timeret. At ille uehementer ingemuit,& conuerſo ad parietem capite clamabat dicens.O Andrea Andrea,hoc anno pereas, qui me prauo conſilio ad periculum compuliſti. Eueſtigio Zacharias medicus qui anno præterito ad ſuos,uidelicet ſaracenos, apoſtatando reuerſus eſt affuit,tantiſq; temporibus iurare cepit præsbiterũ ex eadẽ ualitudine minime moriturum. Quem languidus ut audiuit,cum ingenti animaduerſione reppulit dicens.Fratres iam omne corpus meũ eſt mortuũ,in extremis faucibus ſpiritum permiſſum retineo continuo moriturus.Tãtum pſallite,ut reuideam angelos quos uidebã, & innuens uobis oſtendam. Quibus orantibus, totus cepit tremere, pelleſcere,ſurſum deſiderãter aſpicere.Cũ ſubito ſpiritus aduẽtare cõſpiciens,reuolutis terribiliter oculis,monachis innuit,& abſceſsit. Eoſq; tãto terrore percullos dimiſit,ut multis noctibus ibi iacere timuerint.

87 Eodem die ſicut poſtea deprehenſum eſt, eodemq; momento quando presbiter moriens Andreæ periculum fuerat imprecatus, idē Andreas fundi Barbiliani, poſiti ſcilicet in uia Oſtenſi conductor, in lectulum decidit, in quo per multum temporis continuo langore correptus, ita totus emarcuit, ut omne corpus eius particulatim uideretur diſſolui. Cumq; defluentibus carnibus conſumi poſſet, mori autē non poſſet, uxor quæ fœtorem uulnerum uiriq; cruciatus iam ſuſtinere non poterat, intellexit tanti languoris incommoda ſine diuinæ ultionis ſententia hunc nullatenus incuriſſe, quē flendo curauit inquirere, ut quoniā a moriente præpoſito fruſtra uocari non poterat, quid cum ipſo cōmiſerat ut monachis reuelaret, ſi forte dominus eius confeſsionem recipiens, eum a tantis cruciatibus liberaret. At ille cognoſcens malum quod fecerat, latere non poſſe, monaſterij monachos cōuocari rogauit, eisq; confeſſus eſt cum eodem præpoſito quaſdā Monaſterij cartulas rapuiſſe, ac receptis p̄tijs extraneis tradidiſſe, ſeq; certum exiſtere, quia pro hoc flagitio mori nō poſſet, quouſq; hoc corā omnibus reuelaret. Quod uidelicet uerum fuiſſe rei exitus euidenter oſtendit. Nam mox ut tantum facinus cunctis innotuit, is qui dudum mori uolens non poterat, inter uerba ſuæ confeſsionis efflauit. Quem idcirco omnipotens Deus diu cruciari uoluit, mori autem donec reatum ſuum conficeretur non poſſe permiſit, ut exemplo ſui cruciatus oſtenderet, quid conſumptores rerum Gregorij de ſemetipſis utique ſperare debuiſſent.

88 Ipſius quoq; pontificis tempore eiuſdē patris monaſterio Athanaſius prefuit. Vir quidem caſtitate conſpicuus, & ſui monaſterij cautiſsimus exequutor. Qui cum ſeruientis inopiæ tempus agnoſceret, ne monachis neceſsitas fortaſsis incumberet quadraginta pauperum quos beatus Gregorius paſci ſemel in anno decreuerat, refectionem ſubduxit. Quod impune ſe feciſſe perpendens, etiam duodecim pauperum totidem denarios qui die depoſitionis beati Gregorij pro commemoratione duodecim ab eo quondā inuitatorꝝ, quorꝝ tertiuſdecimus angelū ſe eſſe profeſſus eſt, conſuetudinaliter paſcebantur, penitus intercepit. Cum eiuſdem quadrageſimæ tempore beatus Gregorius eidē presbitero cui ſupra & monacho in ſomnis apparuit dicens. Vade & dic Oeconomo, quia diminuit conſuetudinē quam ego conſtitui, dominus quoq; dies eius diminuit. Quod Oeconomus ut audiuit, primo quidem contremuit, poſt uero tanto minus credidit, quanto longius uitam ſuam cognoſcebat extendi. Et ecce ſub ipſis albis paſchalibus in oratorio ſancti Seuerini cum fratribus ueſpertinis aſsiſtēs officijs, ardere parietem uidit, quem fratribus extinguere imperauit. Quibus hunc uinolentum credentibus, ipſe tandem ferulam quam tenebat proijciens, manusq; per parietem circumducens, conabatur

foris

foris flammas extinguere,quas conſtabat intima eius depaſcere. Deniq; tandem ad hoſpitium rediens, tantæ febris ardore ſuccenſus eſt, ut peruenire ad diem ſeptimum nullatenus potuiſſet. Quia ergo dñ conſuluiſſe putauit ſe monachis pauperibus nocuiſſe non timuit. Ac per hoc quo ſe placare poſſe Gregorium credidit prorſus oſtendit. Fruſtra flammas parietis extinguere uoluit,qui tenacitatis ſuæ flammas extinguere recuſauit.

89 Eodem nihilominus tempore poſt abſidem oratorij ſanctæ Mariæ ſemper uirginis, Oratorio ſanctæ Barbaræ ubi Gregorius laudes domino celebrare ſolebat coniuncto,dæmon apparuit, ſibiq; in antro quod illic cernitur hoſpicium faciens,nocturnis horis tãto crepitabat fragore,ut omnia fundamenta monaſterij putaretur conuellere. Non numq̃ equos de ſtabulis auferens, audiebatur tota nocte diſcurrere, quorũ duos præcipitio demerxiſſe probatus eſt.Cumq; pauore tanti ſonitus monachos a tricliuio in quo ad auram propter feruorẽ caumatis iacere ſolebant,penitus auertiſſet,unus eorum confiſus in uirtute Dei omnipotentis ante foramen decumbens, oratione facta cœpit dormire.Cui dęmon in ſimilitudine catti apparuit, eumq; unguibus eſt aggreſſus diſcerpere,quo Monachus oratione repulſo, identidem ſopori ſe tradidit.Cum ſubito dæmon in ſimilitudine cuiuſdam ęthiopis lancea minando apparuit dicens. Ego quidẽ hinc uado,ſed te uulneratum dimitto.Quo dicto lãceam uibrauit,Monachumq; ei ulauit tanq̃ ſi re uera percuſſus extiterit. Accurrentibusq; monachis licet pauidus quod uiderat indicauit, & deinceps ibi ulterius dæmonium non acceſsit.

90 Benedicti quoq; pontificis tempore lucido Ficulino epiſcopo eidem monaſterio præminente, cum peſtilentia faucium multitudo quotidie maxima deperiret,idem monachus præcluſis faucibus uenit ad mortẽ. Cui deſperanti beatus Gregorius in 141 ſomnis apparuit dicẽs. Vis ſanus fieri? At ille ſe uelle reſpõdit. Et.B.Gregorius. Si mihi inquit promiſeris ea quæ tibi dixero fore dicturum, ſcito te eſſe ſanãdum ſin uero,citius moriturum.Cumq; ille ſe dicturum tota certitudine promitteret audiuit. Ito 142 denuntians ſabæ,Ioanni Benedicto,Aiartino,Palumbo,& Antonio monachis,Laurentio coco,Gemmoſo carpentario,accepto piſtori,Andreæ Romano, & Leoni laicis, quoniam a craſtino incipientes,omnes diatim ſe moriẽdo ſubſequantur.Poſt quorum deceſſum denuncia Lucidum epiſcopum qui tenet id Monaſterium,die ſeptimo moriturum.His dictis Monachum oſcitare præcipiens,duos digitos in faucem coniecit, uulnuſq; diſrumpẽs, ut excrearet iniunxit.Ille tuſciens partem coagulati ſanguinis in morem lapidis re uera proiecit. Et ab ipſis pene mortis ianuis liberatus, eadem nocte contra ſpem omnium matutinalibus hymnis interfuit.

141 *Si beatus Gregorius toties in ſomnis apparuit, conſtat eum non recte dici mortuum,ſed magis dormientem, nam uere Deo uiuit ſpiritus eius.*

142 *Sancti in dei et Chriſti lumine non ſolum ſciunt ea quæ circa nos aguntur, ſed & quæ uentura ſunt.*

Mirantibus fratribus ſanitatis ſuæ modum innotuit. Quos quando & qualiter ex monaſterij familia morituros præuiderit indicauit. De ſola interim epiſcopi morte dubitando cõticuit. Et eueſtigio in cunctorum morti deputatorum auribus uolans fama diſcurrit. Et dum ex relatione Monachi morituros certo die cognoſcerent, diſpoſitis ſuis rebus culis ita ſe in mortem ſecuti ſunt, ſicut fuerant in ſomno nominati.

91 Cumq; prẹsbiter & Monachus Lucido epiſcopo tam dirũ nuntium reuelare timeret, Tacere autem penitus non auderet, Monaſterio ſe tandem proripuit, & ad domum epiſcopi non longe a flumine Tiberi regione uidelicet iuxta baſilicam ſanctorum Ciri & Ioannis poſitam, ſomnium nuntiaturus acceſsit. Quem ſcilicet ubi cum pontifice in palatio prandere cognouit, expectans redeuntem ſacerdotalibus ueſtimentis indutum, colore fulgidum, ualitudine quoq; ſaniſſimum ſalutare curauit. Cui epiſcopus ait. Iam nũc in tota Vrbe pro diuino haberis, quia de eis quos morituros pronunciaſti ſolus unus remanſit. At ille, utinam ſicut & ille quem uiuere putas, defunctus eſt, ſic ipſe qui hunc ſequi prædictus eſt exiliret. Cumq; epiſcopus de eo tota curioſitate requireret, & Monachus dicere palpitaret, tandẽ ubi die ſexto ſe moriturum cognouit, expalluit, atq; contremuit, reſumptisq; uiribus contra Monachum frenduit, quem redire uolentem retinuit, interiora cubiculi peruagus penetrauit, paulatim ſibi fauces dolere perſenſit. Deinde tacto ſibi pulſu mox febris ſigna cognouit, Monacho credidit, domum ſuam diſpoſuit, ad Monaſterium cui prẹerat, eiſdem infulis redimitus, quibus a patriarchio reuerſus fuerat uenit. Secunda feria cunctis tam ſubitam conuerſionem mirantibus, monachicum habitum ſuſcepit. Et paulatim ingraueſcente moleſtia, ſextẹ feriæ diluculo ſubdormiuit. Ac denuo ſuſcitatus apparuiſſe ſibi ſanctum Andream apoſtolum, ſeq; circa horam tertiam uocandum eſſe, ſibiq; præceptum perhibuit, ut quia ſuæ mortis expectatione ſuſpenſi Monachi ſancti Fabiani munia ſolita celebrare non poterant, mox corpus ſuum ſepulturæ traderent, acceptis a ſe 143 cereis ac thymiamatibus ad peragenda ſolemnia feſtinarent. Hora itaque tertia epiſcopus lætus defungitur, ut in ipſa uultus eius lætitia conuerſio ipſius Deo fuiſſe placabilis cunctis uidentibus monſtraretur.

143 Vide ãtiquũ eccleſiæ morẽ ſepeliendi mortuos, nempe cum cereis & odoramentorum ſuauitate.

92 Eodem tempore Germanus cuiuſdam Monachi mentis inſaniam paſſus eſt, ita ut humana conſortia fugiens, multo tempore per uagus per criptas ſolitarias & cænoſa monumenta diſcurreret. Cuius inſaniæ frater nimium condolens, cotidie ſanctum 144 Gregoriũ profuſis lachrymis præcabatur, ut ſibi fratrem ſoſpitẽ reddere dignaretur. Itaq; cum nocte quadam poſt huiuſmodi fletus quieſceret, beatus Gregorius apparuit ei dicens. Videns lachrymas tuas, ſuſcepi orationem tuam. Et ecce germanum tuum tibi hodie ſanum reducam,

144 Aduerte ex hoc loco ſanctos inuocandos eſſe, inuocatosq; ferre orationes noſtras & deſideria, atq; inuocãtibus beneficia conferre, nec ob huiuſmodi inuocationem obtenebrari dei neceſſariam inuocationem.

& hoc tibi ſignum, quia ſtatim ut dies illuxerit, iuſſu pontificis preſ-byter qui hic incluſus eſt extrahetur. Qui ſurgens matutinali tépo-re fratribus indicauit. Forte tunc idem præsbiter cãpanus de loco qui clauſtrum non longe a terracina uocatur ubi a ſuis pro quodam crimi ne accuſatus, in eodem Monaſterio tenebatur, & temporibus multis labentibus a ſuis accuſatoribus iam contempus, a ſuis cunctis fuerat in obliuionem deditus. Cum nullum propinquum, nullum in Vrbe co-gnitum habere potuiſſet, qui de eo pontifici ſuggeſsiſſet, & monachi quidem pro eo ſatagerent, ſed proficiendi aditum non haberent, pon tifex diuinitus recordatus eiuſdem, diluculo hunc ab erguſtulo iuſsit extrahi liberumq; dimitti. Nec multo poſt Monachi frater ita ſanus reuerſus eſt, ut uideretur hactenus in eiuſdem patris monaſterio tanto fidelius deſeruiſſe, quanto ſe illius admuniculo meminit ad ſanitatem priſtinam remeaſſe.

93 Reuerendæ quoq; memoriç Nicolai pontificis tempore regimẽ eiuſdẽ Monaſterij Zacharia ciuitatis Anagninæ præſule ſicut hodie ſupereſt procurante, fundum Barbilianum cuius ſuperius feceram mentionem, pro incolarum ſceleribus dęmon aggreſſus eſt, & in ſimi litudine Taurelli de pratis mugiendo ad domum recurrens, inuiſibiliter ſuis corniculis uirũ ſentiebatur noctu percuttere. Bouesq; a præſepijs extrahens, per contiguos campos & compita curſu uelociſsimo fatigare. Cumq; hoc diutius faceret, crebroq; ruſticis noxius immineret, huiuſmodi percuſsionibus ſaxulum quendam eiuſdem prædij cõductorem affligendo diſperdidit. Deinde bubulcos aggreſſus tanta cę de perdomuit, ut intra trium menſium ſpatium neminem illic pręter unum tantum Vrſellium nomine, quem ſimiliter affligebat relliquerit. Qui Romam ueniens, dum tantæ cladis periculum fratribus indicaret, interrupto ſermone monaſterij portis egreſſus eſt, & obſtupeſcentibus monachis non niſi mane facto reuerſus eſt. A quibus curioſe diſcuſſus, quo nam ſe pridem tam ſubita uelocitate proriperet, con feſſus eſt dicens, Dum uobis inſaniam dæmonis reuelarem, Taurellus affuit, anterioribusq; pedibus me complectens, ac ſuis corniculis tundens, ante ſe cepit minare, & tota nocte me ſubire muros coegit & arbores. Cumq; nouiſsime per poteſtatẽ me conaretur demergere, de complexibus ipſius exiliui, eumq; toto conamine fugiens, ad portas quas Euthimius Oeconomus fecerat, Monaſterij huius pueni. Quas clauſas inueniens, ambabus manibus ambos eius anulos apprehendi. Et dum ab eis me luctaretur diuellere, quidam caluus pontifex obliquo latere ſe inter portarum rimas excutiens, ferula caput Taurelli percuſsit, eumq; in fugam compellẽs, me ab illius perſecutionibus liberauit. Ergo dum incolæ deperiſſent, & nullus ibidem habitator acce deret, ac per hoc Monachi pro deſolatione loci ſatagerẽt, cuidam eo-

rum Gregorius in ſomnis apparens, iubet ut ſi dæmonem a monaſterij fundo uoluiſſent depellere, ab oratorio ſanctæ Martinæ in eodem fundo uſq; ad oratorium ſanctæ Mariæ ibidem in dominico conſtitutum, Fratres cum 145 litanijs aquam ſpargentes exorcizatam procederent. Quo facto, ita dęmon ab omni Monaſterij poſſeſsione repulſus eſt, ut poſtea per confinij limites ore, naribus atq; oculis flammas ejicere, porcosq; cogere a ſubulco notatus ſit. Sed intra fines Monaſterij nunquam intrare permiſſus.

145 *Vides litanias uides et aquã benedictã? Non ergo noua hæc, nec ſuperſtitioſa inuenta.*

94 Alio quoq; tempore Tetgaudus quondam Treuirenſis epiſcopus qui cum Günthario Agrippinæ Coloniæ epiſcopo a reuerendæ memoriæ Nicolao fuerat ſacerdotali priuatus officio, liberalitate Adriani pontificis in eodem monaſterio manſionem ſuſcepit. Cui beatus Gregorius in ſomnis apparens, maximum terrorem quo de ſuo monaſterio concitus egrederetur incuſsit. Ille perpendens uiſum fuiſſe phãtaſticum, oratione facta rurſus dormire cœpit. Cui Gregorius pontificali 146 habitu redimitus apparens, Non ne inquit dixi tibi ut a monaſterio meo quod in rebus proprijs per inuocationem ſancti Andreæ apoſtoli domino dedicaui recederes, quia diuerſorium fieri nullo modo licuiſſet? Cumq; Tetgaudus hoſpitandi ſibi licentiam ſuſcepiſſe ſe a pontifice reſpondiſſet, Gregorius ait. Et tu qui petiſti, & ille qui dedit, utriq; contra Deum feciſtis, cuius uindictã citius incurr;is. Euigilans Tetgaudus intremuit, & facta oratione ſopori ſe reddere uoluit. Cum repente uenientium ſonitum audiens uehementer expauit, ſeq; dormire ſimulauit. Appropinquans 147 ergo Gregorius, ſanctum Andream apoſtolum per dexteram tenens, præcepit ſubdiacono qui ſe præibat cum lumine dicens. Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet Gregorius ait. Aſpice in nos. Intuitus in eo Tetgaudus magis intremuit, eumq; ſibi taliter comminantem audiuit, quia ſecundo commonitus uerbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobediẽtia adeo prouocaſti, ut hunc apoſtolum Dei huc fatigare ſtuduerim, ſcito cognoſcens quia niſi hodie ab hoc monaſterio meo receſſeris, futura ebdomada cum tuis omnibus uita priuaberis. Si uero receſſeris, ab hoc quidem momentanea ſententia liberaberis. Sed neq; tu, neq; aliquis hic tecum degentium ſuam patriam reuidebit. Mox Tetgaudius lectulo ſe proripuit, & primo ſuis, deinde monaſterij monachis, poſtremo quibuſcumq; potuit ſomnium reuelauit. Et quia 148 aliud hoſpicium citius a pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum ſuis omnibus uita priuatus eſt.

146 *Nota cui Gregorius pontificali habitu redimitus apparens.*

147 *Quid dicis hæretice? Mortuus ne tibi uidetur eſſe Gregorius? an magis perfecte uiuet?*

148 *Vide quanta ſancti poſſunt poſt mortem.*

95 Eodem quoq; tempore ſuppo piceni comes ibi applicuit. Qui monachis quidem plurimam dapſilitatem oſtendit, & in rebus tam uenerabilis monaſterij uſurpationem ſuorum prohibuit. Huius familiaris

liaris quidam nomine Faraldus exiſtens, ſi quãdo Suppo ad palatium proceſsiſſet, 149 fornicarias illuc deteſtantibus monachis non uerebatur inducere, atque cum eis cõmeſſationes & ſaltationes illicitas celebrare. Idemq; noctis principio ſeceſſum petens, a ſpiritibus immundis in aëre per capillos apprehenſus eſt. Cumq; tota nocte pendens uocis officium non haberet, matutinalibus horis beatus Gregorius ei uidendum ſe præbuit, dicens, Inimice Dei non tibi ſufficiunt alia mala quę in meo monaſterio peruicaciter perpetraſti, niſi inſuper ſcenicas meretriculas in clauſtro monachico tanquã in Theatro conducas? Crede mihi hoc anno peribis. Tunc ille magnis cepit uiribus pœnitentiam ſupplicare, & de cętero plenam correctionem promittere. Continuo Gregorius iuſsit eum dimitti, qui ad terram decidens, quia corrigi noluit, eodem anno uerã fuiſſe Gregorij ſententiam moriendo probauit.

149 *Ecce quã ſeuere deus uindicat fornicantes & delinquentes in ſanctorũ monaſterijs.*

96 Eiuſdem comitis homo ſub alio tempore Indulfus uocatus eſt. Cui dum cocus pro comparandis lignis denarios peteret, nullo modo potuit impetrare. Sed nefario iure percepit licentiam ut attegias & feneſtras & uicini dormitorij tabulas aggreſſus diriperet, earumq; ignibus ſibi prandium præpararet. Cum ſequenti nocte idem Indulfus ad ſeceſſum pergens, cur monaſterij tabulas tam petulanter incendi præcepiſſet a quodam ſene diſcuſſus eſt. At ille more gallico ſanctum ſenem increpans follem, ab eo quidẽ uirga percuſſus eſt. Sed uir ſuperbus tanto pondere lapſus eſt, ut ſemiuiuus humi decumberet. Eodem momento ſub eadem ſpecie cuidam clerico foris dormienti, idẽ ſenex apparuit dicẽs, Surge, & dic comiti, ut ab hoc meo monaſterio in quo diuerſorium fieri omnino non licet, anteq̃ me ad iracundiam prouocet, ſaluus recedat. Ecce ego familiari eius mihi obnoxio, quem uidelicet percuſſum ante ſeceſſum dimiſi, congruam medelam refundam. Quem cum quis eſſet clericus requirens, ipſum ſe eſſe perhibuit, qui ex pictura quæ eius lectulo præminebat, facile potuiſſet agnoſci. Statim clericus ſurgens lumen arripuit, & ex 150 picturæ ſimilitudine ſanctum Andream Apoſtolum ſibi apparuiſſe cognouit. Itaque ad Indulfum iacentem perrexit, eum ſemiuiuum iam repperit. Quem magnis eiulatibus clamare incipiens, tam comitem q̃ cunctos qui ſub eiſdem domibus dormiebant, miſerabili uociferatione uenire coëgit. Et in faciem iacentis aquam ſuffundens, per 151 inuocationem ſancti Andreæ apoſtoli tandem aliquando loqui fecit, atque cuncta quæ ſibi reuelata fuerant, cum eo pariter comiti reuelauit. Qui die facto monachos euocauit, quid contra ſanctum Andream cõmiſerit quęrelabundus inquirere cœpit. At illi deletum dormitorium cocorum manibus oſtenderunt. Cũq; Deo deuotus comes eos uellet ſupplicio ſubiugare, confeſsi ſunt ſe illud ædificium Indulfi iuſsionibus deleuiſſe. Pro cuius reparatione dum Comes monachis argentum uoluiſſet tri-

150 *Ex pictura D. Andreas cognitus eſt.*

151 *Vide ſancti Andreæ inuocationem, & illius exauditionem.*

buere, Sergius magiſter militum reſtitit, promittens illud ſe pro eo cō-tinuo melius refacturum. Mox comes humiliter a monaſterij clauſtro ſecedens, ad domum Petri filij quondam Karoli cum omnibus ſuis ſeceſsit, neque ulterius in eodem monaſterio hoſpicium ſibi dari cōceſsit. Indulfus uero in domo eiuſdem Sergij magiſtri militum derelictus diſperijt, ſibiq; ſanctum apoſtolum prǫualuiſſe ſuo ipſius detrimento monſtrauit.

97 Nuper Dominicus quidā presbyter Zacharia epiſcopo de quo prǫfatus ſum, Gregoriani monaſterij curam gerente, præpoſitus extitit monaſterij qui carnis fragilitate corruptus, Eupraxiam quandam ſanctimonialem a Monaſterio ſancti Andreæ apoſtoli quod appellatur cliuus ſcauri, diripuit uel ſubduxit, & in regione ſeptem uiarū loco qui dicitur Vipera, collocauit. Cui cum corrupta ſanctimonialis quia latrinam & furnum contiguū non habebat, crebro uideretur eſſe moleſta, infelix presbyter peccatum peccato cōnectens, ut meretriculæ placere potuiſſet, beatum Gregorium non recuſauit offendere. Cuius mirabilis immo ſaluberrimi fontis tegulas diripiens, ſeceſſum & furnum proſtitutæ fęminæ non erubuit fabricare. Quibus peractis cum ſequenti nocte iam ſecurior a querelis laſciuæ mulieris in eadē domo dormiret, uidit duos quoſdā terribiles cubicularios ſe ligatis manibus ad uenerabile monaſterium reducentes, quos interrogans cuius præcepto ſibi talia facerent, audiuit hoc Romanum Pontificē pręcepiſſe. Forte tunc Ioannes ſanctę ſedis apoſtolicę Pontifex contra Saracenorum incurſus litora peragrabat. Cuius abſentiæ ligatus presbyter recordatus, increpando ſubiunxit Dominus papę pridie contra ſaracenos perrexit, & uos quomodo dicitis quod ipſe me ligari iuſſerit, qui eum poſtea non uidiſtis? At illi dixerunt. Si Ioannes papa hinc abijt, ſanctus Gregorius hic remanſit, qui monaſterij ſui clauſtra ſolito more perluſtrans, a te ſuum fontem repperit diſsipatum, & nos ex eius tegminibus tuæ meretriculæ furnum ac neceſſarium uidimus coopertum. Quod presbyter ut audiuit erubeſcens intremuit, eorumq; uiolentia ſe in curte monaſterij teneri conſpiciens, quendam ſubdiaconū ab intimis egredientem, atque cubicularijs dicentem audiuit. Extendite eum, & cum quadraginta rubricis uentrē totidemq; dorſum 152 fornicatoris atque ſacrilegi presbyteri uerberate. Quarum doloribus re uera presbyter iam febricitans excitatus, ad monaſterium caballo impoſitus, dextra leuaq; ab alijs ſuſtentatus recurrit, reatus ſui ſententiam fratribus indicauit, quodq; inuiſibilibus uerberibus ſub febris ſpecie laniatus, nil aliud dicere potuerit, niſi domine reficio, domine reficio. Cumq; interrogatur cur hoc tam frequenter repeteret, dicebat ſe ſub continuo uerbere gemere, ſicq; ſexto die ſub hac miſerabili uoce defunctus eſt. Siquidem plurimis documentis probatum eſt, in eodē

152 *Si peccatum eſt maximum Deo ſacratas Virgines nuptijs copulare, non minoris criminis eſt eas rapere & in concubinas habere. Quare recte fornicator & ſacrilegus dictus eſt hic presbyter, & iuſte a ſancto Gregorio caſtigatus.*

uenerabili monaſterio fornicationis contagione pollutos, diu 153 ſubſiſtere omnino non poſſe.

153 *Vides quod ſanctorũ monaſteria non ſunt fornicationibus polluenda, & qui hoc faciunt, ſeuerißime caſtigantur.*

98 Quo ſcilicet hactenus libra omniſq; mẽſura quam idem beatus Gregorius inſtituit cum modio reſeruatur. De cuius menſura ſi quis ad opus monaſterij panes uelit efficere, triginta & quinque fiunt ſinguli duntaxat trium librarum. Si quis uero ad opus alterius, ad eundẽ numerum nunquã pertingit. Quod cum præfatus Zacharias epiſcopus pro certo uellet adiſcere, pro celebranda feſtiuitate ſancti Andreę apoſtoli decem modiorum tritici menſuram piſtoribus dedit. E quibus pro undecim modijs multiplicatos obſtupeſcentibus eiſdem piſtoribus panes recepit. Qui utique ſollicite prius dinumerantes, ſi ſuperfluos aliquot inueniſſent, ſibi proculdubio reſeruarent.

99 Sane ꝙ frequenter beatus Gregorius tam illic ꝙ in apoſtolorũ baſilicis, nec non & in patriarchio nunc exhortans innoxios, nunc uero deterrens obnoxios, in ipſa ſuæ cognitionis effigie appareſcat, quia nunc narrare non ualeo, hic huius operis adminiculante domino terminum facio. Et reliqua eiuſdẽ patris miracula poſt me doctioribus memoranda relinquo. Cuius nimirum uenerabile meritum quouſq; mundi huius orbita uoluitur, ut cum Paulo uiro diſertiſsimo fatear, ſemper accipiet incrementum, quia ipſius ſine dubio gratiæ aſcribitur, uel quod eccleſia noua ſemper ſobole fęcundatur, uel quod illius doctrinis multi per peccatum elongati, ad Chriſti clementiam reuertuntur, uel quod boni quique ipſius ſuaſionibus inflammati, cęleſtem patriam deſideranter inquirunt.

100 Ecce ſtudioſe pontificum, iuſsionis tuæ uirtute coactus, dum quędam geſtorum beati Gregorij prędeceſſoris tui, Saxonum uideli cet gentis apoſtoli, deflorare deſidero, uirũ deſcripſi rethoricũ ſcriptor ignarus. Sed deprecor ut ea curioſitate qua me dudum hæc decerpere iuſſeras, ad omnium ſicut cepiſti, facias peruenire notitiam. Vt in eo quod ſacroſancto ueſtro iudicio placuiſſe me gaudeo, nulli penitus dijudicandus addicar, quin potius iudicaturus inueniar. Siquidem nuperrime quando hunc quartum librum cooperante domino claudere geſtiebam, nocte qua dominicę reſurrectionis dies uenerabilis luceſcebat, in ſomnis deſcribens quidam ſub effigie cuiuſdam ueteris inſidiatoris palam uidendum ſe prębuit. Et candidiſsima tunica, ſimulq; tenuiſsima, cuius nimirum raritate nigredo ſubterioris tunicę extra lucebat, ſacerdotaliter inſignitus, mox propius aſtitit, & inflatis buccis riſum continere non potuit. Cui dum curulem pręparare cogitarem, hunc ſupramodum cachinnantem conſpiciens, compellare uidebar. Quamobrem nocturno ſilentio tam petulanter uir officij grauioris perſtreperet. At ille. Quia inquit tu ſcribis de mortuis, quos uiuentes aliquando nunquã uidiſti. Cumq; ego tãto me ueracius ſcribere, quã-

to incognitum facie,non autem incognitum lectione, ſine ullo liuoris uel adulationis uitio retuliſſem,reſpondit. Tu ſicut uideo,quod uoluiſti feciſti,at ego quę facere potero,non ceſſabo. Hęc dicens, Lucernę flammas cuius lumine forte fruebar,prorſus extinxit. Et lychnũ quidem totum extinguere non potuit, me tamen in tenebris cõſtitutum ita perterruit,ut putarem me gladijs ab eó protinus iugulari. Cũ poſt paululum deſperanti mihi beatus Gregorius comitante ſecũ dextrorſum reuerendę memorię papa Nicolao, ſiniſtrorſum uero ſicut mihi uidebatur, Petro ſuo diacono, multo lumine clarificatus apparuit dicens,Modicę fidei quare dubitaſti? Cui dum ego priori pauore perculſus reſpondere non poſſem, beneuolus mihi pater Nicolaus latentem aduerſarium poſt cortinam quæ tunc meum lectulum circundabat digito manifeſtans, Quia inquit hic inuidus lucernæ ipſius flammas quantum in ſe fuit extinxit. Mox Gregorius manũ diaconi qua magnam facem tenere uidebatur arripiens,eiusq; flammis os facięmq; petulantis exurens, ad inſtar ęthiopis denigrauit. Qua exuſtione ab ore petulantis paruiſsima ſcintilla deſcendens,candentem tunicam dictò citius conflagrauit,ſicque nigerrimus totus apparuit. Cumq; diaconus diceret ſatis aduerſarium denigratũ, beatus Gregorius, Nos ait illum non denigrauimus,ſed nigrum fuiſſe monſtrauimus. Deinde in fortunium meum diuerſis conſolationibus exhortatus abſceſsit. Et facem quidem ſecum detulit, ſed tanto lumine locum in quo dormiebã, re uera fulgentem dimiſit,ut expergefactus pueros ante me dormientes crebrius inclamarem. nec ante quicquã ſub graui ſopore quoquomodo reſponderent aut ſurgere potuiſſent, q̃ relictę lucis copia paulatim ſe ſubtrahens,penitus effluxiſſet. At de ijs Deus uiderit. Ego tamen diuinæ ſpei fiducia roboratus, quia Gaudericus epiſcopus Veliternus expoſtulat,ad Clementem Romanæ ſedis antiſtitem ſuffragãte domino ſtilum conuertam. Quatenus qui continuis infortunijs tenuatus,amicis meis a quibus utcunq; ſuſtentor, meritum rependere nequeo,Saltem uerba quæ ualeo,minime denegaſſe cognoſcar.

Explicit uita beatiſsimi Gregorij Romæ Pontificis.

Habetur in fine operis eiuſdem Iſidori de Viris illuſtribus nondum typis excuſi.

VITA BEATI ISIDORI HISPALENSIS Epiſcopi per D.Braulium Cęſarauguſtanum Antiſtitem deſcripta.

ISidorus uir egregius, Hiſpalenſis eccleſiæ epiſcopus, Leandri epiſcopi ſucceſſor & Germanus,floruit a tempore Mauritij imperatoris & Recaredi Regis, in quo quicquam ſibi antiquitas uendicauit: Immo uero tempus antiquitatis in eo ſcientiam imaginauit. Vir in omni genere locutionis famatus,& peritus,doctusq; qualitate ſermo-

nis exiſtens & apertus. Congrua uero opportunitate loci incomparabiliter eloquentia clarus. Iam uero quantus ſapientia fuerit ex eius diuerſis ſtudijs, & elaboratis opuſculis per facile prudens intelligere poteſt. Denique de his quæ ad noſtram notitiam peruenerunt iſta commemorabo.

Edidit enim libros differentiarum duos, quibus ſubtili diſcretione ea quæ confuſe uſu præferuntur, ſenſu diſcreuit. Procemiorum librũ unum, in quo quid quiſque ſanctę ſcripturæ liber contineat, breui ſub notatione diſtinxit. De ortu & obitu patrũ, in quo geſta dignitatemq; & mortem eorum atque ſepulturam ſententiali breuitate ſubnotauit. Ad Germanum ſuũ Fulgentium Aſtigitanum epiſcopũ, officiorum libros duos, in quibus originem officiorum, cur unumquodq; in Eccleſia Dei agatur tempore ſuo, non ſine maiorum authoritate elicuit. Sinonimorum libros duos, in quibus ad cõſolationem animi, & ad ſpem percipiendæ ueniæ, intercedente rationis exhortatione erexit. De natura rerum ad Siſebutum Regem, unum, in quo tam de Eccleſiaſticorum doctorum, q̃ etiam de Philoſophorũ indagine, obſcura quędam de electione abſoluit. De numeris librum unum, in quo Arithmeticã, propter numeros eccleſiaſticis ſcripturis inſertos, & ex parte tetigit diſciplinam. De nominibus Legis & Euangeliorum librum unum, in quo oſtẽdit quid memoratę perſonę myſterialiter ſignificent. De hęreſibus librum unum, in quo maiorũ ſecutus exempla, breuitate qua potuit, diffuſa collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papæ Gregorij Moralibus decorauit. Chronicorũ a principio mundi uſque ad tempus ſuũ, librum unũ, nimia breuitate collectum. Contra Iudæos poſtulante Florentia Germana ſua propoſito uirgine, libros duos, in quibus omnia, quæ fides catholica credit & legit, etiam ꝓphetarum teſtimonijs approbauit. De uiris illuſtribus librum unum, cui nos iſta ſubiungimus. Monaſticæ regulę librum unum, quam pro patriæ uſu, & inualidorum animis decentiſsime temperauit. De origine Gothorum, & Regno Sueuorum & etiam Vandalorũ hiſtoriæ librũ unum. Quęſtionum libros duos, quos qui legit, ueterum tractatorum multam ſuppellectilem recognoſcit. Etimologiarum codicem nimiæ magnitudinis, diſtinctum ab eo titulis non libris, quem quia rogatu meo fecit, ego in uiginti libris diuiſi, quos omnes omnimodæ philoſophiæ repleta, quiſquis crebra meditatione perlegerit, non ignorabit diuinarum humanarumq; rerum ſcientiam. Et merito, eſt enim ibi redundans diuerſarum artium elegantia, ubi quæcunque fert ſcribi, reſtricta collegit.

Sunt autem alia huius uiri opuſcula multa in eccleſia Dei cũ ornamento inſcripta. Quem Deus poſt tot defectus Hiſpaniæ nouiſsimis temporibus ſuſcitans, credo ad reſtauranda antiquorum munimenta,

ne uſquequaq; ruſticitate ueteraſceremus, quaſi quandam lucẽ appoſuit deſtinari, cui non ĩmerito illud philoſophicum a nobis appropriatur, Nos inquit in noſtra urbe peregrinantes errãteſq; quaſi hoſpites, tui libri tanquã domum reduxerunt, ut poſsimus aliquãdo qui & ubi eſſemus agnoſcere. Tu autem patriæ in deſcriptione temporum & ſacrorum uitis ſacerdotũ, tu domeſticã publicam diſciplinã, tu ſedium, regionum, locorũ, tu omnium diuinarum humanarumq; rerũ nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti.

Quanto uero flumine eloquentiæ, & quot iaculis diuinarũ ſcripturarum ſeu patrum teſtimonijs, Acephalitarum hæreſim confuderit, ſynodalia geſta corã eo ſpecialiter acta declarant, quæ contra Gregorium præfatę hæreſim Antiſtitem eam aſſerunt ueritatem. Obijt tẽporibus Heraclij Imperatoris, & Chriſtianiſsimi Scintillani Regis, ſumma doctrina pręſtantior cunctis, & copioſior operibus charitatis.

Habetur in eius ſcriptis nondum excuſis.

VITA BEATI ILDEFONSI TOLETANI Archiepiſcopi, per Iulianum Pomerium eius mediatum ſucceſſorem deſcripta.

ILdefonſus memoria ſui temporis clarus, & irriguis eloquentię fluminibus exornans eccleſiam, ætatis noſtræ nouiſsimus Toletanæ ſedis aſcitus in cathedram præſul, poſt ſecundum Eugenium in ſacerdotium conſecratus. Vir tanta laude dignifsimus, quanta & uirtutum gratia numeroſus. Fuit denique timoris Dei inſtantia plenus, religione comptus, cõpunctione probus, inceſſu grauis, honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, ſecreti tacitus, ſapientia ſummus, diſſerendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus. Tantoq; eloquentię cothurno celeber habitus, ut diſputationum eius profuſa oratio, dum perfecte dirigitur, merito nõ homo ſed Deus per hominem affatim eloqui crederetur.

1 Vides Monachiſmũ non eſſe nouitium inſtitutũ, & quod multi ex antiquis epiſcopis prius regularem diſciplinam profitebãtur, deinde ob eorum uirtutes & uitæ ſanctitatem ad Epiſcopales inſulas promouebantur.

2 Cœnobium quoque Virginum cõſtruxit,

Hic igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino tactus ſpiritu, uita delectatus eſt 1 monachorum, contemptiſq; parentum rerumq; affectibus, Agalienſe Monaſterium petijt, monachumq; ſe in eo multis annis decenter exhibuit. 2 Cœnobium quoque uirginum in Deilſcuſi Villula conſtruxit, ac proprijs opibus dedicauit. Rector deinde effectus Agalienſis Cœnobij, Monachorum mores exercuit, rem diſcreuit, uitamq; ſeruauit. Principali poſt hæc uiolentia Toletũ reducitur, atque ibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur. Scripſit ſane ꝙ plurimos libros luculentiori ſermone potiſsimos, quos idem in tot partibus cenſuit diuidendos. Ideſt librum proſopopiæ imbecillitatis propriæ. Libellum de uirginitate ſanctæ Mariæ cõtra tres infideles. Opuſculum de proprietate perſonarum patris filij & ſpiri-

tus ſancti. Opuſculum annotationis de uiris illuſtribus. Opuſculum annotationum in ſacris. Librum in cognitione Baptiſmi unum, & de progreſſu ſpiritalis deſerti alium, quod totum partis primæ uoluit uoluminí connectendum. Partis quoque ſecundæ liber epiſtolarum eſt. In quo diuerſis ſcribens ęnygmatis formulis, perſonas interdum induxit. In quo etiam a quibuſdam luculentiora ſcriptorum reſponſa promeruit. Partem ſane tertiam Miſſarum eſſe uoluit, hymnorum atq; ſermonum. Altioris denique partis liber eſt quartus, uerſibus proſaq; concretus. In quo Epitaphia, & quædam ſunt epigrãmata annotata. Scripſit & alia multa quorũ uarijs moleſtiarum occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqua ſemiplena reliquit.

ac proprijs opibus dedicauit. Quod non ſe eſſet ſanctus uir, ſi hoc non eſſet opus bonum et Deo placens.

Aſcitus autem in Pontificatum nono glorioſi Receſſunti principis Anno, nouem annis & duobus ferè menſibus, clarus habitus fuit, uitæ meritis, & retentione regiminis. Expletoq; decimo octauo prædicti Principis anno, ſequenti die decimo Calendarum Februarium, domicilio carnis exuitur, atq; in eccleſia beatæ Leocadiæ tũmulatur, ad pedes ſui conditus deceſſoris, cum quo creditur æterno frui receptaculó charitatis.

ALOYSIVS EPISCO: PVS VERONENSIS PIO LECTORI.

CVM Adhuc iuuenis eſſem, eamq; ipſam ætatem in inclyta mea Ciuitate Venetiarum agerem, audiui quendam celeberrimum uirum & magni in eccleſia Dei nominis referentem, Bononiæ uidiſſe ſe Martyrologium quoddam ualde celebre, atq; completum, in quo multæ ſanctorum uitæ diebus ſingulis occurrentes, ad integrum eſſent deſcriptæ, ex quibus legenti & multiplex rerum cognitio, & ardens ſanctos ipſos imitandi deſiderium proueniret. Sed locum non recordabatur, in quo librum huiuſmodi uidiſſet. Poſtea cum mihi geſta ſanctorum (ſic uolente Deo) compilandi in mentem ueniſſet, recentiores patres qui in hoc opere deſudauerunt p legere uolui, quos fere omnes in hanc ſententiam concurrere animaduerti, ut plurima ex Adonis Martyrologio deſumpta in ſuas lucubrationes tranſcriberent, quod & ingenue (ut Chriſtiana pietas requirit) profitebantur, in calce hiſtoriarum hæc aut ſimilia uerba ponentes. Hæc Ado in ſuo Martyrologio. Euolui autẽ ego bibliothecas omnes quotquot celebres ſunt, ſi quo modo hunc Adonis librũ inuenire poſſem, nec tamen uſpiam illum repperi. Quare affligebar nimis, & mecum ipſe dolebam quod celebratiſsimus liber ab omnibus in medium

adduceretur, à nemine tamen conſpiceretur. Iamq; habendi libri animum abieceram, & illum ultra non requirebam, credens à Deo fieri, ut ad manus meas peruenire nõ poſſet. Cum uerò anno ſuperiori peregrinationibus & laboribus meis, optimi Dei, & poſt eũ ſummi Domini mei Iulij tertij Romani Pontificis gratia finem impoſuiſſem, datumq; eſſet ut ad ſponſam meam Veronenſem Eccleſiam liberè reuerti poſſem, continuo ad me uiſendum affuerunt duo amici mei uiri celeberrimi & doctiſsimi, ambo ciues Bononienſes, ambo florentes ętatibus, ambo in Artibus (ut aiunt) magiſtri, & in nobili illo Gymnaſio publice magna cũ laude profitentes, Ioannes Antonius Locatellus, & Scipio è Fabiorum familia. Hi cum ſtudium meum in perquirendis ſanctorum uitis didiciſſent, multaq; hac de re inuicem fuiſſemus loquuti, tum mihi Scipio, Epiſcope inquit cum primum nos domum contulerimus, librum tibi miſſurus ſum quẽ domi habeo inter meos reconditum, multas ſanctorum uitas continentem, qui tibi credo non diſplicebit. Addebatq; ne inquiras modo nomen libri (illud enim ipſum ſtatim ego perquirebam) quoniam impręſentiarum non recolo, nõ enim hoc ſcriptionis genus meę eſt profeſsionis. Abijt ille, paucisq; diebus elapſis ad me librum miſit, manu ſcriptũ, non typis excuſum, quem cum aperio, & titulum prælego (Ad illum enim ego protinus accurri) Adonis Martyrologium eſſe deprehendo. Quanta tunc exultauerim lætitia, Deus ſcit, omne aurũ nihil duxi in cõparatione illius. Statimq́ue recordatus ſum ampliſsimi illius patris, qui alias mihi de Martyrologio Bononiæ uiſo narrauerat, hocq; illud ipſum eſſe certo credidi, ac ingentes Deo noſtro & filio eius domino Ieſu Chriſto gratias egi, necnon amico fideli qui tanto me munere decorauerant.

Liber autem ipſe in ſanctorum uitis deſcribendis hoc ordine procedit, per ſingulos menſes & dies ſanctos habet poſitos, quorũ omnium uitæ referuntur, aliæ quidem breuius, & conciſius, aliæ uero profuſius, ſed quæ breuiores deſcribuntur, pleręque ſunt quę uulgo in D. Hieronymi Martyrologio habẽtur. In edendo ergo uolumine nos hunc modum tenuimus, ut quæ à Diuo Hieronymo ſunt poſitæ, omnino prætereantur, cũ in promptu ſint omnibus, niſi eis additum aliquid reperiatur. Quæ autem ab illo non ſunt poſitæ, hic omnes ſint inſertæ.

Accipe igitur benigne lector Martyrologium Adonis uiri ſanctiſſimi pariterq; doctiſsimi Treuerenſis Archipræſulis, qui iam annos paulò plus uel minus Quingentos, à tempore Gregorij Septimi florere cœpit, & ob uitę ſanctitatem tantę extitit autoritatis, ut ab eodẽ Pontifice ad cõponendas res inter Henricũ & Radulphum qui de Romano Imperio contendebant, unà cum duobus collegis de latere ſedis Apoſtolicæ Legatus deſtinatus fuerit, gratiasq; & tu mecum age domino, qui cum non amplius perquireretur Ado (ne tantum lumen

in

in tenebris lateret) reperiri eum ad piorum cōſolationem & Eccleſię ſuæ ædificationem uoluit. Vale, & ora pro me, ut unum Deum men te adorem, corde colam, & ſynceris actibus uenerer.

EPISTOLA ADONIS ARCHIepiſcopi Treuerenſis.

Habetur in principio Martyrologij ab eodem collecti.

Ado peccator lectori ſalutem.

NE putes me in hoc opere in uacuum laboraſſe, & rem non neceſſariam executum fuiſſe, breuiter tibi cauſam facti aperiam. Primum fuit Imperium, ac iuſsio ſanctorum uirorū, ne ſupereſſent dies abſq; nominibus martyrum in martyrologio. Quod uenerabilis Flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreuerat, & tantum notati erant. Deinde collecti undecunq; paſsionum codices in tantū ſuccreuerunt, ut non ſolum prçteritas dierum feſtiuitates, uerum & aliorum, qui per totum annum ibi notatim poſiti erant, latius, & Paulo apertius deſcriberē, infirmioribus fratribus, & minus legere ualētibus ſeruiens; ut ad laudem omnipotentis Dei in memorijs martyrum haberent compendioſam lectionem, atq; in paruo codicillo, quod multo labore alij perplures codices requirunt. Huic operi, ut dies martyrū uerisſime notarentur, qui confuſi in Calendarijs ſatis inueniri ſolent, adiuuit uenerabile, & perantiquum Martyrologium ab urbe Aquileia cuidam ſancto Epiſcopo a Pontifice Romano directum, & mihi poſtmodum à quodam religioſo fratre aliquot diebus præſtitum. Quod ego diligenti cura tranſcriptum poſitus apud Rauennam, in capite huius operis ponendum putaui. Paſsiones autem ſanctorum Paulo longius, maxime circa finem, Martyrologio huic inſertas, non mireris, cum tibi ratio ſuperius reddita, cur factum ſit, ſuffecerit. Ora tamen impenſisſime, obſecro, ut meritis illorum conſocier, quorum triūphos, etſi minus ꝙ debui, excolere optaui. Salutatus in Xp̄o uale.

VITA SANCTÆ MARTINÆ VIRGINIS & martyris per adonem Epiſcopum Treuerenſem compilata, ſeu digeſta.

Habetur i eiūs Martyrologio ſub kalēdis Ianuarij.

ROmæ natale ſanctæ Martinæ Virginis & martyris; quæ cum eſſet ſublimis genere, & patre conſule nata, diues nimis rerum, quas miſericorditer indigentibus erogabat, tenta ab Alexādro Imperatore, iuſta eſt ſacrificare Apollini. Sed mox ut orationem fudit beata Virgo, terræmotus factus eſt magnus, ut ciuitas concuteretur. Ac ſic pars templi Apollinis deſtructa eſt, ſimulachrumq; com

Ecce quanta eſt uirtus orationis Sanctorum.

minutum,& multitudo magna cum ſacerdotibus Fani oppreſſa.

Iratus ualde Alexander Imperator, iuſsit alapis faciem eius cædi, & uncinis faciem eius dirumpi. Illi autem carnifices qui ad cædendũ eam deputati fuerant, deficientes clamare cœperunt, Videre ſe quatuor uiros ſplendidos,qui eam confortarent, ſibiq; potius pœnam inferrent. Inde teſtatum fragmentis cæſa, cum inuictiſsima duraſſet,illi quibus hoc impium officium delegatum fuerat, tandem pietate diuina circundati lumine (erant enim octo) crudele illicò miniſterium execrantes,crediderunt,ac Dominum uerum Chriſtum Ieſum confeſsi ſunt. In eos autem accenſus ualde Imperator, ſuſpendi illos fecit, & carnes eorꝫ ſpatis lacerari. Deinde capitibus amputatis ſeculi huius uiam finiere,xvij. die menſis Nouembris. Sicq; felicia 2 regna martyres Chriſti facti petierunt.

2 Vides animas ſanctorum ſtatim poſt mortem recipi in cælos.

Iterum ſancta Martina pœnis afficitur. Nam expoliata ueſtibus, inciſa eſt toto corpore,ac deinde in quatuor palis extẽſa, à duobus Cẽturionibus fuſtibus cæſa. Cumq; in confeſsione perſeueraret, mutati ſunt qui per uices eam cæderent, ſeptem Centuriones. Sed & illic ſibi ſupplicia illata forti animo riſit. Inde recepta in carcerem. Poſtea uero adipibus & pinguedine peruncta, ad Imperatorem iterum adducta,& iubente eo in Fanum deorum intromiſſa. Sed mox oratione facta ab illa, ignis de cœlo cecidit,& idolum in fauillam redegit, ſacerdotes templi exuſsit, & multitudinem populi occidit.

Tunc perculſus timore Imperator, tradidit eam cuidam Iuſtino præfecto,ut impelleret eam ad ſacrificandum. Qui mox extendi eam iuſsit in conto,& ſpatis membra eius incidi. Et circa mamillas ungulis attrectari,uſque dum.cxviij. inciſiones ab uncinis fierent. Sed cum adhuc ille uideret non expiraſſe, depoſita de conto recipitur in carcerẽ. Quæ & item in Amphitheatrum à Iuſtino præfecto præſentata Imperatori, feris eſt iniecta. Tunc Leo immaniſsimus de cauea laxatus, rugiendo uſq; ad pedes ſanctæ martyris cucurrit, ubi ſtatim ferocitatem depoſuit, eamq; nullo pacto attigit. Sed cum reduceretur in caueam, Eumenium Imperatoris cognatum interfecit. Et iterum recepta eſt, iubente Imperatore, in carcerem.

Exinde poſt duos dies cum iret ad ſacrificandum Imperator, ei eſt exhibita martyr, quę cum fixa in Domino maneret, ſuſpenſa, iterum ungulis raſa fuit, raſiq; eius capilli, quod magicam artem in illis conſiſtere putabant: ſed uidentes eam inſuperabilem, in templo Dianæ tribus diebus & tribus noctibus eam includunt. Cumq; precibus ſuis deus in puluerẽ redegiſſet ſimulachrum, educta de Fano, ad ultimũ gladio ferienda ab Imperatore deſtinatur. Huiuſmodi fine martyr uenerabilis cœli 3 Regnum meruit.

3 Nota hæc uerba, Huiuſmodi fine martyr uenerabilis cœli regnum meruit. Quod autem ſanctis hoc mereantur, eſt ex parte diuinæ promiſsionis, & ex ſpiritus ſancti gratia operum illorũ radice.

VITA BEATI CONCORDII MARTYRIS per Adonem Epm Treuerenſem collecta, ſeu digeſta.

Habetur in eius martyrologio ſub Kalendis Ianuarij.

APud Spoletum Ciuitatem Thuſciæ natale ſancti Concordij martyris tēporibus Antonini Imperatoris. Hic ortus eſt Romæ, cuius Pater Gordianus dicebatur, ſanctiſsima conuerſatione 1 presbyter, de titulo paſtoris, ordinatus ſubdiaconus à ſancto Pio Vrbis Romæ Epo. Qui ad nihil aliud cum patre ſuo, niſi ieiunijs & 2 orationibus die noctuq; uacabat eleemoſynis pauperū ſeruiens.

1 Quod Concordius filius fuerit Gordiani presbyteri uiri ſancti ſecundum occidentalis eccleſiæ morem intellige, ut totiens dictū fuit, nempe quia antequā ſacerdos eſſet, pater eum genuerit.

Factum eſt autem, ut, cum conſilio patris ſui apud beatum Euticen, qui tunc morabatur in prædiolo ſuo, uia ſalaria iuxta ciuitatem habitaret, audiens famam eorū Torquatus Comes Thuſciæ, qui uerſabatur in ciuitate Spoleto, mittens accerſiret ſanctum concordium: Et dixit ei, Quo nomine uocaris? Reſpondit ſanctus cōcordius, Chriſtianus ſum. Dicit ei comes; De nomine requiro, non de Chriſto tuo. Sanctus concordius reſpondit, Chriſtianus ſum, & Chriſtum confiteor. Cumq; impelleretur ad ſacrificandum, & ille in fide Chriſti fortiter duraret, iuſſus eſt fuſtibus cædi.

2 Vide exercitia quibus ſancti deo inſeruiunt, ieiunia, orationes, uigiliæ & eleemoſynæ.

Sequenti nocte uenit ad eum beatus Eutices cum Antimo Epiſcopo, & rogauerunt Comitem, ut aliquot diebus cum eis permitteretur morari. Erat nanq; Antimus Epiſcopus amicus comitis, quique beatum uirum concordium fecerat illis diebus presbyterum 3 Peractis aliquot diebus, reuocatus eſt beatus concordius, & uenit ad comitem. Cui & dixit comes, Quid tractaſti circa ſalutem tuam? Sanctus uir reſpondit, ſalus mea Chriſtus eſt, cui quotidie ſacrifico ſacrificium laudis. Iratus comes iuſsit eum ſuſpendi in eculeo. Cruciatus diu, reuocatur arctatus ferro in carcerem, ubi meruit conſolationem Angelicā.

3 Si Antimus Epſ Concordium fecit presbyterum, ſequitur non oēs fideles ex æquo eſſe Sacerdotes. Sequitur etiam, quod ſemper factitatum fuit, ſacerdotes ab epis ordinari, & non a magiſtratibus de conſenſu plebis.

Poſt tres noctes miſsi ſunt ad eum, qui aut ſacrificantem laxarent, aut nolentem punirent. Venientes autem miſsi dixerunt ei, Aut ſacrifica Ioui, aut capitalem ſententiam accipies. Ferebant autem ſtatunculum Iouis. Beatus concordius dixit; Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, & expuit in faciem Iouis. Tunc unus de ſatellitibus euaginato gladio amputauit caput eius; atq; ita in cōfeſsione Domini emiſit ſpiritū. Veniētes aūt clerici cū religioſis uiris tulerūt corpus eius, & 4 ſepelierunt illud non lōge à Spoleto in loco, ubi aquæ multæ emanāt.

4 Si ſepelire mortuos non eſſet pietatis opus deo placens, clerici iſti & uiri religioſi corpus Martyris non tradidiſsēt ſepulturæ.

VITA SANCTI IVLIANI MARTYRIS, & Baſiliſſæ coniugis eius ac ſociorum per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur ī eius martyrologio ſub. 7. Idus Ianuarij.

APud Antiochiam natale ſancti Iuliani martyris, & Baſiliſſæ coniugis eius. Hi itaq; ſanctiſsimo 1 uoto caſti coniuges ali-

1 Tu qui dicis uotū Virginitatis illicitū eſſe et perſolui non poſſe, uides ex hoc loco utrūque falſum eſſe.

quot annos pariter uixerũt, carnem ſuam Chriſto uirginem ſeruantes,totq; monaſteria de rebus ſuis,quia erant parentibus genere clariſſimi,inſtituerunt,ut ad decem milia monachorum pater beatus Iulianus fieret;Baſiliſſa uero multarum mater uirginum. Quarum multitudinem cum iam uictricem præmiſiſſet ad Dominum,ipſa conuerſatione uitæ,& doctrinę ſtudijs ꝓbatiſsima,inter uerba orationis dulciſsimis ſuſpirijs plena,reddens Domino ſpiritum, Angelorum conſortio in 2 cœlo iuncta eſt.

2 *Ecce quomodo poſt mortem ſancti recipiuntur in cœlo.*

Iulianus uero poſtmodum a Martiano præſide requiritur, quo tẽpore rabies crudelitatis ad perſequendum ſanctos Dei ſub Diocletiano & Maximiano exarſerat, ad quem multitudo ſacerdotum & Eccleſiæ Chriſti miniſtrorum confugerat propter immanitatem perſecutionis. Comprehenſus itaque cum hac ingenti multitudine ipſe præſidis audientiæ reſeruatus, cæteri ſerui Dei iuſſu crudelis Iudicis ingenti accenſo igne, eiſque appoſito, in quo conſiſtebant loco conſumpti ſunt. Vbi ad cõmendandã 3 mortẽ ſanctorũ hora tertia, ſexta,nona pſallentiũ chori feruntur auditi.Sed & Veſpertinos,& matutinos hymnos Deo cecinere. Beatus uero Iulianus primum auditus, rigidiſsimis fuſtibus cæſus eſt. Cumq; cæderetur, unus miniſtrorum præſidis neceſſarius oculum amiſit. Quem beato Iuliano 4 orante illico recepit in Chriſtum credens. Vnde ſtatim ab inſano iudice decollatur.Inde beatus Iulianus ductus ad fanum dæmonum eſt, ubi ſimulachra chriſtallina & electrina, atq; ex diuerſi generis metallis ad quinquaginta ita cõminuta,in puluerẽ redacta ſunt, ut quod fuerint, omnino non appareret.Deinde ſanctus martyr uinculis ferreis arctatus,per ciuitatem ſub uoce præconis circunducitur.

3 *Vt etiam credas horas canonicas diurnas atque nocturnas pſalmodiamque & cantum diuina inſpiratione a patribus inſtituta fuiſſe.ſancti Angeli ita deo laudes reddere auditi ſunt.*

4 *Ecce quanta uirtus orationis ſancti.*

Cumq; perueniſſet ad locum, ubi filius præſidis in ſcholis erudiebatur,puer idem Celſus nomine, uidit multitudinem albatorum circa ſanctum martyrẽ,& coronam pretioſiſsimis lapidibus renitentem ſuper caput eius. Quæ uiſa cum ſuis condiſcipulis narraret, ſubito diuinitus inſpiratus proiecit uolumina magiſtrorũ,& ueſtimenta, quibus erat indutus,& celeri curſu peruenit ad pedes uincti martyris.Ad quod factum ſtupens tota pene ciuitas accurrit: ac cum reliquis præſes & mater pueri eiulantes adueniunt. Sed cum puerum a ſocietate beata ſeparare non poſſent,cũ beato Iuliano in imo carceris ipſe mancipatur. Vbi diuino lumine cõſolati, & odore mirifico ita ſunt reſperſi,ut ẽt milites, qui eos cuſtodia ſeruabant,circiter uiginti, cõmoti,& ſtupore perculſi,Chriſto Domino crederent.

Ad hos itaque uiſitandos in carcerem fratres ſeptẽ una cum Antonino presbytero uenerunt;officioq; ſancti Antonini presbyteri, tam puer, ꝙ uiginti milites baptizati ſunt. Quod audiens præſes ſeptem fratres dira cuſtodia diu maceratos, in ultimo tradi igni præcepit, uiginti

ginti porrò milites gladio trucidari. Sicq; martyrium uictores conſummauerunt. Sanctum uero Iulianum atque celſum puerum, ſanctūq; Antoninum presbyterū ſibi præſentatos, necnon & Anaſtaſium, quē beatus Iulianus à morte ſuſcitatum participē gratiæ Chriſti fecerat, in cuppas pice & adipe feruentes iniecit, ſub quibus lignorum, & ſarmentorum copiam aggregari iuſsit. Sed beati nihil læſi ſub igne, in confeſsione perſiſtunt. Ducti ergo iterum ſunt in cuſtodiam. Cum puero autem mater ipſius Martionilla, ut eum mutare poſſet, uolens incluſa eſt. Sed dum cupit filium prædam fieri diabolo, ipſa prædata Chriſto, eiuſq; ancilla fidelis facta, baptiſmi gratiam recepit. Quo audito ipſius coniunx piam Chriſti famulam in imo carceris truſam martyribus ſociauit.

Quos iterum ſuis conſpectibus præſentari fecit, & ad fanū dæmonū, ſacerdotibus fani intro expectantibus ut ſacrificarent miſit. Sed mox ſanctis 5 orantibus templum ſolo deiectum, ſacerdotumq; ad mille, & paganorum multitudo occiſa eſt. Sed iterum ab irato impio præſide ſancti retruduntur. Qui diuina cōſolatione nocte ſunt mirabiliter confortati. Sequenti uero luce producti ſunt de cuſtodia; oleoq; infuſo lignis, manus & pedes eorum ligantur, ignisq; ita ſupponitur. Sed cum inuicti perdurarent, Iuliano & celſo cutem capitis auferri iubet, Antonino & Anaſtaſio lumina effodi, Martionillæ eculeum parari. Hæc cum illi fortiſsime peruiciſſent, feris intromiſsis in Amphitheatrum ad deuorandum obiecti ſunt. Sed feræ pedes ſanctorum lingebant. Cumq; omnia peruiciſſent, militibus eos ferire iuſsit. Atque tali certamine palmam adepti, regna 6 manſura perceperunt.

5 *Vide & hic idem.*

6 *Sancti Martyres poſt obitum recipiuntur in cælo.*

Habetur in eius martyrologio ſub.xix. Kalendas Februarij.

VITA SANCTI FELICIS PRESBYTERI Holani per adonē Epm Treuerenſem digeſta & collecta.

APud Nolam Campaniæ natale beati Felicis Presbyter. Hic a Maximiano Nolanæ Vrbis Epiſcopo 1 presbyterij honore præditus eſt.

Cum autem Imperator decreta Chriſtianorum inſequi præcepiſſet, Maximianus Pontifex iam ſenio prægrauatus, putans ſe non poſſe ferre ſupplicia, ſyluarum ſaltus adijt. Quos dum turbidus de perſecutione pererraſſet, affectus fame, gelu attritus, ſolo corruit ſemiuiuus. At beatus Felix presbyter captus, & uinculis aſtrictus, cum ante præſidem Dracum adductus fuiſſet, multaq; ante ipſum de portētis Deorum, quòd nihil eſſent, diſputaſſet, eumq; præfectus impelleret, ut immolaret, reſpondit, Inimici eſtis Deorum ueſtrorum, Ad quæcunq; enim me deorū ueſtrorū tēpla duxeritis, hoc eis eueniet, quod euenit illis, ad quæ meum fratrem Felicem uos duxiſſe pœnituit. Sed

1 *Vides quod non a magiſtratu de conſenſu plebis. ſed ab epiſcopo ſuo ordinatus eſt presbyter ſāctus uir.*

ſi uultis probare uirtutem Domini mei Ieſu Chriſti, me ad capitoliũ ire iubete, ut ipſum Iouem principem dæmoniorum ueſtrorum ruere faciam.

Mox impius index, compreſsis auribus ſuis, iuſsit eum fuſtibus cędi. Deinde beatus Confeſſor carceri includitur. In quo non mediocribus uinculis aſtrictus, cocleis ac teſtulis ſuperpoſitus extenditur. Et ecce nocte media Angelus Domini cõfractis catenis, ſciſſaq; trabe, qua pedes eius incluſi tenebantur, ait illi, ſurge, & egredere, ac require ſacerdotem tuũ, inuentumque reduc ad Vrbẽ, & abſconde, ne inedia, ac fame depereat, donec deſinat perſecutio. Cumque beatus Felix egreſſus Epiſcopum ſuũ requireret, inuenit illũ ſolo proſtratũ, clauſis oculis, ſtrictiſque dentibus uix ſpirantẽ. Et cũ anxie requireret, quid alimenti defecto ſeni porrigeret, ecce ſubito de ſentibus uuã pendere miratur. De qua albis granis in os cõfeſſoris Chriſti expreſsis, paululum ſenior refocillatus ſurrexit. Quem humeris impoſitũ Felix ad ciuitatem detulit, & ſub tugurio cuiuſdam uiduæ commendatum alimentis pauit.

Deinde captus, & in exilium deportatus eſt beatus martyr in monte uocato Tyrceio, ubi lapides excidebantur, ut ipſe cũ damnatis pari modo lapidũ ceſor eſſet. Vbi Probi cuiuſdã Tribuni filiã a dæmonio liberauit, uxoremque eius ab hydropis morbo curauit, ipſumq; Probum cum uxore & filia, & pluribus alijs in Chriſto baptizauit.

Poſt deinde cũ regreſſus eſſet creſcente perſecutione iterũ mittitur perſecutor ex nomine apparitorũ, qui beatũ Felicẽ teneret. Quẽ cũ ſollicite requireret, & eundem Felicẽ interrogaret, ſi noſſet, ubi Felix presbyter lateret, Hac, inquit, Felix parte abijt. Perſecutore diſcedente, Felix latebrã petijt. Sed nec mora perſecutor ipſe ſubſequitur. At martyr inter parietes dirutos occulebatur, ubi in ipſo primo domus introitu aranearũ telę dependentes, intus neminem tunc intraſſe fidem facerent. Qua uiſione deluſus inimicus abſceſsit. Sic martyr ad aliũ locũ demigrans, a muliere quadã per tres menſes paſtus eſt, cuius tamen 2 faciem, dum eiuſdem latibulis celaretur, nullo modo uidit. Poſtmodũ uero apud Nolã Pontificem dæmoniorũ ad Chriſtũ conuertens, templũ Apollinis, prius dęmone qui reſponſa dabat expulſo, uirtute diuina deiecit.

2 *Nota hoc factum hæretice qui a conſortio fœminarum nunquã diuelleris.*

Virtutibus itaque adeo illuſtris, cũ uellet uniuerſus populus Nolanus, ut leuaretur epiſcopus, non conſenſit. Sed alterũ in ſede pontificali deligens, ipſe poſt duodecim annos, quos apud Nolã ceſſante perſecutione, fecerat, Dominica die myſterijs 3 confectis, data pace omnibus, ſe in pauimentũ oraturus proiecit: moxque beati uiri anima de carnis ergaſtulo egreſſa, poſt grauia tormenta, quæ pro Chriſto patienter tulerat, felicia 4 regna ipſa uere felix conſcendit. Sepul-

3 *Vide celebrationem Miſſæ antiquiſsimã.*

4 *Ecce quomodo poſt mortem ſanctorum animæ in cœlo recipiuntur.*

tuſq; eſt iuxta Vrbē in loco, qui dicitur Pineis, ubi claris ſemper fulget uirtutibus, ab Helpidio uenerabili, & ſancto presbytero.

VITA SANCTORVM SPEVSIPPI, ELASIPpi, & Melalippi martyrum per Adonem Epiſcopum Treuerenſem digeſta, & collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub. 16. Kalendarum Februarij.

APud Linguonas natale ſanctorum geminorū Speuſippi, Elaſippi, & Melalippi. Qui cum eſſent uigintiquinq; annorū, cū auia ſua Leonilla & Ionilla & Neone martyrio coronati ſunt tēpore Aureliani Imperatoris. Gemini quidē in una arbore ſuſpenſi, ligatis manibus ſurſum, & pedibus deorſum, ita extenti, ut pene putarentur ab ipſa membrorū cōpage ſeparari, qui inter uerba orationum ſimul migrarunt ad Dominum.

Ionilla hoc uidens, confeſſa eſt ſe etiā eſſe Chriſtianam; Quæ poſt comprehenſa a turbis, multiſq; afflicta ſupplicijs, cū Chriſtū negare noluiſſet, cū Leonilla eſt ſimul gladio perempta. Neon exceptor geſtorū, & ipſe Chriſti nomen confeſſus, martyrio coronatus eſt.

Docuit autem & baptizauit geminos hos Benignus Presbyter, quem miſit ob Oriente beatus Policarpus Ioannis Apoſtoli auditor in Galliā, cū Antiocho cōpresbytero, & Tyrſo diacono. Sepulti ſunt autem idem gemini in ſecundo miliario ab urbe linguonum.

Turbon autem ſcribens uictorias confitentium Dominum, non poſt multum temporis martyrium perpeſſus eſt.

VITA SANCTI PONTIANI MARTYRIS per eundem Adonem digeſta, & collecta.

Habetur ubi ſupra ſub. 14. Kalendas Februarij.

APud Spoletum natale ſancti Pontiani martyris, temporibus Antonini Imperatoris, ſub iudice Fabiano. Ante quem adductus, & interrogatus, quo nomine uocaretur, reſpondit, A parentibus nomen mihi impoſitū eſt, Pontianus, maius autem nomen, Chriſtianus. Tunc reſponſo finito, iratus Fabianus, expoliari eū, & uirgis cædi iuſsit, donec uideretur ſanguis ipſius in terram fluere.

Iterum iuſsit ſuper carbones nudis pedibus ambulare. Cui beatus Pontianus, Ego in nomine Domini mei Ieſu Chriſti ambulo ſuper carbones ardentes; tu ſi potes mitte in nomine Iouis manū in aquam calidam. Iratus Fabianus iuſsit eculeū parari, & uncinos ferreos fieri, & ibi eū ſuſpendi. Sed deficientibus miniſtris impij, truditur martyr Dei in ima carceris, ubi a religioſis uiris cōfortatur ad agonē martirij.

Educitur iterum ad certamen circūſpectante populo in Amphitheatro, & dimittuntur ei duo leones. Qui manſueti facti beatū Pon-

ſtianum minime tetigerunt. Quod uidentes populi exclamauerunt, Vere magnus eſt Deus Chriſtianorum; ita ut ſeditio fieret. Iterum beatus martyr retruditur in carcerem per.xii.dies, ut fame deficeret, ubi ab Angelo cōfortatus, & cœleſti cibo paſtus eſt. Poſt.xiį. uero dies putantes eũ defeciſſe, miniſtri uenerunt, ut corpus eius tollerent, & inuenerunt eum pſallentem, & laudes Deo dicentem.

Eductus iterum de carcere eſt, & extenſus ſuper lectum ferreũ, iubente impiu Iudice, ac plũbo feruefacto dorſum illius perfuſum. Sed cum martyr talia paruipendens inuictus maneret, confuſus Fabianus dictauit ſententiam, ut capite minueretur. Sicq; a ſpiculatore percuſſus quieuit in pace. Conſumauit autẽ martyrium ſuũ.xviiį. Kalend. Februarij. Et ſublatũ corpus eius a Chriſtianis ſepultũ eſt.xv. Kalendas. Celebris uero dies 1 ipſius agitur.xiiį. Kalendas. Februarij. Quarto iterum ſacrum 2 corpus eius mutatum eſt.

1 *Vide celebrem diem ſancti Pontiani.*

2 *Nota ſacrum eius corpus.*

Habetur in loco ubi ſupra ſub. xiii. Kal. Februarij.

VITA SANCTI SEBASTIANI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ nata'e ſancti Sebaſtiani martyris, qui in tantum charus erat illis temporibus Diocletiano, & Maximiano, ut principatum ei primę cohortis traderent. Quem Diocletianus ubi Chriſtianũ cognouit, nec a fide poſſe reuocari, iuſsit ligari in medio campo, quaſi ſignum ad ſagittam, & ſagittari a militibus. Qui cum ſagittis plenus ſtaret, quaſi heritius, putantes eũ mortuũ, abierunt. Nocte autem ueniens quædam mulier nomine Hirene, tollere corpus, inuenit eũ uiuentem, & adduxit in domũ ſuam, & curam eius egit. Qui ubi conualuit, multos in fide confortauit. Nec mora ipſis Imperatoribus apparens, hos, prout digni erant, corripuit.

Tunc iuſsit eum Diocletianus in Hipodronum Palatij duci, & fuſtigari donec deficeret: quem mortuũ in cloacam maximam miſerunt. Sed ille apparuit in ſomnis ſanctæ matronę Lucine, dicens, Iuxta Circum inuenies copus meum pendens in unco, hoc ſordes non tetigerunt; & dum leuaueris, perduc ad cathacumbas, & 1 ſepelies me in cripta iuxta ueſtigia Apoſtolorum. Quæ ipſa nocte cum ſeruis ueniens, totum ita compleuit.

1 *Si ſepulturа neglige̅da eſſet, & nõ curãda, ut garriunt nonnulli, ſanctus martyr non mandaret corpus ſuum ſepelliri iuxta ueſtigia Apoſtolorũ.*

Habetur in eius martyrologio ſub. xii. Kalendas Februarij.

VITA SANCTI PVBLII EPISCOPI ET martyris per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

APud Athenas ſancti Publij Epiſcopi, qui princeps Inſulæ Mitilenæ cum nauigantem beatũ Apoſtolũ Romam, ſub cuſtodia detentum, per triduum hoſpitio receptum humane tractaſſet (ut beatus

beatus Lucas refert) patrem ipſius Publij contigit febribus, & diſſenteria iacere. Ad quem cũ introiſſet beatus Apoſtolus, & impoſuiſſet illi manus,& oraſſet,ſanauit eum.

Quem Publium adhęrentem ſibi beatus Apoſtolus,poſtea ordinatum Epiſcopum ad prædicandum direxit: qui poſtmodũ Athenienſium eccleſiam nobiliter rexit;& præclaris uirtutibus & doctrina prę fulgens,ob Chriſtum martyrio glorioſe coronatur. Nam primus Dionyſius,deinde Publius iſte Athenis præfuit.

VITA SANCTI VINCENTII ET ANAſtaſij martyrum per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub xj. Kal. Februa.

IN Hiſpanijs natale ſancti Vincentij Leuitæ & martyris. Qui cum ſancto Valerio Epiſcopo ſuo a Cæſarauguſta ciuitate Valentiam uſque grauibus nexus catenis, iubente Datiano, perductus eſt. Ibiq́ue fame & ſqualore carceris diu maceratus, tormentis eculei, & ungularum horrenda laceratione uexatus, a grabato etiam ferreo diutiſsime uſtulatus, aruinæ guttis,& crepitanti ſale reſperſus eſt.

Poſt hoc in teterrimo carcere miſſus eſt, diuaricatiſq; in neruo cruribus, ſuper acutiſsima teſtarũ fragmenta protectus eſt. Vbi nocte lux ingens apparuit,& uirtute Dei ſolutus martyr, inter Angelos, a quibus uiſitari meruit, hymnum canebat, ita ut ipſe cuſtos carceris crederet Chriſto. Mane autẽ facto cũ iuſsiſſet eum Dacianus in lecto molliſsimo reclinari, ut aliquantulum recreatus acrius denuo torqueretur, infatigabilem ſpiritum Chriſto reddidit.

Tunc Dacianus corpus eius in cãpum proijci, & feris atque auibus iuſsit exponi. Sed mox 1 coruus diuinitus ad cuſtodiam eius datus, non ſolum alias aues arcebat, ſed mox & ĩmanem lupum a ſancto corpore repulit. Quod cum Daciano nunciatum eſſet, iuſsit eũ inſutum culeo, in profundum maris cũ grauiſsimo ſaxi pondere ĩmergi. Sed prius uirtute Dei ſuper undas innatans ad littus delatus, & arenis conditus eſt, ꝗ̃ remiges portum tangere potuiſſent. Inde autem cũ ſe ſanctus martyr cuidam fideli anui reuelaſſet, ceſſante perſecutionis rabie, a Chriſtianis reuerenter ſublatus,& in eccleſia conditus eſt.

1 Si ſepultura negligenda eſſet, non fuiſſet coruus a Deo miſſus ad tutãdum Martyris corpus.

Ad aquas Saluias Natale ſancti Anaſtaſij martyris,& monachi de Perſide. Qui poſt plurima tormenta carceris, uerberum & uinculorum, quæ in Cæſarea Paleſtinæ perpeſſus fuerat, a Perſis poſtremo in Perſide multa pœna affectus, atque ad ultimum decollatus eſt a Rege eorum Coſrohe cum alijs.lxx.

Reliquiæ corporis eius primo Hieroſolymis ad monaſterium ſuum, deinde Romam delatæ, 2 uenerantur in monaſterio ad aquas ſaluias.

2 Vides quod ſancti martyris reliquiæ in monaſterio apud aquas ſaluias uenerãtur?

Habetur in loco ubi ſupra ſub ix. Kalen. Februarij.

VITA SANCTI BABYLÆ EPISCOPI & martyris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem digeſta & collecta.

APud Antiochiam natale ſancti Babylæ epiſcopi. Qui perſecutione Decij poſteaq; frequenter paſsionibus ſuis, & cruciatibus glorificauerat Dominum, glorioſæ uitæ finem eſt ſortitus in uinculis. De quo in decimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro grande narratur miraculum.

Nam cum Iulianus Imperator ad idolorũ cultum conuerſus, quodam tẽpore Daphnis in ſuburbio Antiochiæ iuxta fontem caſtalium litaret Apollini, & nulla ex his, quę quęrebat, reſponſa ſuſciperet, cauſasq; ſilentij percunctaretur à ſacerdotibus, reſponderunt, Babylę martyris ſepulchrũ propè aſsiſtere, & ideo reſponſa non reddi. Tunc ille uenire Galilæos (hoc enim nomine noſtros appellare ſolitus erat) & auferri ſepulchrum martyris iubet. Mox igitur Chriſtiani conuenientes, magna exultatione ſuccincti, ſuſtulerunt arcam martyris, pſallentes in auribus prophani principis, per ſex milia paſſuum ſummis uocibus, & cum exultatione dicentes, Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

Habetur in Martyrologio eiuſdẽ ſub iiij. Kal. Februarij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM PAPIÆ & Mauri militum per eundem Adonem ſcripta.

ROmæ natale ſanctorum Papiæ & Mauri militum tẽpore Diocletiani, qui uidentes conſtantiam Saturnini & Siſinnij martyris, conuerſi ſunt ad fidem. Statimq; iuſſum eſt à Laudicio præfecto Vrbis, ut os eorum, quo Chriſtum confitebantur, cum lapidibus contunderetur, & retruderentur in carcerem, ubi baptizati erant à beato Papa Marcello. Quos poſt dies duodecim eductos, iuſsit ſterni in terram, & fuſtibus cœdi, deinde leuatos de terra plumbatis cœdi, donec expirarent. Quorum corpora colligens nocte Ioannes presbyter, ſepeliuit uia Numẽtana ad Nymphas beati Petri, ubi baptizabat. Scriptum eſt in geſtis beati Papæ Marcelli.

Tanta diligentia q̃ a Chriſtianis adhibebatur in ſepeliendis ſanctorum corporibus certiſsimum ſignum eſt ſepelire mortuos pietatis opus eſſe, & Deo placere.

Habetur in eius martyrologio ſub iij. Kal. Februarij.

VITA SANCTI NATHEI EPISCOPI & Martyris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

HIeroſolymis beatiſsimi Nathei Epiſcopi Natale, de quo mira & plena fide geſta narrantur. Qui multa pro Chriſto perpeſ-

ſus, ultimo in pace uitam finiuit. Qui octauus poſt Iacobum rexit Eccleſiam tempore beati Alexandri.

Hic Deciana perſecutione pro confeſsione fidei iudici ſiſtitur, & uinculis carceris traditur. Qui cum longeuæ ætatis ueneranda canicie præfulgeret, poſtq; frequenter paſsionibus ſuis & cruciatibus glorificauerat Dominum, cum de uinculis ad tribunalia, & à tribunalibus reuocaretur ad uincula, inter ipſa uiciſsim ſibi ſuccedentia tormenta bono fine quieuit.

VITA SANCTI AMPRONIANI MARTYris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetũr in eius martyrologio ſub iiij. Nonas Februarij.

ROmæ ſancti Amproniani martyris natale. Qui ſub perſecutione Maximiani Imperatoris cum præſentaſſet aſpectibus Laodicij præfecti beatũ Siſinnium Diaconum eductum de carcere, (Erat enim Cõmentarienſis) & ſubito factam lucem de cœlo uidiſſet, uocemq; pariter hauſiſſet, tremefactus cecidit ad pedes Siſinnij dicens: Adiuro te per Chriſtum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, ſaciasq; me pertingere tecum ad coronam.

Quem beatus Siſinnius baptizatum ad conſignandum 1 ſacro Chriſmate Marcello Papæ obtulit. Quo Præſes comperto, iuſsit eum capitalem ſubire ſententiam. Perductus itaque uia ſalaria, miliario ſecundo, capite truncatus, martyr uictorq; deceſsit.

1 Duo hic ſunt animaduertenda. Primum, quod Confirmationis Sacramentum etiam apud uetuſtiſsimos patres fuit in uſu. Alterum, quod officium Chriſmandi nõ pertinet ad presbyteros, ſed ad epiſcopos.

VITA SANCTORVM CELERINI DIACONI & Confeſſoris & Celerinæ, Laurentini, & Ignatij martyrum per eundem Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. Nonas Februarij.

IN Aphrica beati Celerini diaconi & Confeſſoris. Et ſanctorum martyrum Celerinæ auię eius, & Laurentini, & Ignatij. Quorum prior patruus, ſequens auunculus ipſius fuit. De quorũ omnium glorioſis laudibus extat beati Cypriani Epiſtola, quæ de his inter cætera ita loquitur.

Auia, inquit, eius Celerina martyrio coronata eſt. Itẽ patruus eius & auunculus Laurentinus & Ignatius, in caſtris & ipſi quondam ſecularibus militantes; ſed ueri & ſpirituales Dei milites, dum diabolum Chriſti confeſsione proſternunt, palmas Domini & coronas illuſtri paſsione 1 meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper (ut meminiſtis) offerimus, quotiens martyrum paſsiones & dies 2 anniuerſaria celebratione cõmemoramus. Non inuenio quem beatiorem magis dicã. Verum ne illos de poſteritate tam clara, an hunc de origine glorioſa.

1 Nota palmas dominĩ et coronas illuſtri paſſione meruerunt. Ergo ſancti merita habent apud Deum.

2 Vides quod anniuerſaria ſanctorum etiã antiquis patribus erant in uſu? Et hinc forſan originẽ habuerunt fidelium defunctorum anniuerſaria.

Habetur ubi ſupra ſub iij. Nonas Februarij.

VITA SANCTI BLASII EPISCOPI & Martyris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN Sebaſten ciuitate Paſsio ſancti Blaſij epiſcopi. Qui multorũ patrator miraculorum, ſub præſide Agricolao, poſt diutinam cæſionem, poſt carcerem, atque inde ſuſpenſionem in ligno, ubi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ ſunt, poſt iterum teterrimum carcerẽ, poſt demerſionem laci, unde ſuperuadens ſaluus exiuit, iubente iniquiſsimo iudice, capite ad extremum cũ duobus pueris truncatur, felicia 1 Regna cum ipſis ingreſſus.

1 Ecce quomodo poſt mortem ſancti recipiuntur in cœlo.

Ipſo autẽ adhuc agonizante, ſeptem mulieres beatiſsimæ, quæ guttas ſanguinis eius præterfluentes de beatiſsimis plagis corporis ipſius colligebant, deprehenſę quòd eſſent Chriſtianæ, poſt caminũ ignis, ubi plumbo ſuperinfuſæ ſunt, poſt pectines ferreos, quibus carnes earũ diruptæ, poſt æreas tunicas & candentes, nouiſsimè ſententia data, percuſſę gladio, datoq; 2 pretio ſanguinis, uitam mercantur æternã.

2 Nota, Datoq; precio ſanguinis uitã mercantur æternam.

Habetur in eius martyrologio ſub Nonis Februarij.

VITA SANCTÆ AGATHÆ VIRGINIS & martyris per eundem Adonem collecta.

IN Sicilia ciuitate Cathanenſi natale ſanctę Agathę Virginis & martyris ſub Quintiano Proconſule, Imperatore Decio. Qui cõſularis uir Quintianus, cupiens multifaria intentione ad eam pertingere, quòd eſſet nobiliſsimis orta natalibus, fecit eã arctari, & cuidam matronæ tradi nomine Aphrodiſiæ, quę habebat nouem filias turpiſſimas, ut mutaret animum eius. Quę uidens mentem eius ĩmobilem, poſt triginta dies abijt ad Quintianum, & dixit ei, Facilius poſſunt ſaxa molliri, & ferrũ in plumbi mollitiem uerti, quã ab intentione Chriſtiana mens iſtius puellæ reuocetur.

Iuſsit igitur eam Quintianus ad ſecretarium ſuũ adduci, & ſedens pro tribunali beatiſsimam Agatham interrogat, Cuius cõditionis es? Reſpondit, Non ſolum ingenua, ſed ex ſpectabili genere, ut omnis parentela mea teſtatur. Cui dixit Quintianus, Si ingenua probaris, & nobilis, cur moribus ſeruilem perſonã te habere oſtendis? Cui beata Agatha, Quia inquit, ancilla Chriſti ſum, ideo me ſeruilem habere oſtendo perſonam. Cumq; in confeſsione Chriſti fortiſsimè quæ fidei ſunt proſequeretur, iuſsit eam Quintianus alapis cœdi, deinde conſtantius Chriſtum prædicantem iuſsit ad carcerem trahi. Agatha autẽ lætiſſime & glorianter ibat ad carcerẽ, & quaſi ad epulas inuitata, ita gaudens agonem ſuum domino precibus cõmendabat.

Sequenti die iterum aſpectibus iudicis preſentatur. Quam iuſsit in eculeo ingenti ſuſpendi, & torqueri. Tunc poſt talia Agatha iudici reſpondit, Sicut qui uidet quẽ diu deſiderabat, aut ſicut qui inuenit theſauros multos, ita & ego delector in his pœnis corporalibus poſita. Nõ enim poteſt triticum in horreo reponi, niſi theca eius fortiter fuerit conculcata, & redacta in paleas: ita anima mea non poteſt in paradiſum Dei intrare cum palma martyrij, niſi diligenter perfeceris corpus meum à carnificibus attrectari.

Iuſſa eſt deinde beata Agatha in mamilla torqueri, quã diu tortam fecit impius iudex abſcindi. Recipitur beata uirgo iterum in carcerẽ, ubi neque panis, neque aqua miniſtraretur ei. Et ecce circa noctẽ mediam uenit quidam ſenex, qui ſe medicum eſſe cõmemorabat, ferens diuerſa medicamenta, quem antecedebat puer luminis portitor. Qui inter alia Virgini dixit, Conſideraui, inquit, & uidi, quia poteſt ſalutẽ tua mamilla ſuſcipere. Cumq; illa uerbis ſenis non preberet aſſenſum, putans quòd carnalem uellet ei adhibere medicinam, dixiſſetq; ſeni inter alia; Habeo Saluatorẽ dominum Ieſum Chriſtum, qui uerbo cu rat omnia, & ſermone ſolo reſtaurat uniuerſa; ſubridens ſenior, & me, inquit, ipſe miſit ad te; Nam & ego Apoſtolus eius ſum, & in nomine eius ſcias te eſſe ſaluandam. Et ſic ab oculis eius ſublatus eſt.

Poſt quatuor dies iterum reducta ad Quintianum eſt. Qui teſtas acutas & carbones iuſsit ſpargi, & illam nudo corpore ſupra eos uolutari. Et ecce ſubito totus ille locus cõmotus eſt, & pars parietis cecidit, & oppreſsit duos, Conſiliarium iudicis, & amicum eius. Quintianus igitur fugiens, quia ex uno latere terremotum, & ex altero latere ſeditionem populi formidabat, iterũ iuſsit eam in carcerem recipi.

Quę ingreſſa expandit manus ſuas ad Deum, & dixit, Domine qui me creaſti, & cuſtodiſti ab infantia mea, & feciſti me in iuuentute uiriliter agere, qui tuliſti à me amorem ſeculi, qui 1 corpus meum à pollutione ſeparaſti, qui me feciſti uincere tormenta carnificis, ferrũ, ignem, & uincula, qui mihi inter tormenta uirtutẽ patientię contuliſti, te deprecor ut accipias ſpiritũ meum modo, quia tẽpus eſt ut me iubeas iſtud ſeculum derelinquere, & ad tuam miſericordiam peruenire. Hęc dicens beatum cœlo miſit ſpiritum.

1 Ex his uerbis habes quod ſeruare uirginitatem, ex Dei gratia præcipue prouenit, nõ autem ex nobis ſolũ, qua tamen uolenti nunquam deeſt.

Cuius ſacrum 2 corpus auferentes populi Chriſtiani, poſuerunt conditum 3 aromatibus in ſepulchro nouo. Cum autẽ collocaretur, uenit quidã iuuenis ſericis ueſtibus indutus, quẽ ſequebantur amplius quàm centum pueri albati, & pulchri; & introiuit ad locũ ubi condebatur corpus ſanctę Virginis, & poſuit tabulam breuẽ marmoream, ubi ſcriptum eſt, Mentem ſanctam, ſpontaneam, honorem Deo & patriæ liberationem. Et tandiu ibi ſtetit iſdem iuuenis, donec ſepulchrum cum diligentia clauderetur. Et abſcedens non eſt ulterius uiſus.

2 Ecce ſanctæ Martyris ſacrum corpus. Nec dicit cineres emortuos.

3 Vide antiquũ Eccleſiæ morem ſepeliendi ſanctorum corpora cũ odoramentorum ſuauitate.

in tota prouincia Siculorum. Vnde non dubitandum, quin Angelus Dei fuerit.

Quintianus poſt hęc iter arripuit, ut facultates beatę Agathę inueſtigaret, & ut teneret omnes de parentela eius, ſed Dei iudicio in medio flumine interijt.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub viij. Idus Februarij.

VITA SANCTÆ DOROTHEÆ VIRGINIS & Martyris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

APud Cęſaream Cappadocię natale ſanctę Dorotheæ uirginis. Quæ ſub Apricio prouinciæ ipſius præſide, primū eculei extenſione uexata, dein palmis diutiſsime cęſa, ad ultimū capitali ſententia punita eſt. Cumq; egrediens de prætorio duceretur ad mortem, Theophilus quidam Scholaſticus ait ad eam: Eia tu ſponſa Chriſti, mitte mihi mala de paradiſo ſponſi tui. Quæ ſtatim promiſit ſe eſſe miſſuram. Vbi ergo uentum eſt ad locū, in quo iugulanda erat, pauliſper oratione facta, protulit orarium ſuū. Et uocato ad ſe quodā puerulo annorum ſex, miſit Theophilo dicens: Dic ei, Dorothea ancilla Dei mittit tibi mala de paradiſo ſponſi ſui Chriſti. Accipiens ille, & gratias agens ꝙ petitionem eius impleſſet, cepit ſibi faciem tegere, miraq; repente ſuauitate perfuſus eſt.

Habetur in eius martyrologio ſub xvi. Kalen. Martij.

VITA SANCTI VALENTINI EPISCOPI & Martyris per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ natale ſancti Valentini Interamnenſis Epiſcopi, qui tentus à paganis, ac uirgis cęſus, & poſt diutinam cędem cuſtodiæ mancipatus, cum ſuperari non poſſet, medio noctis ſilentio eiectus de carcere, decollatus eſt iuſſu furioſi Placidi urbis Præfecti.

Tunc Proculus, Ephibus, & Apollonius diſcipuli eius, transferentes corpus eius ad ſuā Eccleſiam Interamnæ Vrbis, noctu ſepelierunt. Vbi cum cotidianis ı uigilijs incubarent, tenti a gentilibus, cuſtodiæ ſunt traditi Conſulari Leontio, quos ille iuſsit noctis medio ſuis tribunalibus pręſentari. Et cum a fide reuocari nec blandimentis, nec minis poſſent, iuſsit capite cędi. Qui non longe ſunt a corpore ſancti Valentini ſepulti.

ı Vides quod etiā antiquitus apud ſanctorū ſepulchra uigilia ducebantur.

Habetur ubi ſupra ſub xv. Kal. Martij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Fauſtini & Iouittæ per eundem Adonem collecta.

BRixiæ natale ſanctorum martyrum Fauſtini & Iouittæ. Qui

nobili progenie in ciuitate Brixiana ſunt orti. Nam parentes eorum in prædicta Ciuitate caput Senatus fuerunt. Iubente Adriano Imperatore, a quodam Italico comite Rhetiarum in iam dicta urbe comprehenſi, & in carcerem ſunt retruſi.

Poſtea uero Adriano iubente, poſt multa & diuerſa tormenta, traditi ſunt ad dilacerandum immaniſsimis feris, ideſt Leonibus, Leopardis, Vrſis, atque ſuperbiſsimis tauris. Sed ipſæ feræ, Domino mitigāte, uelut agni in manſuetudinē ſanctis Dei conuerſę ſunt, ita ut ipſorum pedibus proſtratæ, eorū ueſtigia lingerent, inimicos autē Dei unà cū ipſo Italico, facto impetu interficerent.

Nouiſsime autē in eculeo alligati, & in igne miſsi, poſiti ſunt ſuper ollam æneam, in qua hinc inde plumbum liquebatur. Sed ipſe ignis nihil ſanctos Dei nocuit, inimicos uero illorū, quotquot attingere potuit, una cū Pompeio fratre Adriani exuſsit. Quo uiſo ſanctus Calocerus, qui tunc curā Palatij habebat, credidit cum officio ſuo ad duodecim milia hominū. Vnde iratus Adrianus ipſis omnibus, excepto Calocero, capita amputari iuſsit. Deinde admonentibus ſanctis Angelis, beatus Apollonius Brixienſis eccleſiæ Epiſcopus ſanctum Fauſtinū 1 conſecrauit presbyterum, & beatū Iouittam diaconē ordinauit.

Poſt hoc autē iubente Adriano, beatus Fauſtinus & Iouitta una cū ſancto Calocero, uincti ferro Mediolanum ducti ſunt. In qua ciuitate Adrianus plumbū feruefcens & liqueſcens per fiſtulas in ora ipſorum triuim mitti præcepit. Sed nihil ſanctos Dei nocuit. Inſuper & oculos beatorū Fauſtini & Iouittæ iuſsit auferri. Sed altera die eis oculos Dominus reſtituere dignatus eſt. Deinde traditi ſunt ipſi tres ſęuiſsimis beſtijs, ideſt Tygribus, Vrſis, atque ſuperbiſsimis Tauris, ſed ipſę feræ ſicut priores, Domino operante, ſanctis Dei in manſuetudinē conuerſæ ſunt, ex paganis autem maximā multitudinem interfecerunt.

> 1 *Ecce quō conſecrare presbyteros & reliquos inferiores gradus, ad officium pertinet Epiſcoporum, et non ad ſeculares Magiſtratus de cōſenſu plebis.*

Poſt hæc & alia tormenta, iuſsit Adrianus cuidam Sapritio primicerio ſcholæ candidatorum, ut beatū Calocerum in Ambinganū ciuitatem duceret, & ibi eum puniret, ſi nō præceptis eius obtemperaret. Nam ibi amputatione capitis poſt multa tormenta martyr Chriſti effectus, multo tempore quieuit. Quāuis poſtea Angilbertus Archiepiſcopus Mediolanenſis eum inde tranſtulerit, & in ſuę Diœceſis monaſterio, quod uocatur Clauate, ſumma cum 2 diligentia & honore collocare curauerit.

> 2 *Tanta diligentia ab archiepiſcopo indigne tumulando ſanctis corpore impenſa, ſepulturam curādam & minime negligendam oſtendit, quodq; ſepelire mortuos opus pietatis eſt & Deo placens. Habes hic etiā æquum eſſe ut uiri Deo dicati ſepulturā glorioſam & honorificam habeant.*

Ipſe uero beatus Calocerus cum in cuſtodiam Ambinganum iret, deuenit in ciuitatem Aſtenſem, & ibi inuenit illuſtrem uirum ipſius ciuitatis, nomine Secundum. Et cūm eidem Secundo Chriſtum prædicaret, & multa de beato Fauſtino & Iouitta diceret, qualiter Mediolani pro Chriſti nomine plurima paſsi in uinculis detinerentur, credidit ipſe, & ſumma cum feſtinatione uenit Mediolanum, & a ſanctis

Fauſtino & Iouitta baptizatus, in ciuitatem ſuam reuerſus eſt; & ibi amputato capite a prædicto Sapritio, Chriſti martyr effectus eſt.

Poſt hoc ſancti martyres Fauſtinus & Iouitta uincti ſub cuſtodia cuiuſdam Antiochi præſidis Romam ducti ſunt, & ibi diuerſis pœnis afflicti, multos ad fidem conuerterunt, 3 plurima per eos domino faciente miracula. Ibi etiam inuenerunt ſanctum Euariſtum urbis Romæ epiſcopum, inter ſepulchra martyrum latitantem, quem 4 rogauerunt, ut faceret beatum Calimerū, qui per eorum prædicationē inter plurimos Romanos credidit, in Mediolanenſi ciuitate epiſcopū.

3 Nota plurima per eos domino faciente miracula. Ex his enim manifeſtiſſime habetur, non ſolum in ſanctis dominum, ſed etiam per ſanctos patrare miracula.

Quo facto iterū ſub cuſtodia Aureliani comitis ducti ſunt Neapolim, & ibi multa & uaria tormenta perpeſſi, plurimis miraculis oſtenſis, Domino iuuante, multos ad fidem conuerterunt. Poſtea uerò manibus, pedibusq; ligatis in mare demerſi, & ab Angelis Dei liberati, & ad littus deducti ſunt. Nouiſſime autem iuſſu Adriani Brixiam reducti ſunt. Et ibi a præfato Aureliano poſt multa iterū tormenta, amputatis capitibus Chriſti martyres effecti ſunt.

4 Ex eo quod ſancti rogant Euariſtū Romanū Pontificem ut Calimerū faciat epiſcopum Mediolanenſem, et ipſe ad eorum inſtantiam hoc agit, euidentiſſimum teſtimonium eſt Papam primatum habere in Dei eccleſia, & ad illum omnium eccleſiarum curam pertinere. Nam ſi is ſolum Romanus eſt Epiſcopus, ut uolunt moderni heretici, qui ad eum pertinebat in Mediolanenſi eccleſia Epiſcopum ordinare? Vides etiam quod adhuc primitiuæ eccleſiæ tempore Ro. Pontifices hac poteſtate utebantur, quæ nulli alij tanta data eſt quanta Petro, & in eo omnibus ſucceſſoribus illius.

Habetur ubi ſupra ſub xiiij Kalendas Martij.

VITA SANCTI OONESIMI EPISCOPI & martyris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſancti Ooneſimi. De quo beatus Apoſtolus Philemoni familiares literas mittit. Obſecro te de meo filio, quem genui in uinculis Ooneſimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autē & mihi, & tibi utilis, quem remiſi. Tu autem illum, ideſt uiſcera mea ſuſcipe. Quem beatus idem Apoſtolus epiſcopum ordinans, prædicationisq; uerbum ei cōmittens, apud Epheſiorum ciuitatem reliquit. Cui epiſcopus poſt beatum Timotheum & ipſe reſedit.

De quo & beatus Ignatius Epheſijs ſcribens epiſtolam, ita dicit, Quoniam ego ſuſcepi multitudinem ueſtram in nomine Domini, in Ooneſimo dilecto præceptore noſtro, ueſtro autē Epiſcopo, Obſecro eum ſecundum Chriſtum Ieſum diligere uos, & uos omnes in cōcordia eius in ipſo eſſe. Benedictus enim Deus, qui uobis talibus talem epiſcopum donauit habere in Chriſto.

Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Chriſti lapidatus, ſepultus eſt Chriſti martyr primū ibi, deinde ad loca, ubi fuerat ordinatus Epiſcopus, corpus eius delatum.

VITA SANCTÆ IVLIANÆ VIRGINIS & martyris per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub. xiiij. Kalend. Martij.

IN ciuitate Cumis natale ſanctæ Iulianæ Virginis & martyris. Quæ tempore Maximiani Imperatoris primo a ſuo patre Aphricano cæſa, & grauiter cruciata, deinde & a præfecto Eolaſio, quē ſponſum habuerat, nuda uirgis cæſa, & a capillis ſuſpenſa, & plumbo ſoluto a capite perfuſa, ac rurſum in carcerem recepta, ubi palam cū diabolo conflixit. Et rurſus euocata, rotarum tormenta, flāmas ignium, ollam feruentē ſuperauit, ac decollatione capitis martyriū cōſumauit.

Quæ paſſa eſt quidem in Nicomedia, ſed poſt paucum tempus, Deo diſponente, in campaniam tranſlata.

VITA SANCTORVM MARTYRVM CLAVdij, Præpedignæ, & aliorum per ſupradictum Adonē collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. xii kalen. Martij.

APud Hoſtiam natale ſanctorum martyrū Claudij, & uxoris eius Præpedignæ, & filiorum Alexandri & Cutiæ, & fratris Claudij beati Maximi. Qui cum eſſent præclariſsimi genere, agente fratre eorum Gabinio presbytero, baptizati ſunt a beato Gaio pontifice Romano, & poſtmodum tenti, iubente Diocletiano a iudice impio Iulio.

Et Claudius quidem cum uxore ſua & filijs deportatus eſt in exilium. Deinde incendio concremati, odoriferū ſacrificiū martyrij Deo reddiderunt. Ac ſic poſtmodū apud Hoſtiam in reuma iactati. Quorum reliquias Chriſtiani perquiſitas iuxta ciuitatem ſepelierunt.

VITA BEATORVM MARTYRVM, QVOrum numerus præ multitudine ignotus eſt, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub. x. kalend. Martij.

APud Tyrum, quę eſt urbs maxima Phœnicis, natale beatorū martyrū, quorū numerū Dei ſcientia ſola colligit, quos iubente Diocletiano Veturius magiſter militiæ diuerſis tormentorum generibus ſibi inuicem ſuccedentibus occidit.

Primo flagris per omne corpus martyres Dei carpebant, poſt hoc trahebantur ad beſtias. Adhibebantur Leones, Vrſi, Pardi, atque omne ferarum genus. Apri quoque, ſed & Tauri; quibus ferro & igni feritas addebatur.

Statuuntur deniq; Dei cultores nudatis membris in medio arenæ loco, & beſtię intra caueas incitatæ ſæuioresq; ſemetipſis effectę, pro-

ruunt clauſtris,replent ſubito ſtadium,circundant Eccleſiam martyrum in medio ſitam,circumeunt ſæpius,& obluſtrant, & diuinę uirtutis adeſſe eis cuſtodiam ſentientes procul ab eorum corporibus abſcedunt.

Sed ilico furor,qui reprimebatur in beluis,tranſit in homines. Gladijs,igitur peragunt,quod beſtijs nequiuerũt,& ut in omnibus ſe oſtēderent beluis eſſe nequiores,prohibebant etiã cadauera mãdari terræ, ſed iubebant fluctibus dari.

Horum glorioſiſsimam multidinem, cœliq; exercitum ducebant, & incitabant ad uictoriam beatiſsimi Tyrannio,& Saluianus Epiſcopus,qui paruo tempore interpoſito, beſtiarum morſibus martyrium compleuit. Et Peleus, atque Linus Epiſcopi, qui igne cum plurimis clericis conſumpti ſunt. Tenobius quoque uenerabilis presbyter capite cæſus eſt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub.vi.kalend. Martij.

INVENTIO CAPITIS PRÆCVRSORIS Domini per eundem Adonem collecta.

APud Hieroſolimam Inuentio capitis præcurſoris Domini, tempore Martiani Principis,quando iſdem præcurſor duobus monachis,ubi idem caput eius celatum iaceret, reuelauit. Cōſtat autem quia imminente feſtiuitate paſchali fuerit, ſicut in Euangelio apparet,decollatus: Et anno poſt hunc ſequente cum denuo tempus paſchale rediſſet,myſterium Dominicæ paſsionis eſſe completũ. Et propterea quod in libro ſacramentorum natalis eius.iiij.Kalend.ſeptēbris notatũ eſt,& in martyrologio,quod Euſebij & Hieronymi uocabulis inſignitum eſt,legitur.iiij.Kalend.ſeptembris in Ediſſa ciuitate, Phœnice prouintia natale ſancti Ioannis Baptiſtæ die quo decollatus eſt,nō ſpecialiter ipſum diem decollationis eius, ſed diem potius,quo caput eius in eadem Ediſſa ciuitate repertum,atque in eccleſia eſt conditum deſignatur.

Siquidē duo monachi orientales uenerant adorare Hieroſolymis, & loca [1] ſancta uidere.Quibus per reuelationem aſsiſtens idem præcurſor Domini præcipit, ut ad Herodis quondam Regis habitaculũ accedentes,caput ſuum ibi requirerent, & inuentũ digno honore reconderent.Quod ab eis inuentum, & aſſumptum,ſed nō multo poſt culpa in curiæ perditũ,perlatũ eſt ediſſam ab illis, & in quodã ſpecu, & in urna ſub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum, donec [2] denuo ſeſe ſuumq; caput oſtendit Marcello cuidam religioſo presbytero & monacho,dum in eodem ſpecu habitaret.

1 Vides antiquis patribus peregrinationes ad loca ſancta fuiſſe in uſu.

2 Ecce quomodo etiam ipſi ſancti procurãt reliquias ſuas in ueneratione haberi,et dignis in locis collocari.

Ex quo tempore cœpit in eadem ciuitate beati præcurſoris decollatio ipſo die,quo caput eius inuentum, ſiue eleuatum eſt,celebrari.

VITA SANCTORVM VICTORINI, Victoris, & reliquorum martyrum per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur I eius martyrologio ſub. 7. kalẽdas Martij.

APud Ægyptum natale ſanctorum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis, & Papiæ, ſub Numeriano Imperatore, agente Sabino duce.

Quorum primus pilam ex robore cauam, & undiq; circumforatã miſſus, ac per ſingula foramina diutiſsime tranſpunctus eſt. Cumq; nimius ſanguis effluerit, eductus e pila capite cæſus eſt.

Secundus manibus ac pedibus amputatis, in eandem pilam miſſus, prioris tormenta ſuſtinuit, & nouiſsime gladio cæſus eſt.

Tertius cum ultro in pilam fuiſſet ingreſſus, indignatus iudex iuſſit eum inde produci, & ſuper craticulam prunis ſubſtratam aliquantiſper aſſari & inuerti. Cumq; in cõfeſsione perſiſteret, ſublatus inde, minutatim gladio conciſus, ſpiritum reddidit.

Reliquorum quatuor, Claudianus & Dioſcorus flammis incenſi, ſerapion & Papias gladio conſumati ſunt.

VITA BEATI NESTORIS EPISCOPI ET Martyris per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. uii. Kalendas Martij.

IN ciuitate Pergen Pãphiliæ natale beati Neſtoris Epiſcopi. Qui perſecutione Decij cum die noctuque orationi inſiſteret, poſtulãs ut grex Chriſti cuſtodiretur, comprehenſus a quodam Irenargo, qui erat princeps curiæ ciuitatis, uelut aries ſine macula oblatus eſt præſidi Polioni. Et cum nomen Chriſti mira libertate & alacritate confiteretur, deos autem gentium dæmonia peſsima eſſe memoraret, & iuſſus ab eodem præſide ſuſpendi in eculeo, & crudeliſsime torqueri, lætus pſallebat dicẽs, Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.

Præſes uero ſtupens ſuper tanta tolerantia, & uolens eum blandis uerbis a fide reuocare, dixit ei, Vis eſſe nobiſcũ, aut cum Chriſto tuo? cui ſanctus Neſtor cum magno gaudio reſpõdit dicens, cum Chriſto meo & eram, & ſum, & ero. Tunc indignatus præſes dedit aduerſus eum ſententiam, ut qui Ieſum Crucifixum ſub pontio pilato fateretur, tanq̃ deuotus Deo ſuo illius ſubiret ſententiam; & ligno crucifixus reſolueretur a uita. Ille gratias agens Deo, cum iam affixus eſſet patibulo, docebat aſſiſtentem populum chriſtianum, ut perſiſteret in fide & charitate Chriſti, & libentiſſime compaterentur, ut & ſimul glorificarentur.

Habes hic orationem cum genuflexione.

Poſt hoc petens omnem aſtantem turbam fidelium, ut ı genua flectentes orarent cum ipſo, cum compleſſet orationem, & dixiſſent omnes, Amen, reddidit ſpiritum. Conſummauit autem martyrium ſuum quinta ſabbati hora tertia.

Habetur ubi ſupra ſub. 7 nonas martias.

VITA SANCTORVM MARTYRVM EMItherij, & Celedonij per eundem Adonem collecta.

NAtale Sanctorum martyrum Emitherij & Celedonij, qui primum apud legionenſem Galletiæ ciuitatem milites, exurgente perſecutionis procella, pro confeſsione nominis Chriſti plurimis afflicti tormentis, Callagarim uſque perducti, atque ibi martyrio coronati ſunt.

Nota quàm uenerabiles in terra ſint res etiam externæ ſanctorum, cum in horũ pretioſa morte unius anulus, orariumque alterius, nube hic dicatur fuiſſe ſusceptũ, atq; ĩ cœlũ euectum.

Cumque eorum capita lictor incideret, miraculũ populis magnũ apparuit. Nam ı unius anulus, orariumq; alterius nube ſusceptum, & in cœlum euectum eſt. Viderunt hæc omnes qui aderant, & uſque quo acies oculorũ intendere potuit, fulgorem auri candoremq; Linthei attonito ſequebantur intuitu. Hoc autẽ ſcribit Aurelius Clemẽs prudentius in libro Coronarum.

Habetur in eiũs martyrologio ſub. 7. idus Martij.

VITA SANCTORVM QVADRAGINTA militum per eundem Adonem collecta.

APud Sebaſtem Armeniæ minoris natale quadraginta militũ tempore Licinij Regis ſub præſide Agricolao. Qui poſt uincula & carceres creberrimos, poſt cæſas lapidibus facies, miſsi ſunt in ſtagnũ, ubi gelu conſtricta corpora eorum nocte dirumperentur.

Vnus autẽ de numero quadraginta effectus puſillanimis refugit ad balneum. Et mox ut attigit calorem, ſtatim reſolutus reddidit ſpiritum. Quod uidentes cæteri in laudes omnipotentis Dei ſancti ſpiritus gratia confortati eruperunt. Et circa horam tertiam noctis reſplenduit uelut ſol lumen feruens, & glacies diſſoluta eſt.

Porro qui eos cuſtodiebant ſomno grauabantur. Clauicularius tantum ſolus uigilabat. Qui audiens eos orantes, uidensq; tantam lucem atque glaciem diſſolutam, reſpiciens unde eorum lux ipſa ueniret, uidit ſuper ſanctos coronas deſcendentes numero xxxix.

Et cœpit cogitare ſecũ dicens quadraginta ſunt, unius corona ubi eſt? experge faciens itaque reliquos cuſtodes, proiecit ueſtimenta ſua in facies eorum, & exiliuit in ſtagnum clamans, & dicens, Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum.

Mane autem facto impijſsimi Tyranni ſatellites inuenerunt clauicularium ipſum connumeratum martyribus, unde unus ceciderat.

Cumque

Cumque uere fidelem eũ reperiſſent, eoſdemq; omnes traxiſſent ad littus, baculis crura eorum confregerunt, atque ita cruri fragio martyrium conſumauerunt.

Nomina uero horũ martyrum hæc ſunt, Domitianus, Eunoicus, Siſinnius, Eradius, Alexãder, Ioannes, Claudius, Athanaſius, Valens, Heliarius, Meliton, Hecditius, Achatius, Viuianus, Heluius, Theodolus, Cirillus, Flauius, Seuerianus, Cyrion, Valerius, Chudion, Sacerdõ, Priſcus, Euthicus, Smaragdus, Philoctimon, Ætius, Micallius, Liſimachus, Donnus, Theophilus, Euthicius, Xantius, Aggius, Leontius, Yſitius, Gaius, Gorgonius, Candidus.

Quorum unus Meliton nomine cum eſſet omnium ętate minor, & cruribus fractis adhuc ſuperuiueret, timens beatiſsima mater, quę martyribus aſtabat, ne in cruciatibus deficeret, uirili animo hortabatur eum dicens, Fili, modicum ſuſtine ecce Chriſtus ad ianuam ſtans adiuuat te. Cumq; ſanctorum corpora birotis ſuperpoſita ferrent ad incendendum miniſtri diaboli, uidens pia mater ſolum filiũ relictũ, quem miniſtri ad hoc reliquerant, quia ſperabant eius animum poſſe culturis dæmonũ inclinare, ſi uiueret, tollens eũ ſuper humeros ſuos uirili greſſu ſequebatur uehicula. Cumque ferretur puer, inter amplexus maternos animã cœlo reddidit. Perueniensq; mulier ad locũ, ubi ſanctorum corpora cremabantur, iecit ſuper oſſa martyrum, ut morte etiam & ſepultura martyribus ſociaretur.

Combuſta ſunt igitur corpora eorum, & in fluuium proiecta. Sed diuina diſpẽſatione 1 reliquiæ eorum integræ ſunt repertæ, & honore digno conditæ.

1 *Hoc miraculum circa ſanctorũ reliquias operatus eſt dominus ut & illæ in ueneratione haberentur, & honore ſanctis condigno reconderentur.*

VITA SANCTI GREGORII PAPÆ PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. iiij. idus Martij.

ROmæ Depoſitio ſancti Gregorij Papæ, qui nobili genere liberalibus artibus eruditus eſt. Deinde defunctis parentibus ſex in Sicilia 1 monaſteria conſtruens, ſeptimum intra urbis muros conſtituit. In quo ipſe poſt ſecularem habitum multis fratribus aggregatis, ſub Abbatis imperio ſtrenue militauit, & ſuæ nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decorauit. Nam qui ante ſericis ueſtibus ac gemmis micantibus per urbem ſolebat procedere trabeatus, poſt 2 uili contectus tegmine, miniſtrabat pauper ipſe pauperibus.

Quibus monaſterijs tantum de redditibus prædiorum delegauit, quantũ poſſet cõmorantibus ad quotidianũ uictum ſufficere, reliqua uero 3 uendidit, ac pauperibus erogauit. Deinde coactus & multũ renitens, factus Vrbis Romæ ſummus Pontifex, Anglorũ gentem ad fidem cõuertit, directis uidelicet ſui monaſterij monachis, Melito,

1 *Cum ſanctiſsimus põtifex ſex Monaſteria in Sicilia condiderit, ſequitur quod Monaſteria conſtruere ſit opus deo gratum & acceptum.*

2 *Ecce quõ & antiqui monachi utebãtur neſtimentorũ uilitate.*

3 *Vide euãgelicã paupertatẽ quã exactiſsime obſeruauerunt priſci religioſi.*

Auguſtino, atque Ioanne, & cum eis alijs plurimis fratribus.

Rexit autem glorioſiſsime Romanam Eccleſiam annis. xiij, mẽſibus ſex, & diebus. x. Augumentauit etiam in precatione Canonis, Dieſq; noſtros in tua pace diſpone.

Habetur ubi ſupra ſub idibus Martij.

VITA SANCTÆ MATRONÆ MAR. per Adonem ſupradictum collecta.

APud Theſſalonicam natale ſanctæ Matronę. Quæ cum eſſet Plautillę cuiuſdam uiduę ancilla, & occulte Chriſtum colens, quotidie furtiuis orationibus ✝ Eccleſiam frequentaret, deprehenſa a Domina ſua, & in ſcamno extenſa & ligata, & pene uſque ad mortem flagellata, atque ita uincta in ſcamno, obſignatis diligentiſsime ianuis, per noctem relicta, ibi die altero diuinitus ſoluta, et cum ingentioris gratia orans inuenta eſt. Rurſumq; neruis crudis in eodẽ ſcamno conſtricta, & loris quouſq; obmuteſceret, cæſa eſt, ibiq; per triduũ obſignatis ianuis relicta. Facta autem die tertia iterum ſoluta diuinitus & orans inuenta eſt. Tunc robuſtis fuſtibus uſq; ad mortem cæſa, in confeſsione Chriſti incorruptum ſpiritum reddidit.

✝ Si Eccleſiam cotidie furtiuis orationibus frequẽtabat, ergo nõ tantum pro auditione uerbi dei, et ſacramentorum perceptione illa ædificata eſt, ut uolunt moderni quidam hæretici.

Habetur in eius martyrologio ſub xvij. Kalend. aprilis.

VITA SANCTI CIRIACI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſancti Ciriaci diaconi. Qui poſt longam carceris macerationem, quã ſub Maximino pertulit, cum Siſinnio condiacono ſuo, & ſmaragdo, & largo, poſt multa facta miracula, in quibus filiam Diocletiani Arthemiã, ipſius rogatu à dæmonio curauit, ac baptizauit, Filiam quoque ſaporis Regis Perſarum Iobiã, miſſus illo pro hoc, æque ✝ liberauit a dæmonio, ac baptizauit, cum ipſo Rege & alijs quadringentis triginta, rediens Romam poſt mortem Diocletiani, tentus eſt inter alios Chriſtianos a filio eius Maximino, & in cuſtodiam miſſus, eo quod ſororẽ eius Chriſtianam feciſſet.

✝ Nota illa uerba æque liberauit a Dæmonio ac baptizauit. Nam & hinc habetur non ſolũ deum in ſanctis miracula facere, ſed etiam per ſanctos, immo etiam ipſos ſanctos in uirtute dei, ſicut etiã in uirtute dei baptizant.

Deinde præcepit ut die proceſsionis ſuæ nudus, catthenisq; obligatus ante Rhedam eius traheretur. Et poſt hoc eductus de carcere cum ſocijs largo, ſmaragdo, & Creſcentiano per Carpaſium Vicariũ, pice reliquata caput eius perfuſum eſt.

Et rurſum poſt dies quatuor eductus denuo de carcere, in cataſta extẽſus, ac tractus neruis & fuſtibus cæſus, poſt dies aliquot iubente Maximino, capite truncatus eſt cum largo, & ſmaragdo, & alijs. xx. ſcriptum eſt in geſtis Marcelli Papę. Ipſo tempore Maximinus interfecit ſororem ſuam Arthemiam.

VITA SANCTI ALEXANDRI EPISCOPI martyris per eundem Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xy. Kalendas Aprilis.

CÆſareæ Natale ſancti Alexandri Epiſcopi. Qui de Cappadocia ciuitate ſua ueniens, cum ſanctorũ locorũ uiſendi 1 deſiderio Hieroſolymam pergeret, & Narciſſus Epiſcopus eiuſdem urbis iam ſenex regeret eccleſiam, & ipſo Narciſſo, & multis clericorũ eius reuelatum eſt, altera die mane intrare Epiſcopum, qui adiutor ſacerdotalis cathedræ eſſe deberet.

1 Etiã antiqui patres Hieroſolimam peregrinabantur ſtudio uiſendi loca ſancta.

Itaque re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæſtina in unum congregatis, annitente uel maxime Narciſſo, Hieroſolymitanæ eccleſię cum eo gubernaculum ſuſcepit.

Qui perſecutione Decij cum iam longeuæ ætatis ueneranda canicie præfulgeret, ductus cæſaream, & clauſus carcere ob confeſsionem Chriſti martyrio coronatus eſt.

VITA BEATI IOANNI CONFESSORIS per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xiiii. Kal. Aprilis.

APud Penarenſem Vrbem natale beati Ioannis magnæ ſanctitatis uiri, qui de ſyria oriundus peruenit ad Italiam. Cumque quæreret locum habitationis ſuæ, orationem fudit ad Dominum, Te deprecor Domine, qui lumen es uerum, ſi proſperum facis iter meum, hoc mihi ſignũ fiat, Vbicunque ambulauero, ſi Pſalterium meũ dedero, & eadem die mihi redditum fuerit, ibi ſit permanſionis meæ locus. Factum eſt. Recepit eum hoſpitio matrona quædam, cui uir Dei pſalterium ſuum dedit, requiſiuit, eiq; mox a muliere redditur.

Hoc itaque ſigno ut ſtationem ſuam ibi uir Dei faceret confirmatur, ac inde non longe plus minuſue quam duarum ſagittarum progreſſus, habuit Angelum Dei obuium, qui ei dixit, ſerue Dei, hic tibi locus permanſionis a Domino parabitur. Erat autẽ hiems, & ſedebat uir Dei ſub arbore. Venatores uero cum per locum tranſitũ facerent, uiderunt eum ſedentem, atque arborem illam iuxta illum folijs ueſtitam. Requirentes autem uirum quis eſſet, ob Domini ſeruitium ſe de ultramarinis partibus, lociſue ueniſſe, morariq; hic uelle reſpondit.

Nunciantibus igitur illis, famaq; uitam beati uiri longius ſpargente, tanta frequentia populi Dei undequaq; illuc aduenit, ut monaſterio facto congregatio magna ſeruorum Dei ſimul habitantium ibi fieret. Cui præfuit multis clarus uirtutibus beatus Ioannes. xliiij. annos, & requieſcens in pace, depoſitus eſt. xiiij. Kal. Aprilis in loco ubi præſtantur beneficia Dei uſque in hodiernum diem.

Habetur in loco ubi ſupra ſub yiii. Kalē. Aprilis.

VITA SANCTI PIGMENII PRESBYTERI & martyris per Adonem Epm Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſancti Pigmenij presbyteri. Hic Iuliamm apoſtatam, & impium a puero nutriuit, & literis etiam ſacris erudiuit. Sed factus Imperator culturam pietatis poſtquam reliquit, audito quod corpora 1 ſanctorum martyrum, qui ab eo necabantur, idem Pigmenius ſepeliret, mādauit ei, Perge quo uolueris: Hic enim non mercabitnr uita tua, quam tamen ſeruitijs tuis reddo, non tibi.

1 Ideo ſanctorum martyrum corpora ſepeliebat Pigmenius, quoniā hoc opus pietatis eſt, & deo placens.

Tunc ſanctus Pigmenius perrexit ad Perſidem, ubi demoratus aliquantiſper factus eſt cæcus. Inde monetur in ſomnis a Domino ut reuerteretur Romam. Cumq; poſt quatuor menſes reuerſus, cliuum ſacræ uiæ cum uno puero ſtipem petendo conſcenderet, factum eſt ut offenderet Iulianum imperatorem in Rheda aurea ſedentē. Qui eminus conſpiciens Pigmenium, uocari eum præcepit, dixitque ei, Gloria dijs deabusq; meis, quia te uideo. Cui uir Dei Pigmenius illico reſpōdit, Gloria Domino meo Ieſu Chriſto Nazareno Crucifixo quia te non uideo.

Ad hanc uocem iratus Iulianus iuſsit eū per pontem in Tyberim præcipitari. Cuius corpus inuentum eſt, collectum, & ſepultum in 2 cœmiterio Pontiani, non longe a ſanctis Abdon & ſenem.

2 Vide quod in Cœmeterijs deo dicatis antiquus mos eſt defunctorum Chriſtianorū corpora ſepelire.

Habetur in eius martyrologio ſub iii. Kalendas Aprilis.

VITA SANCTI QVIRINI TRIBVNI martyris per Adonem ſupradictum collecta.

ROme natale ſancti Quirini Tribuni & martyris ſub Traiano Imperatore, qui cum ex præcepto eius beatum Alexādrum Papam & Hermem præfectū in uincula coniecisſet, haberetq; filiā, cuius collū ſtruma circundederat, auditis exhortationibus beati Hermes de fide Chriſti, & uiſis ſignis, quæ Dominus in martyribus ſuis Alexandro, & Herme operabatur, ipſam eandē filiam ſuam obtulit ad ſanandum. Cui dixit beatus Alexāder, Tolle boiam de collo meo, & impone ei. Quod cum obedienter pater eius exequeretur, diuino nutu ſubito ſanata eſt. Vocabatur autem ipſa Balbina. Atque ita pater eius Quirinus & ipſa, cum uniuerſis qui in cuſtodia tenebantur, omnique domo ſua baptizatus eſt.

Quod ut nunciauit Commentarienſis Aureliano iudici, iratus iuſſit adduci Quirinum ad ſe, & dixit ei, Ego te quaſi filium dilexi, tu autem irriſiſti me deceptus ab Alexādro? Dixit ei Quirinus, Ego Chriſtianus ſum factus, uis occidere, uis fuſtigare, uis incendere, aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere feci fieri Chriſtianos, & dimiſi

dimiſi eos, & noluerunt uſquam ire.

Iratus Aurelianus fecit ei linguã abſcindi, deinde in eculeo ſuſpendi. Qui dum Aureliani non cederet iniurijs, iuſsit ei manus ac pedes abſcindi, & ſic eum decollari, & canibus proijci. Sed Chriſtiani corpus eius raptum, in uia Appia ſepelierunt, in 1 cœmiterio prætextati.

1 *Nota, corpus martyris raptum ſepelierũt in uia Appia in cœmiterio prætextati.*

VITA SANCTÆ BALBINÆ VIRGINIS per Adonem iam dictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub pridie Calendas Aprilis.

ROmæ natale ſanctæ Balbinæ filiæ Quirini martyris. Qui beatus martyr tollens boiam de collo Alexandri Papæ ſecundum iuſsionem eius cum pergeret, ut collo filiæ ſuæ ſtrumã habentis imponeret, ecce ſubito puer cũ facula apparuit; quẽ conſtat Angelum Dei fuiſſe, & uenit ad puellam dicens: Salua eſto, & in 1 uirginitate tua permane, & ego te faciam uidere ſponſum tuũ, qui pro amore tuo ſanguinem ſuũ fudit. Perueniens igitur pater ut perficeret, quòd de boia ei iuſſum fuerat, uidet ſubito filiam ſuam ſanã, quæ poſtmodum à ſancto Alexandro baptizata eſt, & 2 instructa in uirginitate, plena operibus bonis permanſit. Cui ſæpe oſculanti boiam ipſam beati Alexandri dixit ſanctus Alexander: Deſine hanc boiam oſculari, ſed potius require Domini mei Petri 3 uincula, & ea oſculare. Tunc dedit operã, & ſummo ſtudio poſt deſiderium magnũ peruenit ad illa, tradiditq; ſanctæ Theodoræ religioſiſsimę fœminæ, ſorori ſancti Hermetis pręfecti & martyris. Ipſa uero uirgo Balbina poſt deuictum ſeculi huius curſum, 4 ſepelitur iuxta patrem ſuum martyrem Quirinum, uia Appia, in Cœmeterio Prætextati.

1 *Dic Hæretice cur Angelus nõ hortatur Balbinam ad contrahendas nuptias, ſed ad permanẽdum in ſua Virginitate? ceu quare? Quia Virginitas nobilior & ſublimior eſt coniugio & uiduitate.*

2 *Vides quod ſancti patres ueteres, mulieres ad ſeruandã uirginitatẽ inſtruebãt? Vides etiã quod Balbina plena operibus bonis permanſit?*

3 *Ecce quomodo res etiam extraneæ ad ſanctos quoquomodo pertinentes, ſacræ ſunt & uenerabiles, cuius modi ſunt D. Petri Apoſtoli uincula.*

4 *Sepelitur ſancta iuxta patrem ſuum martyrem Quirinum, uia Appia, in Cœmiterio Calixti.*

VITA SANCTI GREGORII NAZIANZENI Epiſcopi per eundem Adonem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iij. Idus Maij.

APud Nazianzum oppidum natale beati Gregorij epiſcopi, qui Theologus dicitur, collega beati Baſilij Cęſareæ Cappadocię poſtea epiſcopi: Quicq; cum ſe totum Dei ſeruitio mancipaſſet, tantum de collegæ amore præſumpſit, ut ſedentem Baſilium de cathedra deponeret, ac ſecum ad monaſterium manu iniecta perduceret. Ibique per annos treſdecim omnium Græcorum ſecularium libris remotis, ſolis diuinę ſcripturæ uoluminibus operam dabant. Igitur apud Nazianzum oppidum in locum patris epiſcopus ſubrogatus, hæreticorũ

turbinem fideliter tulit. Reddita uero pace, Conſtantinopolim ad Eccleſiam docendam uenire exoratus, non abnuit. Vbi breui tēpore tantum ad emendandum populum uetuſtis hęreticorum infectum uenenis profecit, ut tunc primum Chriſtiani ſibi uiderentur, & nouellam lucem ueritatis aſpicere.

Sed ubi gloriam ſubſecuta inuidia eſt, obniti quidā, & perſcriptionibus minus ſanis uti coepere, ut ipſo ad propria remeante, alius ordinaretur epiſcopus. Quod ille ſuſurrari tantum, & ſub dente ſentiens ruminari, ipſe profert, quod dicere ei nullus audebat: Abſit, inquit, ut mei cauſa aliqua ſimultas in Dei ſacerdotibus oriatur; ſi propter me eſt iſta tēpeſtas, tollite, & mittite me in mare, & deſinet à uobis quaſſatio. Tunc regreſſus in eccleſiam ſuam, quod ſuperfuit uitæ tēpus exegit. Et quoniam feſſa anima, ætate & corpore inualidus erat, ſucceſſorem ſibi ipſe elegit, quo Eccleſiam gubernante, debilitatis & ſenectutis ocio frueretur.

Habetur ubi ſupra ſupra ſub. xvij kalē. Maij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM MARONIS, Euticetis, & Victorini, per eundem Adonem collecta.

APud Italiam natale ſanctorum martyrum Maronis, Euticetis, & Victorini. Qui cum beata Flauia Domicilla apud inſulam Pontiam longū ducentes exilium, eamq; in Chriſti confeſsione pio fouentes ſolatio, inuidia, atque inſectatione Aureliani ſponſi, & perſecutoris eius, quem illa ob Chriſtum contēpſerat, poſtmodum a principe Nerua eidem Aureliano in ſeruitutem traditi ſunt.

Quos ille primum quaſi ſeruos per ſua prædia ſingulos diuiſit, iuſſitq; eos terram fodere per totum diem, ad ueſperum uerò cantabrū manducare. Deinde cum plurimos ad fidem Chriſti conuerterent, & populum credentium ampliarent, repletus ita a diabolo, miſit qui uario genere poenarum interficerent eos.

Nam Euticem in media uia tādiu cędi iuſsit, donec ſpiritum exhalaret. Cuius corpus rapuit populus Chriſtianorum. Victorinum uero apud eum locum qui Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ emanant & ſulphureæ, capite deorſum per horas tres ſuſpenſum teneri iuſsit. Quod cum per triduū pro nomine Chriſti paſſus fuiſſet, migrauit ad dominum. Cumq; una die iuſſu Aureliani corpus eius inhumatum iacuiſſet, uenerunt Amiternęnſes populi Chriſtiani, & rapientes in ſuum territorium tranſtulerunt.

Maronem autē miſſo amico ſuo nomine Turgio, iuſsit idem Aurelianus duci, & ſaxo ingenti opprimi. Sed protegente Domino, in nullo eum lædere potuerunt. Quem Conſularis accepto ab Aureliano præcepto interfecit, corpuſq; eius Chriſtianus populus rapuit, & 1 condigno honore ſepeliuit.

1 Aequum ſiquidē eſt, ut ſancti uiri & Deo dicati, magnificā & glorioſam ſepulturā habeant.

VITA SANCTI MAPPALICI MARTYris, per Adonem iam dictum collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub xȷ. Kalen. Maij.

Apud Aphricam natale ſancti Mappalici, qui cum alijs pluribus martyrio coronatus eſt. Scribit beatus Cyprianus in epiſtola ad martyres hoc modo; Vox plena ſpirituſancto de martyris ore prorupit, cum Mappalicus beatiſsimus inter cruciatus ſuos proconſuli diceret, Videbis cras agonem. Et quod ille cum uirtutis ac fidei teſtimonio dixit, Dominus impleuit. Agon cœleſtis exhibitus, & Dei ſeruus in agonis promiſsi certamine coronatus eſt.

Et poſt pauca. Hunc igitur agonem per prophetas ante prædictũ, per Dominum cõmiſſum, per Apoſtolos geſtum, Mappalicus ſuo & collegarum ſuorũ nomine Proconſuli repromiſit. Nec fefellit in promiſſo ſuo uox fidelis. Pugnam quam ſpopondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit.

Iſtum nunc beatiſsimum martyrem, & alios participes eiuſdẽ congreſsionis, & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione uictores, ut cæteri quoque ſectemini, & opto, pariter & exhortor, ut quos uinculum confeſsionis, & hoſpitium carceris ſimul iunxit, iungat etiam conſummatio uirtutis, & corona cœleſtis.

VITA SANCTI MARCELLINI EPISCOPI per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xȷ. Kalen. Maij.

Eodem die in Gallijs ciuitate Ebredunenſi natale ſancti Marcellini primi eiuſdem Vrbis epiſcopi & confeſſoris. Qui diuino iuſſu cum ſanctis ſocijs Vincentio, & Domno ex Aphrica ueniens, maximam partem alpium maritimarum uerbo & ſignis admirandis, quibus uſque hodie refulget, ad fidem Chriſti conuertit, ita ut baptiſterium, quod ipſe apud præfatam urbem condidit, in 1 ſacroſanctis paſchalis feſti uigilijs diuina uirtute ſingulis annis aquis ſubitis inundetur, & per 2 ſeptem eiuſdem ſolemnitatis dies gratia exuberante permaneat.

1 Nota, in ſacroſanctis paſchalis feſti uigilijs.

2 Vide hinc latinos maxime congrue tempore celebrare Paſcha cõtra Quartadecimanos, tum etiam eis in hoc faueant diuina miracula.

Venerabiles ſocij eius apud Dinienſium urbem conditi, glorioſis nihilominus miraculis cõmendantur.

VITA SANCTI MARCI EVANGELISTÆ per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub ȷȷ. Kalen. Maij.

Alexandriæ natale ſancti Marci Euangeliſtæ. Hic diſcipulus & interpres Apoſtoli Petri, rogatus Romę à fratribus ſcripſit Euan-

gelium. Quod quanto tardius cęteris inchoauit, tanto in longiora ſcribendo tempora porrexit. Ab initio nanq; Euangelicæ prædicationis, quę per Ioannem facta fuit cœpit, & ad illud uſque tempus narrando peruenit, quo Apoſtoli idem Euangelij uerbum totum prædicando diſſeminauere per orbem. Quod cũ Petrus audiſſet, probauit, & eccleſijs legendum ſua 1 anthoritate edidit. Quo aſſumpto idem Marcus perrexit Ægyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annuncians, cõſtituit eccleſiam tanta doctrina & uita continentia, ut omnes ſequutores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Meminit huius Marci & Petrus in prima epiſtola, ſub nomine Babylonis figuraliter Romã ſignificans. Salutat, inquit, uos quæ eſt in Babylone collecta eccleſia, & Marcus filius meus.

1 *Et hinc accipe uel ad ſolum Pontificem Romanæ urbis ſolũmodo ut ad eccleſiæ caput ptinere canonicas ſcripturas iudicare easq; Chriſti fidelibus legendas proponere.*

Qui conſtitutis, & confirmatis eccleſijs per Lybiam, Marmaricã, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, locaq; quæ Bucolicæ dicebantur, uicina Alexandriæ, circa mare Ægyptium, plena ferociũ barbarorum, atque Ægyptum uniuerſam, ad ultimum tentus eſt a paganis, qui remanſerunt Alexandriæ. Qui uidentes eũ die ſancto Paſchę 2 miſſam facientem, miſerunt finem in collo eius, & trahebant eum ad loca Bucolicæ, quæ erant iuxta mare ſub rupibus, ubi erat eccleſia conſtructa. Et defluebant carnes eius in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine.

2 *Si die ſancto paſchæ beatus Marcus Miſſam faciebat, liquet uelint nolint hæretici Miſſam non eſſe nouitium inuentum, & quod ſancti Apoſtoli Miſſas celebrauerũt.*

Veſpere autem facto miſerunt eum in carcerẽ, ubi circa mediam noctem, primo Angelica uiſitatione confortatus eſt, deinde ipſo domino ſibi apparente, ad cœleſtia regna uocatus eſt. At mane dum traheretur ad loca Bucolicæ, gratias agens, & dicẽs, Domine, in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, defunctus eſt, & a uiris religioſis ſepultus in loco lapidis exciſi cum 3 gloria. Ordinauerat autem pro ſe epiſcopum Alexandriæ Amanum.

3 *Nota, Et a uiris religioſis ſepultus cum gloria.*

Mortuus eſt autẽ octauo Neronis anno. Alijs quoq; eccleſijs longe lateq; Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat.

Habetur ubi ſupra ſub iiij. Kalen. Maij.

VITA SANCTORVM VITALIS ET VAleriæ martyrum, per Adonem iam dictum collecta.

APud Rauennam natale ſancti Vitalis martyris patris ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. Qui militans cũ Paulino iudice, Rauennã ingreſſus eſt. Et cum uideret in conſpectu iudicis ſui Chriſtianum nomine Vrſicinum, arte medicũ, natione Ligurem, poſt nimia tormenta capitalem accepiſſe ſententiam, &, cum iam ueniſſet ad Palmam, & expauiſſet, exclamauit, Noli, noli, Vrſicine medice, qui alios curare conſueſti, teipſum æternę mortis iaculo uulnerare: Et qui per paſsiones nimias ueniſti ad palmã, coronã uis perdere a Domino præpara-

tam? Vtque martyrium conſummauit idem Vrſicinus, ſtatim beatus Vitalis corpus eius rapiens, inter Rauennatium urbem 1 ſepeliuit, ad iudicem ultra uenire contemnens.

1 *Poſtquā ſanctus martyr martyrem ſepeliuit, conſtat ſepelire mortuos opus eſſe deo gratum.*

Tentus itaque a Paulino Conſulari ob id maxime, quia præfatum Vrſicinum in paſsionis agone poſitum ſuis exhortationibus roboraſſet, poſt eculei tormenta, iuſſus eſt perduci ad Palmā. Locus autē, ubi decollabantur Chriſtiani, hoc habebat uocabulum, eo quod Arbores palmæ illic eſſent. Et facta fouea quouſque inueniretur aqua, ibi ſupinus depoſitus, & terra, ac lapidibus oppreſſus eſt.

Coniunx quoque eius Valeria, cū reuerteretur ad urbem Mediolanenſium, Syluano ſacrificantes incurrit: Cumq; eam deponentes de ſagmario hortarentur de Idolothitis manducare, nec ſibi omnino licitum teſtaretur, quia eſſet Chriſtiana, nimia cęde mactata eſt, ut uix ſeminecem, ſui homines eam ad Mediolanēſem urbem perducerent. Quæ infra biduum migrauit ad dominum.

VITA SANCTÆ THEODORÆ VIRGINIS & Martyris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. kalen. Maij.

ALexandriæ natale ſanctę Theodorę uirginis. Quę ſacrificare cōtemnens in Lupanar tradita, miro Dei fauore erepta eſt. Aſtante quippe iam ad hoſtium cellulę multitudine iuuenum impudicorum, repente quidam ex fratribus Didimus nomine, plenus fide, diuinitus inſpiratus, ſumpto militari habitu, primus Lupanar irrupit, & ſanctę Virgini cur ueniſſet exponens, illi militares imponit exuuias, ipſe uirginali ueſte induitur. Sic uirgo egreſſa, & a nullo agnita, ad ciuitatem fugiens euaſit.

Didimus pręſidi exhibitus, & omne factum conſtanter exponens, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus, abſciſſo capite igni traditus eſt. Beata quoque uirgo, quę pro tuenda uirginitate ex lupanari fugerat, amore coronę continuo ad ſtadium regreſſa, ſimul cum Didimo percuſſa, & ſimul eſt coronata.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Mariani & Iacobi, per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Kalen. Maij.

NAtale ſanctorum martyrū Mariani & Iacobi apud Lambeſitanam ciuitatem. Quorum prior lector, ſequens 1 diaconus erat. Et cū iam pridem infeſtationes Decianæ perſecutionis in confeſsione Chriſti euiciſſet, iterum cū chariſsimo collega tentus apud Circēſem Coloniam, poſt dira, & exquiſita tormenta, ita ut Marianus per ſumm-

1 *Habes hic Lectorem habes & diaconum. Vt ſcias in ordine eccleſiaſtico diuerſos eſſe gradus ad quos ordinate aſcenditur.*

mos apices pollicũ ſuſpenſus, & graui pondere pedibus innexus crudeliſsime torqueretur, diu in carcere macerati ſunt. Sed diuinis reuelationibus mirabiliter confortati, deinde in Lambeſitanam urbẽ ad prçſidem directi, & rurſum longo tempore carcerali ergaſtulo mancipati, ſed iterum diuinis reuelationibus alleuati, nouiſsime cũ multis alijs gladio conſummati ſunt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub pridie Kalen. Maij.

VITA SANCTI EVTROPIS MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

1 Quod Clemens Romanus Pontifex ſanctum Epiſcopum à ſe ordinatum, ad prædicandũ miſerit in Gallias, ſignum eſt ei cõmiſſam eſſe a domino curã omnium eccleſiarum.

2 Si ſancti poſt mortem uiuentibus apparent, ſequitur eos ſpiritu uiuere apud Deum, nec recte uocari emortuos, ſicut modo a nõ nullis uulgo appellantur.

APud ciuitatem Sanctonas natale ſancti Eutropis martyris. Qui à 1 Clemente directus in Gallias, ab eodẽ etiam pontificalis ordinis gratia conſecratus, impleto huius officij ordine, peracta in incredulis prædicatione, inſurgentibus paganis, quos author inuidiæ credere non permiſit, illiſo capite uictor occubuit.

Denique poſt multa annorum ſpatia, cum Pallidius eiuſdem urbis epiſcopus, & cum eo alij uiri Dei, corpus eius debiti honoris gratia in baſilicam nouam tranſferrent, reſerato ſarcofago, contẽplati ſunt cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat ſecuris acumen. Cumque ſequenti nocte ſtrauiſſent ſacerdotes membra quieti, 2 apparuit eis per uiſum dicens, Cicatricem, quã contemplati eſtis in capite, Scito te me per eam martyrium conſumaſſe.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Kal. Maij.

VITA SANCTI ANDEOLI SVBDIACONI & Martyris, per eundem Adonem collecta.

1 Vide in ordinẽ Eccleſiaſtico diuerſos gradus, nã hic habes ſubdiaconũ, habes et diaconum. Habes denique & pſbyteros.

2 Licet hos miſerit in Gallias ad pdicandũ ſanctus Policarpus, nõ tamen aliquẽ Epũm miſit ordinatũ, quia hoc pertinet ad ſolum Papam.

IN Gallijs territorio Viuarienſi, in loco qui uocatus eſt antiquitus Gentibus, natale ſancti Andeoli ſubdiaconi. 1 Quem miſit ab Oriente ſanctus Policarpus, cũ beato Benigno, & Andochio presbyteris, & Tyrſo diacono, ad 2 prædicandum uerbũ Dei in Galliam.

Cuius prædicatione Cæſar Seuerus comperta, ſpinoſis fuſtibus crudeliſsime flagellatum, in carcerem tradi præcepit. Et alia die productum, cum uideret ſuperari non poſſe, iuſsit ad ſimilitudinem gladij de ligno duriſsimo enſem fieri, & in crucis modum caput eius ſcindi. Quod cũ factũ fuiſſet, eliſo ĩ terra cerebro, glorioſa morte trãſlatus eſt.

Habetur in eius martyrologio ſub 7. Nonas Maij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Alexandri Papæ, & Euentij, ac Theodoli presbyterorum per Adonem iam dictum collecta.

ROmæ uia Numentana miliario octauo natale Alexandri Papæ, & Euentij, & Theodoli presbyterorum, ſub Traiano prin-

cipe,iudice Aureliano. Qui Alexander Romanæ eccleſiæ Epiſcopatum quintus poſt Petrum tenuit annos decem,menſes duos,dies decem,& ſanctitate incomparabilis,fide clariſsimus,maximam partem ſenatorum urbis conuertit ad dominum.

Hic conſtituit 1 aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum,& paſsionẽ domini miſcuit in prædicatione ſacerdotũ, quando miſſæ celebrantur.

1 Hic duo habes contra noſtri temporis Nouatores. Primum quod aquæ & ſalis benedictio antiquiſsima eſt in eccleſia & a ſanctiſsimo Pontifice introducta. Alterum, quod Miſſæ celebratio non eſt nouitium inuentum, ut pote q́ tempore etiã Quinti à Petro Romani pontificis fiebat.

Qui poſtmodum iubente Traiano Principe,ab Aureliano comite utriuſque militiæ,carceri mancipatus, poſt ſtupenda & diuina miracula,ubi per puerum,qui faculam ferebat ardentem,é carcere nocturno ſilentio per feneſtram eductus, ad domum Quirini Tribuni, ubi beatus Hermes præfectus ſub cuſtodia tenebatur,perducitur;& poſtquã ſanata eſt filia ipſius Quirini,Balbina nomine, & ipſe Quirinus conuerſus Baptiſmi gratiam deſiderauit;poſtq; liberationẽ & baptizationem eorum,quos uinculis arctatos in carcere Quirinus ipſe tenuerat, inter quos duos quoque ſanctiſsimos presbyteros conſtrinxerat, Euentium & Theodolum,qui de Oriente uenerant; poſt iſta omnia, & ſi qua ſunt alia uenerabiliter ab eo geſta, Aureliano comiti, Principe adhuc Traiano(ſiquidem Adrianus nondum imperabat) exhibitus eſt ſimul cum ipſis beatis duobus presbyteris.

Primoq; in eculeum leuatus,& tortus ungulis, atque lampadibus attractus grauiſsime fuit. Cumq; nullas daret uoces, dixit ei Aurelianus,Quare taces? ſanctus Alexander reſpondit,Quia tempore orationis Chriſtianus homo cũ Deo loquitur. Depoſito autẽ Alexãdro, iuſsit impius Iudex applicari Euentium,& Theodolum,& interrogauit beatum Alexandrũ,Qui ſunt iſti?Beatus Alexander dixit,Ambo uiri ſancti,ambo presbyteri. Tunc conuerſus ad beatũ Euentium iudex interrogauit eũ,Quando factus es Chriſtianus?Cui beatus Euentius,Ante annos lxx,& annorũ uiginti 2 presbyter ordinatus fui,& nunc ago lxxx,& unũ annũ ætatis,quẽ in carcere & uinculis cõpleui.

2 Si annorum uiginti ordinatus fuit presbyter,non eſt uerũ omnes fideles ex æquo eſſe Sacerdotes.

Et poſtquã interrogauit etiam Theodolum, & in confeſsione manentem inuenit,iuſsit furnum incendi fortiter,& beatum Alexandrũ, atque Euentium ligatos in medium præcipitari. Cum eis & beatus Theodolus ſponte in flammas proſiliuit,decantans cũ ipſis,& pariter gratias agens,Igne me examinaſti,& non eſt inuenta in me iniquitas.

Quod cũ nunciatũ impio Aureliano eſſet, fecit Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra,donec deficeret. Huiuſmodi fine uir ſanctus martyrium ſuũ cõpleuit. Sancti autẽ duo presbyteri gladio conſumati ſunt. 3 Quorum corpora Seuera fœmina religioſa collegit,& beatum Alexandrũ atque Euentium in uno ſepulchro, ſanctum uero Theodolum ſeparatim in alio poſuit uia Numentana, in prædio ſuo.v.Nonas Maij.

3 Vides quod ubiq; cõmendantur qui ſanctorum corpora colligunt?Nempe quia ſepelire mortuos opus pietatis eſt, & ualde Deo gratum.

Habetur ubi ſupra ſub iij. Nonas Maij.

VITA SANCTI HILARII EPISCOPI
per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

IN Gallijs ciuitate Arelatenſi natale ſancti Hilarij epiſcopi docti, & præclariſsimi uiri. Qui paupertatis amator, & erga inopum prouiſionem, nõ ſolum mentis pietate, ſed & corporis ſui labore ſolicitus erat. Nam pro reficiendis pauperibus etiam ruſticationẽ contra uires ſuas homo genere clarus, & longe aliter educatus, exercuit. Sed nec in ſpiritualibus neglexit; Nam & in docendo gratiam habuit, & abſque perſonarũ acceptione omnibus caſtigationem ingeſsit.

Inter ſua uero opera ingenio immortali ad multorum utilitatẽ neceſſario opere uitam ſancti Honorati deceſſoris ſui cõpoſuit. Moritur Valentiniano & Martiano Imperatore.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Nonis Maij

VITA SANCTÆ FLAVIÆ DOMITILLÆ
Virginis & martyris per eundem Adonem collecta.

TErracinæ natale beatiſsimę atque illuſtriſsimæ Dei famulę Flauiæ Domitillæ. Quæ cum eſſet Flauij Clementis conſulis ex ſorore neptis, & à ſancto Clemente ſacro 1 uelamine ad integritatis pſeuerantiam cõſecrata, perſecutione Domitiani anno principatus eius xv. ob teſtimonium quod Chriſto perhibebat, cũ alijs plurimis in inſulam Pontiam exilio deportata, longum ibi martyrium duxit.

1 Vide ex quanto tempore uſus uelãdi uirgines ſit in eccleſia, & quomodo munus hoc ad papam uel epiſcopos duntaxat pertineat.

Nouiſsime autem cum ab Aureliano ſponſo ſuo, quẽ pro Chriſto contempſerat, & cuius accuſatione exilio fuerat relegata, tranſlata eſſet ad Terracinam urbem Campaniæ, & doctrina ac miraculis primo Euphroſinam, & Theodoram collectaneas, & conuirginales ſuas, deinde etiam alios ad fidem Domini conuertiſſet, inter quæ magnalia etiam prædictus Aurelianus infeſtiſsimus perſecutor eius diuina uirtute extinctus eſt, à Luxurio fratre eius inceſo cubiculo, in quo ſimul cum præfatis conuirginalibus ſuis clauſa morabatur, curſum glorioſi martyrij ſui conſumauit.

Altera autẽ die ueniens ſanctus Diaconus nomine Cæſarius, inuenit corpora ſanctarũ uirginum illæſa. In facies enim ſuas proſtratæ 2 orantes Dominũ, receſſerant. Quarũ corpora idem ſanctus Diaconus in ſarcofago nouo ſimul condens, in pfundo terrę infodiens ſepeliuit.

2 Ecce Orationem cũm proſtratione. Ecce & piam ſanctarum uirginum ſepulturam.

Habetur in eius martyrologio ſub iij. Idus Maij.

VITA SANCTI HERMES CONFESSORIS
per ſupradictum Adonem collecta.

ROmæ natale ſancti Hermes, cuius Apoſtolus Paulus ad Romanos

nos ſcribens meminit. Salutate Phlegontam, Hermam, Patrobam, Hermem, & qui cum eis ſunt fratres. Hunc aſſerunt authorem eſſe libri, qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiã publice legitur. Reuera utilis liber. Multiq; de eo ſcriptorum ueterum uſurpauere teſtimonia. Sed apud latinos pene ignotus eſt.

Qui digne Deo ſemetipſum ſacrificans, acceptabilisq; Deo hoſtia fact⁹, uirtutibus clariſsime fundatus, cœli regna petiuit, ſepultus apud Vrbem Romam. Titulus nomine ipſius iuxta baptiſteriũ, quod ex facultatibus ſanctæ Praxedis extructũ, & a beato Pio diſcipulo Apoſtolorum, operãte ſtudio, conſecratũ eſt, uenerabiliter ei ſtatutus eſt.

VITA SANCTORVM GORDIANI ET Epimachi martyrum per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub. yi. Idus Maij.

ROmæ uia latina natale ſanctorum Gordiani & Epimachi. Quos Iulianus Imperator apoſtatã inter multos Chriſtianos publicis cuſtodijs mancipauit.

Beatum uero Ianuarium ſenem presbyterũ comprehenſum cuidam uicario Gordiano audiendum tradidit. Qui beatum Ianuarium patienter audiens, ſpiritu Dei illuminatus credere cœpit. Quē protinus beatus presbyter cum uxore Marina nomine, & familia promiſcui ſexus numero. liii. & eo amplius baptizauit. Quod factum audiēs Iulianus, plenus ira ſanctũ presbyterum Ianuarium in exilium proſcriptione damnauit.

Sanctum uero Gordianum ſimiliter damnatum in publica cuſtodia poſuit, atque cuidam Clementiano, quem Vicarium eius loco præfecerat, tradidit. Vxorem porro eius ad Aquas ſaluias manere præcepit in ſeruitio ruſticorum.

Clementianus autem in tribunali reſidens, beatum Gordianũ uinctum catenis ſibi præſentari fecit. Ille autem in confeſsione Chriſti fixus, diu plumbatis cæditur, in ultimo capite trũcatur. Cuius corpus præcepit iniquus Iudex ante templum Apollinis in tellure iactari, ut a canibus roderetur. Quod nocturno tempore Chriſtiani rapientes, miliario plus minus uno ab Vrbe Roma poſuerunt in cripta, ubi iam pridem corpus beati martyris Epimachi ſepultum fuerat.

VITA SANCTORVM MARTYRVM CAlepodij ſenis presbyteri, Palmatij conſulis & ſociorum. per iam dictum Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. yi. Idus Maij.

ROmæ natale Calepodij ſenis presbyteri ſub Alexandro Imperatore, qui fecit eum occidi a Laudocio, & corpus trahi per

ciuitatem, atque in Tyberim iactari, die Kalendarũ Maij. Quod inuentum piſcatores leuauerunt, & narrauerunt hoc Calixto presbytero. Acceptum itaque condiuit illud 1 aromatibus, & linteaminibus, & ſepeliuit ĩ cœmiterio eius, miliario ab urbe tertio, in cripta. vj. Idus Maij. Tunc decollatus eſt ab Alexandro Palmatius conſul cũ uxore, & filijs, & alijs promiſcui ſexus de domo ſua. xlij. Cum quibus & ſimplicius ſenator cum uxore & filijs ſuis, & familia ſua fere promiſcui ſexus. lxviij. & Felix ſimiliter cum uxore ſua Blãda, qui per doctrinã Calixti Papæ, & Calepodij presbyteri, nuper fuerant baptizati.

1 Et hic habes Eccleſiaſticum morem tumulãdi fidelium corona, uidelicet cum odoramentis & in deo dicatis cœmiterijs.

Hic enim Palmatius conſul Alexandro Imperatori adeo charus erat, quod acceperat ab eo poteſtatem, ut Chriſtianos cogeret ſacrificare. Erat autem multitudo Chriſtianorum collecta in quodam loco tranſtyberim, inter quos beatus Calixtus Epiſcopus Vrbis cum clero ſuo, & ſenex presbyter beatus Calepodius, ad quos tenendum Palmatius conſul milites direxit. Qui ingreſsi ubi erat ſanctorum multitudo, ſubito cæci facti ſunt. Palmatius hoc uidens timore perterritus, nunciauit Alexandro, atque milites in conſpectu eius exhibuit. Tũc cœpit Alexander clamare, O ciues optimi, uidetis artem magicam? Reſpondit Palmatius, ſi per magicam iſtud factum eſt, ubi ſunt uirtutes deorum noſtrorum? Iubeat itaque pietas ueſtra offerri & immolari dijs ne pereat Republica per eorum incantationes.

Statuitur itaque dies, & præconis uoce iubentur omnes immolare Mercurio, qui in Vrbe Roma erant. Factum eſt autem, dum funderetur ſanguis porcinus, & Vitulinus, & ſacerdotes, Virgineſq; baccharentur per templum dęmonis, una ex illis Iuliana nomine, ſpiritu arrepta cœpit clamare, Deus Calixtį ipſe uiuus & uerus, ipſe indignatus eſt pro pollutionibus Reipublicæ ueſtræ & conteret Regem mortalem ueſtrum, quia non adoratis ueritatem.

Audiens hoc Palmatius, cucurrit ad beatum Calixtum tranſtyberim, ubi erat multitudo Chriſtianorũ, & cecidit ad pedes eius. Cognoui, inquit, Dominum Chriſtum Deum eſſe uerum, quem dæmones confeſsi ſunt hodie. Per ipſum te coniuro, ut liberes me a cultura dæmonum, & baptizes me ſicut prædicas. Quem beatus Calixtus, indicto 2 ieiunio, catechizauit, & allata aqua baptizauit, qui baptizatus cœpit clamare, Vere uidi Dominũ Ieſum Chriſtum, lumẽ uerũ, qui me illuminauit. Baptizata autem eſt & omnis domus eius. Ab eadem die omnem facultatem ſuam cœpit pauperibus Chriſtianis erogare, ubicunque inuenirentur, miniſtrans eis uictum, & tegumentum.

2 Habes hic quod baptizandi antiquitus ieiuniis ante præparabantur. Item quod ritus qui ex cõſuetudine Eccleſiæ in baptiſmo adhiberi ſolẽt, obſeruãdi ſunt inter quos unus eſt catechiſmus.

Poſt dies. xxx. requiritur ab Alexandro. Nuntiatum enim eſt ei quod Chriſtianus eſſet. Tẽtus igitur a quodam Tribuno Torquato, miſſus eſt per triduum in cuſtodia Mamertini, & uinctus præſentatur Alexandro. Quem uidens Alexander iuſsit ſolui, cui & dixit, ſic

amens factus es Palmati, ut deſeras deos, & quæras hominē mortuū? Inter hæc & alia reſpondit Palmatius, Feci quaſi infelix, modo autē cognoui quod uerum eſt. Tunc Alexāder tradidit eum cuidam ſenatori ſimplicio, ut reuocaret eum ad culturam Deorū mollibus uerbis. Sed Palmatius 3 ieiunijs, orationibus, & uigilijs ſtudens, non ceſſabat lachrymis Deum patrem omnipotentem, & Dominū Ieſum Chriſtum filium eius deprecari.

3 *Ecce ſanctorum exercitia, ieiunia, orationes, uigiliæ & lachrymæ.*

Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, rogabat eum pro uxore ſua, quæ a quatuor annis iacebat clinica. Beatus autem Palmatius præſente uxore ſimplicij, & omni familia 4 cecidit in terram, & cum lachrymis orare cœpit, Domine Deus, qui illuminaſti ſeruum tuum, & donaſti mihi lumen æternum, Dominū Ieſum Chriſtum, ſalua ancillam tuam Blandam, & alleua delecto doloris, ut cognoſcāt omnes quia tu es creator omnium rerum. Quæ ilico ſana ſurrexit. Quod uidentes ſimplicius & Felix, & reliqui qui in domo ſimplicij erant, cœperunt urgere beatum Palmatiū ut baptizarentur. Qui mittens uocauit ſanctum Calixtum. Et baptizati ſunt omnes in nomine Domini Ieſu Chriſti.

4 *Vide orationem cum genuflexione & lachrymis, necnō illius exauditionem.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM
Nerei & Achillei per eundem Adonem collecta.

Habetūr in eius martyrologio ſub. iiii. Idus Maij.

ROmæ in Cœmiterio Prætextati natale ſanctorum martyrū Nerei & Achillei fratrum, qui fuerunt Eunuchi beatæ Flauiæ Domicillæ, & cum ea apud Inſulam Pontianam longum pro Chriſto duxerunt exilium.

Poſtmodum uero ab Aureliano ſponſo Domicillæ, quem ipſa ob amorem Chriſti ſpreuerat, primo uerberibus grauiſsimis attriti, dein de Moninio Rufo conſulari ſunt traditi. A quo cum eculeo & flāmis compellerentur ad ſacrificādū, & dicerent ſe a beato Petro Apoſtolo baptizatos, nulla ratione poſſe idolis immolare, capite cæſi ſunt.

Quorum corpora rapuit Auſpicius diſcipulus eorū, nutritor ſanctæ Virginis Domicillæ. Quæ etiam nauiculæ impoſita adduxit, & in prædio Domicillæ in cripta arenaria ſepeliuit uia Ardeatina, a muro Vrbis miliario uno & ſemis.

VITA SANCTORVM VICTORIS ET
Coronæ martyrum per Adonē ſupradictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub Pridie Idus Maij

IN Syria natale Victoris & Coronæ ſub Antonino Imperatore, duce Alexandriæ Sebaſtiano. Erat autem Victor miles a Cilicia. Cui Sebaſtianus in confeſsione fidei confringi digitos, & euelli iuſsit a cu-

te, deinde illum in caminũ ignis mitti, ubi triduo permanens, non eſt læſus. Deinde uenenum bibere iuſſus non eſt mortuus, ſed ueneficum potius ad fidem conuertit. Poſtea iuſſum eſt, neruos corporis eius tolli. Deinde oleum bulliens mitti in pudendis eius. Poſt hoc iuſsit lampades ardentes ſuſpenſo a latere applicari. Poſt hæc acetum & calcẽ ſimul miſceri, & dari ei in ore. Deinde oculos erui. Deinde triduo iuſſit capite ſuſpendi, & dum adhuc ſpiraret, iuſsit eum excoriari.

Tunc corona cum eſſet uxor cuiuſdam militis, cœpit beatificare ſanctum Victorem pro gloria martyrij. Et dũ hoc faceret, uidit duas coronas de cœlo lapſas unam Victori, & alteram ſibi miſſam. Cumq; & hoc cunctis audientibus proteſtaretur, tenta eſt a duce, iuſſumque eſt duas arbores palmas curuari adinuicẽ, & canabinis funibus ligari coronam in utriſque manibus & pedibus, & arbores dimitti. Quod dum fieret, diuiſa eſt Corona in duas partes. Erat autem .xvj. annorũ. Tunc quoque Victor decollatus, & ipſe 1 uictoriæ perennis triumphum meruit.

1 *Vide ſi ſancti ob martyriũ merentur æternam uitam.*

Habetur in loco ubi ſupra ſub idibus Maij.

VITA SANCTORVM EPISCOPORVM & Confeſſorum Torquati, Cteſiphontis, & reliquorum per iam dictum Adonem collecta.

APud Hiſpanias natale ſanctorum Confeſſorum Torquati, Cteſiphontis, Secũdi, Indalecij, Cecilij, Eſitij, Eufraſij. Qui Romæ a ſanctis Apoſtolis Epiſcopi ordinati, & ad prædicandum uerbum Dei ad Hiſpanos tunc adhuc gentili errore implicatos, directi ſunt.

Cumq; ad ciuitatem Accitanam ueniſſent, & propter laborem itineris modicum quieſcentes, cauſa uictus emendi diſcipulos in urbem miſiſſent, mox paganorum multitudo, quæ tunc forte dijs ſuis feſta celebrabant, eos uſque ad fluuium perſecuta eſt, in quo pons miræ magnitudinis, & firmitatis extructus, tranſeuntibus ſanctis, Dei nutu, cũ omni ſequẽtium multitudine funditus corruit. Ad quod miraculum cœteri territi, & cuiuſdam magnæ ſenatricis Lupanariæ, quæ diuinitus inſpirata, eos benigne ſuſcipiens credidit, exemplum ſequuti, relictis idolis, Chriſto Domino crediderunt.

Poſt hoc diuerſis urbibus Euangelizantes, & innumeras multitudines Chriſti fidei ſubiugantes, Torquatus Acci, Cteſiphon Vergij, ſecundus Abuli, Indalecius Vrci, Cecilius Heliberri, Eſitius, Carceſe, Eufraſius Heliturgi quieuerunt.

1 *Ecce ſanctorum horũ Martyrũ ſolemnitatẽ.*

Extat uſque hodie illuſtre miraculum ad cõmendationem pretioſæ mortis eorum. Nam eadem 1 ſolemnitate apud præfatam Accitanã Vrbem, ad 2 ſepulchrum ſancti Torquati arbor oliuæ diuinitus florens, maturis fructibus onuſtatur.

2 *Nota miraculum in ſanctorũ feſtiuitate ad ſepulchrum ſancti Torquati.*

VITA

VITA SANCTI TORPETIS MARTYris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub yj. Kalen. Iunij.

IN Tuſcia natale ſancti Torpetis martyris ſub Nerone principe. Hic magnus in officio Cæſaris Neronis fuit, & à beato Antonino baptizatus, & in fide Chriſti eruditus eſt.

Hunc Nero cum cognouiſſet eſſe Chriſtianũ tradidit cuidam propinquo ſuo Satellico, ut impelleret eum ſacrificare. Sed cum ſpiritu Dei cõfortatus, & in fide fundatus, uir beatus immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis cædi, & ligatum ad columnam tandiu uerberibus affici, quouſque ſanguis guttatim de corpore ipſius deflueret. Sed ſubito dum martyr cæderetur, columna cadens oppreſsit iudicẽ, & quinquaginta cum eo uiros. Inde tentus a miniſtris, poſitus eſt in rota. Poſtea feris obijcitur a filio Satellici, nomine ſyluio, ſed minime ab his eſt læſus.

Cuius conſtantiam & uirtutem quidam conſiliarius Neronis Euellius nomine, inſpiciens Chriſto credidit. Ac poſt paululum baptizatus, decollatus eſt in urbe Roma. v. Kalendas Maij, martyrijque honore coronatus.

Sed & beatus Torpes, iubente Syluio foras ciuitatem Piſanam ductus, decollatione martyriũ ſuum compleuit. iij. Kalendas Maij.

Huius corpus miniſtri ſceleris impoſitum pene fractæ & carioſæ naui, ſimul cum cane & gallo proiecerunt in decurſum fluminis. Apparens autem 1 Angelus Domini cuidã uenerabili fœminæ, cuius nomẽ Celerina, monuit, ut perquireret martyris corpus, & ſepeliret. Quod illa celerius complens, inuentum cum omni 2 reuerentia ſepeliuit, & de facultatibus ſuis, ceſſante perſecutione, 3 Eccleſiam miro opere ſupra conſtruxit. Agitur feſtiuitas martyris, & 4 conuentus ciuium. xvj Kalendas Iunij.

1 Niſi ſepelire mortuos opus eſſet deo gratũ, nunquã ad hoc uenerabilis fœmina uiſionem habuiſſet.

2 Nota, cum omni reuerentia corpus ſancti ſepeliuit.

3 Nota & Eccleſiam miro opere ſupra conſtructam.

4 Demum quod & feſtiuitas Martyris agitur, & ciuium conuentus.

VITA SANCTÆ POTENTIANÆ Virginis per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. xiiij. Kalẽ. Iunij.

ROmę ſanctæ Potentianæ Virginis, quæ illuſtriſsimi generis Pudentis diſcipuli ſancti Pauli Apoſtoli filia fuit. Cuius mater Sabinella, ſoror uero Praxedis. Quas pijſsimus pater earũ Pudens in omni religione Chriſti erudiuit, uirgineſq; Chriſto reliquit.

Quæ poſt obitum ſancti Patris in omni exercitatione pietatis ita ſe exercuerunt, ut 1 nocte dieq; inceſſanter hymnis & orationibus cum familia ſua Domino inſeruirent, beatiſsimo Pio Vrbis Epiſcopo cum eis in laudibus Dei participante.

1 Ecce ſanctorum dei exercitiũ, nocte dieq; inceſſanter hymnis & orationibus cum familia domino inſeruire.

Remunerationem igitur pro piiſsimis laboribus ſuis percepturæ, quos per gratiam Chriſti fructuoſe conſumauerant, poſt multorum martyrum 2 uenerabiliter exhibitas ſepulturas, poſt omnes facultates ſuas in uiſceribus pauperum incluſas. Chriſtoq; fideliter cōmendatas, tandem de terris ad Chriſtum migrauerunt, Potentiana uenerabilis.xiiij. Kalendas Iunij, poſita in cœmiterio 3 Priſcillæ uia ſalaria, Praxedis uero uirgo æque ſanctiſsima, xij. Kalendas Auguſti, & ipſa cum ſorore iuxta patrem ſanctum pudentem poſita eſt.

2 Poſt multorum martyrum uenerabiliter exhibitas ſepulturas.

3 Vides quod ſancti & olim in ſacris cœmiterijs tumulabantur?

Habetur ī eius martyrologio ſub.xiij.kalendas Iunij.

VITA SANCTÆ BASILLÆ VIRGINIS & martyris per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ uia ſalaria natale ſanctæ Baſillæ uirginis & martyris Chriſti. Quæ cum eſſet ex regio genere, & haberet ſponſum illuſtriſsimum nomine Pompeium, per beatam Eugeniam, & ſanctos Dei uiros Protum, & Hiacinthum conuerſa ad fidem, accuſata a pręfecto ſponſo ſuo, quod eſſet Chriſtiana, decreuit continuo Gallienus Auguſtus, qui tunc Chriſti perſequebatur Eccleſiam, ut aut ſponſum reciperet, aut gladio interiret. Conuenta de hoc reſpondit, ſe regem Regum ſponſum habere, qui eſt Chriſtus Dei. Et cum hoc dixiſſet gladio tranſuerberata eſt.

Habetur ubi ſupra ſub.xi.kalend.Iunij.

VITA SANCTÆ IVLIÆ VIRGINIS & martyris per eundem Adonem collecta.

NAtale ſanctæ Iuliæ, quæ cum Carthago ciuitas capta eſſet, ducta eſt captiua, & ſortita in ſeruitutem deuenit cuiuſdam Enchrij ciuis Syriæ Palæſtinæ. Cui diligenter ſeruiens, expleto eius ſeruitio, acceptaq; requie, aut 1 orationi, aut lectioni inſiſtebat. Nam & corpus ſuum ieiunijs affligebat. Vnde Dominus eius quamuis paganus, ualde eā admirans, ſæpius admonebat, ne taliter ſe affligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam monitionibus ab hoc quod inchoauerat recedebat, excepto die Dominicæ Reſurrectionis.

1 Hæc eſt uera Virginis uita, orationi & lectioni ſemper inſiſtere, ac ieiunijs corpus affligere.

Deinde contigit ut Dominus ipſius unà cum ipſa ueniret in Corſicam, & ibi ſacrificantibus alijs, cœpit & ipſe dijs immolare. Sed beata Iulia uidens errorem illorum condolebat. Audiens quidā princeps Felix ſaxo nomine, quòd illa nollet ſacrificare, quæſiuit eam à domino ſuo, ut receptis in illius uice quatuor ancillis, ſibi ea daretur. Cui ille pro magno eius ſeruitio noluit eam tribuere.

Tunc præfatus Felix callide fecit Domino ſuo cōuiuiū, quatenus ipſo ex nimia potatione ſoporato, & ignorante, de naui ipſius eam tolleret. Quod & factum eſt. Nam ipſo inſcio, ducta eſt beata Iulia ante

Felicem. Cumq; blandimentis Felix ei non potuiſſet ſuadere, ut ſacri ficaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi, & ſic in ipſo patibulo ultimum efflauit ſpiritum. De cuius ore ſanctiſsimo columba exiuit, & celum petiuit.

Tunc per 2 Angelos, diuina diſpenſante gratia, nuntiatũ eſt hoc quibuſdam monachis in Inſula Margarita, quæ nunc uulgo Gorgona dicitur, conſiſtentibus. Illi hoc audito, aſcenſis nauibus, ſumma cũ feſtinatione uenerunt in Corſicam, & inuenerũt ſicut ſibi ab Angelis fuerat reuelatum. Dein ſumma cum reuerentia deponentes corpus eius de Cruce, iuuante Domino, celeriter ad ſua reuerſi ſunt. Et ibi, uidelicet in ipſa Margarita Inſula cõdientes corpus eius cum aromatibus, poſuerunt in monumento cum gaudio.

2 Ecce quomodo reuelantibus Angelis ſancta martyr de Cruce deponitur, & ſepultura cum aromatibus & gaudio traditur.

Poſtea autem de ipſa Inſula Anza Regina uxor Deſiderij Regis Longobardorum, præcepit corpus eius afferri, & in 3 monaſterio, quod ad honorẽ ipſius conſtruxit, Brixiæ mirificentiſsime collocauit.

3 Regina Monaſter. ũ in honorem ſanctæ cõſtruxit, & corpus illius in eo mirificentiſſime collocauit.

VITA SANCTI IVLII MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub. 7i Kalendas Iunij.

Apud Meſiam ciuitate Doroſtorẽſi natale ſancti Iulij, qui tempore perſecutionis cum eſſet ueteranus, & emeritæ militiæ, comprehenſus ab officialibus, & Maximo præſidi oblatus, nolens ſacrificare idolis, & nomen Domini Ieſu Chilti conſtantiſsime confeſſus, capitali ſententia punitus eſt.

Cumq; duceretur ad locum cędis implendę Eſitius quidam miles, cum & ipſe ob fidem Chriſti comprehenſus detineretur, rogabat eũ dicens, Memor eſto mei; Nam & ego ſubſequor te. Plurimum etiam ſaluta Paſsicratem, & Valentionem famulos Dei, qui nos iam per bonam confeſsionem præceſſerunt ad Dominum.

Iulius uero oſculatus Eſitium dixit, Frater, feſtina uenire, mãdata enim tua iam 1 audierunt quos ſalutaſti. Sic accepto orario, ligans ſibi oculos, martirij palmam, gladio cædente, percepit.

1 Si ſalutati iam ſciuerunt ſalutationẽ Eſitij per martyrem perferendam, ſequitur manifeſte ſanctos in dei lumine ſcire quæ circa nos aguntur.

VITA SANCTORVM CONONIS ET filijs eius martyrũ per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub iiij. kalen. Iunij.

Paſsio ſancti Cononis martyris & filij eius ſub Aureliano Imperatore in Iconio ciuitate prouinciæ Iſauriæ, iudice Domitiano. Hic cum eſſet fide pręclarus exhibitus iudici cũ filio ſuo annorũ duodecim, ſpiritum ſanctũ in ſe habitare ueraci cõfeſsione manifeſtauit. Primũ itaque ambo ignito ferro ſuperpoſiti fuere. Deinde crati-

culam prunis ſuppoſitis,& oleo ſuperinfuſo conſtanter ſuperauerūt. Deinde fryxoriam. Inde ſuſpenſi fuere, ualido igne ſub eis adhibito. Malleo ad extremum ligneo manus eorum contritæ ſunt. Et ſic in laudem omnipotentis Dei ſpiritum emiſerunt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. Kalēdas Iunij.

VITA SANCTORVM SISINNII, MARTYrij, atq; Alexandri martyrū per iam dictum Adonē collecta.

NAtale ſanctorū Siſinij, Martyrij, atq; Alexandri, qui in Anauniæ partibus, perſequentibus gentilibus uiris, martyrij coronā adepti ſunt. Hos Vigilius Tridentinæ Vrbis Epiſcopus & martyr ad regionem uicinam, cui uocabulum Anaunia, ad prædicandum miſit. Ex quibus unus Siſinnius uenerabilis, genere Græcus, ex prouincia Cappadocia fuit.

Igitur dum per aliquod tempus uerba Dei prædicarent, turba gentilium indigne ferens, aduerſus ſanctos Dei pugnatura conſurgit. Cōtigit autem ut ſecundum gentilem conſuetudinem per quinquenniū ob culturā ruris ſui, diabolica pompa ſemina ſua circumirent, luctuoſis ornatibus coronati, ſaturno uictimas immolaturi. Tunc & ipſi apprehenſi a multitudine gentilium immolare iubentur. Quibus reluctantibus, tanta cæde ſunt mactati, ut uix extremum ſpiritū trajcerēt.

Interim una nocte dilata, mox peruenitur ad coronam martyrij. Nā ſanctus Siſinnius tuba ęrea percuſſus, atq; ſecuribus cōfoſſus, iuxta Eccleſiæ ipſius limina decubat. Sanctus uero Martyrius comprehenſus ſtetit immobilis, & agēs gratias Deo, uulneratus capite ſecuribus, atque ſudibus transforatus, ducebatur ad idolum. In quo itinere reddidit ſpiritum. Multitudo autem gentilium tunc apprehendentes ſanctorum corpora, & in collo ſancti Siſinnij tintinabulum ſuſpēdentes, inſultabant dicentes, Modo te uindicet Chriſtus. Igitur inter corpora ſancti Siſinnij & Martyrij uiuus Alexander trahendus opponitur, ut per iter aſperum membratim corpora diſiungerentur.

Vbi ergo peruenerunt ad aram Saturni, ignem copioſum factum ſanctorum corporibus immiſerunt; ſanctum autem Alexandrum flagellantes interrogabāt, ſi uellet euadere flāmas, ut ſacrificaret ſaturno. Sed ille contemnens impias uoces, glorioſę paſsionis excepit palmam.

Hæc cum ſexta feria acta fuiſſent, quando ſaluator fuerat crucifixus, umbra qdā nigra proxima terræ mox totā texit regionē, fulminibus creberrimis diſcurrentibus, ut & ipſi impij cōfiterentur terrore perculſi, hoc ſanctorū cauſa fieri. Quorū ēt 1 reliquias cū poſtmodū Mediolanenſes ſumma deuotione ſuſciperent, quidam ex littore Dalmatino aduenieus cæcus, tacto loculo, lumen recepit, ut ſanctus Paulinus ſcribit in uita ſancti Ambroſij.

1 *Ecce quantam reuerentiam ſanctis reliquijs hi exhibē t, contra idquod faciunt modo Nouatores noſtri.*

VITA

VITA SANCTORVM MARCELLINI Presbyteri, & Petri Exorciſtæ, per iam dictum Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub iiij. Nonas Iunij.

ROmæ natale ſanctorum martyrum Marcellini 1 presbyteri, & Petri exorciſtæ ſub Diocletiano Imperatore, Iudice Sereno.

1 Habes hic presbyterum, habes & exorciſtam. Vides ergo in ordine eccleſiaſtico diuerſos eſſe gradus, ad quos ordinate aſcenditur?

Factum eſt dum teneretur beatus Petrus in obſcuriſsimo carcere uinculis ferreis aſtrictus, ut cuſtos carceris nomine Artemius haberet filiam dæmoniacã, quã unice diligebat. Cui uir Dei Petrus, Audi conſilium meum Artemi, & crede unigenitum filium Dei uiui dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt liberator omnium in ſe credẽtium; ſi credideris ſaluabitur filia tua.

Cui Artemius, Miror imprudentiam conſilij tui, Te Deus tuus liberare non poteſt, cum illi credas, & quotidie pro eius nomine plagas, & uincula perferas, quomodo poterit filiam meam liberare ſi ei credidero? Si me uis credere Deo tuo, ecce ego duplicabo ſuper te catenas, & clauſtra omnia carceris muniam, te autem ipſum in ima tenebroſa ſoli includam, ſi de his omnibus liberauerit te Deus tuus, credã ei.

Cui beatus Petrus aſſenſum dedit, promittens ad domum illius ſe uenturum. Hoc, inquit, faciam non ad libitum tentationis tuæ, ſed ad declarationẽ deitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Agitans caput Artemius inquit, Iſte homo nimijs paſsionibus fatigatus aliena loquitur. Et hoc dicens abſceſsit, narrauitq; geſta & dicta uxori ſuæ Candidæ. Et ecce ſubito noctis initio adeſt homo Dei Petrus Artemio & Candidæ, indutus ueſtibus candidis, tenens in manibus ſuis triumphum 2 Crucis, In cuius ueſtigia corruentes illi clamabãt, Vere Deus unus eſt, & uerus Ieſus Chriſtus. Statimq; filia eorum uirgo nomine Paulina, á ſpiritu immundo uexante curata eſt.

2 Ecce Crucis ſignaculum murum inexpugnabilem, & miræ uirtutis.

Et cum hoc fieret, omnes in domo Artemij crediderunt. Conuenitq; multitudo uicinorum amplius quã trecentorum, mulierũ uero abundantior numerus clamantium, Præter Chriſtum, non eſt alius Deus Omnipotens. Cumq; omnes cuperent fieri Chriſtiani, adduxit uir Dei Petrus Marcellinũ presbyterũ, qui omnes unanimiter baptizauit. Sed & Artemius omnes qui in uinculis erãt, abſoluit; qui & omnes baptiſmi gratiam ſuſceperunt.

Audiens hoc Iudex Serenus, iuſsit Marcellinum presbyterum, & Petrum exorciſtam præſentię ſuę exhiberi. Et auditum beatũ Marcellinum iuſsit pugnis cędi in ambabus arterijs. At ubi defecerunt cędentes, ab eo Petro ſeparato, iuſsit ut nudus ſuper uitri fragmẽta ſterneretur in cuſtodia, & uictus ei & lumen negaretur. Petrus uero conuerſus ad Serenum dixit, Cum ſis nomine Serenus, totum te nubilum & tenebroſum factis oſtendis. Tunc eum & ipſe Serenus iuſsit in uin-

culis recipi,& pedes in cippo arctiſsimo conſtringi.

Factumq; eſt dum ſeparati eſſent,apparuit Angelus domini Marcellino presbytero oranti nudo, & induit eũ ueſtimentis ſuis, & adduxit eum ubi beatus Petrus erat in cippo,& ferro. Sed & ipſum ſoluit, & ambos perduxit ad domũ,ubi baptizati orabant.

Non poſt multum uero cũ beatus Artemius cũ uxore & filia ſententiam capitalem ſuſcepiſſent, cõprehenſi & illi ab his, qui ſanctos Dei martyres punituri erant, alligati ſunt manibus retro ad arborẽ, uſquedum nunciaretur Iudici Sereno de eis. Ille iuſsit eos duci in ſyluam nigram,quæ hodie in honorẽ ſanctorũ Sylua Candida appellatur,& in eadem ambos pariter decollari.

3 Vides quod animæ ſanctorũ ſtatim poſt mortem feruntur in cælum?

Cumq; uentũ fuiſſet in mediam ſyluã, ipſi ſibi manibus ſuis mundauerunt locum à ſpinis,ubi orantes ſimul,& dantes ſibi pacis oſculũ, genu poſito decollati ſunt. Et qui eos decollauit, uidit animas eorum ſplendide ornatas ab Angelis ferri 3 ad cęlos. Et pœnitentiam agens, ſub Iulio Papa baptizatus eſt in ſenectute ſua, nomine Dorotheus. Quorum corpora, 4 reuelantibus ſe beatis martyribus, tulerunt poſtmodum Lucina, & Firmina Chriſtianiſsimæ fœminæ, & iuxta ſanctum Tyburtium in inferiore parte Criptæ ſepelierunt Quinto Kalendas Septembris.

4 Sancti ſeipſos reuelant,& ita a religioſis fœminis ſepeliuntur.

Habetur ubi ſupra ſub iij. Nonis Iunij.

VITA BEATI ERASMI EPISCOPI & martyris per Adonem ſupradictum collecta.

IN Campania natale beati Eraſmi epiſcopi & martyris ſub Diocletiano & Maximiano. Qui iuſſu impij Diocletiani Imperatoris primo plumbatis crudeliter cæſus,deinde fuſtibus diutiſsime maceratus,poſt reſina, ſulfure, plumbo,pice,cera, oleoq; ſolutis perfuſus, ingenti miraculo illæſus apparuit. Quod cũ multi uiderent,fidem Chriſti,reiectis idolis ſuſceperunt. Inde imenſo pondere ferri conſtrictus, in carcere recluſus eſt ſub dira cuſtodia. De qua Angelica uiſitatione ſoluitur,atque eripitur.

Verum poſtmodum clariſsima miraculorũ ipſius geſta fama uulgante,tentus eſt ab altero Imperatore Maximiano,à quo diuerſis ſupplicijs tortus fuit in tantum,ut tunica ærea ignea ueſtiretur. Iterumq; in olla,quę plumbo,pice,cera,reſina,& oleo feruefacta erat,miſſus,uirtute Domini omnia ſuperans illæſus exinde progreditur. Sicq; tandẽ ad confirmandum cęteros à Domino ſeruatus,Campaniam munitus Angelico ſolatio peruenit. Vbi cum plurimos ſiue in fide roboraſſet, ſiue ad fidem Chriſti conuertiſſet, uocante Domino martyrio clarus ſancto fine quieuit.

VITA SANCTI BONIFACII MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Nonis Ianij

NAtale ſancti Bonifacij martyris ſub Diocletiano, & Maximiano apud Tharſum ciuitatẽ paſsi, ſed Romæ in uia, quæ Latina nuncupatur ſepulti.

Qui cum eſſet procurator rerũ cuiuſdam nobilis matronæ nomine Aglahes, & cũ ea in ſtupro miſceretur, tandem utriq; diuino nutu cõpuncti, conſilium habuerunt, ut ad requirendum corpora martyrũ Bonifacius mitteretur, ſi quomodo ſeruientes atque obſequentes eis, per eorũ 1 orationes ſaluari mererentur. Perueniens igitur poſt dies aliquot Tharſum ciuitatem, dicit ad eos, qui cum eo erant, Bonifacius, Requirite nobis hoſpitium, ego autem ibo uidere eos, quos ualde deſidero, martyres certantes.

1 Vides quod ſãcti pro nobis orant, peccatorum noſtrorũ ueniam impetrant, et per illorũ preces ſaluamur?

Feſtinans itaque ad locum, uidet beatiſsimos, alium ſuſpenſum per pedes, igne ſubtus poſito, alium in quatuor lignis extenſum, & diutiſsime afflictum, alium ungulis exaratum, alium manibus abſciſſum, alium ſtipitem in collo habentem infixum, & a terra eleuatum; & ſic per diuerſa ſupplicia, martyria ab impio carnifice diſpoſita. Cum eminus feruens amore Chriſti & ipſe reſpiceret, Magnum Deum ſanctorum martyrum clamare cœpit. Et accurrens conſedit pedibus eorum, deoſculans uincula & dicens, Certate martyres Chriſti, calcate diabolum, modicũ perſeuerate, Paruus quidem labor, ſed multa requies, & ineffa[illegible]lis poſtmodum ſatietas.

A[illegible] autem Simplicius Iudex, iuſsit eum applicari ad Tribunal, c[illegible]dixit, Quis es tu? ſanctus Bonifacius dixit, Chriſtianus ſum, & Bonifacius uocor. Tunc iratus iudex iuſsit eum ſuſpendi, & tandiu corpus eius ungulis radi, donec oſſa eius apparerent. Deinde calamos acutos ſub unguibus manuũ eius affigi. Cumq; ſanctus Dei martyr in cęlũ aſpiciens alacriter dolores toleraret, uidens impius iudex iuſsit aperiri os eius, & plumbum bulliens effundi. Sanctus autẽ martyr dicebat, Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte fili Dei.

Deinde iudex iuſsit afferri ollam, & eam pice impleri, atq; ſanctũ martyrem uerſo capite in bullientẽ picem mitti. Sed cũ nihil læſus eſſet, iuſsit impius iudex, ut gladio caput eius abſcinderetur. Quo facto, terræ motus magnus factus eſt, ita ut multi infideles uirtutem Chriſti in martyre cernentes crederent.

Conſerui uero martyris Bonifacij circuibant ubiq; requirentes eũ, & non inuenientes adinuicẽ dicebant, Ille modo in adulterio, aut in taberna poſitus epulatur. Cum ergo inter ſe colloquerentur, contigit, ut obuiaret eis unus de Cõmentarienſibus, quẽ interrogauerunt, Vidiſti aliquẽ uirum peregrinũ Romanum? Ille ait eis, Heſterno die uir pere-

grinus abſciſſus eſt capite in ſtadio. Et iterũ interrogant, Qualis erat aſpectus eius? At ille dixit, Vir quadratus & Craſſus, robuſto capillo, coccinea Armelaſia indutus. Et dicit eis, Ille quem quæritis, apud nos heſterno die martyrio eſt finitus. Aiunt illi, Homo, quẽ nos quęrimus adulter eſt, & ebrioſus. Dicit eis ille, Venite uidere eum.

2 Ecce quõ ungunt ſancti corpus, & aromatibus inuoluunt pretioſis linteaminibus.

Cumq; oſtendiſſet eis corpus, & pretioſum caput eius, dixerunt ei, Iſte eſt quẽ quærimus, petimus ut des nobis eum. Qui reſpondit, Ego gratis corpus eius dare uobis non poſſum. Illi autem dantes ei ſolidos quingentos, acceperunt corpus ſancti martyris, & 2 ungẽtes aromatibus, inuoluentesq; linteaminibus pretioſis, poſuerunt illud in Baſterna, & ſic reuertebantur gaudentes, & glorificantes Deum.

3 Aedificat Aglahes domum in honorem ſancti martyris, & in ea illum ſepelit.

4 Hæc eſt uera paupertas Euãgelica, uoluntaria & actualis bonorũ omnium deſertio, & in pauperes diſtributio.

Angelus autem Domini apparens dominę quondã ipſius, rem factam beati martyris indicauit. Quæ confeſtim cũ omni ueneratione obuiauit ſancto corpori, & 3 ædificans ei domũ dignã, repoſuit illud in ea ab urbe Roma ſtadijs quinque. Paſſus eſt autem ſanctus martyr Bonifacius xiiij. die menſis Maij apud Tharſum metropolim Ciliciæ & ſepultus eſt Romæ Nonis Iunij.

5 Vides quod q̃ ſanctimonialis fiebat, proprium induebat habitum ab alijs mulieribus diſtinctum?

Beata uero Aglahes abrenunciauit mundo, & pompis eius, diſtribuens 4 uniuerſa quæ poſſidebat egenis, ac monaſterijs, relaxans uniuerſam familiam ſuam a iugo ſeruitutis, & tantam gratiam à Domino promeruit, ut in eius nomine uirtutum ſignis clareſceret. Super uixit autem in habitu 5 ſanctimoniali annos xiij. & ſepulta eſt apud præfatum martyrem 6 operibus pijs conſumata.

6 Nota, operibus pijs cõſumata. Et hoc quia nõ ſuffeciſſet ſola fides.

Habetur ubi ſupra ſub viij. dies Iunij.

VITA SANCTI PHILIPPI DIACONI per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

CÆſareæ natale ſancti Philippi, qui fuit unus ex diaconibus ſeptem, qui cũ beato Stephano ſtatim poſt paſsionẽ Chriſti ab Apoſtolis ſunt ordinati. De quo beatus Lucas in actibus Apoſtolorũ refert ꝙ ſigna & prodigia faciendo, prędicatione ſua Samarias ad fidẽ Chriſti conuertit, & Candacis Reginæ Æthiopum ſtudioſum in ſcripturis Eunuchũ, in fonte, qui eſt in uico Bethſoro, in tribu Iuda, euntibus ab Elia ad Ebron in uiceſimo lapide, baptizauit.

1 Quod diaconus filias quatuor habuerit, nõ te contriſtet, quia id fuit de more Orientalis Eccleſiæ in qua ordinati uxoribus ante promotionem habitis utebantur.

Qui poſtea apud Cæſaream quieuit. Iuxta quem 1 tres uirgines filiæ ipſius prophetiſſę tumulatæ iacent. Nam quarta filia illius plena ſpiritu ſancto, in Epheſo occubuit.

Quidam tamen putant apud Hierapolim eas tumulatas, ubi Apoſtolus Philippus unus de duodecim quieſcit. Cuius fuiſſe filiæ ab aliquibus ſcriptoribus putatæ ſunt.

VITA SANCTORUM ARTEMII, CANDIdæ uxoris,& Paulinæ filiæ martyrum, per eundem Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. Idus Iunij.

ROmæ natale ſancti Artemij cum uxore ſua Candida, & filia Paulina.

Hic Artemius cũ eſſet cuſtos carceris,& clauſum teneret beatum Petrũ 1 exorciſtam in cuſtodia, eſſetq; illi filia unica dæmonio uexata,beati Petri precibus mox ut ſanata eſt,Chriſto cum uxore pariter, & eadem filia credens, à beato Marcellino presbytero baptizatus eſt, omniſq; domus eius,& multi alij; ita ut abſq; mulieribus uirorũ fieret trecentorum numerus.

1 *Ecce duo ſacri ordines, Exorciſtæ et pſbyteri.*

Hoc Iudex Serenus audiens factum, Artemium, Candidam, & filiam ipſorum Paulinam ſibi præſentatos,immenſo pondere ruderum iuſsit obrui, Sicq; ſancti Dei perducti ad paſsionis locũ,beatus quidẽ Artemius gladio percuſſus, ſancta uero Candida atque Paulina, per limina Criptæ præcipitatæ,lapidibus ſunt obrutæ.

VITA SANCTORUM PRIMI ET FELICIAni martyrum, per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub 7. Idus Iunij.

ROmæ in monte Cœlio natale ſanctorum Primi & Feliciani ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus. Qui glorioſiſsimi martyres in Domino ſemper uiuentes,à Pontificibus templorũ apud Imperatores,quòd Chriſtiani eſſent,accuſati ſunt,& inquiſiti. Erant enim ciues Romani,adductiq; ſunt in conſpectu Imperatorũ,& iuſſerunt eos ferro uinctos in carcerẽ recludi,ubi affuit eis Angelus Domini, qui eos conſolaretur.

Poſt aliquot uero dies iuſſerunt eós Imperatores ſuis aſpectibus præſentari,& iuſſerunt militibus,ut ducerent eos ad fanum Herculis, & ſi ſacrificare nollent,fortiter eos pœnis affligerent. Verum cũ nulla poſſent eos ratione mouere, ſed pro Chriſti nomine optarent magis mori,extenderunt eos milites,& uirgis fortiter mactauerunt. Et cum renunciaſſent Imperatoribus milites quæ geſta ſunt,irati ualde iuſſerunt eos tradi Promoto præſidi ciuitatis Numentanæ,ut diuerſis pœnis eos interficeret. Et accipientes eos milites,duxerunt in uiam, quæ dicitur Numentana,miliario xiij. ferro uinctos,& miſerunt eos in carcerẽ iuxta forum ciuitatis,ubi iterũ Angelica uiſitatione releuantur.

Poſt multum uero tẽporis iuſsit ſibi Promotus præſes in foro ciuitatis tribunal præparari. Et cũ intromiſsi fuiſſent Primus & Felicianus, & iubente præſide fuiſſent poſt reſponſionem abinuicẽ ſeparati,

primo beatū Felicianum iuſsit pręſes cū plumbatis cędi, dicens ei, Vt quid non deponis iſtam inſaniam pectoris tui, ut eligas dies bonos, & iocundos,& nō diuerſis tormentis corpus tuū maceretur? Beatus Felicianus dixit, Octoginta annos uitę habeo, ſuntq; anni triginta, ex quo agnoui ueritatē Dei, & nihil de blandimentis huius mundi cogitans, elegi ſeruire creatori meo æterno Omnipotenti Deo.

Tunc Pręſes iuſsit eum ligari ad ſtipitē, & aculeos in manibus eius ac pedibus figi,& diu torqueri. Et per tres dies neque panis neq; aqua, neque ullum genus cibi ei miniſtratum eſt. Cumq; per triduū continuo maneret in Dei laudibus, iuſsit eum pręſes flagellis cędi, & de ſtipite ſic deponi,& in cuſtodia recludi, ac poſtmodū applicari ſibi ſanctum Primū. Quē ualidiſsimis fuſtibus cęſum, dein eculeo leuatum, lampadibus circa latera uri iuſsit;& depoſito de eculeo, pręcepit liquari plumbū ſuper beatū martyrē extenſum,& bulliens in ore eius fundi. Tuncq; fecit pręſentem eſſe beatum Felicianum.

Sed cū inuictiſsimi perſiſterent ſancti martyres, anguſtiatus pręſes iuſsit eos ad Amphitheatrū duci,& duos Leones eis dimitti. Quibus ad pedes ſanctorū ruentibus, laxati ſunt & Vrſi ferociſsimi; ſed & ipſi martyrū uirtute ſęuitiam perdiderunt. Quod uidentes hi qui ad ſpectaculum uenerant, penè mille quingenti uiri miraculis perculſi, crediderunt in domino Ieſu Chriſto.

1 Chriſtiani non eſſent auſi corpora martyrū rapere, & ea ſepelire, niſi hoc officium pium eſſet, & Deo gratum.

Verum pręſes cum inſuperabiles eos cerneret, gladio animaduerti pręcepit. Quorum corpora noctu à Chriſtianis fidelibus 1 rapta, ſepulta ſunt ad Arcus Numentanos intra harenarium. v. Idus Iunij, ab vrbe Roma miliario xiiij.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. Idus Iunij.

VITA BEATI GETVLII MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

CApreolis in Sabinis natale beati Getulij martyris, tēpore Adriani Imperatoris, ſub iudice Licinio.

Hic in omni lege diuina erat doctiſsimus,& per eius doctrinā multi in fide Chriſti erudiebantur. Cuius famā Adrianus Imperator audiens, direxit Cerealem uicarium ad tenendum eum. Qui ueniens ſanctum Getulium ſedentē,& docentē multos reperit. Fuerat autē idem Cerealis in conſpectu Adriani cū fratre beati Getulij Amantio acceptus. Amantius uerò Tribunus ob metum Adriani abſcōſus latebat. Quem Cereali beatus Getulius declarauit. Ille eo uiſo gauiſus eſt ualde;& inſtructus diligenter de domino Ieſu ab eis, cū iam fideliter crederet, uenerunt ad vrbē Romā,& accerſito beato Sixto epiſcopo, aſsignauerunt ei locū ubi baptizaretur. Quem beatus Sixtus uerè Chriſtianam fidem amantem baptizauit.

Eodem tẽpore quidam Vincentius nomine, nummorum arcarius, cõperiens Vicarium Cerealem Chriſtianum, iratus ualde nunciauit hoc Adriano. Qui mox Licinium Conſularem direxit, ut teneret Cerealem; qui, ſi immolare nollet, incẽdio cremaretur. Cum quo beatus Getulius, & Amantius, & Primitiuus tenti ſunt. Licinius Conſularis Cereali Vicario dixit, Sic deſperaſti de uita tua, ut pręcepta principũ, qui dominantur in uniuerſo mundo, cõtemnere uidearis? Cui beatus Cerealis, & theſauros publicos declinatione perfecta tradidi in publicum, & Domino Ieſu Chriſto ſeruire ꝓmitto, & uita æterna me frui 1 credo. Licinius dixit, Si deſideras uiuere, an mori, dicito. Cui beatus Cerealis, ego ſi non deſiderarẽ uiuere, Chriſtum non confiterer.

Tunc conuerſus ad ſanctũ Getulium Licinius dixit, Sacrifica Deo Ioui, & Marti. Cuius uerba riſit beatus martyr. Licinius uero accẽſus ira, iuſsit eos expoliari & cędi, deinde in carcerẽ diebus xxvij. recludi. Et ueniens Romã, Adriano iterum eos innotuit. Qui iuſsit eos incendio tradi. Sanctus uero Getulius cũ in igne ſuperuiueret, fuſtibus illiſo capite martyrium compleuit.

Conſumati ſunt beati martyres in fundo Capreolis, uia Salaria, ab urbe Roma plus minus miliario xiiij. ſupra fluuium Tyberim, in parte Sabinenſium. Quorum corpora collegit beata Simphoroſa uxor beati Getulij martyris. Quæ non longe poſt eundem ipſum martyrẽ cũ vij. ſuis filijs fuit martyrio cõfecta, uidelicet xxvij. die menſis Iunij. Et ſepulta eſt in prædio ſuo, loco & oppido ſupra nominato.

1 *Locus iſte nõ facit pro modernis Hæreticis, qui omnes teneri uolunt ad firmiter credendum, ac certo ſtatuendum regnũ cœlorum ſe conſecuturos. Nam uerbum credo, hic non talem fidem importat cui nõ poſsit ſubeſſe falſum, ſed potius certam ſpem & expectationem æternæ uitæ, ex gratia dei & bonis operibus prouenientem.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM FELICIS & Fortunati, per iam dictum Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub iij. Idus Iunij.

APud Aquileiam natale ſanctorum martyrum Felicis, & Fortunati, ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum, pręſide Euphimio.

Qui cum eſſent germani fratres fide Chriſti feruentes, deferente Sapamio, qui erat unus ex officio pręſidis, uincti ferro, Aquileiam iudici Euphimio perducuntur. Vbi cum Chriſtum conſtantiſsime faterentur, ab irato iudice primũ in eculeo ſunt ſuſpenſi, ardentibus lampadibus circa latera appoſitis, ſed mox pſallentibus martyribus extinctis, inde per uentrem feruenti oleo ſuperfuſi, ad ultimũ, cum in confeſsione Chriſti durarent, foras ciuitatẽ ducti, ad fluuium qui ciuitati adiacet, capite truncantur. Inde nocte à religioſis uiris eiuſdem Aquileiæ ſublati, cum 1 aromatibus inuoluti linteaminibus, occulte ſepulti ſunt.

At ciues Vincentiæ 2 ſuperuenientes, eorum corpora perducere ad ſuam ciuitatem Vicentiam meditabãtur. Non permittentibus au-

1 *Vide & hic occultam ſanctorum cũ aromatibus ſepulturam.*

2 *Ecce quã pia altercatio pro habendis martyrũ corporibus. Quæ ideo facta eſt, quia illa ſacra ſunt & ſacroſancta, & nõ cineres emortui ut mentiuntur hæretici.*

tem Aquileienſibus, & multum renitentibus, tandem pia contentio ita finita eſt nutu diuino, ut Felicem vicentini, Fortunatum haberent Aquileienſes: ita tamẽ ut caput beati Felicis Aquileia, caput uero Fortunati Vicentia ſortiretur. Quod factum in laude domini noſtri Ieſu Chriſti uſque hodie permanet.

Habetur in loco ubi ſupra ſub pridie Idus Iunij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM NAZArij & Celſi, per eundem Adonem collecta.

MEdiolani natale ſanctorum martyrũ Nazarij, & Celſi pueri. Beati Nazarij pater Aphricanus, mater uero Perpetua à beato Petro Apoſtolo baptizata. Ipſe uero ſanctus Nazarius a ſancto Lino inſtructus & baptizatus eſt.

Quem Anolinus ſub rabie perſecutionis, quæ per Neronẽ excitata eſt, diu maceratum, & afflictum in carcere, & cũ eo beatiſsimũ Celſum puerũ, quẽ idem ipſe nutrierat, gladio feriri iuſsit. Quorũ corpora Chriſtiani furati. v. Kalendas Auguſti ſepelierunt foras portã, quæ dicitur Romana, in proprijs hortis.

1 Quod ſe ſancti reuelant, & in ſomnis apparent, manifeſtiſsimũ indicium eſt eos uiuere poſt mortem, & ſcire ea quæ circa nos aguntur.

Reuelabant 1 autem ſe beatiſsimi martyres cuidam Cereatio nomine, cui uxor Fortunata, & per uiſum monuerant ſe occultari propter rabiem perſecutionis, quã Nero impius excitauerat. Latuerunt uero uſque ad tempora Honorij, & Arcadij Imperatorum. Quos beatus Ambroſius, Domino reuelante reperijt.

2 Vides cõſuetudinem lauandi corpora fidelium poſt mortẽ, anti quam eſſe?

3 Odor ſuauiſsimus ex ſancti corpore prodiẽs indicat diuinam uirtutem & ſpiritus ſancti gratiam in eo radiantem & coruſcantem.

Patefacto autem ſepulchro, in quo iacebat corpus ſancti Nazarij, qui quando paſſus fuerit, ut ſcribit ſanctus Paulinus, uſque tũc tẽpo ris ignorabatur, uiderunt ſanguinẽ martyris ita recentem, qui pręſentes erant, quaſi eodem die fuiſſet effuſus. Caput etiam ipſius, quod ab impijs fuerat abſciſſum, ita integrum, atque incorruptum cũ capillis capitis ac barba, ut uideretur eo tempore, quo leuabatur, lotum, 2 atque in ſepulchro cõpoſitum. Etiam 3 odore tanto repleti ſunt, ut omnium aromatum uinceret ſuauitatem.

4 Ecce feſtiuitas ſanctorum Nazarij & Celſi, & duplex quidem feſtiuitas, cum populi frequentatione et ueneratione.

Quo leuato, & in lectica compoſito, ſtatim ad ſanctum Celſum martyrẽ, qui in eodẽ horto poſitus erat, ad orationẽ ſanctus epiſcopus perrexit, & tranſtulit ad baſilicam Apoſtolorũ, quæ eſt in Romana.

Inuenti autẽ ſunt pridie Idus Iunij. 4 Feſtiuitas uero agitur de martyrio. v. Kalendas Auguſti. Cõmemoratio tamen eorum publica & celebris in die ſanctorum martyrũ Geruaſij, & Protaſij à fidelibus populis frequentatur, & uenerabiliter excolitur.

Habetur in eius martyrologio ſub Idibus Iunij.

VITA SANCTÆ FELICVLÆ VIRGINIS & martyris per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ natale ſanctæ Feliculæ Virginis & martyris. Quam cum

Flaccus

Flaccus Comes poſt exceſſum Petronillæ uellet ducere uxorem, atq; ad terrendum propoſuiſſet ei dicens, Vnum tibi e duobus elige; aut eſto uxor mea, aut dijs ſacrifica. Reſponſum ab ea accepit, Nec uxor tua ero, quia Chriſto ſacrata ſum, nec dijs tuis ſacrificabo, quia dæmonia ſunt.

Tunc Flaccus tradidit eã Vicario, qui fecit eam in tenebroſo claudi cubiculo ſine cibo per ſeptem dies. Vnde perſeuerantem in confeſſione Chriſti cum eieciſſent, duxerunt eam ad Virgines Veſtæ, ibiq; per alteros ſeptem dies ſine cibo permanſit, eo quòd nulla ratione de eorum manu cibum pateretur accipere.

Poſt hoc leuata in eculeum clamabat dicens, Modo cœpi uidere amatorem meum, in quo amor meus fixus eſt. Cumq; ei tortores dicerent, Nega te Chriſtianam, & dimitteris. Illa clamabat, ego non negabo amatorẽ meũ, qui propter me felle cibatus, & aceto potatus, ſpinis coronatus, & crucifixus eſt.

Poſt hęc depoſita eſt, & præcipitata in cloacam. Sanctus autem Nicomedes presbyter in ſpecula poſitus occulte leuauit, & per noctẽ in biroto perduxit ad caſellam ſuam. vij. ab urbe miliario, uia Ardeatina, ibiq; eam ſepeliuit.

Tanta in ſepelienda martyre adhibita a ſancto Presbytero diligentia, hoc opus piũ eſſe, & deo placere oſtendit.

VITA SANCTORVM MARTYRVM VITI, Modeſti, & Creſcentiæ, per Adonem Epm Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xvij. Kalẽdas Iulij.

APud Siciliam natale ſanctorum martyrum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ, Qui beatus Vitus in puerili ætate uirtutibus maturus, primum a patre ſuo ſacrilego Hila, ut a cultura Dei recederet, tentatus eſt, deinde a Valeriano Iudice cathomis cæſus in confeſsione permanſit. Inde redditus patri. At cum pœnis affligere illũ pater meditaretur, monitu Angeli nauem conſcendens, comitantibus ſe Modeſto & Creſcẽtia nutritoribus, ad Tonagritanum territoriũ deuenit.

Inde propter filiam Diocletiani Imperatoris a dæmonio uexatam quæſitus, & adductus ad Diocletianum, ipſam eius filiam oratione curauit. Sed cum multis donis promiſsis ei impius Imperator ſuadere uellet, ut culturam dijs impenderet, eiusq; animum de bono propoſito mutare non poſſet, arctiſsimis uinculis ferreis aſtrictum, in carcerẽ teterrimum induci iuſsit, cum quo pariter Modeſtum, atq; Creſcentiam. Deinde circunſtante populo in Amphiteatro ſiſtuntur. Quos Diocletianus in ollam reſina & pice ſuccenſam, a plumbo ſoluto ferueſactam iactari præcepit. Vbi ſancti martyres pſallentes in modum trium puerorum, hymnum Deo dicebant. Et egreſsis illæſo uultu de olla, dimiſſus eſt eis Leo ferociſsimus. Qui mox ad pedes eorũ ceci-

dit;& lingua ſua pedes martyrum lingere cœpit.

Ad ultimum uictus per omnia ſacrilegus Imperator, ſimul & uidens multitudinem populi miraculo perculſam, ad Chriſtum uerum Deum conuerſam, cataſtam parari iuſsit, & ſeruos Dei ſuperextendi. Cumq; cæderentur martyres Dei, oſsiſq; diſcinderentur, tonitruum magnum factum eſt, coruſcationes, atq; tam magnus terræmotus, ut templa Deorum corruerent, & multos opprimerent. Florentia uerò 1 fœmina illuſtriſsima corpora ſanctorũ collegit, & in loco, qui dicitur Marianus, condita aromatibus ſepeliuit.

1 Illuſtriſsima fœmina ſanctorum corpora collegit, & condita aromatibus ſepeliuit.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub. xiij. Kalendas Iulij.

VITA SANCTORVM MARCI ET MARcelliani martyrum per eundem Adonem collecta.

ROmæ uia Ardeatina natale ſanctorum martyrũ Marci & Marcelliani præclariſsimi generis, Tranquillini & Martiæ filiorum. Qui primo carcerem pro fide paſsi, poſtmodum a Fabiano duce tēti, ad ſtipitem ligati in pedibus clauos acutos acceperunt. Quibus cũ diceret inſanus iudex: Infelices ac miſeri deponite amentiam, & liberate uoſmetipſos a cruciatibus imminentibus, reſponderunt: Nunq; tam bene epulati ſumus, modo cepimus eſſe fixi in amore Chriſti. Vtinã nos ſic eſſe ſicut ſumus, tandiu permittas, quandiu huius tegimur corporis indumento. Cumq; tranſiſſet una dies & una nox, & illi in pſalmis 1 & hymnis laudantes Chriſtum perſeuerarent, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad cœleſtia 2 regna migrauerũt.

1 In pſalmis & hymnis laudantes Chriſtũ perſeuerauerunt.

2 Ecce quomodo poſt mortẽ ſtatim ſanctorum animæ recipiuntur in cælo.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xij. Kalendas Iulij.

VITA SANCTI NOVATI CONFESSOris per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſancti Nouati fratris Timothei presbyteri, qui a beatis Apoſtolis eruditi ſunt. De quo Nouato ſcribit Paſtor in geſtis Potentianæ & Praxedis uirginum, ad prædictum Timotheũ germanum eius.

Venerabilis, inquit, uirgo Praxedis poſt tranſitũ germanæ ſuæ Potentianæ ualde afflicta erat. Ad quam conſolandam ueniebant multi nobiles Chriſtiani, ſimul cum ſancto Pio Epiſcopo, inter quos germanus ueſter Nouatus, & qui eſt frater noſter in domino, quiq; multos Chriſtianos pauperes donis ſuis reficiebat, & nos frequenter cum beatiſsimo Pio Epiſcopo ad altare Domini communicabat.

Poſt annum uero & dies. xxviij. ægritudine detentus eſt idem Nouatus, & abſens erat a conſpectu uirginis Praxedis. Pio autem Epiſcopo cogitante de omnibus Chriſtianis una cũ Virgine, requiritur Nouatus uir Dei. Et dum auditum fuiſſet, quia ægritudine detinebatur,

contriſtati ſumus omnes. Beata Praxedis dixit ad Patrem ſanctum Pium, Iubeat ſanctitas ueſtra, ut eamus ad eum, & uiſitatione noſtra una cum orationibus ueſtris ſaluabitur.

Et facta conſtitutione, nocte una cum Pio Epiſcopo, & Virgine Domini perreximus ad uirum Dei Nouatum. Cumq; audiſſet uir Dei Nouatus, omnes congregatos ad ſe ueniſſe, gratias cœpit agere Deo, quia meruit a ſancto Pio Epiſcopo, & Virgine Domini una cũ noſtra deuotione uiſitari. Et fuimus in domo eius diebus ac noctibus octo. Factumq; eſt ut tertiodecimo die ipſe Nouatus uir Dei trãſiret ad Dominum, Regni cœleſtis gloriam percepturus.

VITA SANCTI ALBANI MARTYRIS per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub x. Kalend. Iulij.

IN Britannia natale ſancti Albani martyris. Qui tempore Diocletiani in Verolamio ciuitate, poſt uerbera & tormenta acerba, capite plexus eſt. Sed illo in terra cadente, oculi eius, qui eum percuſſit, pariter ceciderunt.

Paſſus eſt cum illo etiam unus de militibus, eo quod eum ferire iuſſus noluerit, diuino utiq; perterritus miraculo, quia uiderat, beatum martyrem ſibi, dum ad coronam martyrij properaret, alueum amnis interpoſiti orando r trãſmeabilem reddidiſſe. Quo in tempore perſecutio crudelis, Oceani littus tranſgreſſa, etiam Aaron, & Iuliũ Britaniæ, cum alijs pluribus uiris ac fœminis felici cruore damnauit.

r Vide ſancti martyris orationis uirtutem.

VITA SANCTI GALLICANI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub. vij. Kalendas Iulij.

APud Alexandriam natale ſancti Gallicani martyris. Qui cũ triũphalibus infulis ſublimatus, acceptus eſſet Auguſto Conſtantino & chariſsimus, filiam eius ſacratiſsimam uirginem Conſtantiam ſibi poſcebat uxorem. Conſtantinus uero Auguſtus contriſtari cœpit, ſciens filiam ſuam poſitam in ſancto propoſito facilius occidi poſſe, quàm uinci. Quæ cum patris ſolicitudinem ſtudio ſanctitatis conaretur excludere, certa de Deo dixit patri, Depone omnem ſolicitudinem tuam, & te daturum illi coniugem repromitte, ut ſi ſcytharum ſuperauerit gentem, uictoriam ſimul & coniugem me accipiat.

Facta ſunt omnia ſicut uirgo diſpoſuit, & uelut ſubarrationis loco, dantur duo fratres Eunuchi Ioãnes & Paulus ex latere Auguſtę Gallicano, & duæ ſorores, Gallicani filiæ, Attica & Artemia ipſi Auguſtæ traduntur. Quas uirgo ad Dominum conuertit.

Igitur Gallicanus a Scythica gente in Thraciarum Philippoli ur-

be concluſus, metuens confligere cum eis, quòd exigua eſſet militum manus, hoſtium uerò eſſet innumerabilis multitudo, inſiſtebat ſacrificijs, & Marti uictimas offerebat. Quid multa? Ad ultimũ creuit obſidio, & uniuerſi tribuni eius ac milites ſe hoſtibus tradiderunt. Cumque cuperet fugiendi aditum reperire, Paulus & Ioannes, ex quibus præpoſitus unus, alter primi cerius erat Conſtantię Auguſtæ dixerũt ei, Fac uotum Deo cœli, quòd ſi te 1 liberauerit, Chriſtianus fias, & eris uictor melius quàm fuiſti.

1 *Vides uota etiã ſub conditione, ſolita fieri ab antiquis patribus & poſt emiſſionem fuiſſe ſeruata?*

Mox ut uotum ore prolatum eſt, apparuit illi iuuenis ſtatura excelſus, ferens in humeris Crucem dicens, ſume gladiũ tuum, & ſequere me. Quem dum ſequeretur, apparuerunt ei hinc & inde milites armati, confirmantes eum, & dicentes. Nos tibi præbemus officium, Tu ingredere hoſtium caſtra, & dextra leuaq; gladium tenens euaginatũ reſpice, quouſq; peruenias ad Regem ipſorum. Quo cum perueniſſet cum eis, proſtratus Rex pedibus ipſius poſtulauit, nullum penitus ex ſuis occidi gladio. Quod Gallicanus nec fecit, nec iuſſit. Ita uniuerſæ Thraciæ liberatæ, & gens ſcytharum tributaria facta eſt. Ipſe uero ita Deo ſe deuouit, ut 2 etiam coniugio ſe promiſerit abſtinere.

2 *Vides uotum caſtitatis licitum eſſe, & deo maxime gratũ, atque deo fauẽte obſeruari poſſe?*

Reuertens itaque Gallicanus non prius ingreſſus eſt Romam, q̃ ad ſacra beati Petri Apoſtoli limina perexiſſet. Conſtantinus uero Imperator miſit ſe in amplexus eius, poſtquam cognouit omnia quę Chriſti pietate circa illum perfecta ſunt, referens ei uniuerſa quæ geſta ſunt circa filias eius, quomodo ſunt 3 uirgines Chriſto utiliter conſecratæ. Tunc cum Auguſto intrante palatium Gallicano, occurrit Helena cum filia Cõſtantia, & filiabus ipſius Gallicani. Fundebãtur lachrymæ gaudijs plenæ. Qui cum uellet priuatus abſcedere, rogatus ab Auguſto Conſul proceſsit; & in faſcibus poſitus quinq; millia ſeruorũ liberos, ciueſq; Romanos fecit. Quibus prædia, domoſque donauit; cunctaſq; facultates ſuas, excepto iure filiarum, diſtrahi, ac donari pauperibus iuſsit. Et ſe in Hoſtienſi urbe manenti cuidam ſancto uiro, Hilario nomine, ſociauit. Cuius habitaculum ampliari fecit, ad peregrinorum ſuſceptionem, quam ipſe plurimis impendebat. Huic adhæſerunt multi ex ſeruis ſuis quos liberos fecit. Et diuulgata eſt fama eius per totum orbẽ, ita ut ab Oriente & Occidente uenientes, uiderent uirum ex patritio, & Conſule, qui erat amiciſsimus Auguſtorum, lauantem pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſolicite miniſtrantem, & exhibentem ſanctæ ſeruitutis officia.

3 *Ecce quod Virginitas ſeruari poteſt diuino nobis ad hoc nunquã deficiente auxilio quicquid dicat Eccleſiæ aduerſarij.*

Hic primus in Hoſtiẽſi urbe extruxit Eccleſiam, & ditauit officia clericorum. Huic ſe ſanctus Leuita Laurentius 4 reuelauit, adhortans eum, ut in eius nomine Eccleſiam fabricaret in Porta, quæ nunc uſq; Laurentia nuncupatur. Rogatus aũt ut ibi leuaretur Epiſcopus,

4 *Si ex Martyris reuelatione eccleſiam et fabricauit Gallicanus, & clericorum officia ditauit, conſtat hæc opera eſſe deo grata & accepta.*

non conſenſit, ſed ex ſua uoluntate ipſe qui ordinaretur, elegit. Tantam nanque ei gratiam contulit Deus, ut dæmonibus pleni, mox ut uiſi fuiſſent ab oculis eius, protinus mundarentur: multaque in eo erãt ſanitatis inſignia.

Sed cum à Conſtantio Iulianus Cæſar factus eſſet, dedit legem, ut Chriſtiani nihil in hoc ſeculo poſsiderent. Tunc Gallicanus habens in Hoſtienſi pago quatuor caſas, quarum pẽſiones his operibus impendebat, quæ prædiximus, ita habere Deum meruit defenſorem, ut quicunque ingrediebatur in eas malitioſe, aut ponere titulos fiſci, aut exigere penſiones, ſtatim a diabolo replebatur. Et quicunq; actorum eius eſſet exactor, leproſus fiebat.

Tunc interrogata dæmonia dederunt reſponſum, quòd, niſi ſacrificare coactus fuiſſet Gallicanus, exactores redditũum eius iſta pericula non uitarent. Et quoniam nullus audebat conuenire Gallicanũ de hoc ſcelere, mandauit ei Iulianus Cæſar dicens, Aut ſacrifica dijs, aut diſcede à finibus Italiæ. Qui ſtatim relictis omnibus Alexãdriam petijt, & ibi iunctus eſt confeſſoribus Chriſti per continuum annum.

Poſt etiam ſeceſsit in eremum, ibiq; à Rauciano comite templorũ, cum cogeretur ſacrificare, & contemneret, percuſſus gladio in capite, Chriſti martyr effectus eſt, atque ita perrexit ad Dominum gaudens cum triumpho. ſ Cui ſtatim baſilicam conſtruxerunt ſui nominis, in qua exuberant beneficia martyris ex eo, & nunc, & uſq; in ſecula.

ſ *Nota, cui ſtatim conſtruxerunt baſilicam ſui nominis. Vide quomodo etiam olim in honorem ſanctorũ Eccleſiæ conſtruebantur. Quod opus placere deo oſtendunt beneficia quæ in eis à ſanctis præſtantur.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM
Ioannis & Pauli fratrũ per eundẽ Adonẽ collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub vi. Kalẽd. Iulij.

ROmæ ſanctorum Ioannis & Pauli fratrum natale. Quorum primus præpoſitus, ſecundus fuit primicerius Conſtantiæ uirginis filiæ Conſtantini. Qui cum omni die turmas Chriſtianorũ recrearent ex his opibus, quas ſanctiſsima uirgo Conſtantia reliquerat, peruenit hoc ad Iulianum. Et miſit qui eos conuenirẽt, dicens, Debere ſibi eos adhærere. Illi uero reſponderunt inter alia, Pro iniquitate tua deſtitim⁹ à tua ſalutatione, & à ſocietate Imperij tui noſmetipſos omnino ſubtraximus. Sumus enim nos non falſi, ſed ueri chriſtiani.

Quibus Iulianus mãdauit, Conſiderare debetis, quia uos regia aula nutriti non debetis deeſſe a latere meo, ut habeam uos primos in palatio meo. Quòd ſi contemptus a uobis fuero, neceſſe mihi erit agere, ut contemni non poſsim. Paulus & Ioannes dixerunt, Non tibi facimus hanc iniuriam, ut præponamus tibi qualemcunque perſonam, Deum tibi præponimus, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Et ſcire te uolumus, quia nunq̃ ad ſalutationẽ tuam, nunq̃ ad culturam tuam, nunquam ad palatium tuum ueniemus.

Quibus Iulianus ait, Decem diebus uobis a me dantur induciæ. Vt Decima tranſacta die ſponte ad me uenie͂tes, amicos uos habeam, non uenientes uero tanꝗ̃ hoſtes publicos puniam. Tunc ſancti uiri Ioannes & Paulus Chriſtianos ad ſe inuitantes, ordinauerunt de omnibus quæ relinquere poterant, per totos decem dies inceſſanter die noctuq; eleemoſynis inſiſtentes. Die uero undecima ſunt conſtricti intra ſuam domum. Miſſus nanq; eſt Terentianus campiductor ad eos cum militibus hora cœnandi.

Qui ingreſſus inuenit eos orantes, & dixit eis, Dominos noſter Iulianus ſtatuu͂culã auream Iouis ad uos miſit, ut adoretis illam, & thura incendatis; Quod ſi non feceritis, ambo meo gladio feriamini. Non enim decet uos intra aulam nutritos, ut publice occidamini. Ioannes & Paulus dixerunt, Iulianus ſi tuus eſt dominus, habeto pacem cum eo; nobis autem dominus alius nõ eſt, niſi unus Deus, Pater, & Filius, & ſpiritus ſanctus, quem ille negare non timuit. Et quia ſemel a facie Dei proiectus eſt, uult & alios ſecum in interitũ deuenire. Tunc Terentianus tertia hora noctis tranſacta, fecit fieri foueam intra domum eorum, ut ſine ſtrepitu famæ punirentur. Et ſic decollari, ſtatimq; in uolui & reponi iuſsit, diuulgans, quòd iuſſu Cæſaris miſsi fuiſſent in exilium.

Statim autem ut Iulianus in bello Perſarum interfectus eſt, Iouiniano facto Chriſtianiſsimo Imperatore, apertæ ſunt Eccleſię, & cœpit religio Chriſtiana gaudere. Dæmones 1 autem ex obſeſsis corporibus intra domum Ioannis & Pauli eijciebantur, cõfitentes ſanctam paſsionem eorum; ita ut unicus filius Tere͂tiani, qui eos decollauerat, ueniret intra domum ſanctorũ, & clamaret per os eius dæmon, quòd Paulus & Ioannes incenderent eum.

1 *Ecce quomodo etiam antiquitus ſa͂ctorum ſepulchrum in uenerattone habebantur, ubi & Dæmones expulſi eorum uirtutes uel inuiti fateri compellebantur.*

Tunc Terentianus ueniens proſtrauit ſe in faciem clamans, quòd neſciens quid faceret homo paganiſsimus, iuſsione͂ Cæſaris adimpleſſet. Vnde factum eſt, ut dato nomine proximo die Paſchæ perciperet gratiam Chriſti, aſsidue orans, & flens ad locum illum, in quo ſanctorum 2 corpora requieſcunt, donec a ſanctis Dei filius eius mundaretur. Et ab ipſo Terentiano deſcripta eſt paſsio horum martyrum. Paſſi ſunt autem ſexto Calendas Iulij.

2 *Filius Terentiani interfectoris ſanctorũ, ad eorum ſepulchrũ a Dæmonio liber factus eſt. Vide Martyrum charitatem.*

Habetur ubi ſupra ſub. 7 Kalend. Iulij.

VITA BEATÆ SYMPHOROSÆ, ET SEptem filiorũ martyrum per eundem Adonem collecta.

Apud Tyburtinam ciuitatem Italiæ natale beatæ ſymphoroſæ beati Getulij martyris uxoris cum ſeptem filijs, Creſcente, Iuliano, Nemeſio, Primitiuo, Iuſtino, ſtacteo, Eugenio. Cum quibus ſimul paſſa eſt ſub Adriano Principe, qui ipſam ſymphoroſam iuſsit

palmis cædi deinde ſuſpendi crinibus. Sed cũ ſuperari nullatenus poſſet, iuſsit eam alligato ſaxo, in fluuium præcipitari. Cuius frater Eugenius curiæ principalis Tyburtinæ, colligens corpus eius ſepeliuit.

Mane autẽ facto Imperator iuſsit ſeptem figi ſtipites, ibiq; filios eius ad trocleas extendi, & Creſcentem in gutture transfigi, Lucianũ in Pectore, Nemeſium in corde, Primitiuum in umbilico, Iuſtinum per membra diſtẽtum ſcindi per ſingulos corporis nodos, atq; iunctu ras, ſtacteum lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terra configi, Eugenium ſcindi a pectore uſq; ad inferiores partes.

Altera autem die Adrianus præcepit corpora eorum ſimul auferri, & proijci in foueam altam. Et poſuerunt põtifices ſacrorum nomẽ loci illius, Ad ſeptem Biothanatos. Natale uero ſanctorum martyrũ. xv. Kalendas Auguſti celebratur. Quorum corpora requieſcunt uia Tyburtina, miliario Nono.

VITA SANCTI HYRENEI EPISCOPI & martyris per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. iiij Kalendas Iulij.

APud Lugdunũ Galliæ natale ſancti Hyrenei Epiſcopi. Qui, beato Fotino prope Nonagenario ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum eius ſucceſsit. Quem etiam conſtat beatiſsimi Policarpi ſacerdotis & martyris fuiſſe diſcipulum, & Apoſtolicis temporibus uicinum.

Poſtea uero perſecutione Seueri cũ omni fere ciuitatis ſuæ populo glorioſe coronatur martyrio. Sepultus eſt a Zacharia presbytero in cripta baſilicæ beati Ioãnis Baptiſtæ ſub altari. Cui ab uno latere Epipodius, ab altero Alexander martyr eſt tumulatus. Huius criptæ tam reuerenda 1 eſt claritas, ut meritum martyrum ſignate credatur.

1 Mirabilia quæ ad ſanctorum ſepulchra contingunt, ſplendorẽ uitæ illorum aperte confitentur.

VITA BEATISSIMÆ LVCINÆ PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Calendas Iulij.

NAtalis beatiſsimæ Lucinæ, quæ ab Apoſtolis baptizata eſt, & inſtructa, quæq; facultatibus ſuis neceſsitatibus ſanctorum cõmunicatis, uincula & carceres eorum ſemper ſubleuare ſtuduit, atque eorum 1 ſepulturæ uenerabiliter inſeruire.

Quorum meritis & ipſa ſociata, pretioſiſsimam mortem confeſſione Chriſti adepta, atria Hieruſalem intrare, uota ſua Domino perſoluendo, meruit. Ac Romæ in cripta laudabili, quam ipſa ad condendum martyrum corpora conſtruxerat, honorabiliter ſepulta eſt.

1 Hæc eſt illa ſanctiſsima mulier, quæ tantopere ob pias beatis Martyribus exibitas ſepulturas ab omnibus ſanctis cõmendatur. Ex quo aperte datur intelligi munus hoc deo gratum & acceptum eſſe.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Nonas Iulij.

VITA BEATORVM MARTYRVM NIcoſtrati, Primiſcrinij, Claudij, & reliquorum, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale beatorum martyrum Nicoſtrati, Primiſcrinij, Claudij commentarienſis, Caſtorij, Victorini, Simphoriani. Quos beatus Sebaſtianus credere in Chriſtum docuit, & ſanctus Polycarpus presbyter baptizauit. Qui cum corpora ſanctorum per ora Tyberina requirunt, tenti ſunt, & ad urbis præfectum perducti.

Erat autem iudex Fabianus, qui exhortabatur ad ſacrificandũ, per dies decem minis eos & blanditijs agẽs, & nullum penitus potuit cõmouere. Tunc fecit de eis ſuggeſtionem Imperatoribus, qui iuſſerũt eos tertio torqueri. Verum cum nulla ratione impulſi cederent, iuſſerunt eos in mare pręcipitari. Immẽſis itaque arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati ſunt, ut in loco mundo inter aquas coronam martyrij celebrarent.

Habetur ubi ſupra ſub. vi. Nonas Iulij.

VITA SANCTORVM PROCESSI ET Martiniani martyrũ per Adonem ſupradictũ collecta.

ROmæ in Cœmiterio Damaſi natale ſanctorum Proceſsi & Martiniani. Qui cum eſſent magiſtri Aminelli principis, & uiderẽt mirabilia, quę faciebat per beatos Apoſtolos ſuos Petrum & Paulum Dominus Ieſus Chriſtus, mirari cœperunt.

Erant tunc temporis beatiſsimi Apoſtoli traditi Paulino uiro clariſsimo ſub cuſtodia Mamertini in monte Tarpeio. Vbi de monte aquam ſuis 1 orationibus manare fecerunt. Tunc ſunt baptizati Proceſſus & Martinianus a beato Petro Apoſtolo, et alij promiſcui ſexus numero xl.

1 Vides hic quanta ſit uirtus orationis.

Quod cum nuntiatum eſſet Paulino, quòd Proceſſus & Martinianus magiſtri Aminelli, Chriſtiani effecti eſſent, miſit milites, & tenuit eos, iuſsitq; in cuſtodia retrudi. Sequenti die educti cum conſtantiſsime Chriſtum confiterentur, iuſsit Paulinus, ut cum lapide os eorum contunderetur. Sed illi gloriam in excelſis Deo dicebant.

Allata eſt & Tripoda, ſupra quam Iuppiter aureus erat. Illi cum uiderent, riſum facientes, expuerunt in Iouẽ, & in Tripodam. Tunc iuſſi ſunt in eculeo ſuſpendi, & attrahi neruis, & cædi fuſtibus. Exinde iuſſum eſt, ut flammæ ponerentur circa latera eorum.

Erat autem ibi matrona nobiliſsima, nomine Lucina, quæ confortabat eos dicens, Milites Chriſti conſtantes eſtote, & nolite metuere pœnas, quæ ad tempus ſunt. Iterum appenſi in eculeo a militibus, cęſi

ſunt

ſunt ſcorpionibus. Deinde retruſi ſunt in cuſtodia, ubi uenerabilis fœmina Lucina miniſtrabant eis. Poſtriduum uero Paulinus arreptus à dæmonio expirauit.

Cæſarius autem præfectus hoc Neroni intimauit. Cui Nero præcepit dicens, Non tardentur, ſed celerius extinguantur. Tunc educti foras muros urbis Romæ, in uia, quę Aurelia nuncupatur, gladio ſunt cæſi. Corpora 2 eorum beatiſsima Lucina collegit, & cum aromatibus pretioſis ſepeliuit in prædio ſuo in Arenario, iuxta locũ, ubi decollati ſunt, ſub. vj. Nonas Iulij. 2 *Corpora ſanctorum collegit beatiſsima Lucina, & cum aromatibus ſepeliuit.*

VITA SANCTI BRITII EPISCOPI ET Confeſſoris per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub vij. Idus. iulij.

IN Ciuitate Martula natale ſancti Britij Epiſcopi & cõfeſſoris: qui ſub iudice Martiano, poſtq̃ os lapide contuſus eſt, & in eculeo crudeliſsime cruciatus, in Dñi cõfeſsione perdurans, in carcerẽ truſus eſt.

Nocte autem murus ciuitatis grauiter concuſſus, inter alios plures etiam Martianum occidit. Et Chriſti confeſſor ab Angelo ſancto, & a beato 1 Petro Apoſtolo uiſitatus, atq; ad prædicandum Euãgeliũ confortatus, magnas populorum multitudines credentium omnipotentis Deo lucrifaciens, quieuit in pace. Cuius 2 animam uiderunt aſtantes in ſpecie columbæ niueæ in cœlo recipi.

1 *Si ſanctus Epiſcopus eſt uiſitatus a beato Petro, conſtat Apoſtolum nõ poſſe dici mortuum, ſed uiuentem.*

2 *Ecce quomodo animæ ſanctorũ poſt mortẽ recipiuntur in cœlo.*

VITA SANCTORVM ANATHOLIÆ ET Audacis martyrum per eundem Adonem collecta.

Habetur ĩ eius martyrologio ſub vij. Idus Iulij.

IN Ciuitate Tyro natale ſanctorum Anatholiæ & Audacis ſub Decio Imperatore.

Quorũ Anatholia cũ multos in Piceno infirmos lunaticos, ac dęmoniacos curaſſet, ducta eſt, iubente Fauſtiniano, ad ciuitatem Tyri, & diuerſis plagarum generibus uęxata. Deinde cum ſerpente tota nocte incluſa, nihil læſa eſt.

Quin & ipſum Marſum, qui ſerpentem dimiſerat, nomine Audacem, mane a ſuo ſerpente deuorandum eripuit, & ad Chriſti martyrium conuertit. Nam & ipſe poſt hoc ob confeſsionem ueritatis in cuſtodiam datus eſt.

Ipſa quoque Chriſti uirgo gladio transfuerberata eſt, cum ſtaret extenſa 1 manibus in oratione, ita ut per dextrum latus gladius miſſus, per ſiniſtrum exiret. Quæ paſſa eſt. vij. Idus Iulij. ſepulta autem mane a ciuibus Tyrienſibus.

1 *Vide orationem cum manuum extẽſione.*

Audax uero, quia de Oriente erat, ab uxore ſua, & filijs, illo tranſlatus eſt.

VITA SANCTARVM MARTYRVM Rufinæ & ſecundæ ſororum per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ miliario decimo natale ſanctarum Rufinæ, & ſecundæ ſororum, Patre clariſsimo genitarũ Aſterio, matre clariſsima Aurelia, ſub perſecutione Valeriani, & Gallieni, iudicibus, Iunio Donato præfecto, & Archeſilao comite.

Harum iuuenum ſponſi Armentarius & Verinus a fide Chriſtianitatis receſſerunt. Pro qua re uolentes beatæ uirgines declinare eorũ perſuaſiones inſanas, ad prędiolum ſuũ, quod in Tuſciæ partibus habebant, Baſternę pergebant uehiculo. Quod audientes Armentarius, & Verinus, comiti Archeſilao ſuggeſſerunt, qua de cauſa urbem fugerent. Tunc ſceleratiſsimus Archeſilaus cum militibus ſuis equeſtribus iter agẽtibus, ſanctas Dei Virgines in uia Flaminia miliario. xiiij. comprehendens, atque reuocans ad urbem Romam, Iunio Donato præfecto obtulit. Qui iuſsit eas in cuſtodias redigi a ſe inuicem ſeparatas, & in die tertia in ſecratarium duci.

In quo Rufinam ingredi iubens, dixit ad eam, Cũ ſis nobilis nata, quid eſt quod ad ignobilitatẽ deuoluta es? Et cupis eſſe captiua in uinculis, magis quã libera cũ marito gaudere? Rufina reſpondit, Captiuitas iſta tẽporalis æternã captiuitatẽ excludit, & uincula tẽporalia ppetua uinculorꝝ ligamẽta diſſoluunt. Prefectus dixit, Iſtas uanas fabulas & aniles abijce, & ſacrifica dijs ĩmortalibus, ut poſsis tuo ſponſo cũ gaudio perfrui, & uſque ad ſenectutem cum gaudio delitiarũ attingere.

Rufina reſpondit, Duo ſunt inutilia, quæ perſuades, & unum dubium, quod promittis. Nã dicis me debere idolis ſacrificare, ut in perpetuum peream, & poſt hoc maritum accipere, ut gloriam uirginitatis amittam. Poſt iſta duo tam contraria promittis, quòd uſque ad ſenectutem cum gaudio delitiarum attingam, cũ de te ipſo incertus ſis, an ad diem craſtinum attingas. Præſes adduci iuſsit ſecundam, ut Rufina ſoror eius in conſpectu ipſius flagellis cæderetur. Quæ cum uidiſſet ſororem ſuam flagellis cędi, clmare cœpit ad Iudicem, Quid eſt quod agis ſceleratiſsime, & Regni cœlorum inuiſor? Quid eſt quod ſororem meam glorificas, & me exinhonoras?

Dicit ei Præfectus, Vt uideo, inſanior ſorore tua es. Secũda reſpondit, Nec ſoror mea inſana eſt, nec ego inſanio, ſed ambę Chriſtianę ſumus, & iuſtum eſt ut ſimul cędamur, quia ſimul Chriſtum Dominũ confitemur. Et cum libere fidem ueritatis faterentur, tunc iuſsit eas Præfectus in tenebroſo loco includi, & fumum ſtercorum fieri. Cum hoc fuiſſet factum, fumus ille quaſi Thimiama exhalabat, & obſcuritas illa quaſi die medio uincebatur.

Iterum iuſſę ſunt inde tolli, & in ſuis balneis includi, atq; in ſolo ar-

dent,& non temperato iactari. Vbi cum fuiſſent poſt duas horas ingreſsi qui earum corpora tollerat, inueniunt intus ſolum frigidum. Quod audiens præfectus obſtupuit,& iuſsit eas duci,& in medio Tyberis mitti,& uno ſaxo ligato in collo ambarum,præcipitari. Cũ quo per dimidiam fere horam merſerunt; & quæ nudæ miſſæ fuerant,in ſuperiore parte fluminis,ſiccis ueſtibus apparuerũt, Chriſti gloriam decantantes. Quod cum fuiſſet Iudici nunciatum,dixit Preſectus Archeſilao comiti, Iſtę quas mihi tradidiſti,aut magica arte nos ſuperãt, aut uere in eis ſanctitas regnat. Vnde ſicut eas mihi tradidiſti, ita eas ego tibi reddo,ut tuo arbitrio uel ſententiam accipiant,uel euadant.

Tunc Archeſilaus iuſsit eas duci in Syluam in uia Cornelia, ab Vrbe Roma miliario decimo,in fundo,qui uocatur Buxo, & illic eas capite percuti,& ſic earum inhumata corpora derelinqui. Sed Domini gratia non defuit in Chriſto credentibus uel defunctis.

Nam Plautilla matrona, in cuius prædio hoc factum eſt, uidit eas in 1 uiſu ſedentes gemmatas in thalamo,& dicẽtes ſibi, Plautilla deſine a flagitijs idolorum,& ab incredulitate impia,ceſſa, & credens in Chriſtum,ueni in rem tuam, & corpora noſtra inueniens,ibi ſepeli. Exurgens autem Plautilla peruenit ad locum, & inueniens ſanctorũ Virginum corpora, 2 adorauit,& credidit,& fabricauit ſepulchrũ Virginum ad laudem Domini Ieſu Chriſti.

1 Ecce quomodo ſanctæ Virgines reuelant ſe Plautillæ ut ab ea ſepeliantur. Non ergo Chriſtianis negligenda ſepultura, ſed curanda.

2 Adorauit, pro ueneratа eſt ponit, quomodo Nathã propheta Dauid adorauit. Nam ſolum Deũ Latriæ adoratione colimus, ſanctos uero ut dei ſeruos & amicos ueneramur et diligimus.

VITA SANCTI PHILASTRII EPIſcopi Brixienſis per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub xy. Kalendas Auguſti.

Brixiæ depoſitio ſancti Philaſtrij ipſius ciuitatis Epiſcopi. Qui cum fuiſſet 1 presbyter ordinatus, ductus amore Dei, relictis omnibus,uniuerſum pene ambitũ circuluit orbis,quatenus ſequutus ueſtigia Pauli Apoſtoli, per ſingula loca animas fraude diaboli deceptas,de ſempiterno ſuis prædicationibus liberaret interitu. Vnde non ſolum contra gentiles,atq; iudęos,uerum etiã contra omnes pene hæreſes,& maxime contra Arrianam perfidiam,quæ tunc nimium prę ualebat,fidei uigore pugnauit;& ob hoc uerberibus caſtigatus, ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuo portabat in corpore.

1 Si ſanctus uir fuit presbyter ordinatus, ergo nõ uerum quod dicunt hoſtes Eccleſiæ, omnes fideles eſſe ex æquo ſacerdotes.

Nam & in Mediolanẽſi urbe idoneus cuſtos Dominici gregis fuit, & Auxentio Arrianæ perfidiæ Epiſcopo,priuſquam beatus Ambroſius eligeretur,diuina gratia fultus nimium repugnauit. Romę etiam non exiguo tempore demoratus,multos, & publica & priuata diſputatione eſt in fide lucratus.

Et quia ualde hæreticos impugnabat,uoluit de eorum ſingulis ſectis atque doctrinis nefandiſsimis librum componere:quatenus ſingularum hæreſum errore patefacto, nullus ab eis ſaltem ſimplex in Ec-

cleſia conſtitutus,comprehēdi poſsit. De quo beatus Auguſtinus ita dixit, Philaſter Brixienſis Epiſcopus in prolixiſsimo libro, quē de hæreſibus condidit,centū uiginti hęreſes arbitratus eſt computandas.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub xij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTÆ PRAXEDIS VIRGInis per Adonem Epiſcopū Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſanctæ Praxedis Virginis. Hæc cum ſorore ſua beata Potentiana a ſanctiſsimo Patre pudente,qui fuit edoctus in fide a beato Apoſtolo Paulo,in omni 1 caſtitate,& lege diuina erudita,poſt tranſitum parentis 2 uigilijs, & orationibus,atque ieiunijs aſſidue uacans,omne patrimonium ſuum ſimul cum prædicta beata ſorore,in ſuſtentatione pauperum,& Chriſti ſanctorum erogauit.

1 Fuit erudita ſancta uirgo a patre beati Petri diſcipulo,in omni caſtitate. Nō dicit in Matrimonio cōtrahendo. Vt ſcias Virginitatem de Apoſtolica exhortatione prouenire. Cuius contrarium docent modo nō nulli.

In titulo uero, quem pater eorum. Pudens nomine beati Paſtoris dedicauit,una cum conſilio beati Pij ſedis Apoſtolicæ Epiſcopi,fontem baptiſmi conſtruere ſoror & ipſa ſtudent, ut familia earum die ſancto 3 Paſchæ baptizaretur. Quos ad nonaginta ſex numero manumiſſos,beatus Pius aquis ſalutaribus abluit.

Inde poſt innumera pietatis opera, poſt multorum martyrū 4 ſepulturas, inter quos beatum Simetrium presbyterū cum alijs uiginti duobus apud titulum ſupradictum manibus ſuis ſepeliuit, qui per martyrij palmam ad Regna cœlorum tranſierant, Eadem beatiſsima uirgo migrauit ad Dominum,coronam 5 iuſtitiæ receptura.xij. Calendas Auguſti. Sepulta eſt in cœmiterio Priſcillę uia ſalaria, iuxta ſororem ſuam atque ſanctum patrem pudentem poſita.

2 Ecce bonorum fideliū exercitia.Aſsiduæ Vigiliæ orationes,ieiunia & eleemoſynæ. Qui uero alia docent uia,hos nō Chriſti diſcipulos iudices.

3 *Nota,die ſancto Paſchæ. Quoniam illa eſt antiquiſsima & celeberrima ſolemnitas.*

4 *Vide quantum ſancta uirgo ex ſepulturis Martyrum commendetur.*

5 *Si eſt receptura a domino coronā iuſtitiæ,ergo bonis fidelium operibus debetur tanquā merces uita æterna.*

Habetur ubi ſupra ſub xij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTI VICTORIS MARtyris per eundem Adonem collecta.

IN Gallia ciuitate Maſsilia natale ſancti Victoris, qui perſecutione Diocletiani,& Maximiani cū eſſet miles,& nec militare, nec idolis ſacrificare uellet, primum a tribuno ſuo Aſterio in carcerem truſus,ſed omni nocte ad conſolandos & uiſitandos infirmos ab Angelo eductus eſt. Dein iuſſu Euticij præfecti,retortis brachijs loris ſubtilibus ligatus,& pedibus fune conſtrictus,per mediā tractus eſt ciuitatē.

Poſt hęc fuſtibus crudeliſsime cęſus,ac ſuſpenſus, & taureis cruciatus,cum exhibuiſſent aram,in qua ſacrificaret, & eam nec reſpicere ſuſtinens,de manu ſacerdotis calce excuſsiſſet, pedem ei preſes iuſsit

incidi. Ad ultimum in confeſsione perſiſtens, miſſus eſt in mola piſto ria, in qua ſparſum granum uertigine animalis macerari ſolet. Atque ita contritus martyrium conſumauit.

Paſsi ſunt autem cum eo tres milites, Alexander, Felicianus, & Longinus. Qui cum eum nocturno ſilentio in carcere cuſtodirent, uiſitantibus illum Angelis ſanctis, tantæ claritatis fulgore obſtupefacti, atq; ad eius genua prouoluti, credētes in Chriſtum nocte eadem in mare baptizati ſunt, & ſequenti die ante cōſumationem beati martyris gladio iugulati.

VITA SANCTI APOLLINARIS EPIſcopi, & martyris per Adonem iamdictum collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub X. kalendas Auguſti.

APud Rauennam natale ſancti Apollinaris Epiſcopi. Hic Romæ ordinatus à beato Petro Apoſtolo, Rauennam directus eſt. Vbi cum perueniſſet, non longe ab Vrbe Rauenna manſit apud quendam militem Hireneum nomine, cui filius erat cęcus. Quem ad ſe perductum, facto 1 ſigno crucis, illuminauit, ac ſic parentes illius poſtmodum baptizauit.

1 Facto ſigno Crucis ſanctus uir cæcum illuminauit.

Matronam uero cuiuſdam tribuni militū, nomine Theclam, quæ plurimis annis grauiſsima tenebatur infirmitate, cum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, manum apprehēdens eius, de lecto ſanatam erexiſſet, tribunum cum uxore eadem, & filios, ac familiam ipſorum in Chriſtum credentes baptizauit. In cuius domo poſtmodum intra urbem Rauennam miſſus, baptiſmata agebat cum diſcipulis ſuis per xij. annos. Ordinauit 2 autem duos presbyteros, Adheretum, & Calocerum, Martianum uero nobiliſsimum uirum, & Lucadium philoſophum diaconos, & ſex clericos ſtatuit, cum quibus die noctuque pſalmos 3 canebat.

2 Vides quod ſemper Epiſcopi ordinauerūt presbyteros & reliquos inferiores gradus, nō autem Magiſtratus de conſenſu plebis?

3 Ecce quam antiqua eſt in eccleſia pſalmorum die nocteque decantatio.

Nunciatumq; eſt duci ſaturnino, qui producens eum ſtatuit ante Pontifices capitolij Rauennatis. A quibus nimia cæde mactatus, eiectusq; ad mare, ſemiuiuus relinquitur. Quem diſcipuli eius colligentes, adhibuerunt ei curam. Poſt menſes ſex Bonifacium nobiliſsimū uirum, qui obmutuerat, ſanaturus ad domum eius ueniens, puellam immundum ſpiritum habentem, deinde Bonifacium, ſoluto uinculo linguæ eius, ſanauit. Vbi quingenti homines Chriſto crediderunt.

Non poſt multos dies a paganis tentus, & diutiſsime fuſtibus cęſus eſt, ac nudis pedibus ſuper prunas impoſitus, & inde ab urbe pulſus. Sed non longe a muro habebant Chriſtiani tugurium, ubi 4 miſſa faciebat; in mari uero baptizabat. Ibique timentes Deum de facultatibus ſuis miniſtrabant ei.

4 Tu qui dicis Miſſam eſſe nouitium inuentum, uide quantum temporis eſt quod celebrabatur.

Poſt plurimos annos etiam ad Æmiliam perrexit, uerbū Domini

prædicare, faciẽs multas uirtutes in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tempore quo reuerſus eſt, Ruſi patricij filiam a morte corporis ſuſcitauit, quam Chriſto 5 uirginem firmauit, matrẽ cum familia promiſcui ſexus trecentis quatuor baptizatis. Peruentum eſt autem ad Cæſarem de beato uiro, & quod domus Ruſi Patricij obediret Chriſto. Et mittens Ruſo ſucceſſorem, ſcripſit Vicario Præfecto prætorij Meſſalino, ut aut dijs inclinaret Apolinarem, aut longe in exilium traderetur.

5 Nota, Quam Chriſto Virginem firmauit. Et quare non dixit Coniugatam? Niſi quia ad ſeruandam perpetuam Virginitatem puellas priſci patres hortabantur, & non ad contrahenda matrimonia, ut faciant moderni heretici.

Quem accerſitum Vicarius, poſt interrogationem exutum ueſte uirgis cędi fecit, & aqua bulliente plagas eius infundi, & eculeo ſuſpẽdi, & torqueri, ac ſaxo os eius contundi, & cum grauiſsimo ferri pondere oneratum includi in carcere horrifico, atq; in ligno extendi, ubi ab hominib⁹ quidẽ negligitur, ſed ab Angelo publice paſcitur. Quarto die iudex de carcere productum, catenatũ, in naui poſitum in exilium direxit. Tres autem uiri eũ de clero ſecuti ſunt, qui & miniſtrabãt ei. Mortuis uero omnibus tempeſtate maris & naufragio, ipſe cũ clericis, & duobus militibus euaſit, quos Chriſto illico conſecrauit lotos aqua ſalutari. Et tranſitum faciens poſt Corinthum per Miſiam, leproſum cute mundatum in Chriſto lauit.

Deinde ad ripam Danubij perueniens, multos fide ſibi ſociauit. Et quærentibus eum incredulis occidere, in partes Thraciæ deſcendit. Et cum ibi dies aliquot feciſſet, & in templo ſerapis præſentia ipſius obticuiſſet dæmon, tandem rogatus ſpiritus reſponſum dedit, Quia diſcipulus Petri Apoſtoli Ieſu Chriſti huc uenit, & ligauit me. Hic niſi fuerit ab his locis expulſus, uobis dare reſponſa non poſſum. Inquiſitus inuentus eſt beatus Apollinaris, & diſcuſſus diutiſsime fuſtibus cæditur, & uſque ad mare perductus a Rectore Prouinciæ, naui currẽte ad Italiam cum ſuis hominibus ſuperimponitur.

Itaque poſt tertium annum Rauennam ingreditur, deinde poſt dies aliquot ſubita ſeditione orta in ciuitate irruentibus paganis, ligatus ad forum perducitur. Ibi cæſus, ac uulneratus eſt. Exinde Pontifices capitolij egerũt, ut ad templum Apollinis duceretur. Quo cum perueniſſet, facta 6 oratione, ſimulachrum ſolutum, & templum deſtructum eſt.

6 Vide orationis ſancti uiri uirtutem.

Pagani hoc uidentes clamabant, ſenex impius interficiatur. Et tradiderunt eum iudici, cui nomẽ erat Taurus, qui habebat filium naturalem cęcum natum, quem in nomine Chriſti ſanctus Apollinaris illuminauit multis ſtupefactis, & conuerſis ad Dominum. Manſit aũt in prædio Tauri præſidis annis quatuor. Erat enim ab Vrbe miliario ſexto, ubi concurrebant Chriſtiani, & docebantur ab eo. Et quacunq; infirmitate quis detinebatur, ad eum perductus ſanabatur.

Igitur inuidioſa relatio Pontificum capitolij cucurrit ad Cæſarem

aduerſus beatum Apollinarem. Qui mox edixit, Vt ſi dijs quis teme rario ore iniuriam inferret, aut ſatisfaciat, aut orbe priuetur. Quę iuſſio mox percurrit ad Demoſthenē Patricium. Qui exquiſitione miſſa, ſanctum Apollinarem ſibi exhiberi iubet: quem auditum tradidit in cuſtodia cuidã Cẽturioni occulte Chriſtiano, cogitans quibus cruciatibus eum perderet. Qui media nocte laxauit eum, ut fugeret.

Cumque fuiſſet paganis cognitum, ſequentes eum, non longe a porta apprehenderunt, & tam diu cæſus eſt, quouſque æſtimaretur mortuus. Exinde collectus eſt a diſcipulis, & perductus eſt in uicum, ubi leproſi morabãtur. Et ſeptem dies ſuperuixit, admonens ſemper Eccleſiã, ne à fide Chriſti diſcederet. Ita martyr glorioſiſsimus Apollinaris in laude Chriſti defunctus, ſepultus eſt foris murũ, & clauſum in arca ſaxea ſub terra corpus eius miſſum eſt. Hic ab Antiochia ſequutus Apoſtolum Petrum, & ab Vrbe 7 Roma ab eodem Apoſtolo miſſus Rauennã, rexit Eccleſiam annis xxviij. menſe uno, diebus quatuor. Paſſus ultimum martyrium ſub Veſpaſiano Cæſare, & Demoſthene Patricio x. Calendas Auguſti.

7 *Ecce hic uides num Petrus fuerit Romæ tu qui hoc impudentiſsime inficiaris.*

VITA SANCTÆ CHRISTINÆ VIRGINIS & martyrs per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub ix. kalendas Auguſti.

APud Italiam in Tyro, quæ eſt circa lacum Vulſinum, natale ſanctæ Chriſtinæ Virginis. Quæ in Chriſtum credens, Deos aureos Vrbani Patris ſui præfecti contriuit, & pauperibus diſtribuit. Ob hoc iubente Patre, a lapis afflicta, uerberibus dilaniata, ferro onuſta, in carcerem coniecta eſt.

Poſt hoc cum diutiſsime & crudeliſsime dilaniaretur, de carnibus ſuis Patri in faciem proiecit. Cumq; alligata rotæ, igni ſubpoſito, & fuſo deſuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gẽtilium interfecit. Iterum carceri tradita, Angelo uiſitante, ſanata eſt, & refecta.

Deinde cum magno ſaxi pondere in lacum Vulſinum iactata, Angelico præſidio liberata eſt. Quam ſucceſſor patris eius Dion, multis iterum ſupplicijs afflixit. Sed 1 orante illa, ſimulachrum Apollinis, quod Dion adorare uidebatur, in fauillam ſubito redactum eſt. Quo miraculo tria milia hominum ad fidem Chriſti conuerſi ſunt.

1 *Vide quanta fuerit uirtus orationis ſanctæ Virginis.*

Nouiſsime ſucceſſor prædicti Iulianus, poſt fornacem candẽtem, ubi quinque diebus illæſa permanſit, poſt ſerpentes a uenefico immiſſos, ſed Chriſti fide ſuperratos, poſt abſciſsionem linguæ, ſagittis eam configi præcepit. Sicque martyrij curſum conſumauit.

Habetur in eius martyrologio ſub viij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTI CVCVFATIS MARTIris per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN Hiſpanijs ciuitate Barchinona natale ſancti Cucufatis martyris, qui ex ciuitate Scillitana oriundus fuit, & Barchinonæ ſub Galerio proconſule, & Maximiano, & Rufino paſſus. Primo grauiſsime tortus & cæſus, deinde catenis aſtrictus in craticula ſuperextenſus, aceto & ſinapi perfuſus, aſſari iuſſus eſt.

Cum uero ab igne, & flammarum globis illæſus apparuiſſet, ex præcepto impij iudicis extra ciuitatem ductus, in ignem copioſum iterum proiectus eſt. Quo diuino nutu extincto, iterũ ferro uinctus in cuſtodia retruſus eſt. Vbi diuino ſplendore conſolatur. Iterum cardis ferreis, & taureis crudeliſsime cæſus, in ultimo, dictata ſentẽtia, Cucufatem rebellem principum, & dijs ſacrificare nolentem gladio feriri iubemus. viij. miliario à Barchinona perductus, ferroq; animaduerſus, martyrium conſumauit.

Corpus ſancti Martyris a Chriſtianis cum reuerẽtia ſepultum, deinde cum honore tranſlatum eſt.

Cuius corpus a Chriſtianis cum reuerẽtia ſepelitur. Vnde poſt modum tranſlatum non longe a Pariſiorum ciuitate in eccleſia beatorum martyrum Dioniſij & Eleutherij, cum honore tumulatum eſt.

Poſita eſt ubi ſupra viij. Kalen. Auguſti.

VITA SANCTI IACINTI MARTYRIS per eundem Adonem collecta.

ROmæ in portu natale ſancti Iacinti ſub conſulari Leontio, Luxurio primo ciuitatis Terracinæ tradente. Qui miſſus in ignẽ nullo modo lædi potuit. Inde præcipitatus in ualidiſsimum torrentem, incolumis eiectus eſt ad littus. Nunciatur hoc cõſulari Leontio, & miſit ſpiculatorem cum militibus, ut cum comprehẽſum gladio ferirẽt.

Religioſa matrona collegit corpus Martyris, & cum honore ſepeliuit.

Tunc quædam matrona religioſa, nomine Iulia, ueniens nocte cũ ſeruis ſuis, collegit corpus eius, & cum honore ſepeliuit in prædio ſuo iuxta urbem Romam.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iiij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Simplicij, Fauſtini, & Beatricis per iamdictum Adonem collecta.

NAtale ſanctorum martyrum Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, temporibus Diocletiani, & Maximiani. Qui poſt multa ac diuerſa ſupplicia, iuſsi ſunt capitalem ſubire ſententiam. Et ligato ſaxo in collo eorum, iactari per pontem, qui uocatur Lapideus, in Tyberinis reumatibus.

Quorum

Quorum corpora Dei nutu inuenta ſunt à beata ſorore eorum Beatrice, & à beatis presbyteris Criſpo & Ioanne, & ſepulta ſunt in loco, qui appellatur Sextum Philippi, uia Portuenſi, quarto Calendas Auguſti.

Beatrix autem ſoror martyrum cũ oraret apud uenerabilem Lucinam, factum eſt, ut quidam uicinus poſſeſſor ambiret poſſeſsiunculam eius. Pro hoc itaque fecit teneri ſanctam Beatricem, & duci ad ſacrificandum. Tunc beata Beatrix exclamauit, Chriſtiana ſum, non ſacrifico dæmonijs. Ducta eſt itaq;, & carcerali cuſtodiæ mancipata.

Cumq; in Dei nomine liberè ageret, fecit eam ambitioſus Lucretius præfocari noctu. Quam uenerabilis Lucina iuxta ſanctos martyres germanos eius ſepeliuit, quarto Calendas Auguſti.

Poſt hoc ingreſſus prædium ſanctorum Lucretius dum ibi epularetur, quædam mulier infantulum lactabat. Qui infantulus corã omnibus in conuiuio uocem emiſit, Audi Lucreti, Occidiſti, & inuaſiſti, ecce datus es in poſſeſsionem inimici. Ad hanc uocem inuaſus eſt à maligno ſpiritu ibi in conuiuio, & per tres horas uexatus emiſit ſpiritum.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Abdon & Senen ſubregulorum per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iij. Kalendas Auguſti.

ROmæ natale Abdon & Senen ſubregulorum ſub Decio Imperatore. Quos Decius in Corduba ciuitate Perſarũ ſibi præſentari iuſsit. Quibus & dixit: ſic ſtulti facti eſtis, ut non recordemini, quia non colentes Deos traditi eſtis in manus Romanorum, & noſtras? Cui beatus Abdon, Magis nos uictores facti ſumus, Deo fauente, & Domino Ieſu Chriſto, qui regnat in ęternum. Iubente igitur Decio, uincti catenis recluſi ſunt in arcta cuſtodia. Tũc dixit Abdon ad Senen, Ecce gloria quam ſemper ſperauimus.

Poſt menſes quatuor ueniens Decius Romam, & adducens ſecum beatos Abdon & Senen catenis uinctos, iuſsit omnem ſenatum conuocari, & fecit conuentum in Tellude cũ Valeriano præfecto v. Calendas Auguſti, & iuſsit ſibi præſentari Abdon & Senen maceratos diuerſis pœnis. Et dixit ad Senatum, Dij, Deæq; tradiderunt hoſtes ferociſsimos in manus noſtras, Ecce inimici Reipublicæ & Romani Imperij. Et introducti ſunt ornati auro, & lapide pretioſo, uincti catenis. Omniſq; ſenatus mirari cœpit in aſpectibus eorum.

Et cum conſtanter Chriſtum in conſpectu eorum faterentur, Decius iratus iuſsit Valeriano præfecto, ut ſi non adorarent Deũ ſolem, ferarum morſibus interirent. Qui denudauit eos, & duxit ante ſimu-

lachrum ſolis, iuxta amphitheatrum ut ſacrificarent. Verum illi contemnentes expuerunt in ſimulachrum ſolis. Tunc Valerianus iuſsit, ut cum plumbatis cęderentur. Deinde introducti in amphitheatrum, & dimiſsi ſunt eis Leones duo, & Vrſi quatuor, qui rugientes uenerunt ad pedes ſanctorum, & nullatenus recedentes cuſtodiebant eos.

Valerianus uerò plenus furore, iuſsit gladiatores introire, & beatos ſubregulos interficere, & ligare pedes eorũ, & ante ſimulachrum ſolis iactare. Vbi iacuerunt corpora ſanctorum tribus diebus.

1 *Quirinus ſubdiaconus noctu collegit corpora ſanctorũ, & recõdidit in arca plumbea.*

Poſt triduum uenit quidam Quirinus Chriſtianus ſubdiaconus, qui manebat iuxta amphitheatrum, & 1 collegit noctu corpora, & recondidit in arca plumbea in domo ſua iij. Kalendas Auguſti, ubi latuerunt uſque ad tempora Conſtantini. Tunc ſe reſerantes beati martyres, leuati ſunt, & tranſlati in cœmiterio Pontiani.

Poſita eſt ubi ſupra ſub iij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTARVM MAXIMÆ, DOnatillæ, & Secundæ, Virginum & martyrum, per iam dictum Adonem collecta.

APud Aphricam in ciuitate Tuburba lucernariæ natale ſanctarum Virginum Maximæ, Donatillæ, & Secundæ, Quæ perſecutione Gallieni ſub Anolino Iudice paſſæ ſunt. Qui interrogatione facta diſtulit audientiam, & beatas uirgines, & ſorores Maximam, & Donatillam ad ciuitatem Tuburbitanã perduci iuſsit, deinde aceto & felle potari. Videns autem beatiſsimarũ fiduciam, exarſit in iram, & iuſsit ut urgerentur ambulare.

Erat quædam puella in ſuperioribus domus ſuæ conſtituta, annorum duodecim, nomine Secunda. Cui dum multæ nuptiarum conditiones offeruntur, omnes contempſit, & unum Deum dilexit. Hæc accenſa ſpiritu Dei, cum uideret cõmartyres ſuas Maximam & Donatillam tranſeuntes (fuit enim in ſuperioribus domus eius Memanum ubi ſtabat) & ſanctarum uirginum pulchritudinem fidei oculis conſideraret, cognouit & decreuit ad ſimilem gratiam peruenire. Et ne aliquis prohiberet honeſtè deſcendere, ut impedimenta uitaret, nec opes, nec nationem ſuam contemplata eſt, nec patrem carnalem curauit, ſed relictis omnibus unum authorem caſtitatis Deum quæſiuit, quem in æternum poſſedit, & tenuit. Cum ergo egrederentur beatæ martyres & procederent, Secunda feſtina clamabat poſt eas. Nolite me dimittere, ueniam uobiſcum. Et ſimul cum illis ciuitatem Tuburbitanam ingreſſa eſt.

Alia die hora tertia Anolinus proconſul pro tribunali conſedit, & Maximam & Donatillam ſibi præſentari pręcepit, & ad tormẽta elidi. Et cum cęderentur, iuſsit calcem ſuper plagas earum ſpargi, &

fricari. Deinde in eculeo extendi, & torqueri, & ſtatuam ad libandum offerri, deinde in craticula ad carbones igneos ſterni, & prunas ardentes ſuper capita earum adijci, poſtmodum in theatro ad delubrum deponi, & ab omnibus conculcari.

Tunc ex officio dictum eſt, eſſe cum eis puellam aliam, nomine Secundam. Quam ſuo Iudicio Anolinus proconſul applicari iuſsit. Cumq; adeſſet, ait, Chriſtiana es, an pagana? Secunda dixit, Chriſtiana ſum. Statim Anolinus ipſam cũ Maxima & Donatilla ad beſtias damnauit, & eas ferro uinctas ad ſpectaculum populi adduci præcepit. Quę cum inducerentur, in media arena oſculatæ ſunt ſe inuicem, ut martyrium complerent. Vrſus autem ferociſsimus ac ſæuiſsimus illicò eis laxatus, in manſuetudinem uerſus, earum ueſtigia linxit potius, quàm momordit.

Iratus Anolinus, quia ſe furente beſtias mites uidit, locutus cum concilio ſententiam ex tabella recitauit, Maximã, Donatillam, & Secundam, in ſuperſtitione ſua perdurantes, quæ diuerſas pœnas pertulerunt, & beſtijs obiectæ ſunt, & dijs noſtris ſacrificare noluerunt, gladio animaduerti iuſsi. Maxima, Donatilla, & Secunda dixerunt, Deo gratias. Et conſumatæ ſunt iij. Kalendas Auguſti.

VITA SANCTI FABII MARTYRIS PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Kalendas Auguſti.

CÆſareæ paſsio ſancti Fabij martyris. Qui cum ferre uexilla præſidi alia recuſaret, primum diebus aliquot in carcerem truſus eſt, Deinde perductus ſiſtitur ante tribunal. Interrogatus ſemel & iterum, in Chriſti confeſsione perdurat. Et mox à furibundo iudice capitali ſententia condemnatur.

Poſt hoc inhumatum corpus cuſtodiri iubetur. Quod poſt triduũ reticulo inſutum, in maris profunda ſeorſum caput, ſeorſum cadauer immergitur. Sed Domini uirtute reſciſſo reticulo, membra capiti reuocantur, & ſcapulis ceruix cum inditijs paſsionis adiungitur. Atque ita ſuæ integritati redditum corpus, unda blandiori ad Catenitanum littus euectum, ı condigno cultu à fidelibus tumulatum eſt.

ı Corpus ſancti condigno cultu à fidelibus tumulatum eſt.

VITA SANCTI FELICIS MARTYRIS per iam dictum Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub Calẽdis Auguſti.

IN Hiſpanijs ciuitate Gerunda natale ſancti Felicis martyris. Qui de Scillitana ciuitate oriundus, cum perſecutiones in Hiſpanijs aduerſus Chriſtianos agi cœpiſſent, aſcenſa mercatorum naui, amore martyrij ocius accurrit. Et cum aliquandiu apud Barchinonam,

Empurias, & Gerundam, uerbum Dei prædicans plurimos in fide confortaſſet, & fama eius longe lateq; crebreſceret, iubente Datiano, repente à Rufino officiali tentus eſt.

Cumq; nomen Chriſti confidentiſsimè fateretur, primo fuſtibus cæſus, & in ima carceris truſus, deinde manibus pedibusq; ligatis, negato cibo, & potu, in loco ſqualido proiectus, poſt hoc etiam catenis grauioribus uinctus, per totas plateas ab indomitis mulis tractus, & penè in fruſta diſcerptus eſt. Deinde miſſus in carcerem, nocteq; ab Angelo uiſitatus, facto die ad certamina reuocatus eſt.

Tunc ungulis excoriatus, capite inuerſo, ab hora tertia uſq; ad ueſperam ſuſpenſus, nullum penitus ſenſit dolorē. Deinde in carcerem Rufinus eum trudi præcepit, ubi per totam noctem ſplendor copioſus effulſit. Sed & uoces Angelorum pſallentium auditæ ſunt. Quod cum nunciatum fuiſſet Rufino à cuſtodibus, iuſsit eum manibus poſt tergum ligatis, in maris profundum mergi. Ibi continuò uincula eius dirupta ſunt, & Angelis ſibi manum tenentibus, ſuper undas deambulans ad littus peruenit.

Tunc Rufinus iuſsit iterum cutem eius ungulis detrahi, ac deinde uſque ad oſſa laniari, & tam diu uulnera uulneribus inſtaurari, uſque dum inuictum Chriſto ſpiritū reddidit. Corpus eius Gerundæ in monumento, quod ipſe ſibi præparauerat, conditum eſt, Nonis Auguſti.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iiij Nonas Auguſti.

VITA SANCTI STEPHANI PAPÆ & martyris per eundem Adonem collecta.

ROmæ in cœmiterio Calixti Natale ſancti Stephani Papæ & martyris, ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus. Qui cū perſecutione ſæua graſſarentur, beatus Stephanus cōgregato uniuerſo clero ſuo, hortabatur eos ut pro Chriſto coronam martyrij alacriter ſuſciperent. 1 Ordinauerat autem tres presbyteros, & vij. diaconos, & clericos xvi. Cū quibus de Regno Dei aſsiduè docebat.

1 Vides hic in ordine Eccleſiaſtico diuerſos eſſe gradus, ad quos ſemper Papa uel Epiſcopi ordinate fideles promouent?

Diuina autem gratia procurante, occurrebant multi ex gētilibus, & honeſti uiri, ut baptizarentur ab eo. Inter quos Nemeſius Tribunus cum omni domo ſua, filiaq; ipſius nomine Lucilla, quæ cæca per beatum Stephanum illuminata fuerat, & Olympius alter Tribunus cum uxore ſua Exuperia, & filio Theodolo, & quotquot crediderant in domo Olympij, qui poſtea glorioſa confeſsione martyrium meruerunt. Celebrabat autē 2 miſſas atq; concilia per criptas martyrū.

Ecce Miſſæ celebratio antiquiſsima.

Factum eſt autem ut Valerianus & Gallienus perſequutores nominis Chriſti, ſummo requirerent ſtudio beatum Stephanū, ut eum, & clericos eius diuerſis afficerent pœnis. Miſerunt itaque multitudinem militum, & tenuerunt eum cum multitudine clericorū, presby-

terorum,

terorum,& Diaconorum. Qui ueniens ad tribunal Valeriani,ſolus introiuit. Cui Valerianus,Tu es Stephanus,qui Rempublicam conaris euertere,& perſuaſionibus, atque hortationibus malis populum à deorum recedere ſuades cultura? Beatus Stephanus dixit, Ego quidē non euerto Rempublicam,ſed hortor,ut derelictis dæmonijs,quę adorantur in Idolis,ad deum uiuum & uerum redeant, creatorem cęli & terræ,& cognoſcant Chriſtum Ieſum filium Dei eſſe, qui cum patre & ſpiritu ſancto ſolus eſt ſempiternus, ut nō pereant cum diabolo in interitum ſempiternum. Tunc Valerianus iuſsit eum duci ad templū Martis,& ibidem dictata ſententia,capite truncari, ſi nō acquieſceret adorare nephandi Martis ſimulachrum.

Perductus beatus Stephanus à militibus foras muros Appię portę ad templum, 3 leuatis oculis ad cœlum dixit, Domine Deus pater Domini mei Ieſu Chriſti, qui turrim confuſionis Babyloniæ deſtruxiſti,deſtrue nunc & hunc locum,ubi diabolica ſuperſtitione per idolorum culturam animæ pereunt populorum. Et ſtatim facto fragore tonitrui cum terroribus coruſcationum,corruit maxima pars templi & milites pauefacti fugerunt. Beatus uerò Stephanus perrexit cum omnibus Chriſtianis ad cœmiterium ſanctæ Lucinæ, & multis eos conſolatus ſermonibus, obtulit pro eis ſacrificium Deo omnipotenti.

3 *Vide orationem cum oculorū ad cœlum leuatione,& eius effectum.*

4 *Ecce quomodo hic Miſſam ſacrificium appellat.*

Quę geſta audiens Valerianus,miſit plurimos militum,qui beatū Stephanū punirent. Qui uenientes inuenerunt 4 ſacrificium Deo offerentē, intrepidumq; & conſtantem ante altare ſolemnia incępta perficientem. Et in eodem loco eum in ſua decollauerunt ſede iiij. Nonas Auguſti. Cuius corpus chriſtiani populi 5 ſepelierunt in eadem cripta cum ipſa ſede,ubi aſtans ſanguis eius effuſus eſt in loco, qui appellatur hodie cęmiterium Calixti. Sedit autem in Epiſcopatu annos vij. menſes v. dies duos.

5 *Chriſtiani ſepelierūt ſancti uiri corpus cū ſua ſede in cœmiterio Calixti.*

Hic conſtituit ut ſacerdotes & Leuitę ueſtes 6 ſacras in quotidiano uſu non haberent,niſi tantum in Eccleſia.

6 *Vides quod etiam antiquitus ſacerdotes et Leuitæ habuerunt ſacratas ueſtes, quibus in miniſterio Eccleſiaſtico utebantur.*

VITA SANCTÆ THEODOTÆ MARtyris cum tribus filijs, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iiij. Nonas Auguſti.

NAtale ſanctæ Theodotæ cum tribus filijs ſuis in prouincia Bithinia urbe Nicea,tempore Diocletiani,ſub conſulari Nicetio & comite Leocadio. Qui hanc per multos dies blandimentis & terroribus cogere uoluit,ut eius coniugio necteretur. Sed cum ſancta fœmina nullo modo conſentiret, ferro uinctam cum filijs cōſulari Bithiniæ Nicetio deſtinauit. At ille filium eius primogenitum Euodium,Chriſtū fiducialiter confitentem,in conſpectu matris fecit fuſti

bus cędi. Cui mater pia clamabat, Noli timere fili iſta uerbera, per ipſa enim ad æterna Chriſti gaudia pertinges.

Tunc conſularis Nicetius iuſsit cuidam Hirtaco, ut apprehendens beatam Theodoten, prius ei illuderet, & poſtmodum inter publicas meretrices conſtitueret. Quam ille uolens tenere, de naribus eius cępit ſanguis uehementer effluere. Qui clamans dixit Nicetio, ſtat circa eam iuuenis pulcher auratis ueſtibus indutus, ex cuius manu pugnū accepi in naribus.

Conſularis igitur Nicetius iuſsit ignem copioſum accendi, & beatam Theodoten cum tribus filijs ſuis immitti. Quæ gratias referens Deo dicebat, Benedictum nomen pietatis tuæ Domine, qui me nec in iſto ſeculo à filijs meis ſeparaſti, nec in tui nominis cõfeſsione diſiungi paſſus es, nec in martyrio diuidi permiſiſti.

Cõſumata eſt igitur cum tribus filijs ſuis ſancta Theodotæ. Quarto Nonas Auguſti.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Nonas Auguſti.

VITA SANCTI TERTVLINI MARTYRIS per Adonem Archiepiſcopum Treuerenſem collecta.

1 Sāctus Pontifex Stephanus conſecrauit Tertulinum presbyterum, nō autem magiſtratus de conſenſu plebis, ut uolunt nonnulli.

ROmæ in cripta harenaria natale Tertulini martyris, quē beatus Pontifex Stephanus baptizatum in albis 1 presbyterum conſecrauit. Cui inter cętera monita hoc pręcipue cõmendauit. Frater, inquit, cura ſit tibi diuerſorum requirere ſanctorū corpora martyrum. Qui poſt biduū ordinationis ſuæ tentus à Mario Præfecto, ductus eſt ad Valerianum Imperatorem. Quem ille extenſum mactari fuſtibus fecit. Cumq; impiè cęderetur, clamabat, Gratias ago tibi domine Ieſu Chriſte, qui me non ſeparaſti à Domino meo Olimpio ſeruo tuo, qui me pręceſsit martyrio conſūmato. Cūq; inter cędes hæc diceret, iuſsit lateribus eius Valerianus ignem ſupponi.

2 Vide morem Eccleſiæ ſepeliendi fideles, nēpe cū clericis, hymnis & pſalmodia.

3 Ecce quomodo in die paſsionis Sanctorum, etiam olim fieri ſolebat concurſus populorum ad eorum tumulos.

Cumq; lætus & conſtans perſeueraret, diceretq;, Fac miſer, quod facis celerius, ut me de hoc incendio, licet peccatorem, tamen pro eius nomine Chriſto offeras ſacrificium, iuſsit Valerianus eleuari eum, & tradi Pręfecto ſapricio. Qui primo iuſsit os eius lapidibus cõquaſſari, deinde extendi eum in eculeo, & neruis diutius torqueri, deinde ignibus concremari. Cumq; perſeueranter ſpiritusſancti gratia roboratus Chriſtum Dominū fateretur, mandauit hoc factum Valeriano Tyranno. Cui Valerianus remādauit, ut data ſententia eius caput abſcinderetur. Tunc ſapricius depoſitum de eculeo, iuſsit duci uia Latina in ſecūdo miliario, & ibidem decollari. Cuius corpus ſanctus Stephanus colligens cum 2 clericis, hymnis Deo redditis, ſepeliuit in eodem loco in cripta harenaria ſecundo Calendas Auguſti. Vbi 3 concurſus ſolennis fit ſecundo Nonas Auguſti.

VITA SANCTI SIXTI PAPÆ ET MARtyris, ac ſanctorum Feliciſsimi & Agapiti martyrum per eundem Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub viij. Idus Auguſti.

ROmæ uia Appia in cœmiterio Calixti natale ſancti Sixti Papæ & martyris. Et in cœmiterio prætextati ſanctorum Feliciſsimi, & Agapiti diaconorum eiuſdem, ſub Decio Imperatore, Valeriano Præfecto. Qui tenuit beatiſsimum Senem Sixtum Epiſcopum Romanum cum omni clero ſuo, & recluſit eos in cuſtodia publica, & fuerunt ibi clauſi multis diebus.

Factum eſt autem, ut Decius Cæſar, & Valerianus pręfectus iuberent ſibi beatum Sixtum Epiſcopum cum clero ſuo pręſentari noctu intra ciuitatem in tellude. Cui Decius Cęſar dixit, ſcis cur tentus, & conuentione publica nobis præſentatus es? Reſpondit Sixtus, ſcio, & bene ſcio. Decius dixit, Ergo ſi ſcis, fac ut uniuerſi ſciant, & tu uiuas, & clerus tuus augeatur. Beatus Sixtus reſpondit, Verè feci & facio, ut clerus meus augeatur. Cui Decius, Ergo ſacrifica Dijs immortalibus, & eſto princeps ſacerdotum. Ad hoc ſanctus Epiſcopus. Ego ſemper ſacrificaui, & ſacrificabo Deo Patri Omnipotenti, & Domino Ieſu Chriſto filio eius, & ſpirituiſancto, hoſtiam puram, & immaculatam. Tunc ex pręcepto Decij duxerunt eum milites ad templum Martis, ut ſacrificijs coinquinaretur. Sed contemnentem ſacrificare recluſerunt eum in cuſtodia priuata cum duobus diaconibus Feliciſsimo, & Agapito.

Cumq; duceretur, his uerbis beatus eum Laurentius Archidiaconus cepit compellare, Quò progrederis ſine filio Pater? Quò ſacerdos ſanctę ſine diacono properas? Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Quid in me ergo diſplicuit tibi pater? Num degenerem probaſti? Experire certè utrum idoneum miniſtrum elegeris, cui cõmiſiſti Dominici ɪ ſanguinis diſpenſationem, cui conſummandorum conſortium ſacramentorum credidiſti, huic ſanguinis tui conſortium negas? Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio diſcipuli, detrimẽtum magiſtri eſt. Quid quòd illuſtrius præſtantes uiri diſcipulorum certaminibus, quàm ſuis uincunte? Deniq; Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmiſit. Et tu pater oſtende in filio uirtutem tuam, offer quem erudiſti, ut ſecurus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam.

ɪ Ex his uerbis clariſsime patet quod in calice rite conſecrato uerus Chriſti ſanguis continetur.

Tunc beatus Sixtus ait, Non ego te derelinquo fili, nec deſero, ſed maiora tibi debentur certamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus, te quaſi iuuenem glorioſior de tyranno triumphus expectat. Mox uenies, Flere deſiſte, Poſt triduum me ſequeris. Inter ſacerdotem, & Leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuũ ſub

magiſtro uincere,quaſi adiutorem quęreres,qui conſortium paſsionis meæ expetis. Totam tibi hæreditatem dimitto. Quid præſentiam meam requiris? Helias Heliſeum reliquit,& uirtutem non abſtulit. Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium, Accipe facultates Eccleſię,uel theſauros,& diuide pauperibus quibus tibi uidebitur. Accepta poteſtate beatus Laurētius,cepit peregrinos ſtudioſe quærere,& ubicunque ſancti clerici,uel pauperes eſſent abſconſi, & portans theſauros,prout cuiq; opus erat,miniſtrabat.

Igitur poſt hoc beatus Sixtus reducitur in telludem, ut audiretur, & cum eo diaconi Felicifsimus & Agapitus. Et ſedente Decio,ac Valeriano,præſentatus eſt beatus Sixtus. Ad quē Decius iracundia plenus,Nos,inquit,conſulimus ſenectuti tuę,audi præcepta noſtra,& ſacrifica. Reſpondit beatus Sixtus,Miſer tu tibi conſule,& noli blaſphemare, ſed age pœnitentiam de ſanguine ſanctorum, quem effudiſti. Tunc monente Valeriano,iuſsit Decius, ut ducerentur ad templum Martis,& ſi nollent ſacrificare,in eodē loco capite truncarentur. Educti ergo foras murum portæ Appiæ,dixit beatus Sixtus ad templum Martis, Deſtruat te Chriſtus filius Dei uiui. Cumq; reſpondiſſent omnes Chriſtiani, Amen, ſubito cecidit aliqua pars templi, & comminuta eſt.

Tunc beatus Laurentius cepit clamare,Non me derelinquas pater ſancte,quia theſauros tuos iam expendi,quos tradidiſti mihi. Milites autem audientes de theſauris,tenuerunt beatum Laurentium Archidiaconum. Sanctos uerò Sixtum, Felicifsimum, & Agapitum duxerunt in cliuum Martis ante templum, & ibi decollati ſunt viij. Idus Auguſti, Noctu autem uenerunt a clerici,& maxima pars Chriſtianorum,& collegerunt corpora ſanctorū,& ſepelierunt beatum Sixtū in cripta in cęmiterio Calixti in eadem uia. Sanctos uerò Felicifsimū, & Agapitum martyres ſepelierunt in cœmiterio Prætextati. Decollati autem ſunt cum eis & alij quatuor, ut in geſtis Pontificalibus legitur, Ianuarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus ſubdiaconi. Paſſus eſt & cum eis beatus Quartus,ut ſcribit beatus Cyprianus.

a Clerici cum maxima parte Chriſtianorum collegerunt ſanctorū corpora,& ſepelierūt ea in cœmiterijs Calixti & prætextati.

Hic beatus Sixtus apud Athenas natus,& doctus,prius quidē philoſophus,poſtea Chriſti diſcipulus fuit. Sedit in Epiſcopatu āno uno, menſibus decem, diebus uigintitribus.

Habetur ubi ſupra ſub viij. Idus Auguſti.

VITA SANCTI DONATI EPISCOPI, & martyris per Adonem iamdictum collecta.

APud Tuſciam ciuitate Aretio, natale ſancti Donati Epiſcopi & martyris. Qui nutritus à ſancto Pigmenio presbytero, in titulo beati Paſtoris eruditus eſt,non ſolum in diuinis, uerum etiam

etiam in humanis literis ſufficientiſsimè. Cũ quo & Iulianus creuit. Et 1 ſubdiaconus ordinatus, reiecto poſtmodũ gradu inutilis factus ad Imperium aſpirauit. Quo tempore beatum Pigmenium Romę in cuſtodia mancipauit, & ſanctos Patrem & matrẽ Donati gladio occidit. Donatus uerò lector fuga petijt ciuitatem Aretium, & habitauit cum Hilarino glorioſiſsimo monacho, 2 ſeruiens deo continuis orationibus, & ieiunijs.

1 Habes hic ordinẽ ſubdiaconatus, & mox paulopoſt etiam lectoratus.

2 Ecce quõ Deo ſancti ſeruiunt, uidelicet cõtinuis ieiunijs et orationibus.

Factumq; eſt ut mulier nomine Syranna gentilis, capta oculis, corde uero cæca, cũ unico filio ſuo Herculiano nomine, cellam beati Hilarini, cum quo beatus uir habitabat, requireret. Quam in fide Chriſti inſtructam, ad beatum Satyrum Epiſcopum Hilarinus, & Donatus perduxerunt. Qui ut fidem ipſius accepit, gratias Deo agens, indixit ei 3 ieiunium, & ut humiliaretur in cilicio, & cinere, & ſic deinde 4 cathechizauit eam, & baptizauit, tam ipſam quàm filium eius. Et mox aperti ſunt oculi Syrannæ, cepitq; clamare, Verè Deus Chriſtus eſt, qui illuminauit oculos meos. Quod factum audiens Ampronianus, non multo poſt attulit filium ſuum dęmoniacum ad beatum Donatum. Quo orante ſimul cum Satyro Epiſcopo, & Hilarino, expulſus dæmon puerum ſanum reliquit.

3 Vides qđ baptizandi ẽt olim ieiunio & pnia præparabãturẽ

4 Cũ cathechiſmus ex cõſuetudine eccleſiæ ſemp baptiſmum præcedat, nequaquam is omitti debet, Quicquid dicant noui dogmatiſtæ.

Sed & non longo tempore poſt uir quidam Euſtaſius rector Tuſciæ, & exactor fiſci, dum occupatus alibi teneretur, ſuperuenientibus hoſtibus, uxor ipſius Eufroſina pecuniam fiſci abſcondit, & paucis diebus ſuccedentibus, abſente adhuc uiro defuncta eſt. Rediens autẽ poſtmodum uir eius, inuenit uxorem ſuam mortuã, & pecuniam fiſci ſibi celari. Qua de re non parum triſtis, ſimul pro requiſita pecunia, cum etiam principes curiæ ſupplicia ipſi meditarentur, fugiens idem Euſtaſius, uenit ad beatum Satyrum & Donatum, & indicauit eis anxietatem animi ſui. Stans itaque Donatus ſuper ſepulchrum uxoris ipſius, magna uoce clamauit, Eufroſina per Chriſtum crucifixũ te coniuro, ut dicas nobis, quid factum ſit de pecunia fiſci, quia uir tuus pro ea ab exactoribus ualde affligitur. Quæ mox de ſepulchro reſpondit, In ingreſſu domus ſuffoſſa latet pecunia, quam quæritis. Recepta eſt igitur pecunia, liberato Euſtaſio ab impoſitione calumniæ.

Verùm recepto beato Satyro cum patribus ſuis, eius loco ſacerdotium beatus Donatus ſuſcepit. Cumq; die quadam 5 miſſam celebraſſet populo, & de corpore Chriſti ac ſanguine ipſius populus uenerabiliter recrearetur, diaconus quidam nomine Antimus, tradebat ſacrum 6 ſanguinem Chriſti, qui ſubito paganorum impulſu cecidit, & ſacrum calicem cõminuit. Vnde ualde triſtis tam ipſe, ꝙ populus Chriſti efficitur. Cuius triſtitiam Dominus per beatũ Donatũ ilicò releuauit. Nam collecta ſunt fragmenta Dominici calicis, & beato uiro allata. Quæ flens ille ſuſcipiens, 7 oratione facta, uas in priſtinam

5 Ecce quã uetuſta eſt Miſſæ celebratio.

6 Ex eo quod diaconus tradebat populo ſanguinem Chriſti, non dicãt Aquilonares noſtri cõmunionem ſub utraq; ſpecie eſſe neceſſariam. Nam tunc temporis ea alicubi erat in uſu. Sed nunc poſt Cõſtantienſis ſynodi decretum nemo ſine magno peccato illa uti poteſt.

7 Ecce quantum ualuerit iuſti deprecatio.

formam reſtaurauit. Quo ſigno perculſi pagani, ſimul cũ Chriſtianis deitatem Chriſti confeſsi ſunt, ac circiter ſeptuagintanouem animæ in Chriſtum credentes per baptiſmum ſaluatæ ſunt. Multis ergo ſignis Dominus glorificans ſanctum ſuum, ad coronam martyrij prouexit.

Denique tentus tempore Iuliani Imperatoris à Quadratiano Auguſtali, ſimul & cum eo Hilarinus uir Dei, iubetur idolis ſacrificare. Cui fideliter reluctanti, iuſsit Quadratianus os lapidibus contundi; Hilarinum uerò monachum in conſpectu eius tam diu fuſtibus cędi, donec ſpiritum emitteret; Deinde beatum Donatum in cuſtodia recludi. Vbi cum innumera miracula Dominus per ſeruum ſuum operaretur, miſit Quadratianus qui gladio eũ percuteret vij. Idus Auguſti. Cuius corpus Chriſtiani iuxta ciuitatem cum 8 ueneratione ſepelierunt. Martyris uerò Hilarini oſſa in Hoſtia ciuitate tumulata ſeruantur.

8 *Corpus ſancti cũ ueneratione ſepultum eſt.*

Habetur ĩ eius martyrologio ſub vj. Idus Auguſti.

VITA SANCTI CIRIACI MARTYRIS per eundem Adonem collecta.

ROmæ uia Hoſtienſi miliario vij. natale ſancti Ciriaci martyris. Poſtquã Maximinus Auguſtus iuſsit, ut omnes qui erant in cuſtodia unà cum Ciriaco diacono capite truncarentur, promiſcui ſexus numero xxi. decollati ſunt, uia ſalaria, intra Thermas ſaluſtij, foras muros. Sanctorum autem corpora collegit noctu Ioannes presbyter, & ſepeliuit in eadem uia xviij. Kalendas Aprilis.

Poſt dies uero ſeptem ueniens beatus Marcellus Epiſcopus, cum Lucina matrona Chriſtianiſsima, 1 condiuit corpora ſanctorũ cum aromatibus, & linteaminibus, deinde ſuſtulit ea, & tranſtulit in prædium ſuum uia Hoſtienſi, miliario ab urbe Roma ſeptimo, & manu ſua recondidit in ſarcophagis lapideis, cum quibus & beatum Ciriacum m viij. die menſis Auguſti.

1 *Sãctus Marcellus epiſcopus cum beata Lucina condiuit ſanctorum corpora cum aromatibus et linteaminibus, & recondidit in ſarcophagis lapideis.*

Carpaſius uerò uicarius petijt domum beati Ciriaci, quam donauerat ei Diocletianus Auguſtus. Et ingreſſus in eam inuenit locum, ubi ſanctus Ciriacus fontem ædificauerat, quem 2 cõſecrauerat ſanctus Marcellus Epiſcopus, ubi uenientes ad fidem baptizabat ſanctus Ciriacus. In quo loco Carpaſius balneum ſibi ſtatuit. Et dum lauiſſent, & epulas exhibuiſſent, Carpaſius & xviij. pariter cum ipſo, & deriderent fidem Chriſtianam, ſubitò ceciderunt, & mortui ſunt.

2 *Nota quod Marcellus epiſcopus conſecrauerat fontem, in quo uenientes ad fidem baptiZabantur.*

Beatorum autem martyrum paſsiones, id eſt Ciriaci, Largi, & ſmaragdi, ſuis locis in præſenti Calendario notatæ ſunt, ſub Maximino Auguſto, & Carpaſio Vicario.

VITA SANCTI LAVRENTII MARTYRIS per Adonem Archiepiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. iiij. Idus Auguſti.

ROmæ Natale ſancti Laurentij Archidiaconi & martyris ſub Decio. Cui beatus Sixtus omnes facultates Eccleſię, & theſauros pergens ad coronam martyrij tradidit.

Hic ueniens in Celium montem, ubi erat quædam uidua, in uiduitate trigintaduos annos habens, in cuius domo multi Chriſtiani, & presbyteri, & clerici abſconſi manebant, tulit ueſtes, & theſauros Eccleſiæ & cœpit erogare, & pedes omnium Chriſtianorum lauare. Ad cuius pedes Ciriaca uidua cadens, Per Chriſtum, inquit, te coniuro, ut manus tuas ponas ſuper caput meũ, quia multas infirmitates capitis patior. Beatus Laurentius facto 1 ſigno Crucis, poſuit manus ſuper caput uiduæ, & linteum, de quo extergebat pedes ſanctorum.

1 *Laurẽtius ſigno Crucis ſignauit ſuper caput uiduæ.*

Tranſiens autem in uicum, qui dicitur Canarius, inuenit multos Chriſtianos in domo Narciſsi Chriſtiani congregatos, & lauit pedes omnium, & dedit eis de theſauris. Erat in eadem domo homo cæcus nomine Creſcentio, qui cœpit rogare beatum diaconem, ut poneret manum ſuam ſuper oculos eius. Tunc beatus Laurẽtius lachrymans dixit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, q aperuit oculos cæci nati, ipſe te illuminet. Et facto ſigno 2 Crucis aperti ſunt oculi eius.

2 *Et hic ſigno Crucis aperuit oculos cæci.*

Cum iam ergo duceretur beatus Sixtus cum duobus diaconibus, ut martyrium ſuum conſummaret, & beatus Laurentius clamaret adueniens, Non me derelinquas Pater ſancte, quia theſauros tuos iam expendi, quos tradidiſti mihi, tentus eſt à militibus, & traditus Parthemio tribuno. Qui nunciauit Decio, q̄ Laurentius, qui haberet theſauros reconditos, Archidiaconus Sixti in cuſtodia teneretur. Qui gauiſus fecit eum ſibi præſentari, & auditum tradidit Valeriano Pręfecto. Qui & ipſe dedit eum in cuſtodia cuidam Hippolito. Et Hippolitus recluſit eum cum multis.

Erat autem ibi homo Lucillus nomine cæcus, ad quẽ ſanctus Laurentius, Crede, inquit, in filium Dei dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & baptizare, & illuminabit te. Reſpondit Lucillus, Ego ſemper deſideraui baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tunc beatus Laurentius 3 catechizauit eum, & accepta aqua baptizauit, & illuminati ſunt oculi eius. Hoc factum audientes multi cęci, ueniebant ad beatum Laurentium, & ponebat manum ſuam ſuper oculos eorum, & illuminabantur. Videns hoc Hippolitus, credidit, & cathetizatus, atque baptizatus eſt.

3 *Vides quod ſemp catechiſmus baptiſmũ precedit? Cur ergo aliqui modo eum prӕterire uolunt?*

Itaque ex mandato adductus eſt beatus Laurentius ante conſpectum Valeriani. Qui dixit beato Laurentio, Iã depone pertinaciam & da theſauros, quos apud te cognouimus eſſe recõditos. Cui ſanctus

Laurentius, Da mihi inducias bidui, aut tridui,& proferam tibi theſauros. Ab eadem die cœpit colligere cæcos,& claudos,debiles, & pauperes,& abſcondit eos in domo Hippoliti. Valerianus autem nunciauerat Decio,quia promiſiſſet, datis ſibi inducijs Laurẽtius theſauros. Completis igitur tribus diebus præſentauit ſe in palatio Saluſtiano. Et dixit ei Decius, Vbi ſunt theſauri, quos pollicitus es præſentare? Beatus Laurẽtius collectam multitudinem pauperum introduxit in palatium,& uoce magna dixit, Ecce iſti ſunt theſauri æterni,qui nunquam diminuuntur,nec decreſcunt, qui in ſingulis diſperguntur, & in omnibus inueniuntur.

Valerianus præfectus dixit, Quid uariaris per multa? Sacrifica dijs, & obliuiſcere artes magicas,in quibus confidis. Cui cum dixiſſet beatus Laurentius, Quare uos coarctat diabolus,ut Chriſtianis dicatis,ſacrificate dæmonijs? Decius iratus iuſsit eum expoliari, & cędi cũ ſcorpionibus. Qui cum cęderetur dicebat, Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus eſt coniungere ſeruis ſuis: Tu miſer torqueris inſania tua,& furore tuo. Tunc Decius, Leuate(inquit)eum,& date ante conſpectum eius omne genus tormentorum. Et allatæ ſunt laminæ ferreæ,& lecti,& plumbatæ,& Cardi.

Poſt uinctus catenis ductus eſt beatus Laurẽtius in palatium Tyberij,ut ibi audiretur de geſtis. Et ſedit Decius pro tribunali in baſilica Iouis. Et præſentato Laurentio cum dixiſſet, ſacrifica dijs,& noli confidere in theſauris, quos habes abſconditos, beatus Laurentius liberè reſpondit, Verè & confido,& ſecurus ſum de theſauris meis. Vnde iracundia plenus Decius iuſsit eum nudum fuſtibus cædi. Qui cum cęderetur,clamabat ad Cæſarem, Ecce miſer uel modo cognoſce,quia triumpho de theſauris Chriſti, & non ſentio tormenta tua. Adhuc Decius fuſtes augere, & dare ad latera eius laminas ferreas ardentes iubet. Beatus uerò Laurentius dixit, Domine Ieſu Chriſte Deus de Deo miſerere mihi ſeruo tuo,quia accuſatus,nõ negaui,interrogatus, te Dominum Ieſum Chriſtum confeſſus ſum. Et cũ diutiſsime cum plumbatis cæderetur,dixit. Domine Ieſu Chriſte,qui pro noſtra ſalute dignatus es formam ſerui accipere,ut nos à ſeruitio dæmonum liberares,accipe ſpiritum meum. Et audita eſt uox, Adhuc multa certamina tibi debentur.

Porrò extẽſus in cataſta,& ſcorpionibus grauiſsimè cæſus eſt. Qui ſubridens,& gratias agens dicebat, Benedictus es domine Deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti,qui nobis donaſti miſericordiam, quã meriti non ſumus. Sed tu domine propter tuam pietatem da nobis gratiã, ut cognoſcant omnes circunſtantes,quia tu conſolaris ſeruos tuos. Tunc unus ex militibus nomine Romanus credidit Domino Ieſu Chriſto,& dixit beato Laurentio, Video ante te hominem pulcher-

rimum ſtantem cum linteo,& extergentem membra tua. Adiuro te per Chriſtum,qui tibi miſit Angelum ſuum, ne me derelinquas. Leuatus igitur beatus martyr de cataſta,& ſolutus, redditus eſt Hippolito in palatio. Veniens autem Romanus, & afferens urceum cum aqua,miſit ſe ad pedes beati Laurentij,ut baptizaretur. Qui 4 bene dicta aqua,baptizauit eum. Quod factum audiens Decius,iuſsit eum ſibi exhiberi cũ fuſtibus. Ipſe uerò interrogatus cœpit clamare, Chriſtianus ſum. Et iubente Decio,eductus foras muros portæ ſalariæ,decollatus eſt Quinto Idus Auguſti. Cuius 5 corpus noctu collegit Iuſtinus presbyter,& ſepeliuit in cripta in agro Verano.

4 *Qui benedicta aqua baptizauit eum.*

5 *Corpus martyris noctu collegit Iuſtinus presbyter,& ſepeliuit in Cripta.*

Decius autem Cæſar perrexit noctu ad thermas iuxta palatium Saluſtij, & exhibitus eſt ei iterum ſanctus Laurentius, & allata ſunt omnia genera tormentorum, plumbatæ,fuſtes,laminæ,ungues,lecti, batili. Et dixit beato martyri, Iam depone perfidiam artis magicæ, & dic nobis generoſitatem tuam. Cui beatus Laurentius, Quantum ad genus,Hiſpanus ſum,nutritus Romę, & à cunabulis Chriſtianus,eruditus omnem legem ſanctam & diuinam. Et Decius illi,Sacrifica dijs, nam nox iſta in te expendetur cum ſupplicijs. Ad hoc beatus Laurentius, Mea,inquit, nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Et cũ cæderetur lapide os eius,ridebat,& confortabatur,ac dicebat,Gratias tibi ago Chriſte,quia tu es Deus omnium rerum.

Allatus eſt autem lectus ferreus cũ tribus coſtis, & expoliatus beatus Laurentius ueſtimentis ſuis,extenſus eſt in cratem ferream, & allati ſunt batili cum prunis, & miſerunt ſub cratem ferream. Et cum furcis ferreis coarctaretur deſuper, Decio dixit, Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuauitatis;quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus. Carnifices tamen urgentes miniſtrabant carbones,mittentes ſub cratem,& deſuper comprimentes eum furcis ferreis. Dixitq; ſanctus Laurentius, Diſce miſer,quanta eſt uirtus Domini Dei mei, nam carbones tui mihi refrigerium præſtant,tibi uerò æternum pręparant ſupplicium;quia ipſe Dominus nouit, quia accuſatus non negaui,interrogatus Chriſtũ confeſſus ſum; aſſatus gratias ago. Et uultu pulcherrimo dicebat, Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, qui me confortare dignatus es. Et eleuans oculos ſuos in Deciũ dixit, Ecce miſer aſſaſti unam partem, regira aliam, & manduca. Gratias igitur agens,& glorificans Deum dixit, Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte,quia Ianuas tuas ingredi merui. Et emiſit ſpiritum.

Mane autem,primo adhuc crepuſculo,rapuit corpus eius Hippolitus,& 6 condiuit eum linteis, & aromatibus; & hoc factum mandauit Iuſtino presbytero. Tunc beatus Iuſtinus, & Hippolitus plorantes,& multum triſtes,tulerunt corpus beati martyris, & uenerunt in uia Tyburtina in prędiũ matronæ uiduæ Ciriacę in agro Verano,

6 *Conditur corpus beati Martyris linteis et aromatibus, deinde ſepelitur.*

ad quam ipſe beatus martyr fuerat noctu, cui & linteum dedit, unde pedes ſanctorum exterſerat, & illud ibi iam hora ueſpertina ſepelierunt Quarto Idus Auguſti. Et 7 ieiunauerũt agentes uigilias noctis triduo cũ multitudine Chriſtianorũ. Beatus autem Iuſtinus presbyter obtulit 8 ſacrificium laudis, & participati ſunt omnes.

7 *Ieiunauerunt agentes uigilias noctis triduo cum multitudine chriſtianorum.*

8 *Vide Miſſam dici ſacrificium. Nam de alio non poteſt hic rectè et cõmode intelligi, ut oẽs de eo participarentur.*

Habetur in eius Martyrologio ſub. iij. Idus Auguſti.

VITA SANCTORVM TYBVRTII ET Suſannę martyrum per eundem Adonem collecta.

ROmæ inter duas lauros natale ſancti Tyburtij martyris, filij Cromatij vrbis præfecti, quem erudierunt in fide beatus Sebaſtianus, & ſanctus Tranquillinus, ac glorioſus Polycarpus presbyter, qui ipſum in ſacro fonte baptiſmatis innouauit, & familiam eius promiſcui ſexus mille quadringentos cum eo pariter baptizauit.

Huius igitur filius Tyburtius, cum propter immanitatem perſecutionis idem pater eius, & ingens multitudo Chriſtianorum cum illo Campaniam ex conſilio Pontificis Gaij perrexiſſet, amore martyrij flagrans, reſedit in urbe Roma. Et cũ 1 ieiunijs, & orationibus ibi cum beato Gaio Papa occuparetur, quadam die tranſiens occurrit homini, qui de alto lapſus fuerat, & ita caput & omnia membra quaſſauerat, ut de ſola ſepultura eius ageretur. Iuxta quem ipſe acceſſit, & cepit dicere ſuper uulnera eius lente orationem Dominicam, & ſymbolum. Et ita factus eſt homo ille, ſolidatis mẽbris, incolumis, quaſi nihil contigiſſet ei mali. Tunc apprehendens parentes eius, ſegregauit eos à turbis, & indicauit eis uirtutem nominis Chriſti. Et uidens animum eorũ fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Papam Gaium; Qui iuuenem ſanatum, gratias Deo referentem, & parentes eius pariter baptizauit.

1 *Ecce uerorum fideliũ exercitia, ieiunia & orationes.*

Interea dum procella perſecutionis grauiter inundaret, iunxit ſe quidã ſimulata fide beato Gaio. Porrò hic apoſtata extiterat, & erat fraudulentus in omni ſermone, & callidus in omni cõmiſſo. Qui dum à beato Tyburtio uiro ſcholaſticiſsimo & ſancto frequenter argueretur, quòd 2 capillos ſuper apicem frontis tonſoris arte componeret, & quòd aſsiduè potaret, & ludendo pranderet; quòd libentius fœminarum ſe aſpectibus daret, quod à ieiunijs ſe & orationibus tolleret, quod ſomno deditus nõ intereſſet peruigil in hymnis Dei. Dum pro his igitur à beato Tyburtio acrius argueretur, ſimulat ſe ęquanimiter monitionem accipere, & egit arte, quatenus orantem ſanctũ Tyburtium pagani comprehenderent; in qua comprehenſione ſeipſum ſo-

2 *Sicut ſupra habuiſti chriſtianorum fidelium exercitia, ita nũc habes hypocritarum & hæreticorum.*

cit teneri, & ſimul duci ad ſecretarium iudicis.

At ubi introducti ſunt, Fabianus dixit ad eum, qui ſe arte tradiderat, Quis diceris? Ille reſpondit, Torquatus. Quid profiteris? Chriſtianus ſum, inquit. Fabianus dixit, Ignoras quod iuſſerunt inuictiſsimi Principes, ut qui ſacrificare dijs noluerint, diuerſis ſupplicijs macerentur? Torquatus ait, Hic magiſter meus eſt, Et ipſe me ſemper docuit; quod hunc uidero facere, neceſſe eſt ut hoc faciam. Fabianus conuerſus ad Tyburtium ait, Audiſti quid Torquatus aſſerit? Sanctus Tyburtius reſpondit, Torquatus diu eſt, quòd ſe Chriſtianum eſſe mentitur, uirtus enim ipſa nominis ſancti, grauiter fert & moleſte, ſuum nomen a non ſuis moribus uſurpari. Reuera enim Illuſtriſsime, hoc Chriſtianum uocabulum diuinæ uirtutis eſt, ſectatorum ſcilicet Chriſti, qui uerè philoſophi facti ſunt, qui uerè Chriſtiani dicti ſunt, qui ad obterendas libidines fortiter militarunt. Ne credas uir Illuſtriſsime hunc eſſe Chriſtianũ, qui in lenocinio ſui molliendo capitis fimbrias admittit, qui tonſorẽ diligit, qui in ſcapulis molliter geſtit, quo inflexum greſſum improbo nixu diſtendit, qui uiros negligenter agit, fœminas diligẽtius intuetur; nunquam tales peſtes Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos. Verùm hic quoniam me ſe imitaturum aſſerit, hic in tuo conſpectu probabis eum mentitum. Hic enim qualis ſemper fuerit, nunc euidenter oſtendet.

Fabianus dixit, Conſultius facies, ſi ſaluti tuæ conſulens, principũ decreta non contemnas. Tyburtius reſpondit, Ego ſaluti meæ melius non conſulo, quàm ut dæmones contemnens, unum Deum Ieſum Chriſtum confitear. Torquatus adiecit, Non ſolũ ipſe Chriſtianus crudelis eſt, uerum etiam multis perſuadet, & decipit, ac cum ſuis ſocijs, cum quibus magicas artes exercet, die noctuq; incantationibus occupatur. Sanctus Tyburtius dixit, Falſus teſtis nõ erit impunitus. Iſte quẽ uides, uir Illuſtriſsime, malitiæ ſuæ curis æſtuans, ad nihil aliud Chriſtianis eſt iunctus, niſi ut cogitaret, quomodo ſe nobis quaſi Chriſtianum oſtenderet, & quomodo alijs ſe fideliſsimum mentiretur. Reprehendebam tamen in eo Cyclopeam edacitatẽ, 3 emerſum uino pudorem, & ſepultam diuini nominis ſanctitatem. Ebrius patiebatur ſitim, & eſuriem uomens; nec ut Chriſtianus, ſed ut Antonianus quondam ille conuiua, manducabat, bibebat, uomebat; & nunc Chriſtianos arguit, Chriſtianos accuſat, in nos mitem iudicem incitat, gladium nolenti iudici porrigit, & ut dæmonijs ceruices noſtras inclinemus, hortatur. Videmus totum tuũ, uidemus cruenta conſilia, & ſcelerata arte uerborum uenena tui pectoris intuemur. Accingere nunc ò ſceleratiſsime, utere carnificis officio, uendica tibi & ipſius iudicis uocem, applica eculeos, appende Chriſtianos, damna, percute, incende. Bene nos accipis, ſi exilium minaris, hoc philoſophantibus totus eſt mundus.

3 *Vide an moderni hæretici ſint tales, qualem ſanctus Martyr hīc falſum chriſtianum deſcribit.*

Si ſupplicium, euadimus mundi carcerem. Si ignes, maiora horum in cupiditatibus uincimus. Decerne quicquid libet, Omnis nobis uilis eſt pœna, ubi pura comes eſt conſcientia.

Poſt hæc Fabianus, cum ueriſsime iuuenis ſanctiſsimus Chriſtum confiteretur, iuſsit ante pedes eius carbones ardentes effundi, dicens ad eum, Elige tibi unum de duobus, aut thura in iſtis carbonibus adijce, aut pedibus ſuper eos nudis incede. Ille autem faciens 4 ſignum Crucis, conſtanter ſuper eos nuda ingreſſus eſt planta; & cepit dicere, Depone infidelitatem, & diſce, quia hic ſolus eſt Deus, quem confitemur, & creaturis omnibus dominatur; nam mihi in nomine domini mei Ieſu Chriſti uidetur, quòd ſuper roſeos flores ingrediar, quia creatura ipſa creatoris famulatur imperio. Cui Fabianus, Quis ignorat magicam uos docuiſſe Chriſtum ueſtrũ? Obmuteſce infelix, exclamat Tyburtius, & noli auribus meis hanc iniuriã facere, ut audiam te rabido ore latrantem cõtra mellifluum nomen, & ſanctum. Iratus Fabianus dictauit ſententiam, ut gladio animaduerteretur, Ductus autẽ in uia Lauicana tertio miliario ab urbe, uno ictu gladij percuſſus abſceſsit. In eodem autem loco à quodam apparente Chriſtiano ſepultus eſt Tertio Idus Auguſti.

4 *Ecce quomodo ſigno Crucis magna pericula euitantur.*

Eodem die Romæ natale ſanctę Suſannæ uirginis, & martyris, ſub Dioclitiano, & Maximiniano Auguſtis, iudice Macedonio. Fuit autem 5 filia glorioſi presbyteri & martyris Gabinij, fratris Gaij Epiſcopi & martyris, nobili ſatis orta progenie, quam pater nutriuerat, & diuinis literis imbuerat.

5 *Filiũ presbyteri more occidentalis eccleſiæ intellige. i. quam ante presbyteratum genuerat, non poſt.*

Audiens itaque Diocletianus de puella, ꝙ pulchritudine & ſapientia præcelleret, miſit ad Gabinium, quendam qui erat ex genere eius conſobrinum ſuũ, nomine Claudium, & petiuit eam Auguſtus Maximino filio ſuo in coniugẽ. Veniens deniꝗ Gabinius ad filiam ſuam Suſannam, rogauit intereſſe Gaium Epiſcopum Vrbis auunculum eius, & narrauit eis quomodo Diocletianus Auguſtus direxiſſet Claudium conſobrinum eorum, ut Suſannam ſuo filio Maximino in coniugem peteret. Quæ ſpiritu ſancto corroborata, coniugium huiuſmodi reſpuit. Et reſpondens patri, & auunculo dixit, Pater ſcio quia de ore tuo ſum erudita, ut 6 caſtitatem ſtudeam ſeruare, & pudicitiam Domino Ieſu Chriſto exhibere; in eius ergo timore iam conſtituta, nunꝗ̃ coinquinabor uirili cõmixtione, ſed cui me ſemel tradidiſti, ipſi ſeruio, & in ipſo confido, Ipſe enim nouit conſcientiam meã.

6 *Ecce quomodo Priſci patres filias erudiebant ad ſeruandã pudicitiam, & non ad contrahenda matrimonia, ut faciunt moderni heretici.*

Proinde Claudius ipſe reſpondens ei, et aperiens uotũ Diocletiani, cum nullo modo eius animum potuiſſet inclinare, ut coniungeretur Maximino filio eius, ſed inſuper eruditus, & inſtructus in uia Dei à beatis Gaio & Gabinio, pœnitentiam de ſanguine ſanctorum, quem effuderat, popoſciſſet, baptizatus eſt unà cum uxore ſua nomine

Præpedigna,& filijs Alexandro,& Cutia, & intantum in fide conualuit,ut 7 omnes facultates ſuas uenderet, & pauperibus Chriſtianis erogaret;& quoſcunque adire poterat,qui in cuſtodia tenebantur, uictu & ueſtimentis releuabat, mittens ſe ad pedes ſingulorum, atque orationis gratiam ab eis tantum exoptans.

7 Vide quomodo ſtatim Euangelicam pauper tatem conuerſus amplectitur, iuxta illud. Vide omnia quæ habes, & da pauperibus.

Interea dum menſe uno & diebus ſexdecim requireretur à Diocletiano,reſponſum eſt ei quòd ægritudine teneretur, miſitq; fratrẽ eius ad eum nomine Maximum, comitem rei priuatæ, ut uiſitaret eum, & ageret cum illo de puella Suſanna. Veniens igitur Maximus inuenit Claudium in 8 cilicio orantẽ,& obſtupuit; cumq; rem,pro qua uenerat,per ordinem enarraſſet, perduxit eum Claudius ad domum beati Gabinij,& diligẽter ei beatus Gabinius, & ſanctus Gaius uiam Domini expoſuerunt. Vnde compunctus credidit Maximus, & baptizatus eſt. Ab eadem uerò die cepit facultatem ſuam uendere per quendam amicum ſuum nomine Traſonem Chriſtianiſsimum togatum, qui occultus Chriſtianus erat, quem ante multos annos beatus Gaius baptizauerat. Qui circumiens nocturnis horis uicos, & carceres,pauperibus Chriſtianis neceſſaria miniſtrabat,& geſta eorũ colligebat,memoriaſq; exornabat.

8 Orabat in cilicio quia pœnitentiã agebat.

Poſt dies quindecim nota facta ſunt omnia Diocletiano, & miſit Iulium,qui Claudium,& Maximum,Præpedignam,& Alexandrũ, atque Cutiam puniret, Gabinium uerò, & Suſannam uinculis conſtringeret. Et poſt dies quinquagintaquinque iuſsit Diocletianus ut beata Suſanna adduceretur ad Serenam uxorem ſuam, quæ occulte Chriſtiana erat. Cum itaque 9 hymnis & orationibus cum ea uacaret,& die noctuq; in laude Dei pſalmos recineret, nunciatum eſt hoc Diocletiano. Tunc idem dixit Maximino filio ſuo, ut reuocaretur Suſanna ad patris ſui Gabinij domum, & ibi abuteretur ea, ut ipſi liberet.

9 Ecce iterum Chriſtianorũ exercitia, nempe uacare hymnis & orationibus, & die nocteq; pſalmos canere.

Ipſa uerò nocte poſtquam reuocata eſt, ingreſſus Maximinus in domum,ubi orabat Suſanna,uidit nimiam claritatem ſuper ipſam,& extimuit,& curſim redijt ad palatium. Diocletianus uero hoc arti magicæ deputans, miſit Macedonium, qui eam conſtringeret infra domum eius,ut ſacrificaret. Qui dum uellet eam flectere, ut dijs immolaret, expolians eam cepit fuſtibus cędere. Beata uerò Suſanna dicebat, Gloria tibi domine. Sicq; beata uirgo permanens in confeſsione Domini,gladio percuſſa eſt intra domum ſuam,& ſpiritum incontaminatum Deo reddidit.

10 Vide Sanctæ Virginis honorificam ſepulturam.

Eius corpus collegit Serena Auguſta noctu, & manibus ſuis cum linteaminibus & 10 aromatibꝰ ornauit,& poſuit iuxta corpora ſanctorum in cimiterio Alexandri in harenario,in cripta,iuxta ſanctum Alexandrum tertio Idus Auguſti. 11 Sanguinẽ uerò martyris,qui

11 Ecce quomodo coram beatæ uirginis ſanguine in capſa argentea repoſito, Auguſta

die noctuq; furtiuis orationibus ſemetipſam domino effundebat.

effuſus fuerat in loco domus ſuæ, uelamine deterſit, & poſuit in capſa argentea in palatio ſuo, ubi die noctuq; furtiuis orationibus ſemetipſam Domino effundebat. Paſſa eſt autem Tertio Idus Auguſti.

Habetur i eius martyrologio ſub pridie Idus Auguſti.

VITA SANCTI EVPLI DIACONI ET MARtyris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN Sicilia ciuitate Cathanenſi natale ſancti Eupli diaconi, Diocletiano & Maximiniano Auguſtis.

Cum enim eſſet extra uelum ſecretarij beatus Euplus Chriſtianum ſe confeſſus, intromiſſus eſt, iubente Caluiſiano conſulari in auditorium. Et cum ibi fidem ſuam profiteretur, Caluiſianus dixit; Torqueatur Euplus quouſq; confiteatur deos ueros omnipotentes Martē Apollinē, & Eſculapium. Beatus Euplus reſpondit, Bene dixiſti Caluiſiane, ut adorem Trinitatem inſeparabilem unum Deum.

Audiens Caluiſianus putauit eum de dijs ſuis dixiſſe, & gaudio repletus ait, Ergo ſacrifica. Cui beatus martyr, Ego ſacrifico & immolo meipſum patri & filio & ſpirituiſancto. Audiens hoc impius Iudex cōmotus ira, iuſsit eum amplius torqueri. Et ultimo dedit ſententiam dicens, Iubemus Euplum iuſto iudicio noſtro gladio interfici. Beatus Euplus gratias egit Domino noſtro Ieſu Chriſto.

Et cum duceretur, repletus ſpirituſancto canebat, Magna eſt gloria tua Domine in ſeruis tuis, quos ad te uocare dignatus es. Flectens itaque genua ſua, finita oratione, parauit ceruicem, & decollatus eſt Tertio Idus Auguſti. Et 1 ſepultū eſt corpus eius conditū aromatibus in loco uenerabili Cathanenſis ciuitatis ſecundo Idus Auguſti.

1 Vides ſepulturā ſancti honorificam & cū aromatibus?

Habetur in loco ubi ſupra ſub Idibus Auguſti.

VITA SANCTI HIPPOLITI MARTYris, per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ natale ſancti Hippoliti martyris ſub Decio Imperatore, Valeriano præfecto.

Hunc beatum Hippolitum Vicarium ſanctus Laurentius, cum apud eum eſſet in cuſtodia, baptizauit. Qui peractis 1 ſanctis exequijs martyrijs, poſt tertium diem ad domū ſuam rediens, dedit pacem omnibus ſeruis ſuis, & ancillis, & cōmunicauit de 2 ſacrificio altaris beati Laurentij martyris. Et poſita menſa, priuſquam cibum ſumeret uenerunt milites, & tenuerunt, & perduxerunt ad Decium.

1 Nota, Peractis ſanctis Martyris exequijs.

2 Ecce Miſſam uocari ſacrificium, quod non nulli modo negare audent.

Quem ut uidit, ſubridens dicit ei. Nunquid & tu magus effectus es, quia corpus Laurentij abſtuliſſe diceris? ſanctus Hippolitus reſpondit, Hoc feci non quaſi magus, ſed quaſi Chriſtianus. Decius furore repletus iuſsit, ut cum lapidibus os eius contunderetur. Et expoliauit

cū 3 ueſte, qua induebatur habitu Chriſtiano, & dixit ei, Sacrifica, & uiues, ſin aliter peries per tormenta ſicut Laurentius. Sanctus Hippolitus dixit, Exemplum merear beati Laurētij martyris fieri, quem tu miſer auſus fuiſti ore polluto nominare. 3 Semper qui baptiZabantur, noua ueſte induebantur.

Extenſus igitur, fuſtibus & cardis diu cæſus eſt, donec cędentes deficerent. Inde leuatus eſt à terra, & iuſsit eum Decius ueſtiri militari ueſte, qua gentilis utebatur, & dixit ei, Recole militiam, & eſto noſter amicus, & in conſpectu noſtro utere militia priſtina, quam ſemper habuiſti. Cumq; beatus martyr dixiſſet, Militia mea hæc eſt, Chriſto Domino firmiſsimè militare, unde cupio ad celerem palmā cū fructu uenire. Iracundia plenus Decius dixit Valeriano, Accipe omnes facultates eius, & interfice eum crudeli exanimatione.

Valerianus itaque exquiſita omni facultate eius, inuenit in domo Hippoliti omnem familiam Chriſtianam, quam conſpectui ſuo præſentari fecit. Et iuſsit beatum Hippolitum foras muros portæ Tyburtinæ cum familia ſua duci. Beatus uerò Hippolitus confortabat omnes dicens, Fratres nolite metuere, quia ego & uos unum Deum habemus. Et decollati ſunt promiſcui ſexus numero xix. Beatus uerò Hippolitus ligatus pedes ad colla indomitorū equorum, ſuper carduum & tribulos tractus, emiſit ſpiritum.

Nocte uenit beatus Iuſtinus presbyter, & 4 collegit corpora, & ſepeliuit in loco eodem iuxta Nymphas, ad latus agri Verani, Idibus Auguſti. 4 *Vide ſancti uiri pietatem in ſepeliēdis beatorum martyrum corporibus.*

VITA SANCTÆ CONCORDIÆ MARtyris, per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub Idibus Auguſti.

EOdem die Natale ſanctæ Concordiæ nutricis eiuſdem beati Hippoliti.

Cum Valerianus ad familiam beati Hippoliti ſibi pręſentatam dixiſſet, Cōſiderate ętates ueſtras, ne ſimul pereatis cum Hippolito domino ueſtro, reſpōdit beata Concordia, Nos deſideramus potius cum domino noſtro pudicè mori, q̄ impudicè uiuere. Ad hoc Valerianus, Genus, inquit, ſeruorum niſi cum ſupplicijs emendatur. Et iuſsit, ut beata Concordia cū plumbatis cæderetur. Et cum cæderetur, emiſit ſpiritum, corpusq; eius eſt in cloacam proiectum.

Cumq; diu quæreret illud ſanctus Iuſtinus, & nō inueniret, ita triſtis redditur, ut non ceſſarent flere oculi eius. Tertiodecimo uerò die poſt paſsionem ſancti Hippoliti, uenit quidam miles Porphyrius nomine, ad Hirenęum Cloacarium, qui occultè Chriſtianus erat, & dicit ei, ſi ſecretum poſsis cuſtodire, diuulgabo arti tuę multum quęſtū: Ante hos dies iuſsit Valerianus Præfectus in conſpectu ſuo quan-

dam hæreditariam Hippoliti plumbatis deficere, & corpus eius in Cloacam iactari. Hæc in ueſtibus ſuis ſpero quòd margaritas habet abſconſas, uel aurum.

Audiens hæc Hirenæus, intimauit ſecreto beato Iuſtino presbytero: Qui flectens 1 genua gratias egit Deo. Porphyrius autē noctu ueniens cum Hirenæo, inuenit corpus 2 ſanctum. Sed in ueſtimentis eius nihil inuenerunt. Beatus autem Hirenæus uocauit ad ſe quendam Chriſtianū Abundium nomine, & tulerunt corpus eius, & perduxerunt ad beatum Iuſtinum. Qui gratias agens Deo illud ſuſcepit, & iuxta corpora martyrum Hippoliti, & aliorum 3 ſepeliuit, octauo Calendas Septembris.

1 *Qui flectens genua gratias egit deo.*

2 *Sanctum uocat beatæ Martyris corpus, nō cineres emortuos, uel extinctum cadauer, ut faciunt heretici.*

3 *Tantane uterentur induſtria uiri Chriſtianiſsimi, in martyrum corporibus perquirendis, ſi ſepelire mortuos non eſſet opus pium & deo gratum?*

Habetur in loco ubi ſupra ſub idibus Auguſti.

VITA SANCTI CASSIANI MARTYRIS, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN foro Scyllæ natale ſancti Caſsiani. Qui cum adorare idola noluiſſet, interrogatus à perſecutore quid artis haberet, reſpondit, quia pueros notas doceret. Et mox ſpoliatus ueſtibus, ac manibus poſt terga reuinctis, ſtatuitur in medio. Vocatisq; pueris, quibus docendo exoſus factus fuerat, data eſt facultas eum perimendi. At illi quantum doluerant diſcentes, tantum ſe ulciſci gaudentes alij eū tabulis ac buxis feriebant, alij ſtilis uulnerabant. Quorū quanto infirmior erat manus, tanto grauiorem martyrij pœnam dilata morte faciebat. Scribit hoc Prudentius Poëta.

Habetur in martyrologio eiuſdē ſub xviij. kalendas Septēbris.

VITA SANCTI EVSEBII PRESBYTERI & confeſſoris, per eundem Adonem collecta.

ROmæ Natale ſancti Euſebij presbyteri & confeſſoris. Qui pręſente Conſtantio cū fidē catholicā conſtantiſsimē defenderet, & 1 liberium Papā doleret Arrianę perfidię conſenſiſſe, ab irato Conſtantio Imperatore Arriano, includitur in quodam cubiculo domus ſuæ habente in latitudine pedes quatuor. Vbi multis diebus in oratione conſtanter perſeuerauit. Et xix. Calendas Septēbris poſt menſes ſeptem, adhuc tamen incluſus, 2 dormitionē accepit.

Cuius corpus collegerunt Gregorius & Oroſius presbyteri, & ſepelierunt in cripta iuxta corpus beati Sixti martyris & Epiſcopi, uia Appia in cimiterio Calixti. Vbi & titulum ipſius ſcribentes poſuerunt ita, Euſebio homini Dei.

1 *Ex hoc loco habes conformiter quoque ad dictum beati Hieronymi in Libro de Viris illuſtribus in Fortunatiano, quod Liberius Ro. Pontifex qui alias uir Chriſtianiſſimus fuerat, tandem in Arrianæ ſectæ ſubſcriptionem deflexus eſt.*

Audiens

Audiens autem Conſtantius quod Gregorius & Oroſius ſepeliſſent corpus beati Euſebij, in eadẽ Cripta, ubi illum condiderant, præcepit 3 uiuum includi Gregorium. Hunc ſemiuiuum noctu Oroſius presbyter excepit inde. Et poſt paululum defunctum, iuxta corpus ſancti Euſebij presbyteri ſepeliuit. Factaq; eſt grauiſsima pſecutio in catholica Eccleſia ab Arrianis, ſedẽ Apoſtolicã tunc tenente Liberio.

eſt. Quod quamuis eſſe potuerit, non tamen tota Dei eccleſia cũ eo corruiſſe dicenda eſt, nam tunc uel in uno hoc ſeruo Dei Euſebio ſtetit, ſicut & olim in die paraſceues in ſola ſanctiſsima Dei genitrice.

2 Si ſeruus Dei incluſus dormitionem accepit, non recte Sancti à quibuſdam dicuntur emortui.

3 Vide quanto ſtudio utebantur in ſepeliendis ſanctorum corporibus, & quanta pericula incurrebant eorum tumulatores. Quod manifeſte arguit opus illud maxime Deo placere. In quo etiam mirifice commendatur ſeruus Dei Tobias.

DORMITIO SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS Mariæ, per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub xviij. Calen. Septembris.

DIe xv. Auguſti. Dormitio 1 ſanctæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ. Cuius ſacratiſsimum corpus etſi non inuenitur ſuper terram, tamen pia mater Eccleſia uenerabilem eius memoriam ſic 2 feſtam agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet.

1 Si dormitio appellatur ſanctæ Dei Genitricis, cur Haeretici uolunt ſanctos potius emortuos dicere quam dormientes?

2 Ecce quo ſancta mater Eccleſia diem feſtum celebrat migrationis beatæ uirginis.

Quo autem illud uenerabile ſpiritusſancti templum iudicio & cõſilio diuino occultatũ ſit, plus elegit ſobrietas eccleſiæ cũ pietate neſcire, quàm aliquid friuolum & apocriphum inde tenendo docere.

VITA SANCTORVM MARTYRVM LIBERATI, Bonifacij, & reliquorũ, per eundem Adonem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub. xvj. Calen. Septembris.

APud Aphricam natale ſanctorum martyrũ, Liberati abbatis, Bonifacij diaconi, Seruij, & Ruſtici ſubdiaconorum, Rogati, & Septimij monachorum, & Maximi pueri. Qui perſecutione Vuandalica iuſſu crudeliſsimi, atque impijſsimi Regis Hunirici, de territorio Capſenſis ciuitatis, ex habitaculo monaſterij abſtracti, atq; ad urbem Carthaginenſem perducti ſunt. Vbi pro confeſsione catholicæ fidei, & unici baptiſmatis defenſione, primo carcerali cuſtodiæ mancipati, & crudelibus ferri ponderibus arctati, tenebroſis deputati ſunt locis. Vbi cũ die ac nocte Chriſtianum populum in fidei conſtantiam roboraſſent, iuſsit Tyrannus furore ſuccenſus, nauem lignorum manipulis adimpleri, atq; omnes pariter alligatos, in pelago, igne ſuppoſito, accremari.

Cum autem pro uoluntate infandi Regis, uel crudelium miniſtrorum, extenſis eorum manibus, eleuatis lignis ignis fuiſſet iniectus, ſtatim Imperio diuino uidentibus cunctis extinctus eſt. Et dum ſæpius

reuocaretur, iterum atque iterum extinguebantur globi flammarũ. Vnde magis Tyrannus furore ſimul & pudore repletus, iuſsit eos remorum ictibus enecari,& ita ſingulos in modum canum,cerebris cõminutis,perimi.ſicq; ſpecioſum curſum certaminis ſui,coronante domino,perfecerunt.

Corpora eorũ in mare iactata,ſub eadem hora illæſa littoribus reddita,à Chriſtiano populo reuerenter ſublata, 1 præeunte clero,cum hymnis ſolennibus condita ſunt in monaſterio contiguo baſilicæ,quæ dicitur Celerinæ. Scribit beatus Victor Aphricanus Epiſcopus in hiſtoria eiuſdem Vuandalicæ perſecutionis, quam & ipſe cum cœteris ſuſtinuit,& fideli atque illuſtri ſtilo digeſsit.

1 Vide ſanctorum Martyrum honorificam ſepulturam, praeunte clero cum hymnis ſolẽnibus de more Chriſtianæ traditionis.

VITA SANCTI AGAPITI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub xv. Calen. Septembris.

APud Præneſtinam urbem miliario ab Vrbe trigeſimotertio, natale ſancti Agapiti martyris, ſub Aureliano Imperatore, Præſide Antiocho.

Cum eſſet annorum quindecim,& amore Chriſti martyrio ferueret,iuſſu Imperatoris tentus,& primò neruis crudis diu cœſus eſt.Deinde Præſidi ut impelleretur ſacrificare traditur.Qui in diriſsimo carcere eum recluſit,& per quatuor dies cibum omnem negauit.Inde de carcere exhibitus eſt Præſidi, qui prunas ardentes ſuper caput eius iuſsit imponi.Et cum gratias Deo martyr ageret,flagellis eſt cœſus,& nudus ſuſpenſus,capite deorſum uerſo,acri ſubter fumo facto.Et cum diceret Pręſidi,ſapientia tua & uanitas tua in fumo laborat,iterum flagellis cœditur à quatuor ſibi inuicem ſuccedentibus ; Deinde bullientem aquam ſuper uentrem eius miniſtri diaboli effuderunt, & maxillas eius confregerunt.

Interea Iudex de tribunali ſuo cadens,collectus à miniſtris in lecto reclinatur,& ſentiens Dei uirtutem in martyre, poſt modicũ triſtem animam emiſit.

De beato uerò Agapito renunciatum eſt Imperatori. Qui beatũ uirum iuſsit leonibus ſubijci.Sed manſuetæ factæ ferę pedibus martyris ad lambendum ſe inclinauerunt. Hoc uidentes ſceleris miniſtri,tulerunt de medio ſanctum martyrem,& uenerunt contra ciuitatẽ Pręneſtinam,ubi ſunt duæ columnæ, & ibi eum gladio percuſſerunt xv. Calendas Septembris.

Corpus eius noctu ſublatum eſt à Chriſtianis, & poſitum miliario primo à ciuitate in agro in ſarcophago nouo, 1 nutu diuino ibi inuento.

1 Si diuino nutu inuentum eſt nouum ſarcophagũ pro ſancti corpore tumulando, ſequitur quod ſepelire mortuos eſt opus Deo placens.

VITA SANCTI DONATI PRESBYTERI per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdē ſub xiiij. Calendas Septēbris.

IN Gallijs pago Sigiſterico, in mōte, qui dicitur Tura, natale ſancti Donati presbyteri. Qui ab ipſis infantiæ rudimentis, mira Dei gratia præditus, ex urbe Aurelianenſi ad præfatum locum, ut ſoli Chriſto uacaret, aduenicns, anachoriticam illic uitā multis annis exegit, tanta miraculorum gloria clarus, ut inter cętera geſta magnifica etiam draconem immanem atque terribilem ſuis exinde orationibus effugatū extingueret. Cumq; dies uocationis eius inſtaret, adueniente ſancto Abbate Mario, cui ita fuerat reuelatum, inter uerba orationis migrauit ad Chriſtum. Sepultusq; eſt ab eodem patre in loco ſuo.

VITA BEATI IVLII SENATORIS ET martyris, per iam dictum Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub xiiij. Calendas Septembris.

ROmæ natale beati Iulij Senatoris & martyris, ſub Cōmodo Imperatore, Iudice Vitellio.

Hunc docuerunt beati martyres Euſebius, Vincētius, Peregrinus, & Pontianus. Per quorum manus etiam facultates ſuas pauperibus diſtribuens, à beato Rufino presbytero baptiſmi gratiam percepit.

Quod audiens Cōmodus, iratus iuſsit eum teneri, & cuidam Vitellio Magiſtro peditum tradi, ut omnes facultates eius requireret, & ad ſacrificandum impelleret. Qui coniecit eum in carcerem, & poſt triduum catenis uinctum fecit ſibi præſentari. Et auditum iuſsit tam diu fuſtibus cœdi, donec emitteret ſpiritum.

Cuius 1 corpus collegerunt noctu beatus Euſebius, Pontianus, Peregrinus, atque Innocentius, & ſepelierunt in cimiterio Calepodij xiiij. Calendas Septembris.

1 Noctu colligitur à ſanctis uiris Martyris corpus, & in cœmiterio Calepodij ſepelitur.

VITA SAMVELIS PROPHETÆ per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub xiiij. Calendas Septembris.

TErtiodecimo Caleñ. Septembris Natale Samuelis prophetæ. Cuius 1 ſacra oſſa Imperator Archadius de Iudæa tranſtulit Thraciam, 2 portantibus Epiſcopis, & omnium Eccleſiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quaſi præſentem, uiuentemq; cernerent, atque ſuſciperent; ut de Palæſtina uſq; Calcedonem iungerentur populorū examina, & in Chriſti laudes una uoce reſonarent. Scribit ſanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium.

1 Vocat ſancti Prophetæ ſacra oſſa, non autem conſumpta uel emortua, ut modo quidam faciunt.

2 Vide ſi ſcis inuenire ſolenniores exequias iſtis. Et quomodo ſit de antiqua Eccleſiæ uſu quod Epiſcopi ſanctorum reliquias dum tumulantur aut transferuntur deferant, comitantibus & occurrentibus populis cum maxima lætitia.

Habetur in loco ubi ſupra ſub. xij. Calendas ſeptembris.

VITA S. ANASTASII MARTYRIS per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

IN ciuitate Salona natale ſancti Anaſtaſij martyris. Qui cum uideret beatum Agapitum inter tormenta fortius Chriſtum profitentem, & confitentem, exclamauit, Magnus eſt Deus, & nõ eſt alius præter eum. Erat autem Cornicularius miles. Ad quem Præſes, ſicut uideo, inquit, ſeductus es. De quo Præſes Imperatori Aureliano renunciauit. Qui mox perire illum iubet. Et ita martyr factus migrauit ad dominum.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub xi. Calendas Septẽbris.

VITA SANCTI TIMOTHEI MARTYRIS per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ uia Oſtienſi, in Cimiterio eiuſdẽ, natale ſancti Timothei. Qui Antiochia ueniens Romã, ſub Melchiade Papa ſuſceptus eſt. Qui cum annum totum & aliquot menſes ibi prædicans, multos ad fidem Chriſti conuertiſſet, tentus â Tarquinio urbis præfecto, & longa carceris cuſtodia maceratus, cum ſacrificare idolis noluiſſet, tertiò cæſus, & grauiſsimis ſupplicijs attrectatus, ad ultimum decollatus, & iuxta beatum Paulum Apoſtolum ſepultus eſt. Scriptum inuenitur in hiſtoria ſancti Sylueſtri.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub xi. Calen. Septembris.

VITA BEATI ANTONINI MARTYRIS per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ natale beati Antonini martyris, qui cum eſſet carnifex, uidit ſtantem iuuenem cum ſpongia, & detergentem uulnera ſanctorum martyrum Euſebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij, cũ ſuſpenſi in eculeo cęderentur; & mox clamare cepit, Verè Deus Chriſtus, quem hi prędicant; & fugiens occultè â Rufino presbytero baptizatus eſt. Et reuerſus ad Vitellium, cum ſe Chriſtianum liberè fateretur, capitis ſententia damnatus, uia Aurelia, forma Traiana. xi. Calendas Septembris ſepultus eſt.

Habetur ubi ſupra ſub xiij. Calend. Septembris.

VITA SANCTI GENESII MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſancti Geneſij martyris. Qui prius in arte mimorũ, qui ſtantes cantabant ſuper pulpitum, quod Themele uocabatur, & rerum humanarũ erant imitatores, Themelę artis gnarus fuit. Et quadam die cum uellet Diocletianus Imperator, cui Chriſtiani ut

potè

potẽ ſęuiſsimo,exoſi erant,de myſterijs Chriſtianæ obſeruantię ludũ exhibere, & huius rei gratia ſpectante Imperatore, & omni populo in medio Theatri,quaſi ægrotus decumbens ſe poſceret baptizari,mimum in hęc uerba propoſuit: Eia noſtri,grauem me ſentio,leuem me fieri uolo. Illi reſponderunt, Quomodo te leuem facimus, ſi grauis es? Nunquid nôs fabri ſumus,& ad runcinam te miſſuri ſumus? Hęc uerba exhibuerunt populo riſum. Geneſius iterum, Veſani, Chriſtianus deſidero mori. Quare inquiunt? Quibus Geneſius, Vt in illa die ueluti fugitiuus in Deo inueniar.

Euocato autem presbytero,& 1 exorciſta,repente à Deo inſpiratus credidit. Nam illi iuxta lectum ipſius quaſi ægrotantis cũ reſediſſent,dicunt ei, Quid ad nos miſiſti filiole? Geneſius autem non ſimulatẽ & fictẽ,ſed ex puro corde reſpondit, Quia accipere cupio gratiam Chriſti,per quam renatus liberer à ruina iniquitatum mearũ. Cumq; ſacramentorũ myſteria cõpleſſent, & indutus eſſet 2 ueſtibus albis, ueluti per ludum à militibus raptus, & ad ſimilitudinem ſanctorum martyrum de Chriſti diſcutiendus nomine Imperatori fuiſſet exhibitus,ſtans in editiori loco ita concionatus eſt.

1 *Ecce gradum Eccleſiaſticum qui appellatur Exorciſtæ.*

2 *Et indutus eſſet ueſtibus albis. Quoniam baptizati nouis & albis ueſtibus de more antiquæ Eccleſiæ induebantur.*

Audi Imperator,& omnis exercitus,ſapientes,& populi huius urbis, Ego quotieſcunque Chriſtianum uel nominatum audiui, exhorrui, & in confeſsione permanentibus inſultaui. Ego etiam parentes meos, & affines cauſa nominis Chriſtiani execratus ſum, & in tanta deriſione habui Chriſtianos,ut myſteria eorum diligenti examinatione perquirerem, & ex eorum ſanctificatione ludum uobis exhibere uellem. At ubi me aqua nudum tetigit,& interrogatus credere me reſpondi,uidi ſuper me manum cœlitus uenientem,& Angelos Dei radiantes iuxta me ſtetiſſe,qui omnia peccata, quæ ab infantia feci,recitarunt de libro; quæ mox in ipſa aqua lauerunt,in qua ego in conſpectu ueſtro perfuſus ſum;& me candidiorem niue poſtmodum oſtenderunt. Nunc igitur Inclyte Imperator, & uos omnes populi, qui de his myſterijs neſcitis, mecum credite Deum uerũ eſſe Chriſtũ, hunc eſſe lumen, hunc eſſe pietatem, & per ipſum uos ad indulgentiam poſſe pertingere.

Ad hæc Imperator Diocletianus uehementiſsimẽ indignatus, ſtatim eum fuſtibus crudeliſsimẽ cęſum Plutiano Pręfecto tradidit ad ſacrificia compellendum; à quo in eculeo ſuſpenſus,& ungularum diutiſsima laceratione fatigatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide perſiſteret, dicens, Non eſt Rex præter illum, quem ego uidi, & adoro, & colo, pro cuius cultura ſi millies occidar, ipſe ero ut cœpi. Chriſtum mihi de ore, Chriſtum mihi de corde auferre tormenta nõ poterunt: Valde etenim pęniteo,quòd ante nomen ſanctum,& in hominibus ſanctis exhorrui, & ſatis tardus ad adorandum uerũ Regem

ſuperbus miles acceſsi: Martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit octauo Calendas Septembris.

Habetur in eiuſdem martyrologio ſ. b yiij. Calendas ſeptẽbris.

VITA SANCTORVM EVSEBII, PONTIANI, Peregrini, atque Vincentij martyrum, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſanctorum quatuor martyrum Euſebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij, Imperante Cõmodo, Vitellio iudice. Hi primo facultates ſuas omnes pauperibus diſperſerunt, ac deinde prædicationibus ſuis Iulium quoque Senatorem, & omnem domum eius ad fidem Chriſti conuerſos, per beatum Rufinum presbyterum, ad baptiſmi gratiam perduxerunt. Qui nõ multo poſt martyr factus, ab eiſdem etiam ſepultus eſt.

Pro quo maximè ipſi à Vitellio tenti, & ĩ eculeo leuati, neruis quoque diſtenti, ac deinde fuſtibus cęſi ſunt: quibus & flammæ ad latera eorum poſtmodum appoſitæ. Sed cũ in laude Chriſti fideliſsimè perſiſterent, tandem depoſiti ab eculeo ſunt. Et cum nihilominus in confeſsione Chriſti permanerent, iratus Vitellius Euſebio iuſsit linguam radicitus abſcindi. Quam tamen beatus Fauſtus colligens, in ſinu ſuo abſcondit, & fugit. Præciſa lingua clamabat Euſebius, Gloria tibi domine Ieſu Chriſte, qui dignatus es me cum ſeruis tuis ad gloriam connumerare.

1 Ecce quã antiquũ eſt in Eccleſia hymnorũ Dei die noctuq; perſonatio.

Recluſi in carcerem cũ 1 hymnos Dei die noctuq; perſonarent, uenit quidã iam quatuor annis cęcus ſacerdos Capitolij, nomine Lupulus, ad eos, & credens, illuminatus baptiſmi gratiam percepit. Hoc factum cuſtos carceris Simplicius nomine uidens, & ipſe reiectis idolis baptizatus eſt. Quæ geſta Vitellius Cõmodo cum renunciaſſet, ille iuſsit eos puniri. Et poſt triduum de carcere educti, ad Petram ſceleratam plumbatis uſque ad emiſsionem ſpiritus mactati ſunt.

2 Membra ſanctorum duorum Martyrum à Papa donata, & in Gallias tranſlata, reuerẽter tumulata uenerantur.

Quorum corpora collegit beatus Rufinus presbyter, & ſepeliuit ab urbe Roma miliario ſexto, inter uiam Aureliam & Triũphalem, octauo Calendas Septembris. Sed multo poſt tempore beatorũ martyrum Euſebij & Pontiani, largitione Papæ Nicolai, 2 membra ad Gallias tranſlata, in monaſterijs ſancto Apoſtolo Petro uoto religioſo collatis, reuerenter tumulata uenerantur.

Habetur ubi ſupra ſub yij. Calendas Septembris.

VITA SANCTI ALEXANDRI MARTYRIS per Adonem antedictum collecta.

APud urbem Italiæ, quę Pergamum dicitur, natale ſancti Alexandri martyris ſub Maximiano Cęſare. Qui cũ eſſet miles

unus è legione Thebæorum, Chriſtianus factus eſt.

Audiens hoc Maximianus poſt dies quindecim, mittens accerſiuit eum dicens ei, Pro nulla re alia euocaui te, niſi ut ſacrifices; comperi enim, te derelinquentem Deos noſtros Chriſtianum eſſe factum. Et hoc dicens petijt ſibi menſam. Eaq; appoſita, & linteamine cooperta, cœpit agere cum beato Alexandro, ut ſacrificaret.

Sanctus Alexander in cœlum aſpiciens dixit, Atque utinam tantã mihi Deus gratiam daret, qui cuncta per Ieſum Chriſtum poſtulantibus præſtat, ut poſſem & tuam uoluntatem ad Dei agnitionem conuertere, & uaniſsimam iſtam incredulitatem à te auertere. Sed tu quidem inſanabile habes malum, & uetuſtate huic uanitati adhærens, credere non uis. Me autem uocauit ille, qui ex gentibus ad ſuam gratiam olim uocare promiſit. Parce cõſilijs tuis diabolicis, plange, & cognoſce actus tuos malos, & crede in Deum uiuum, qui fecit omnia.

Tunc Maximianus ad tantam eius fiduciam cõmotus, iuſsit aſtantibus, ut de appoſito ſacrificio inuito ei offerrent, applicitis armatis è contra. At ille beatiſsimus confundens regiam iniquitatẽ, & eius præcepta fide armatus contemnens, calce menſam percuſsit, euertens eam cum omnibus ſuprapoſitis.

Iracundia repletus Maximianus, iuſsit tradi uni ex miniſtris, qui euaginato gladio, ſtetit ſtupidus, ferire non ualens. Cui Maximianus, Adhuc ſtas male miles? At ille reſpondit, Caput eius ſicut mons eſt ante me, unde totus contremiſco. Tunc Maximianus tradidit eũ alijs, ut occideretur. Gaudio itaq; repletus martyr, aquam petijt, & manus ſuas lauit. Flectenſq; genua, & ceruicem in terra humilians, oratione fuſa ad Dominum, animaduerſus eſt.

Poſt aliquot dies, quædam matrona caſtiſsima, nomine Grata, collegit corpus eius, & poſuit illud in prædiolo ſuo, non longe à muro ciuitatis Pergamenſis. Cuius paſsio completa eſt ſeptimo Calendas Septembris.

VITA SANCTI HERMETIS MARTYRIS per eundem Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub 5. Calendas Septembris.

ROmæ Natale beatiſsimi Hermetis martyris. Hunc Illuſtriſsimũ beatus Alexander Pontifex & martyr, cum eſſet præfectus urbis Romæ, baptizauit cum uxore, & filijs, ac ſorore Theodora, cumq; eo pariter mille ducentos quinquaginta ſeruos eius; uxores quoque & filios eorum, prius ingenuitate illis conceſſa. Et non multo poſt ab Aureliano Imperatore truſus in carcerem, beato etiam Alexandro in cuſtodia poſito, Tribuno Quirino cõmendatur.

Qui dixit ad beatum Hermem: Quæ ratio eſt uir illuſtris, ut indi-

gnè ſacra iudicans,non ſolum ad iſtam iniuriam te redigi uelis,uerum etiam præfecturę honore expoliatum,in uinculis te tanquã priuatum trudi æquanimiter feras? Sanctus Hermes ait, Ego Præfecturam non perdidi,ſed mutaui.Nam dignitas terrena à terris tollitur,ac mutatur, dignitas uerò cœleſtis æterna ſublimitate ſubſiſtit. Dicit ei Quirinus, Miror te prudentem uirum ad tantam ſtultitiam deueniſſe, ut credas extra iſtam uitam te aliquid habiturum,poſtquã cineres humani corporis ita ad nihilum redigantur,ut nec oſſa ipſa ſubſiſtant.Cui beatus Hermes, Et ego ante hos annos illam deridebam, & iſtam carnalem uitam utilem eſſe dicebam. Et Quirinus, Fac & me probare,ut ſi ita eſt, ſicut tu credidiſti, & ego credam. Beatus Hermes dixit, ſanctus Alexander,qui habetur in uinculis,hæc me docuit.

Audiens hæc Quirinus cœpit maledicere Alexandro, & dixit ad Hermem, Ego te rogaui dicens,Fac me probare iuſtè te credidiſſe,& tu mihi nominaſti hominem magum, quem in uinculis habeo, & in carceris ima concluſum.Si uerum eſt ergo quod dicit,uado ad eũ ipſe, & triplicabo illi uincula & cuſtodes,ſi potuerit hora cęnandi ad te uenire,credam quæ docuerit. Iuit,triplicauit uincula,cuſtodes appoſuit.

Primo igitur noctis initio, uenit puer, qui uidebatur eſſe, non amplius quàm quinque annorum,ferens faculam ardentem in carcere,& flectens genua ſua cum beato Alexandro orauit,dicens orationem dominicam,& apprehendens manum eius eduxit per feneſtram,& perduxit eum ad beatum Hermem in domum Quirini. Quirinus factũ hoc ut uidit, exterritus eſt. Cui poſt talia beatus Hermes dixit: Ecce nos uides in unũ,quos cuſtodijs mancipaſti.Cauſa cur ego ſancto Alexandro crediderim,iſta eſt.

Vnicus cum mihi eſſet filius in nimio languore poſitus,qui adhuc ambulabat ad literarum ſtudia,hicq́; in capitolium cum eſſet ductus à me,& mater ſua & ego ſacrificaremus Dijs, & pontificibus præmia dediſſemus,mortuus eſt. Tunc increpare me cepit nutrix eius dicens, ſi eum ad limina ſancti Petri duxiſſes, & credidiſſes Chriſto, filium tuum incolumem haberes.Cui ego reſpondi,Dum tu ipſa cæca ſis facta, & non ſis curata, quomodo filium meum reddet incolumem? Si autem iſtos,inquit,quinque annos credidiſſem Chriſto, redditi mihi eſſent oculi.Cui dixi, Vade,& crede;& ſi tibi oculos aperuerit Alexander,credam,quòd & mihi reddat filium meum.

Abijt ad ipſum cæca, & ecce reuerſa eſt ad me ſana; imponensq́; humeris ſuis filium meum mortuũ,cucurrit,& iactauit eum ante pedes beati Alexandri. At ille 1 oratione facta reſuſcitauit eum. Ego confeſtim miſi me ad pedes eius, & rogaui me fieri Chriſtianum. Patrimonium uerò matris eius ipſi contuli: Aliquanta etiam de meo addidi. Cætera uerò aut pauperibus erogaui, aut ſeruis meis,qui mecum

1 *Vide miram orationis uirtutem, oratione facta ſanctus Alexãder papa puerum mortuũ ſuſcitauit.*

factі ſunt Chriſtiani, dedi.

Hæc & his ſimilia cum egiſſet circa Quirinum beatus Hermes, credidit Quirinus cum omni domo ſuà, & baptizatus eſt. Aurelianus cuncta hæc audiens, dictauit in ultimo ſententiam, ut beatus Hermes puniretur. Qui decollatus, à beata ſorore ſua Theodora collectus, in ſalaria uetere non longe ab urbe Roma, Quinto Calendas Septembris ſepultus eſt.

VITA SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI per Adonem iamdictum collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub 7. kalendas Septembris.

IPſo die in Aphrica depoſitio ſancti Auguſtini Epiſcopi. Ex prouincia ergo hic Aphricana ciuitate Tagaſtenſi, de numero Curialium parẽtibus honeſtis & Chriſtianis progenitus, alitusq́; eſt, ac nutritus eorum cura ac diligentia, impenſisq́;, ſecularibus artibus eruditus apprime, 1 omnibus uidelicet diſciplinis imbutus, quas liberales uocant. Nam & grãmaticam prius in ſua ciuitate, & Rhetoricam in Aphricę capite Carthagine poſtea docuit: conſequenti etiam tempore trans mare in urbe Roma, & apud Mediolanum. In qua urbe tunc adminiſtrabat acceptiſsimus Deo, & in optimis uiris præclariſsimus ſacerdos Ambroſius.

1 Si ſanctiſsimus uir omnibus liberalibus diſciplinis fuit imbutus, cur ſtoli quidam noſtri tẽporis dicunt ſtudium artium & diſciplinarum humanarum, eſſe Chriſtianis inutile, & a ſcholis explodendum?

Huius interea uerbi Dei prædicatoris frequentiſsimis in Eccleſia diſputationibus aſtans in populo, intendebat ſuſpenſus, atque affixus. Et factum eſt diuina præſtante opitulatione, ut per beatum Ambroſium, & doctrinam ſalutarem Eccleſię catholicę, & diuina perciperet ſacramenta. Moxq́; ex intimis cordis medullis ſpem omnem, quam habebat in ſeculo, dereliquit.

2 Ecce ſanctorum fidelium exercitia, in quibus et bona opera cõputantur. Non ergo ſatis fuit Auguſtino ad ſalutem credere duntaxat.

Iam uerò non uxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſeculi quærens, Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit. Vnde cum his qui eidem adhærebant, Deo uiuebat, 2 ieiunijs, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans die ac nocte: Et de his, quę ſibi Deus cogitanti, atque oranti intellecta reuelauit, & præſentes & abſentes ſermonibus ac libris ditabat. Factumq́; eſt, ut ordinaretur 3 presbyter in Eccleſia Hipponenſi, omnibus id uno conſenſu, & deſiderio fieri perficiq́; petentibus, magnoq́; ſtudio flagitantibus. Mox ſibi monaſterium intra Eccleſiam inſtituit, & cũ Dei ſeruis uiuere cœpit ſecundum 4 modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutã; maximè ut nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eſſent omnia cõmunia, & diſtribueretur unicuiq́; ſicut opus erat.

3 Si omnes ex æquo eſſent ſacerdotes ut uolunt hoc tempore neſcio quidam, non fuiſſet opus Auguſtino ut ordinaretur presbyter.

4 Vides in effectu quod uerus Monachiſmus nil aliud eſt q̃ uiuere ſecũdum modũ et regulã ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutã? Cur ergo tãtopere illi detrahũt Nouatores noſtri?

Interiecto autẽ tempore, ſancto Epiſcopo Valerio id agente, omnibus gratulantibus, atque id fieri ingenti deſiderio clamantibus, Epiſcopatum ſuſcipere ſuo uiuente Epiſcopo, coactus eſt. Atq́; ita factũ

eſt, ut Epiſcopus multo inſtantius ac feruentius maiore authoritate uerbum ſalutis æternæ, alacriter pullulanti, atque creſcenti Domini Eccleſiæ prædicaret. Vixit in clericatu uel epiſcopatu annis fermè Quadraginta, ætatis uerò illius annis ſeptuagintaſex. Verbum Dei uſque ad extremam ægritudinem impręterniſsè, ſana mente, ſanoq́; conſilio in Eccleſia prædicauit. Membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu, atque auditu, & aſtantibus, & uidentibus, & orantibus fratribus, obdormiuit cum patribus ſuis, enutritus in ſenectute bona. Teſtamentũ nullum fecit, quia unde faceret pauper Dei nõ habebat. Tertio obſidionis menſe (Nam ciuitas eius quatuordecim concluſa, & obſeſſa eſt à Vuandalis menſibus, Alanis, alijsq́; cõmixtis gentibus) decubuit febribus, & illa ultima exercitatus ægritudine.

ſ Venerabile Auguſtini corpus a ſua ciuitate primo in Sardiniam translatũ, mox Papiam relatum, ibi honorifice conditũ eſt.

Hic beatus Epiſcopus ſpiritu diuino tactus, in ſancta eccleſia catholica ad inſtructionem animarum fecit libros, tractatus, epiſtolas, numero mille triginta, exceptis qui numerari non poſſunt, quia nec numerum deſignauit eorum. Huius corpus ſ uenerabile, primo de ſua ciuitate propter barbaros Sardiniam tranſlatum, nuper à Leoprando Rege Longobardorum, dato magno precio Ticinis relatum, & honorificè conditum eſt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub v. Calẽdas Septembris.

VITA SANCTI IVLIANI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

PRiuatè natale ſancti Iuliani martyris. Qui tempore perſecutionis hortatu beati Ferreoli, cuius in militia comes erat, ex Aruernenſi urbe clandeſtino diſceſſu, ad præfatum Aruernæ urbis territorium commigrauit. Vbi ab inſequentibus perſecutoribus tentus, defecto gutture, morte horribili necatus eſt.

Habetũr in eius martyrologio ſub iiij. Calendas Septembris.

VITA SANCTÆ SABINÆ MARTYris, per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ in Auentino in oppido Vindinenſi ad arcũ Fauſtini, natale beatiſsimæ & Illuſtriſsimæ Sabinæ martyris, quæ fuit uxor præclariſsimi quondam Valentini, & filia Herodis Metallarij. Quæ paſſa eſt Adriano imperante, ſub præfecto Helpidio.

Hanc beata uirgo Seraphia, cum in domo eius conuerſaretur, perſuaſit in fide domini Ieſu Chriſti. Quæ poſtmodum eandem uirginem uſque ad locum paſsionis ſecuta eſt. Et cum ei Pręſes Berillus diceret, Quid tibi ipſa derogas, aut quare temetipſam uilem reddis, aut quare non conſideras, quæ es, aut cuius filia es? Coniunxiſti enim te Chriſtianis, & oblita es natales tuos, & memoriam tãti uiri cuius fui-

ſti,& deorum,quorum iram uereor ne incurras. Reuertere magis ad domum tuam,& dimitte hanc nefandam, quæ maleficijs te & plures demutauit à deorum cultura. Beata Sabina reſpondit; Illius ſanctæ puellæ, de qua dicis, maleficijs utinam & tu ſuadereris, ſicuti & ego ſuaſa ſum,ut ab immundis recederes idolis,& uerum, & certiſsimum agnoſceres Deum, qui bonos ad æternam uocat uitam, & malos in pœnam relinquit perpetuam. Quod Præſes audiens, reueritus illam dimiſit.

Vt uerò beata Seraphia glorioſiſsimo martyrio coronata eſt, Illuſtriſsima Sabina colligens reliquias eius, celebratis ! uenerabilibus exequijs,ut theſaurum ſempiternum,uel precioſam margaritam repoſuit in monumento ſuo,quod ipſa ſibi cum ſummo ſtudio,& ornatu fecerat. Deinde interpoſitis aliquot diebus, comprehenſa iudici Helpidio præſentatur. Quam ille uidens, Tu es,inquit,Sabina uxor quondam Valentini illuſtriſsimę memoriæ,& filia Herodis? Cui ſancta Matrona reſpondit, Ego ſum, & gratias ago Domino meo Ieſu Chriſto,qui me peccatricē per ſanctam famulam ſuā Seraphiam, de multis ſordibus,& poteſtate dęmonum,liberare dignatus eſt.

! Vide hic uenerabilē celebrationē exequiarum. Vide et in quanta reuerentia habenda ſint corpora ſanctorum.

Cómotus poſtmodum Præfectus, cū uideret in confeſsione Chriſti conſtantiam eius,dictauit ſententiam dicens; Sabinam dijs inobedientem,dominos quoque & Auguſtos noſtros blaſphemantem,gladio percuti decreuimus, atque omnes facultates eius publicis titulis deſignari.

Paſſa eſt autem beata famula Chriſti Sabina Quarto Calendas Septembris. Et à Chriſtianis ſublatū corpus eius,ſepultum eſt in monumento, ubi ipſa uenerabiliter repoſuerat magiſtram fidei ſuæ uirginem Seraphiam,ad arcum Fauſtini, iuxta aream Vindiciani, in oppido Vindinenſi.

DECOLLATIO BEATISSIMI IOANNIS Baptiſtæ per Adonem iamdictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub iiij. Calendas Septembris.

PAſsio & decollatio, uel potius inuentio capitis beatiſsimi Ioānis Baptiſtæ,quem Herodes Tetrarcha (ut Euangeliſtæ referunt) tenens ligauit in carcere propter Herodiadem uxorē Philippi fratris ſui,quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes,non licet tibi habere uxorē fratris tui. Hac de cauſa inſidiabatur illi Herodias, & quęrebat occidere eum,& non poterat: Herodes enim metuebat Ioannē, ſciens eum uirum iuſtum,& ſanctū eſſe. Sed cum Herodes ipſe diem natalis ſui ageret, filia Herodiadis ſaltante in medio, ſæuiente matre inter delitias,& conuiuia laſciuientium,temerè ab Herode iuratur,& impiè quod iuratur, in nece prophetæ impletur. Non enim poterat

ueritas æquo animo tolerari, quam homo Dei monebat; quia uicerat Regem libido. Vinctus autem erat ſanctus Ioannes Baptiſta in Arabia, caſtello Macherunta. Miſſo itaq; ſpiculatore decollatur in carcere, & allatum eſt caput eius in diſco, puellæq; datur.

Quod audientes diſcipuli eius, uenerũt, & tulerunt 1 corpus eius, & poſuerunt illud in monumẽto apud ſebaſten Paleſtinæ, quæ quondam ſamaria dicta eſt. Vbi per aliquot annos iacuit, uſq; ad tempora Iuliani impijſsimi Cæſaris. Qui cum eſſet Chriſtianis infeſtiſsimus, pagani apud Sebaſten Palęſtinæ ſepulchrum eiuſdem Ioannis Baptiſtæ inuadunt & oſſa diſpergunt. Eadẽ rurſum collecta, & cremata latius diſpergunt. Sed dei prouidentia affuere quidam ex Hieroſolymis monachi, qui mixti colligentibus, quæcunq; ipſi potuerũt, ablata ad Patrem ſuum Philippum pertulere. Ille confeſtim hæc (ſupra ſe enim ducebat, tantum theſaurum proprijs ſeruare uigilijs) ad Pontificem maximum tunc Athanaſium per Iulianum diaconem ſuum mittit. Quæ ille ſuſcepta paucis arbitris, ſub cauato ſacrarij pariete incluſa, prophetico ſpiritu profutura generationi poſteræ conſeruauit. Cuius pręſagium ſub Theodoſio principe per Theophilum eiuſdem urbis Epiſcopum completur.

1 *Ergo ſepelire mortuos opus pietatis eſt poſtquam et diſcipuli ſanctiſſimi Ioannis hoc fecerunt.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM FElicis & Adaucti per eundem Adonem collecta.

Habetũr in martyrologio eiuſdẽ ſub iij. Calendas Septẽbris.

ROmæ uia Oſtienſi miliario ſecũdo ab urbe, natale beatiſsimorum martyrum Felicis & Adaucti, ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Præfecto & Iudice Draco.

Fuere autẽ duo fratres nomine & opere Felices, ambo presbyteri. Horum ſenior Felix ex iuſsione Imperatorum, cum ad ſecretarium Iudicis eſſet perductus iuxta templum ſerapis, dum cogeretur ad ſacrificandum, exufflauit in faciem ſtatuæ æreæ, & ſtatim cecidit. Item ductus ad Mercurij ſtatuam in aliam ædiculam, ſimili modo in illam exufflauit, & mox cecidit. Item ad ſimulachrum Dianæ, quod pari modo deiecit. Reductus ad Præfectũ imponitur eculeo, & inquiſitus quibus hæc maleficijs feciſſet, beatus Felix reſpondit; Non maleficijs diaboli, ſed beneficijs omnipotentis Dei hoc egi.

Furore itaque accenſus Pręfectus, iuſsit eum duci extra urbem uia Oſtienſi, quia illic arbor excelſiſsima ſtabat dæmonibus conſecrata, iuxta quam erat templum, ut ibi ad ſacrificandum impelleretur. Quò perductus, oratione facta, dixit ad arborem, Præcipio tibi in nomine domini mei Ieſu Chriſti, ut radicitus corruas, & templum, ac ſimulachrum, uel aram eius funditus cõminuas, ut amplius cultu tuo animę nõ decipiantur. Quę ſtatim ad uerba ipſius ita euerſa eſt, ut & tẽplum ac ſimu-

ac ſimulachrum cõminueret,& quod fuerat,non appareret.

Quod cum nunciatum fuiſſet Præfecto,ſtatim iuſsit eum decollari,& corpus eius inhumatũ canibus & lupis derelinqui. Data ſententia,obuius fuit ei quidam uir Chriſtianus,hominibus quidem abſconſus,Deo uerò manifeſtus. Hic cum didiciſſet,quòd beatus Felix duci fuiſſet iuſſus, cepit clamare, & dicere, & ego ex eadem lege ſum, & ipſum,quem hic ſanctus presbyter confitetur, dominũ Ieſum Chriſtum colo.Mox & ipſe ab officio Præfecti comprehenſus,pariter dato ſibi oſculo,cum beato Felice decollatus eſt.

Huius nomen quia non inuenerunt Chriſtiani, poſtmodũ Adauctum eum appellauerunt,quòd ſancto martyri Felici auctus ſit ad coronam,ipſiq; pro fidei confeſsione corona martyrij aucta. Chriſtiani itaque hoc inuenientes,in eodem loco,ubi arbor ſteterat, quæ cadens nimiam terræ altitudinem aperuerat,eos ſepelierunt.

1 Vides quod ſanctorũ ſepulchra & oſſa non ſunt ab immundis et facinoroſis tãgenda: Et quãdo hoc faciunt, ſeuere à domino caſtigantur.

Quorum corpora uolentes 1 pagani exinde effodere,cũ manus appoſuerunt,à diabolo correpti ſunt. Vbi poſtea pacis tempore baſilica 2 fabricata eſt, & martyrum memoria dignè exculta. Cõpleuerunt autem martyrium ſuũ Tertio Calendas Septembris.

2 Ecce quõ etiam antiquitus baſilicæ in memoriam Martyrũ ædificabantur.

VITA BEATI LONGINI MARTYRIS per ſupradictum Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Calendis Septembris.

Apud Cæſaream Cappadociæ natale beati Longini & martyris,& militis,quem tradunt illum eſſe, qui lancea latus Domini Ieſu Chriſti pendentis in Cruce aperuit.

Hic poſtmodum ab Apoſtolis baptizatus,cũ apud Cappadociam ſanctitate præcipuus degeret,tandem ab Octauio præſide cõprehenſus,poſt confeſsionem fidei,lingua abſciſſa,& dentibus excuſsis,capite truncatus eſt. Simul cũ eo coronatus eſt Afrodiſius Cõmentarienſis, cui & præſes linguam abſcidi iuſſerat. Quiq; poſt abſciſsionem expeditè Chriſtum clara uoce loquebatur.

VITA SANCTI IVSTI EPISCOPI, PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub iiij Nonas Septẽbris.

Natale ſancti Iuſti Lugdunenſis Epiſcopi,miræ ſanctitatis,& prophetici ſpiritus uiri. Hic clam Epiſcopatum ſuum relinquens, aſcenſa naue,comitante ſe uno tantum puero,qui officio Lector 1 in Eccleſia erat,nomine Viatore,peruenit ad Ægyptũ. Vbi per aliquot annos ſanctis 2 monachis cęlum ſolum ſpectantibus conſociatus,humilitate & ſanctitate uitæ incomparabilis uixit.

1 Lectoratus eſt unus ex Eccleſiaſticis ordinibus.

2 Ecce quales eſſe debent ueri Monachi.

Curſu itaque temporis conſummato, ipſe quoque uirtutibus con-

3 Nota ſanctorum honorificam ſepulturam, in baſilica etiam beatorum vij. Machabæorum.

ſummatus,repoſitam ſibi coronam Iuſtitię percepturus,migrauit ad Dominum ſecundo Idus Octobris. Corpus eius à religioſis ciuibus Lugdunenſibus cum oſsibus beati Viatoris miniſtri eius relatum,cōdigno 3 cultu in baſilica beatorum ſeptem fratrum Machabęorum conditum eſt iiij.Nonas Septembris.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub iiij. Nonas Septembris.

VITA BEATÆ SERAPHIÆ VIRGINIS per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ paſsio beatę Seraphiæ uirginis ſub Adriano Imperatore,iudice Berillo.Hæc Antiochena genere,cum in domo Sabinæ præclariſsimæ fœminæ apud urbem cōmaneret, rapta ab officio Præſidis,exhibita eſt in conſpectu ipſius. Cui Præſes dixit,Sacrifica Dijs immortalibus, quibus ſacrificant domini Imperatores. Beata Seraphia reſpondit,Timeo,& colo omnipotentem Deum,qui fecit cœlum,& terram,& omnia quæ in eis ſunt.Nam dij,quos iubes adorare,non ſunt dij,ſed ſunt dæmonia,& ideo non licet mihi adorare eos, quia Chriſtiana ſum.

Cumq; perſeuerantiſsimè fidem ueritatis proſequeretur,iuſsit eā Præſes duobus iuuenibus laſciuis tradi, ut ei nocturno furto inſultarent. A quibus perductam in cubiculum obſcuriſsimū, cum uellent eam tangere,ſubito terræmotus factus eſt magnus,cecideruntq; exanimes in terrā,mēbris omnibus reſoluti.Diluculo autem cū ueniſſent à Præſide miſsi,qui requirerent, ſeu de iuuenibus, ſeu de uirgine, ingreſsi inuenerunt ſanctam Dei orantem,iuuenes uerò impudicos uelut mortuos terræ proſtratos.

Itaque ad rei factum cōplurimi concurrerent.Iterum autem pręſes iuſsit pro tribunali eam ſibi adduci. Et imperante Præſide deportati ſunt idem iuuenes,& poſiti ante conſpectū ipſius. Ad quos beata uirgo,facta oratione,accedens,tetigit illos dicens, In nomine domini mei Ieſu Chriſti erigite uos in ſtatu ueſtro.Ad cuius uocem mox illi ſteterunt ſuper pedes ſuos.Quos Præſes interrogauit; Quid faciendo hæc mulier demētes uos fecit,& reſolutos? Ingreſſus eſt,inquiunt, quidam iuuenis decorus,miræq; magnitudinis,qui totus ſplendebat ſicut ſol,ſtanſq; inter nos & puellam, hunc tremorem & defectionē claritate ſua concuſsit.

Præſes ad beatam Seraphiam conuerſus, Sacrifica dijs,inquit, ne morte plectaris. Cui uirgo: Non facio uoluntatem patris tui Satanæ quia Chriſtiana ſum. Tunc præſes iuſsit lampades ardentes lateribus eius apponi.Sed ſtatim qui eam tenebant,ceciderunt retrorſum.Pręſes uerò iterum beatæ Virgini dixit,Biothanata & malefica,audi imperiale præceptum,& ſacrifica dijs immortalibus, & libera te de cru-

ciatibus & morte. Beata Seraphia hoc illi reddidit, Biothanati & malefici uos eſtis, qui negatis Deum uiuū, & uerū, & dæmonia adorando cum ipſis pariter eſtis morituri. Deo autem immortali ego memetipſam offero ſacrificium, ſi me dignatur ſuſcipere licet peccatricem, tamen Chriſtianam.

Tunc fuſtibus cęditur, & ecce ſubito terręmotus factus eſt magnus: Et excuſſa de fuſte, quo cędebatur uirgo Dei, haſtella, exiliuit in oculum præſidis, quē poſt dolorem luſcum fecit. Et iratus dictauit ſententiam, Seraphiam Imperialis præcepti contemptricē, & in tantis maleficijs deprehenſam gladio percuti iubemus.

Paſſa autem iiij. Calendas Auguſti, & ſepulta iuxta arcam Vindiciani in monumento illuſtris martyris Sabinæ ij. Calendas Auguſti. 1 Compoſitum uerò & ornatum eſt uenerabile ſarcophagum amba rum, & locus orationis condignè dedicatus Tertio Nonas Septēbris, quando & memoria paſsionis eius celebrior agitur.

1 Compoſitum & ornatū eſt uenerabile ſarcophagum ambaū, & locus orationis condigne dedicatus.

VITA SANCTI MARCELLI MARTYRIS per eundem Adonem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub pridie Nonas Septembris.

CAbillone natale ſancti Marcelli, qui tēporibus Antonini ueri ex numero Quinquaginta martyrum, qui Lugduni in ergaſtulum truſi fuerant cum Valeriano cui mancipati erant, patefactis diuinitus clauſtris, aufugit. Et cū Latinū quendā à quo hoſpitio ſuſceptus fuerat, cū omni domo ſua ad fidem Chriſti conuertiſſet, Cabillonenſium expetens ciuitatem, Priſcum quendam præſidē dijs ſuis immolantem incurrit.

Cumq; ab eo ad prophanum conuiuium fuiſſet inuitatus, & ipſe huiuſmodi execrans epulas, omnes qui aderant, cur idolis deſeruirēt, libera increpatione corriperet, inaudito crudelitatis genere defodere eum cingulo tenus Pręſes iuſsit. Sicq; ſanctus Dei martyr tertio die, in Dei amore, & laudibus perſeuerans, in ſecundo ab oppido Cabillonenſi miliario incontaminatum reddidit ſpiritum.

VITA BEATI VICTORINI MARTYRIS per Adonem iamdictum collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub Nonis Septembris.

IN ſuburbano Romæ natale beati Victorini martyris. Fuerunt autem duo fratres Victorinus, & Seuerinus. Hi poſt utriuſq; parentis obitum ſeinuicem pędagogantes, pari cuſtodia ſe mutuis obſequijs æmulantes, germanitatis uinculo probabiles Deo ſeipſos hoſtiā uiuam obtulerunt. Cumq; intantū excreuiſſent, ut ſua omnia, 1 perfectionis intuitu relinquerent, & uendentes res ſuas cenſum earū pau-

1 Vide hic Euangelicā paupertatem quæ neceſſaria eſt & præceptis uolentibus ad perfectionem tendere.

Cõſiſtit eadem in uolũtaria rerũ omniũ abdicatione, et in pauperes Chriſti erogatione.

peribus erogaſſent, Deo expeditius ſeruituri, nudi facultatibus omnibus remanſerunt. Alter itaque ſeruiens alteri, mutua uice, & æmula charitate ſeruiebat. Imperium, libertas. Nihil deerat illis, cùm nihil haberent.

Igitur Victorinus ſpirans altius, & idipſum quòd ſibi parebant, imperfectum cõputans, nec ſatis ſibi factum, ſi alteri liceret in altero, aut alter alteri ſeruitium exhiberet, eremũ ingreditur, ſeditq́; in ſpecu excelſę rupis, quã ſubterfluentis ãquæ geminũ ſinuarat abruptũ: uni tantũ hoſpitium uiro, ut ſedens ſomnum caperet, uel ſi reciperet alterum, ſtans oraret. Texerat oſtiolum uimine, aſsiduus in 2 lectione & oratione manebat.

2 *Aſsiduus in lectione et oratione manebat.*

Cernit interim inuidus omnis boni profectum uiri, & ferre non ualens, ſimulat ſe puellam, & ante fores uiri gementia uerba ingeminat. Heu, inquit, me miſeram, ſyluis, errore, & tenebris uagam: locus non agnoſcitur, iter quæritur. Quiſquis es loci huius incola, cœlum undiq; & ſyluæ famã uirtutum tuarũ opusq; ferent; eripe me à frendentibus apris, eripe à ſęuientibus lupis, & à rictibus urſorum. Quod uictura ſum, tuum erit, ſi moriar, tuum. Satis ſuperq; ſufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum, unius tantum noctis hoſpes ero.

Reſerat Victorinus cellam, & hoſtem, dum miſeretur, ſecũ includit. Vix horæ ſpatium interceſſerat, dum inter molimina, & aſsiduũ corporis motum, protenſo pede, tetigit hominẽ Dei, & uelut cõpungens uulnere, noxio calore ſuccendit. Addit igniculum dulcedo ſermonis, urget facinus ſolitudo. Quid moror? Facit caſum columna arboris alta radice, quæ diu fundata ſteterat. Furtiuus amor ſcelus perficit. Exclamat iam Victor Victorini diabolus; Quid agis, inquit, uir perfectiſsime, cui etiam frater grauis fuit? Iam iungens alteri, qui receſiſti à tuo? Quid agis, qui nouum dogma ſyluis conſtituens, ſuadebas ſcopulis caſtitatẽ? Hæc iactans, ex oculis decepti uelut fumus euanuit.

At is qui ceciderat, uelut exanguis iacuit. In ſe autẽ aliquando reuerſus, Syluas deſeruit, ad fratrem Seuerinum repedauit; pudore diu uocẽ ſupprimens, tandẽ cauſam facti expoſuit, ipſe pęnã ſibi ſtatuens.
3 Findens nanq; arborẽ, manusq; per fiſſuram inſerens, pręduratam cuneis & peſſulo cicatricẽ arboris claudit. Sed mox Seuerinus factum pęnamq; fratris Epiſcopo ſuo nunciat. Ille ueniens, primũ eum ſoluere tentat; ſed ut repugnantẽ uidit, orat, benedicit, conſolatur, diſcedit. Vir autẽ Domini, qui ſe grauiſsima pęnitentia damnauerat, dominica tantũ die modicum panis & aquæ coactus à fratre percipiebat, qui etiam ſe ſimili cibo, & ieiunio macerabat.

3 *Ecce quã ſatisfactionẽ adhibeat ſanctus uir pro pœna peccati cõmiſsi.*

Igitur in huiuſmodi cõſtrictione triennium uoluitur. Cumq; iam omnes penè euiciſſet eius in Chriſto imitanda humilitas, Epiſcopus

ciuitatis

ciuitatis rediens, uix agere potuit, ut ſeſe à pœna, qua ille memor tremendi iudicij ſe damnauerat, abſumptis penè carnibus, permitteret reſolui. Quantæ autem ſanctitatis poſtea fuerit, quamq; potens in miraculis, non facile lingua alicuius explicabit.

Electus deinde ab uniuerſo populo, Amiterninæ urbis ſacerdotiũ adipiſcitur. Inde poſtmodum ſub Imperatore Nerua cum alijs Dei ſeruis Eutice & Marone, ab Aureliano iudice primo relegatus in ſexageſimo miliario ab Vrbe uia Salaria. Deinde apud eum locũ, qui Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ manant & ſulphureæ, in ipſis capite deorſum per horas tres ſuſpenſum teneri, ab impio iudice iuſſum eſt. Quod cũ per triduũ pro Chriſti nomine paſſus fuiſſet, glorioſè coronatus migrauit ad Dominum.

Cumq; una die iuſſu Aureliani corpus eius inhumatum iacuiſſet, uenerunt Amiternenſes populi Chriſtiani, & rapientes in ſuũ territorium tranſtulerunt, & 4 honorifica ſepultura condiderunt Nonis Septembribus.

4 *Vide ſancti Martyris honorificam ſepulturam.*

VITA BEATI IOANNIS MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub vij. Idus Septembris.

NAtale beati Ioannis apud Nicomediam ſub Diocletiano Imperatore. Qui de nobilibus honore, & dignitate illuſtris, ut uidit aduerſus cultores Dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publicè populo inſpectante iniecta manu, librum iniquæ legis detraxit, ac minutatim diſcerpſit, Auguſto Diocletiano in eadem Vrbe ſimul cũ Maximiano conſtituto.

Ad quos cum relatum eſſet religioſi & illuſtris uiri factum, continuo omni in eum crudelitatis genere deſæuientes, ne hoc quidem ſolum efficere quiuerunt, ut eum mœſtum aliquis uideret in pœnis: ſed læto atq; hilari uultu cũ iam uiſcera in ſupplicijs defeciſſent, ſpiritus tamen lætabatur in uultu. Ex quo tortores ſui grauius cruciabantur, quòd omnia ſuppliciorum genera conſumebant in eum, quem ne triſtem quidem ex his reddere poterant.

VITA SANCTI ADRIANI MARTYRIS cũ alijs Vigintitribus, per eundem Adonem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub vij. Idus Septembris.

APud Nicomediam natale ſancti Adriani martyris cũ alijs xxiij. Maximianus cum grauiſsimè perſequeretur Chriſtianos, apud Antiochiam oblati ſunt ei quidã Chriſtiani fide ac religione inſigniſſimi. Quos ille poſt ueritatis confeſsionem extenſos lignis & neruis crudis cœdi iuſsit, ac deinde lapidibus ora ipſorũ contundi, & linguas

eorum præcidi. Hæc omnia cernens Adrianus, qui erat prior officij, dixit ad eos, Adiuro uos per Deum ueſtrum, pro quo hæc patimini, dicite mihi in ueritate, quæ eſt 1 remuneratio ueſtra, quã expectatis pro his tormentis? Videtur enim mihi magna & mirifica eſſe. Cui xxiij. martyres dixerunt, Expectamus quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, inenarrabile bonum, quod pręparauit Deus his qui diligunt eum. Audiens hęc Adrianus ſtatim exiliens ſtetit in medio eorum, & dixit his qui gerebant exceptoris officium: Annotate confeſsionem meam cum his ſanctis, & athletis Dei, quia & ego Chriſtianus ſum.

1 Vide hic quõ Adrianus uel ſolius remunerationis intuitu conuerſus eſt ad Chriſtũ. Nullus autem ſanctorum eſt qui ob hoc illum unquã reprehenderit, quinimo ualde commendauerit. Ex quo conſtat ualere etiam illa opera ad coronam, quæ intuitu quoque remunerationis fiunt, iuxta illud Prophetæ, Inclinaui cor meum ad faciendũ iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionem. Cuius rei illa eſt efficax ratio, quod retributio illa nil aliud quàm Deus ipſe eſt, nec aliquid fieri poteſt propter retributionem, quod non fuit etiam propter Deum. Nec refert naturã quãlibet in ſeipſam reflecti, quia non in ſeipſam tantũ reflectitur, quãtum ad id quod eſt ei ſingulare, ſed multo magis quantum ad ſummum ſuũ bonum alijs etiã omni ut maximum ita & cõmuniſsimum bonum.

Poſt non multum ſpacium cũ audiſſet Maximianus nomen eius recitari inter nomina ſanctorum martyrũ, euocato ad ſe dixit ei, Inſanis Adriane? Nunquid & tu uis tam male perire? Adrianus reſpõdit, Non inſanio, ſed de multa inſania ad ſanam mentem reuertor. Cumq; perſeueranter quæ ſunt fidei & ueritatis proſequeretur, furore repletus Maximianus, iuſsit eum ferro uinctum cũ reliquis ſanctis martyribus ad carcerem pertrahi. Erat autem iuuenis annorũ uiginti octo.

Et fama celeriter currente, didicit uxor illius Natalia cuncta, quæ circa Adrianum maritum prouenerant: Et gaudio plena, quia erat mulier Chriſtianiſsima, cucurrit ad carcerem, procidensq; ad pedes uiri ſui, oſculabatur uincula eius dicẽs illi: Beatus es domine mi Adriane, quia inueniſti diuitias, quas tibi non dimiſerunt parentes tui. Verè iam ſecurus pergis ad Chriſtum, bene recondens in ipſo diuitias, quas inuenies in tempore neceſsitatis, ubi de pœnis damnatorum neminẽ quiſquã liberabit. Non pater filium, nõ mater filiam, non diuitię tranſeuntes, non illos ſeruorum ambitio, & patrimonij amplitudo, ad extremũ nec amicus amicũ. Omnes enim tunc propria ſarcina comitabitur. Tu domine mi tecum habens Chriſtum, in quo omnia tua repoſuiſti, perge fiducialiter, perge ne timeas, ut percipias promiſſa ipſius. Non reuocet te ullus intuitus rerum uelut umbra tranſeuntium, non affines, non parentũ gemitus, non pulchritudo ipſa corporis tui, execratio ſeductorũ, adulationes amicorum: Non te terreant ſpecies tormentorum: Horum qui tecũ ſunt, martyrum conſtantiam & patientiam aſpice, his ſolis intende.

Hæc poſtquã glorioſiſsima fœmina proſecuta eſt, ſingulorũ martyrum uincula deoſculans, Rogo uos, inquit, ſerui Chriſti, confortate hunc Adrianũ beatiſsimis monitis, & lucrifacite animã eius in Chriſto. Vos ſitis ei patres, per uos naſcatur æternę uitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit, Perge nunc ſoror mea in domũ tuam, & cũ agnouero fieri interrogationẽ noſtram, accerſam te, ut uideas finem rei. Poſt aliquot dies cũ quæſtio ĩmineret, beatus Adrianus dato precio cuſtodibus, & datis fideiuſſoribus, perrexit ad domũ ſuam uocare beatam

Nataliam. Cumq; pergeret, uidit eũ, qui bene illum nouerat, & præcurrens domũ, nunciauit eũ uenire. Quod uxor audiens primo non credidit. Quis inquit, potuit eum abſoluere de uinculis illis? Non mihi contingat ut abſoluatur, nequando ſeparetur à ſanctis illis. Et cũ puer domeſticus ſuperueniens affirmaret eũ dimiſſum, ſuſpicata illa, quòd martyrium refugiſſet, contriſtata flebat amariſsime. Et cũ iam uidere Adrianum inciperet, proiecit quæ erant in manibus, & accurrens clauſit oſtium domus clamans, & dicens, Lõge efficiatur à me hic qui corruit, & mentitus eſt domino Deo ſuo: Non loquatur mihi, nec audiam linguam, quæ doloſè egit in conſpectu factoris ſui. Et conuerſa dicit in eum: ò ſine Deo prę omnibus hominibus, quis te coëgit apprehendere opus, quod nõ potuiſti perficere? Quis te ſeparauit à ſanctis, aut quis te ſeduxit, ut recederes à conuentu pacis, uel repauſationis? Dic mihi, quare in fugam conuerſus es, antequã fieret pugna? Quare proieciſti arma, antequã uideres hoſtem tibi repugnantem? Quomodo uulneratus es, necdum emiſſa ſagitta? Quid faciam infeliciſsima, quæ coniuncta ſum impio? Non eſt mihi conceſſum, ut uocarer uxor martyris, ſed ut dicerer coniunx tranſgreſſoris. Ad horam fuit exultatio mea, & ecce per ſecula erit opprobrium meum.

Cui beatus Adrianus pro foribus ſtans dicebat: Aperi mihi ſoror mea Natalia, quia non ſicut tu æſtimas, effugi martyrium. Veni autẽ propterea, quia inſtat tempus quęſtionis noſtræ, ut ſicut promiſi, pręſens fias. At illa non credens, Vide, inquit, quomodo me ſeducit tranſgreſſor? Ecce quomodo mentitur alter Iudas? Recede à me homo, nã ante meipſam interficiam, quàm tibi ſocier. Cumq; beatiſsimus martyr de zelotypia coniugis lætus, ſermonibus ſuis ei ſatisfaceret, & niſi citius aperiret, moras ſe facere non poſſe aſſereret, tandem ei illa aperiens prouoluitur pedibus eius. Inde uerò citius exeuntes properabant ad confeſsionẽ, ut in numero coronatorũ Adrianus inueniretur. Cumq; adhuc eſſent in uia dixit beatus Adrianus; Soror mea dic, quomodo ordinaſti ſubſtantiam tuam? Cui illa, Noli inquit, Domine mi, noli memorare quæ ſunt mundi huius, ne attrahant animũ tuũ; auferantur ab animo tuo omnia corruptibilia, ſolummodo illa feſtina uidere, quæ repoſita ſunt tibi & ſanctis, cũ quibus ambulas in uia Dei.

Completa itaq; die ut produceretur, exhibiti ſunt beatiſsimi martyres in conſpectu Maximiani, putrefactis ita iam carnibus eorũ prę acerbitate tormentorũ, ut uermes de ulceribus eorũ ſcaturirent. Natalia uerò applicans ſe beato Adriano dicebat, Vide Domine mi, ut ſolummodo ad Deum fiat mens tua, nec tuũ cor in aliquo trepidet, dũ uideris tormenta tibi propoſita. Labor quidem nunc modicus, ſed in ſecula ſeculorum æterna repauſatio.

Maximianus reſpiciens Adrianũ ait, Adhuc tu permanes in inſa-

nia? Beatus martyr reſpōdit, Pro hac amentia & inſania paratus ſum hanc uitam finire. Iratus poſt piam confeſsionē ipſius, tyrannus, iuſſit eum tam crudeliter inuicē ſibi ſuccedentibus flagellatoribus cœdi, donec apertis coſtis, uiſcera patefierent. Iterū conſtrictus ferro in carcerē mittitur: Et cū aliquibus diebus cum reliquis ſanctis Dei clauſus ibi fuiſſet, tandem reductus, ſimul & cū eo alij, quos imenſitas pœnarum penè abſumpſerat, ſiſtitur Maximiano. Quos ille iam uidens irreuocabiles, iuſsit ut uecte magno ferreo confringerentur tibiæ ipſorū. Confractis itaque cruribus, ac pedibus inciſis, inſuper beato Adriano manu inciſa, orantes & gratias agentes Domino, emiſerunt ſpiritū.

Corpora eorū iuſsit tyrānus incendi. Sed ſubito factę ſunt coruſcationes, tonitrua ac pluuiæ, & extinctus eſt ignis. Plurimiq; de apparitoribus fulminibus percuſsi, pauci fuga uix euaſerunt. Accurrētibus interea Chriſtianis rapuerunt ex igne iam extincto reliquias martyrum, & aſcenſis nauibus fugerunt, perueneruntq; Bizantium, & 2 reuerenti honore ſepelierunt eas ibi. Nō longo poſt tēpore beati Adriani corpus Romā etiam tranſlatum, 3 honorabili quoque tēplo exornatum eſt. Natalia uerò ipſa de Nicomedia ſanctorū martyrū amore Bizantium enauigans, poſt paucos dies aduentus ſui, dormitionē accepit in Domino, & iuxta ſanctorū corpora ſepulta eſt Calendis Decēbris. Paſsio horū martyrū ſexto Idus Septembris.

2 *Vide reliquias Martyrum Bizantij reuerenti honore ſepultas.*

3 *Corpus beati Adriani Romam tranſlatum, honorabili tēplo exornatum eſt.*

Habetur in loco ubi ſupra ſub iij. Idus Septembris.

VITA SANCTORVM PROTHI ET HYAcinthi martyrum, per eundem Adonem collecta.

ROmæ uia Salaria uetere in cimiterio Baſillæ, natale ſanctorum Prothi & Hyacinthi, qui erant Eunuchi beatæ Eugeniæ uirginis. Cum qua ab Heleno Epiſcopo baptizati aliquanto tēpore diuinis ſolum eruditionibus uacantes, in ſancto propoſito perſtiterunt: Atq; in ſeruorum Dei monaſterio mira humilitate conuerſati ſunt. Et hoc apud Ægyptū. Inde cū beatiſsima uirgine Romā reuerſi, ſub Galieno Imperatore, quòd eſſent Chriſtiani, cōprehenſi, coguntur ſacrificare. Sed non conſentientes, diriſsimè uerberantur. Cumq; Deo fidē ſeruantes gauderent, pariter decollantur Tertio Idus Septēbris.

Poſt hæc tenetur beata Eugenia, & iubetur à Præfecto Vrbis Nicetio Dianæ ſacrificia exhibere. Quæ ſtans ante templum, 1 extenſis manibus fudit orationem. Qua orante, ita ſimulachrum Dianæ cōminutum eſt, ut ſola pulueris eius indicia remanerent. Sed Magicis artibus hoc reputantes, ingenti ſaxo circa ſcapulas eius conſtricto, Tyberi eam pręcipitem dederunt. Quomodo autem agonē paſsionis ſuæ cōpleuerit, breuiter notatum eſt Octauo Calendas Ianuarij.

1 *Ecce orationem cum manuum extenſione, & mirum eius effectum.*

VITA

VITA SANCTORVM SYRI ET EVENTII per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdē ſub Pridie Idus Septēbris.

APud Tycinum urbem, quæ & Papia dicitur, natale ſanctorū Syri & Euentij. Qui à beato Hermagora Aquileienſi Pontifice diſcipulo ſancti Marci Euangeliſtæ, ad præfatam urbem directi, primi illic Chriſti Euangelium prædicantes, & magnis uirtutibus ac miraculis coruſcantes, etiam uicinas urbes, Veroneuſem ſcilicet, Brixiam, & Laudenſem diuinis operibus illuſtrarūt. Sicq; in Pontificali honore, fundata & confirmata fide credentium populorū, glorioſo fine quieuerunt.

VITA SANCTI PHILIPPI EPISCOPI ET martyris, per Adonem præfatum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub Idibus Septēbris.

APud Ægyptū ciuitate Alexandria, natale beati Philippi Epiſcopi & martyris Qui Præfectus primū fuit, deinde baptiſmi gratia ſanctificatus, Epiſcopi dignitatem, ſuffragium ferentibus Chriſtianis populis aſſequitur.

Et ſub Voluſiano & Galieno Imperatoribus, dirigitur Perennius Præfectus Alexandriam. Cui imperatum eſt, ut Philippum occideret. Sed cū hoc implere non poſſet, quia omnis populus ciuitatis Philippo, ueluti quibuſdam uinculis amoris uidebatur aſtrictus, immiſit quoſdam in Eccleſiam, qui ſe fingerent Chriſtianos. Quiq; ingredientes, percuſſerunt eum in oratione conſtitutum.

Sepultus modo eſt in Nitria 1 baſilica condigna martyri, ſupra corpus eius fabricata. Sedit autem in Epiſcopatu anno uno, mēſibus tribus. Paſſus eſt Idus Septembres.

1 Supra corpora martyrum etiā olim fabricabantur Eccleſiæ ſplendidæ.

VITA SANCTI CORNELII PAPÆ ET Martyris, per Adonem iamdictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xviij. Calendas Octobris.

ROmæ uia Appia in cimiterio Calixti, natale ſancti Cornelij Papæ. Qui ſub perſecutione Decij cum presbyteris & diaconibus Centumcellis exilio deputatur. Ad quem confortandum multi Chriſtianorum ueniebant. Quo tempore, beatus Cyprianus ſcripſit ei de Celerino 1 lectore, quanta pro fide & confeſſione Chriſti, ſuſtinuerit.

1 Vnus ex ordinibus in dei Eccleſia eſt Lecto ratus.

Decius Cæſar audito, quod multi ei ſcriberent, & de beato Cypriano, iuſſit eū ſibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur à Cypriano contra Rempublicam literas accepiſſet, reſpondit, Ego de corona Domini literas accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius iuſſit ut

os eius cum plumbatis cęderetur, deinde ad templum Martis, ut ſacrificaret, duceretur. Quod ſi contēpſiſſet, illic capite puniretur. Cumq; duceretur, unus ex militibus nomine Cerealis, rogare cœpit beatum Papam, ut uiſitaret uxorem eius, quæ annis quinque paralytica iacebat. Ingreſſus ante domum eius, tenuit manū Saluſtiæ, & erexit eam dicēs, In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ſta ſuper pedes tuos. Quæ protinus erexit ſe clamans, & dicens, Verè Chriſtus eſt Dei filius. Et dixit beato Cornelio, Baptiza me, per Chriſtum te coniuro. Et currens impleuit uas aqua, & attulit ei. Tunc miſerunt ſe omnes milites ad pedes eius, orantes ſe baptizari. Quos ut baptizauit, obtulit pro eis 2 ſacrificiū laudis; & participati ſunt omnes corpore & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti.

2 Vides Miſſam dici ſacrificium? Vides et in Eucharistia rite conſecrata uerum Chriſti corpus & ſanguinem contineri?

Audiens hæc Decius mittens tenuit oēs eos, & iuſsit ut cum beato Cornelio ducerentur ad ſacrificandum, & ſi nollent parere, capite plecterentur. Ducti autem foras muros portæ Appiæ, expuentes in templum decollati ſunt unà cum beatiſsimo Papa numero Vigintiunus. Sed & Cerealis cum uxore ſua Saluſtia xviij. Calendas Octobris. Eadem uerò nocte uenit beata Lucina cum 3 clericis & familia ſua, & rapuit martyrum corpora, & ſepeliuit ea in agro ſuo in Cripta, in cimiterio Calixti.

3 Sancta mulier uenit noctu cum clericis & familia ſua, et rapiēs corpora Martyrum ſepeliuit ea in cœmiterio Calixti.

Huius beatæ Lucinæ rogatu idem beatus Cornelius corpora Apoſtolorum de Catacumba leuauit noctu, & poſuit, Pauli quidem uia Hoſtienſi, ubi decollatus eſt, Petri autem iuxta locum ubi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorū Epiſcoporū, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatij Neroniani. iij. Calendas Iulias.

Habetur in eius martyrologio ſub xviij. Calendas Octobris.

VITA BEATI CYPRIANI EPISCOPI ET, Martyris, per eundem Adonem collecta.

Apud Aphricam natale beati Cypriani Epiſcopi, Valeriano, & Galieno Imperatoribus, Galerio Maximo Proconſule. Quibus agentibus & elaborantibus, comprehenſus eſt ex præcepto Aſpaſij Paterni Conſulis, & in exilium in ciuitate cordubitana miſſus eſt. Habitauitq; ibi ſuſpenſa ad cœlum mente, tantum ad calcandas paſsiones huius temporis, amore Chriſti animatus. Quò conueniebant ad eum plures egregij clariſsimi ordinis & ſanguinis, ſed & ſeculari nobilitate glorioſi: qui propter amicitiam eius antiquam, ſeceſſum ſubinde ſuaderent, & ne parum eſſet nuda ſuadela, etiam loca in quæ ſecederet, ei offerebant.

Poſt dies autem multos regreſſus de exilio habitabat in hortis ſuis. Et cum illic moraretur, uenerunt ad eū principes duo ex officio Proconſulis Galerij Maximi, qui Aſpaſio Paterno ſucceſſerat, & leuātes

eum in curriculo, duxerunt ad Proconſulem in locum, ubi pro reparanda ſanitate degebat, collectusq; ab Aſtitore officij, ſeceſsit in hoſpitium eius in uicum Saturni. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrũ. Quod cũ comperiſſet beatiſsimus martyr, præcepit cuſtodiri puellas, quæ aduenerant audire uerbum Dei, quoniam ante oſtium manebant Principis ob amorem martyris glorioſi.

Altera die xviij. Calendas Octobris mane, Galerius Maximus ſanctum Cyprianum Epiſcopum offerri ſibi præcepit, in atrio ſecutiolo. Cui inter alia cum dixiſſet Proconſul, Iuſſerunt te ſacratiſsimi principes ceremoniari. Sanctus Cyprianus dixit, Non faciam. Maximus Proconſul dixit, Conſule tibi. Sanctus Cyprianus dixit, Fac quod tibi præceptum eſt: nam in re tam iniuſta nulla eſt conſultatio. Maximus proconſul dixit, Diu ſacrilega mente uixiſti, & nefarios tuæ conſpirationis homines aggregaſti, & inimicum te dijs Romanis, & ſacris religionibus conſtituiſti, nec te pij Imperatores ad ſectam ceremoniarũ ſuarum euocare potuerunt, cum ſis nequiſsimi criminis author, & ſignifer deprehenſus, eris ipſe documento his, quos ſcelere tuo tecũ aggregaſti, ut ſanguinis tui ſatientur diſciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitauit, Tacium Cyprianum gladio animaduerti placet. Sanctus Cyprianus hoc audiens dixit, Deo gratias ago.

Et cum duceretur, populus fratrum plangens dicebat, Et nos cũ eo decollemur. Et ita perductus glorioſus martyr poſt Prætoriũ in agrũ Sexti, exuit ſe lacerna & birro, & complicans poſuit ad genua ſua, dehinc 1 dalmaticam tulit, & diaconibus tradidit, & ſtans in linea, ſuſtinebat ſpiculatorẽ, cui & xxv. aureos dari præcepit. Fratres uerò flentes linteamina, & oraria ante eũ ponebant, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur à terra. Qui cum lacinias manuales ſibi ligare non potuiſſet, Iulianus presbyter, & Iulianus ſubdiaconus ipſi ligauerunt. Ipſe autẽ ſibi manu propria oculos texit, & genua in terra poſuit, orationemq; ad Dominũ fudit, & ſic gladio percuſſus migrauit.

1 *Habes hic Dalmaticam & Lineã ueſtes ſacerdotales.*

Corpus eius propter gentilium curioſitatem, in proximo collocatum eſt: Sed ne à gentilibus tolleretur, nocte adueniente, ex eodẽ loco, ubi poſitum fuerat, ſublatũ eſt. Et inde cum 2 cereis & ſcholaribus, in area cuiuſdam Candidi procuratoris, in uia Mapalienſi, iuxta piſcinas, cum magno triumpho ſepultum eſt.

2 *Corpus ſancti Martyris cũ cereis & ſcholarib⁹ ac magno triumpho ſepultum eſt.*

Poſt multa uerò curricula annorum, glorioſiſsimo Carolo Francis imperante, contigit, legationem Francorũ ferentes illuſtres ac ſapientia circumſpectos legatos, tranſitum per Aphricam feciſſe. Hi cum Carthaginem dirutam, & loca uenerabilia ſanctorum martyrum reuertentes à Rege Perſarum Aaron, qui excepta India totum pene tenebat Orientem, uidiſſent, facile ſibi conciliato Principe, ac fauorem in re tali præſtante, pro magno munere rogauerunt, ut oſſa beati Cy-

priani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, poſtulata cōceſsit,utq; pio Imperatori,cuius gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant, Regum amicitiæ præponeret,ipſi ea ferrent,libenter aſſenſit.Cumq; uenerabiles legati ingentia dona, martyrū ſcilicet reliquias ferentes (nam & beati Sperati martyris membra, qui unus fuit ex illis duodecim pręclariſsimis martyribus ſcillitanis,caput etiam martyris glorioſi Pantaleonis ſecum cum 3 beatis oſsibus Cypriani habebant) reuerterentur,proſperis uſi uelis,tandem peruenerunt Arelaten. Vbi ſacra martyrum membra ſignata interim relinquentes, legationem ſuam Imperatori renunciare feſtinarunt: & inter alia de ſanctorum reliquijs ab Aphrica deportatis, eius animum attollunt. Vnde ille plurimū lætus, eas tam diu apud Arelaten digna ueneratione ſeruare iuſsit, donec ipſe magno aliquo opere, in regno ſuo templum conderet, ubi tam precioſum pignus, ingenti cultu & 4 ornatu reponeret.

3 *Vide cum quanta lætitia Chriſtiani Regis legati pretioſa dona deferunt, Martyrum ſcilicet reliquias quas & beata oſſa, & ſacra mēbra nuncupat.*

4 *Volebat optimus Rex magno opere tēplum condere, in quo ſanctorū reliquias ingenti cultu & ornatu reponeret.*

Sed emergentibus cauſis dum opus tardius conſtruitur, occaſionē nactus Leidradus uenerabilis Lugdunenſis Epiſcopus, Imperatorem rogauit,ad ciuitatem ſuam deferre 5 beata oſſa martyrum ei licere. Annuit Imperator. Et is dum ocius uotum ſuum pius perficit, cū honore infra ciuitatē Lugduni deportata ſunt. Ibique in maiori Eccleſia beati Ioannis Baptiſtę ad defenſionem ciuium, Deo id miſericorditer operante, ſanctus Epiſcopus reliquias glorioſorum martyrum in prędicta Eccleſia poſt uenerabile altare decentiſsima ſepultura recondidit, ac poſteris ciuibus ſuis profuturas honorabiliter commendauit. Referuntur autem cum beato Cypriano paſsi, Creſcētianus, Victor, Roſula, & Generalis.

5 *Ecce beata Martyrū oſſa cū honore deportata, & decentiſsima ſepultura in maiori Eccleſia ad defenſionē ciuium poſterisq; profutura recondita.*

EXALTATIO SANCTÆ CRVCIS, PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub xviij. Calendas Octobris.

DIe xiiij. Septembris exaltatio ſanctæ Crucis, quæ ab Helena Conſtantini matre inuenta, ita per mediū eſt ſecta, ut & Crux Conſtantinopolim ſit portata, & Crux Hieroſolymis thecis argenteis ſit reſeruata.

Multorum itaque annorum labente curriculo, Foca Romanis imperante, Perſæ aduerſus Rempublicā, Coſdroē Rege, grauiſsima bella gerentes, multas Romanorū prouincias, & ipſam Hieroſolymam inuadunt. Et deſtruentes 1 Eccleſias, ſancta quoque loca profanantes, inter ornamenta ſacra, quæ abſtulerunt, etiam uexillum Dominicæ Crucis abducunt. Fecerat nanq; Coſdroē Rex eorum turrim argenteam, in qua interlucentibus gēmis thronū extruxerat aureum, ibiq; ſolis quadrigam, & Lunæ, uel ſtellarum imaginem collocauerat, atq;

1 *Sicut infideles iſti ita noſtri Heretici, Eccleſias deſtruunt, & ſancta loca prophanant.*

per occultas fiſtulas aquæ meatus adduxerat, ut quaſi Deus pluuiam deſuper uideretur infundere. Et dum ſubterraneo ſpecu equis in circuitu trahentibus currũ circumacta turris fabrica moueri uidebatur, quaſi quoſdam rugitus tonitrui, iuxta poſsibilitatem artificis mentiebatur. In hoc itaque loco ſedem ſibi parauerat, atq; iuxta ſe quaſi collegam ſibi Crucem dominicam poſuerat, Filioq; ſuo Regno tradito, ipſe in fano huiuſcemodi reſidebat.

Mortuo uerò Foca, Heraclius Imperator creatur, uir ſtrenuus, & armis exercitatus. Qui aduerſus Perſas bellum aggreſſus, occiſo Coſdroë, quem in turre iamdicta ſedentem inuenit, Perſas in deditionem recepit; lignumq; glorioſiſsimæ Crucis exinde rediens ſecum tulit, & Hieroſolymam, unde ſublatum fuerat, cum magna ueneratione reſtituit. Et renouante Deo antiqua miracula, inter alia mira, quæ tunc cęlitus oſtenſa fuerunt, die eodem mortuus unus recepit uitam, paralytici quatuor ſanati ſunt, Leproſi decem mundati, Quindecim cœci illuminati, plurimi quoque à dæmonio, multiq; à uarijs infirmitatibus liberati.

Offerens igitur Imperator 2 Eccleſijs Dei multa donaria, ex Regijs ſumptibus eas reparari fecit. Simul & decreto ſtatuit, omnibus Epiſcopis ad id ſentientibus, ut dies reuelationis ſanctæ ac uenerabilis dominicæ Crucis, in omni Imperio ſuo ab omnibus fidelibus populis per ſingulos 3 annos ſolenniter ageretur.

2 Imperator obtulit Eccleſijs multa donaria, & ex regijs opibus eas reparari fecit. Ergo hæc bona opera ſunt, & placent Deo.

Sed & procurrentibus annis, Leone Romanis Imperãte, apud vrbem Romam Papa Sergius in ſacrario beati Petri Apoſtoli capſam argenteam, quæ in angulo obſcuriſsimo diutiſsimè iacuerat, & in ea Crucem diuerſis ac precioſis lapidibus adornatam Domino reuelante reperit. De qua tractis quatuor petalis, quibus gemmæ incluſæ erant, mirę magnitudinis portionem ligni ſalutiferi Dominicę Crucis interius repoſitam inſpexit. Quæ ex tempore illo omnibus annis in baſilica Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, die exaltationis eius ab omni oſculatur, 4 & adoratur populo.

3 Dies feſtus annuus Exaltationis ſanctæ Crucis inſtituitur.

4 Crux domini die exaltationis eius ab uniuerſo Ro. populo oſculatur & adoratur.

VITA SANCTORVM EPISCOPORVM & Martyrum Donatiani, Præſidij, & reliquorum per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur ĩ eius martyrologio ſub xviij. Idus Septembris.

APud Aphricam natale beatiſsimorum confeſſorum & Epiſcoporum Donatiani, Præſidij, Manſueti, Germani, Fuſculi. Qui perſecutione Vuandalica apud Aphricam, iuſſu Hunirici Regis Arriani, pro aſſertione catholicæ ueritatis diriſsimè fuſtibus cæſi & exilio damnati ſunt. Inter quos etiam Epiſcopum nomine Lętum, ſtrenuum atque doctiſsimum uirum, poſt diuturnos carceris ſqualo-

res incendio idem concremauit.

Tunc etiam decreto publico per diuerſas prouincias executores dirigens, Epiſcopis quaſi ad Concilium Carthagine cõgregatis, una die uniuerſæ Aphricæ Eccleſias clauſit, uniuerſamq; ſubſtantiam Epiſcoporum & Eccleſiarum ſuis Epiſcopis condonauit.

Habetur in eius martyrologio ſub xvij. kalendas Octobris.

VITA SANCTI NICOMEDIS MARTYRIS per Adonem ſupradictum collecta.

ROmæ natale ſancti Nicomedis martyris. Quem Flaccus Comes, cum ad eum perlatum fuiſſet, q corpus ſanctæ uirginis Feliculæ, quam ipſe pro Chriſto punierat, ſepeliſſet, fecit teneri, & duci ad ſacrificandum. Qui cum diceret, Ego nõ ſacrifico, niſi Deo Omnipotenti, qui regnat in cœlis, non his excíſis, lapidibus qui in templis, quaſi in carceribus clauſi cuſtodiuntur, plumbatis diutiſſime cæſus migrauit ad Dominum.

1 Si hic fuit nomine & opere iuſtus, Ergo ſepelire mortuos opus eſt bonum & Deo placens.

Corpus eius in Tyberim præcipitatum eſt. Quod à clerico ipſius, 1 nomine & opere Iuſto collectum, perductumq; ad horticellum ſuum, ſepultum eſt iuxta muros uia Numentana.

Habetur ubi ſupra ſub xvij. Calendas Octobris.

VITA SANCTI VALERIANI MARTYris, per eundem Adonem collecta.

IN territorio Cabillonenſium Caſtro Tenertio, natale ſancti Valeriani martyris, qui unus fuit ex numero ſanctorum Quinquaginta, qui tẽporibus Antonini ueri, Lugduni in carcere truſi fuerant, quiq; cum beato Marcello, patefactis cuſtodię, qua detinebantur diuinitus clauſtris, aufugit.

Cumq; ad pręfatum caſtrum perueniſſet, & Domini Ieſu Chriſti nomen prædicans, plurimos ipſo inſpirante, ad eius fidem conuertiſſet, reuertenti ab urbe Cabillonenſium, ubi beatum Marcellum martyrem necauerat pro Chriſto, Præſidi Priſco delatus eſt. Quẽ ille ſuis faciens conſpectibus præſentari, primũ minis & terroribus frangere conatus eſt; deinde ſuſpenſum, & graui ungularũ laceratione cruciatum, cum in Chriſti confeſsione uideret immobilem, ac lęto animo in eius laudibus permanentem, protinus in eo loco, ubi nunc 1 ſacrum ipſius corpus debita ueneratione excolitur, gladio animaduerti fecit.

1 Nota, In eo loco ubi nunc ſacrũ ipſius corpus debita ueneratione excolitur.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub xvj. Calendas Octobris.

VITA SANCTÆ EVPHEMIÆ VIRGINIS & martyris, per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

APud ciuitatem Calcedoniam natale ſanctæ Euphemiæ uirginis,

Quæ martyrizata eſt ſub Diocletiano Imperatore, Proconſule autẽ Priſco, in eadem ciuitate. Quæ deferente iniquiſsimo Appolliano, cũ alijs Quadragintanouem, tradita eſt Proconſuli Priſco.

Cui Priſcus dixit, Honora te ipſam, & generis tui dignitatem ne amittas, & immola Deo Marti. Beata Euphemia eius iniquam ſuaſionem contemnens, pectus ſuum a ſignaculo Crucis muniens, imperterrita ſtetit. Priſcus iratus, ut eam ſuperare poſſet, poſt tormenta & carceres, etiam uerbera & argumenta rotarum, ignes, & pondera lapidum angularium, beſtias, & plagas uirgarum, ſecures, & ſartagines igneas ei adhibuit: in ultimo in theatrum duci, & Leones ac beſtias ei laxari iuſsit.

a Ecce quomodo antiquitus etiam ſancti Martyres pectora ſua ſignaculo Crucis muniebant.

Tunc beata uirgo fundens orationẽ ad Dominum dixit, Tu Domine notus omnibus, qui te inuocant fide pura & integra, ſuſcipe animam ancillæ tuæ, & ſicut ſuſcepiſti ſacrificium patris noſtri Abrahę, ita ſuſcipere digneris ſacrificium humilitatis meæ, quod tibi ob confeſſionem laudis tuæ immolatur.

Tunc una ſolũmodo de beſtijs accurrens, morſum ſancto corpori eius infixit, Et ita ĩmaculatum ſpiritum uirgo Domino reddidit. Veniens autẽ mater eius Theodora, & Philophron pater eius, curatum corpus eius ſepelierunt, quaſi mille paſſus à ciuitate Calcedonia. Completum eſt autẽ martyrium eius Decimoſexto Calendas Octobris.

VITA SANCTORVM LVCIÆ ET GEMINIANI martyrum, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub xvi. Calendas Octobris.

ROmæ natalis ſanctorum Luciæ & Geminiani, Imperatore Diocletiano, iudicibus Aboſraſio & Megalio. Manſerat autẽ beata Lucia in uiduitate annos xxxvj. Totius autem uitę eius fuerunt anni ſeptuagintaquinque.

Quæ accuſata à filio ſuo Euprepio, ꝙ Chriſtiana eſſet, Iuſsit eam Diocletianus Imperator ſibi adduci, & dixit ei, Audio quia reũ illum crucifixum confiteris, & Deos noſtros derides. Nunc ergo ſi parata es uiuere, parati ſunt Dñ Omnipotentes, ut eis offeras thura, ut poſsint tibi eſſe propitij, & uiuas. Sancta Lucia reſpondit, Nec ſibi ſunt propitij, nec cultoribus ſuis: nã mihi propitiabitur Dominus meus Ieſus Chriſtus, pro cuius amore parata ſum ignẽ, uincula, & quas uolueris pœnas ſufferre. Audiens Diocletianus conſtantiã fidei eius, iuſsit eam trahi ad carcerem, ubi conſolationem diuinam promeruit.

Reducta autẽ iterum ante Diocletianum ſedentem pro tribunali, extenſa eſt glorioſa fœmina, & fuſtibus diutiſsimè uerberata. Et ecce terremotus ſubito factus eſt, & templum Iouis ita ſubrutum, ut nec

lapis ſuper lapidē ædificij remanſerit. Diocletianus autē ollam æream adduci fecit, eamq; pice & plumbo iuſsit impleri, & in circuitu ligna aggregari, & ſuccendi, ſanctamq; Luciam infra ollam demergi, ubi ſancta Dei pſallens triduo uixit.

Mittens uerò Diocletianus, qui renuntiaret ei ſi tota iam in cinere eſſet reſoluta, is qui miſſus fuerat, intimauit rediens Imperatori, quod abſque ulla læſione ſana uiueret. Tunc impius tanto miraculo nullo modo ad credendū Chriſto incitatus, iuſsit ut onerata ferro & plumbo, per ciuitatis plateas duceretur.

Peruenit autem ante domū hominis præpotentis nomine Geminiani, in cuius domo dæmonum ſimulachra innumera erant. Dumq; ſancta Lucia domum ipſam pertranſiſſet, ſubito columba alba uelut nix deſcendit de cœlo, & ſuper caput Geminiani tertio figurans Crucem reſedit. Geminianus reſpiciens uidit ſibi patere cœlum, & ſtatim arripiens curſum, peruenit ad locū, ubi iam ſancta Dei torquebatur. Et proſternēs ſe pedibus eius, cepit narrare quod uiderat, & baptiſmi lauacrum expetere. Reducta eſt igitur beata Lucia in carcerem.

Erat uerò quidam ſacerdos Protaſius nomine, cui nocte apparens Angelus Domini monuit ut iret ad carcerem, & Geminianum, qui fontem ſalutis requirebat, baptizaret. Qui cum euigilaſſet, feſtinus abijt, & beatum uirum aqua ſalutari lauit. Poſt diem tertium exhibita eſt ſancta Lucia Diocletiano, & cum ipſa Geminianus, de quo iam Imperator audierat. Quos ille pœnis grauiſsimè afflictos, diuq; tortos tradidit cuidam peruerſiſsimo iudici, ut quod deerat pænarum, ipſe ſuppleret.

Qui primo iuſsit ceruices eorum fuſtibus contundi. Et mox terræmotu facto camera domus iudiciariæ cecidit, & iudicem impium oppreſsit. Deinde ſancti martyres exhibiti ſunt Aboſraſio, ſub quo & lxxv. martyrium impleuere, qui uiſis miraculis, quæ circa ſanctos ſuos Dominus operabatur, crediderant. Hic iudex impijſsimus poſt ſanctorum horum martyrum necem, ob equum eius à diabolo incitatum, de lapideo ponte præcipitatus in flumen eſt. Corpus eius poſtea nullo loco repertum. Deinde beata Lucia, & ſanctus Geminianus à Megalio uiro conſulari arctati, poſt laudabilem uictoriam martyrij gladio animaduerſi ſunt xvi. Calendas Octobris. Quorum corpora rapuit quædam mulier Chriſtiana, nomine Maxima, & ut decuit, martyres ſepeliuit.

Maxima rapuit corpora ſanctorum, & ut decuit, martyres ſepeliuit.

Habetur in eius martyrologio ſub xv. Calen. Octobris.

VITA BEATI IVSTINI PRESBYTERI ET martyris, per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ uia Tyburtina ad ſanctū Laurentium natale beati Iuſtini presbyteri,

presbyteri, 1. quem beatus Sixtus ordinauit. Ad quem beatus Laurentius in uico Patricij in cripta Nepotiana nocte uenit, ut theſauros ſibi à ſancto Sixto commendatos pauperibus erogaret. Cui & dixit, Comple uotum meum, ut lauentur pedes ſanctorũ & ueſtri per manus meas. Beatus Iuſtinus reſpõdit, Hoc dominicum præceptum eſt, Fiat uoluntas Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et poſita pelue miſit aquã, & lauit omnium uirorum pedes. Veniens autem ad beatum Iuſtinũ cępit primo oſculari pedes eius & lauare. Et ubi lauit omnium pedes, cõmendauit ſe beato Iuſtino.

Hic eiuſdem martyris 2 corpus honorificè ſepeliuit in prædio Cyriacę uiduæ. Quam idem martyr facto ſigno Crucis, & poſito ſuper caput eius linteo, de quo exterſerat ſanctorum pedes, ab infirmitatibus capitis ſanauit.

Hic ſanctum Hippolitũ & Concordiam, Hireneum, Abundium, Cyrillam filiam Decij Cęſaris martyres, & alios plures 3 ſepulturis condidit. Et perſecutione Decij, Galieni, & Voluſiani, cõfeſsionis gloria inſignisſimus fuit.

1 Si ſanctus Sixtus ordinauit beatum Martyrem presbyterum, non ergo uerũ omnes fideles ex æquo eſſe ſacerdotes, ut quidã perperam aſſerunt. Sed ut hoc uerum eſt de interno, ſpiritu ali & inuiſibili ſacerdotio, ita falſum de externo, uiſibili, & quãtum ad miniſterium attinet temporali.

2 Ecce quõ ſancti Dei honorifica ſepultura digni ſunt.

3 Si ſanctus Martyr ab impenſis ſepulturis tantopere cõmendatur, ſequitur quod ſepelire mortuos opus pietatis eſt, & Deo placet.

VITA SANCTI FERREOLI MARTYRIS
per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

VIennæ natale ſancti Ferreoli. Qui perſecutionis tempore, cum eſſet Tribuniciæ poteſtatis, iuſſu impijſsimi pręſidis tentus, primo crudeliſsimè uerberatus, dein graui cathenarum onuſtus pondere, in teterrimũ carcerem truſus eſt. Vnde ſolutis Dei nutu uinculis, & ianuis patefactis carceris, aggerem publicum ingreſſus, uſque ad Tarem fluuium peruenit. Vbi denuo tentus, uinctis poſt tergum manibus ad territorium uſque Priuatenſe perductus eſt, atq; ibi martyrij palmam capitis obtruncatione percepit.

Corpus eius cum capite beati Iuliani ad Vrbẽ Viennenſium relatum eſt, & condigno 1 cultu in baſilica conditum.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub xiiij. Calendas Octobris.

1 Corpus eius cum capite beati Iuliani condigno cultu in baſilica conditum eſt.

VITA SANCTORVM MARTYRVM
Ianuarij, Soſij, & reliquorum, per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub. xiij. Calen. Octobris.

IN Neapoli Campaniæ natale ſanctorum Ianuarij Beneuentanæ ciuitatis Epiſcopi, cũ Soſio diacono 1 Meſanatæ ciuitatis, & diacono ſuo Feſto, & Lectore ſuo Deſiderio. Qui poſt uincula & carceres capite ſunt cœſi in ciuitate Puteolana, ſub Diocletiano Principe, Iudice Dracontio.

1 Habes hic ex ordinibus Eccleſiaſticis Diaconatũ & Lectoratũ.

Qui cum ducerentur ad mortem, uiderunt inter alios Proculum Puteolanæ ciuitatis diaconũ, & duos laicos Euticen, & Acutum, qui & interrogauerunt, Quare iuſti iuberentur occidi. Quos Iudex ut uidit Chriſtianos, iuſsit decollari cum illis. Sic omnes ſeptem pariter ſunt decollati cum illis.

2 Vide quanta deuotione afficiebãtur Chriſtiani populi erga ſanctorum Martyrũ reliquias, ut quilibet ſuũ habere uellent. Et merito. Nã ex eorum ſepulchris Ciuitates ſanctificantur & illuſtrantur.

Tulerunt autem corpora 2 Chriſtiani, Neapolitani Ianuarium poſuerunt iuxta ciuitatem in baſilica. Meſanates Soſium æquè in baſilica Puteolani Proculum, Euticen, & Acutum, iuxta baſilicã ſancti Stephani. Feſtum & Deſiderium Beneuentani collegerunt.

Habetur ubi ſupra ſub xij. Calen. Octobris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM

Fauſtæ Virginis, & Euilaſij, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN Cizico natale ſanctorum Fauſtæ Virginis & Euilaſij ſub Maximiano Imperatore. Quã idem Euilaſius cũ eſſet primus Palatij, iuſsit decaluari & radi ad turpitudinem, dein ſuſpendi ac torqueri. Quo tempore coruſcatio de cœlis multos miniſtrorũ percuſsit. Dein iuſsit loculos afferri, & eam immiſſam ac fixam quaſi lignum ſecari mediam. Sed non eam carnifices ſerris lædere ualebant. Inter quę ſtupens Euilaſius Chriſto credere cœpit.

Et hoc ubi Imperatori nunciatum eſt, miſit Præfectum, qui eum ſuſpenſum fortiter torqueret. Qui etiam iuſsit Fauſtam nudam, & ſine Mauorte educi de carcere, & ei caput terebrari, ac clauis infigi. Cui poſtmodum non ſolum caput, & facies, ſed pectus ac totum corpus uſque ad tibias clauis impletum eſt. Poſt hoc Sartaginem iuſsit igniri: ſed hæc illa pſallente refriguit. Inter hæc ueniens uos de cœlo uocauit eos, & ſic tradiderunt ſpiritum. Erat autem Fauſta annorum duodecim, Euilaſius lxxx.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub xi. Calen. Octobris.

VITA BEATI MATTHÆI APOSTOLI

& Euangeliſtæ, per eundem Adonem collecta.

IN Æthiopia natale beati Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, qui primũ in Iudæa Euangelium Chriſti Hebræo ſermone cõſcripſit. Poſt uerò apud Æthiopiam prædicans martyrium paſſus eſt. Euangelium Hebræo ſtilo ſcriptum, ipſo reuelante, tempore Zenonis Imperatoris inuentum eſt. Idem autem Matthæus in Euangelio Leui appellatur.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Thebæorum Mauritij, & Exuperij, & reliquorũ per Adonem iamdictum collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub .x. Calendas Octobris.

IN Gallijs ciuitate Seduno, loco Agauno, natale ſanctorum martyrum Thebæorum Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, Vitalis cum ſocijs ſuis, qui ſub Maximiano paſsi pro Chriſto glorioſiſsimè coronati ſunt.

Vt igitur beatiſsimę paſsionis eorum cauſam breuiter loquamur, ſub Maximiano, qui Romanæ Reipublicæ cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diuerſas ferè Prouincias laniati, aut interfecti martyrum ſunt populi. Idem nanq; Maximianus erga Dominũ cęli profanus, impietatem ſuam ad extinguendum Chriſtianitatis nomẽ armauerat. Siqui tunc ueri Dei cultũ profiteri audebãt, ſparſis uſquequaq; militum turbis, uel ad ſupplicia, uel ad necem rapiebantur.

Erat eodem tempore in exercitu Legio militum, qui Thebæi appellabantur. Legio autem uocabatur tunc, quæ ſex milia, ac ſexcẽtos, ſexagintaſex uiros in armis habebat. Hi in auxilium Maximiano ab orientalibus partibus accerſiti uenerant, Viri in rebus bellicis ſtrenui, uirtute nobiles, ſed fide nobiliores; erga Imperatorẽ fortitudine, erga Chriſtum deuotione certabant.

Itaque cum & hi ſicut & cæteri milites, ad dilaniandam Chriſtianorum multitudinem deſtinarentur, ſoli crudelitatis miniſterium detrectare auſi ſunt: atque huiuſmodi præceptis ſe obtemperaturos negant. Maximianus non longè aberat; nam ſe circa Octodorum itinere feſſus tenebat. Igitur cognito Thebæorum reſponſo, præcipiti ira feruidus, ob neglecta Imperia decimũ quenq; ex eadem Legione gladiò feriri iubet, quo facilius cæteri rebus certis territi, metu cederent. Redintegratiſq; mandatis edicit, ut reliqui in perſecutionẽ Chriſtianorũ cogantur. Vbi uerò ad Thebæos denunciatio iterata peruenit, cognitumq; ab eis eſt, iniungi ſibi rurſus executiones profanas, uociferatio paſsim ac tumultus in caſtris exoritur affirmantium, nunquã ſe ulli in hęc tam ſacrilega miniſteria ceſſuros.

His deinde compertis Maximianus, omni belua cruentior, rurſus ad ingenij ſęuitiam redit, atque imperat, ut iterũ decimus eorum neci detur: cæteri nihilominus ad hęc quæ ſpernerent cõpellerentur. Quibus iuſsis denuo in caſtris perlatis, ſegregatus eſt atque percuſſus, qui decimus ſorte obuenerat. Reliqua uerò ſe militum multitudo mutuo ſermone inſtigabat, ut in tam præclaro ordine perſiſteret. Incitamentum tamen maximum fidei penes ſanctum Mauritium fuit primicerium Legionis eius, qui cum Exuperio (ut exercitus appellant) campiductore, & Candido ſenatore militum, accedebat exhortando ſin-

gulos & monendo, fidelium cõmilitonum, etiam martyrum exempla ingerens.

His itaque primorum ſuorum authoritatibus animati beatiſsimi uiri, Maximiano adhuc inſania æſtuanti mandata mittunt, ſicut pia, ita & fortia: Milites, inquiunt, ſumus Imperator tui; ſed tamen ſerui, quod liberè confitemur, Dei. Tibi militiam debemus, illi innocẽtiam. A te ſtipendium laboris accipimus, ab illo uitæ exordiũ ſumpſimus. Sequi Imperatorem in hoc nequaquã poſſumus, ut authorem negemus Deum; utique authorẽ noſtrum, Dominum, ac authorem, uelis nolis, tuũ. Si non tam funeſte compellimur, ut hunc offendamus, tibi, ut fecimus hactenus, adhuc parebimus. Sin aliter, ipſi parebimus potius, quàm tibi. Offerimus noſtras in quemlibet hoſtem manus, quas ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexterę ipſę pugnare aduerſus impios, & inimicos ſciunt, laniare pios & ciues neſciunt. Meminimus nos pro ciuibus potius, quàm aduerſus ciues arma ſumpſiſſe. Pugnauimus ſemper pro iuſtitia, pro pietate, pro innocẽtium ſalute. Hęc fuerunt hactenus pretia periculorũ. Pugnauimus pro fide quã quoquo pacto non ſeruamus tibi, ſi hanc Deo noſtro nõ exhibemus. Iurauimus primum in ſacramenta diuina, iurauimus inde in ſacramenta regia. Nihil nobis de ſecundis credas neceſſe eſt, ſi prima prumpimus. Chriſtianos ad pęnã per nos requiri iubes, iam tibi ex hoc alij requirendi non ſunt. Habes nos hic confitentes Deum Patrẽ authorem omnium, & filium eius Ieſum Chriſtum dominũ credimus. Vidimus laborum periculorumq; noſtrorũ ſocios, nobis quoq; eorũ ſanguine aſperſis, trucidari ferro, & ſanctiſsimorũ cõmilitonum mortes, & fratrũ funera non fleuimus, non doluimus, ſed potius laudauimus, & gaudio proſecuti ſumus, quia digni habiti eſſent pati pro domino Deo eorũ. Non nos uel hæc ultimæ uitæ neceſsitas in rebellionẽ cogit. Non nos aduerſum te, Imperator armauit ipſa ſaltem, quæ fortiſsima eſt in periculis, deſperatio. Tenemus ecce arma, & non reſiſtimus, quia mori quàm occidere ſatis malumus, & innocentes interire, quàm noxij uiuere præoptamus. Si quid in nos ultra ſtatueris, ſi quid adhuc iuſſeris, ſi quid admoueris, ignem, tormenta, ferrum, ſubire parati ſumus. Chriſtianos nos fatemur: perſequi Chriſtianos nos non poſſumus.

Cum hæc talia Maximianus audiſſet, obſtinatoſq; in fide Chriſti cerneret animos uirorũ, deſperans glorioſam eorũ conſtantiam poſſe reuocare, una ſententia interfici omnes decreuit, & rem confici circũ fuſis militum agminibus iubet. Qui cum miſsi ad beatiſsimã legionẽ ueniſſent, ſtringunt in ſanctos impium ferrum, mori non recuſantes, uitæ amore. Cędebantur itaque paſsim gladijs non reclamantes ſaltẽ, aut repugnantes, ſed & depoſitis armis ceruices perſecutoribus præ-

bentes,

bentes,& iugulum uel inteƈtum corpus offerentes.

Victor autē martyr nec Legionis eiuſdem fuit,nec miles,ſed emeritæ iam militiæ ueteranus. Hic cū iter agens ſubito incidiſſet in hos, qui paſsim epulabantur læti martyrum ſpolijs,atque ab his ad conueſcendum inuitatus, prolatam ab exultantibus per ordinē cauſam cognouiſſet,deteſtatus conuiuas,& conuiuium refugiebat. Requirentibusq; ne & ipſe forſitan Chriſtianus eſſet,Chriſtianum ſe, & ſemper futurum eſſe reſpondit. Ac ſtatim ab irruentibus interfeƈtus, cæteris martyribus ſicut morte,etiam honore coniunƈtus eſt.

Quid deinde circa Maximianum Tyrannum ſit conſecutū, breui colligere placuit. Cum diſpoſitis inſidijs genero ſuo Conſtantino mortem moliretur,deprehenſo dolo,apud Maſsiliam captus eſt. Nec multo poſt ſtrangulatus,teterrimoq; ſupplicio affeƈtus,impiam uitā digna morte finiuit. At uerò beatiſsimorum martyrum corpora poſt multos paſsionis annos ſanƈto Theodoro Epiſcopo reuelantur, & in eorum honorem 1 baſilica honeſte componitur. Sed & poſt longū tempus tantum beati Innocentij martyris membra Rhodanus reuelauit. Quæ non ideo à ſinu retro protulit,ut in gurgutis ſui procellam demergeret, ſed ut cæteris martyribus ſepultura 2 uenerabiliter ſociaretur.

1 *Ecce quōmodo in honorem ſanƈtorum baſilica ædificatur.*

2 *Nota, Sed ut cæteris Martyribus ſepultura uenerabiliter ſociaretur.*

VITA SANCTI SOSII DIACONI ET MARtyris,per Adonem Epiſcopum Treuerenſem colleƈta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub. ix. Calendas Oƈtobris.

APud Puteolos natale ſanƈti Soſij diaconi Meſanatæ ciuitatis in Campania. Qui cum eſſet annorum triginta,martyrium cum beato Ianuario Beneuenti Epiſcopo, capitis decollatione ſuſcepit,tempore Diocletiani Imperatoris.

Is cū tempore quodam Euangelium legeret in eccleſia Meſanatę, præſente Epiſcopo Ianuario (frequenter enim eum pro ſanƈtitate & prudentia eius uiſitare conſueuerat) uidit ſubito idem Epiſcopus de capite eius flammam exurgere,quam nemo alius uidit; & pronunciauit eum martyrem futurum. Et poſt non multos dies idem diaconus tentus,& in carcerem miſſus eſt. Ad quem uiſitandum cum ueniſſet Epiſcopus cum diacono 1 Feſto,& Leƈtore ſuo Deſiderio,& ipſe cū eis ſimul tentus,ac pariter omnes cum alijs tribus occiſi ſunt.

1 *Adeſt hic Epiſcopus, Diaconus & Leƈtor, ſinguli gradus ſingulos habentes ordinis Eccleſiaſtici.*

VITA SANCTÆ THECLÆ VIRGINIS & martyris,per Adonem ſupradiƈtum colleƈta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub. ix. Calen. Oƈtobris.

IN Iconio natale ſanƈtę Theclæ Virginis apud Seleuciam quieſcētis,quæ de eadem ciuitate Iconio à beato Paulo Apoſtolo inſtru-

1 *Si ſancta fuit ab apoſtolo Paulo inſtructa, habes Virginitatem etiam ex Apoſtolica traditione eſſe.*

2 *Vides ſalutiferæ crucis ſignum murũ eſſe inexpugnabilem contra omnia mundi pericula, & diaboli tentamenta.*

3 *Ieiunia, Vigiliæ & Orationes, ſunt bonorũ fidelium exercitia*

cta 1 eſt. Quã mater eius cernens Chriſtianam,& nuptum repudiare,malentem Chriſto ſponſo adhærere,quàm corruptioni carnis ſubiacere,pergens ad iudicem,accuſauit Virginem filiam ſuam eſſe Chriſtianam,dicens,uiuam eã,ut cęteræ mulieres terrerentur,debere ardere. Quã ſibi cũ iuſsiſſet Iudex adduci,& propoſitũ caſtitatis eius didiciſſet,rogum fecit parari,ut illam incenderet. Rapta igitur ab Apparitoribus ut in focum iactaretur,ſponte pyram aſcendit,& 2 ſigno crucis facto,uirili animo inter medias flammas ſtetit,ſubitoq; facta inundatione pluuiarum,ignis extinctus eſt,& beata uirgo illęſa uirtute ſuperna erigitur.

Iterum cum ieiunijs, 3 uigilijs, & orationibus uacaret,à quodam uiro potente comprehenſa, perducta eſt ad Præſidem, quòd ſe Chriſtianam diceret. Quam iſdem Proconſul interrogans, ſi uerum eſſet in quo accuſabatur? reſpondit, Omnino Chriſtianam ſe eſſe. Quã continuò Præſes ad beſtias damnauit. Interim tamen quo ſubrigeretur, cõmendatur cuidam nobili fęminæ,quæ propinqua Cæſaris erat: Nomine Triphena. Sequenti die productę ſunt beſtiæ de caueis. Siſtitur beata Thecla in harenis medijs,ſtupente populo,quòd eam beſtię minime tangerent.

Reducitur beata Thecla ad domũ Triphenæ,ut in craſtinum iterũ feris obijceretur. Quã miniſtri cũ de domo repeterent,Triphena doloris plena ſequitur eã uſque ad ſpectaculum, ubi clamor uulgi & tumultus erat ĩmenſus beatã Theclam ſpectantium. Nudata uero beata Virgine,dimittuntur ei Leones pariter & Vrſi. Sed nulla ferarum eã lædere præſumpſit. Deinde in foſſam aqua plenã,ubi ſerpentes adunati, & collecti fuerant, à furentibus populis cum urgeretur, 4 ſigno crucis munita inſiliuit. Sed nec ab eis ullo pacto læſa.

4 *Signo Crucis Thecla munita in foueam incidit ſerpentibus plenam, & ab eis nõ eſt leſa.*

Iterum atrociores beſtiæ parantur: Sed ullo modo tangere eam nõ ſunt permiſſæ. Verum nec adhuc ſibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris ferociſsimis,ferro candente ſtimulatis,ut eã diſcerperent. Qui funibus diruptis, uagabundi huc illucq; diſcurrunt, ac martyrem nullum malum paſſam relinquunt.

5 *Hæc eſt uera atq; perfecta doctrina, exemplo & conuerſatione uitæ unà cum uerborũ prædicatione alios erudire, nam uerba operibus uacua parũ proſunt. Et ipſe quoq; dominus noſter Ieſus Chriſtus, cepit prius facere, poſtea docere.*

Accerſitam deniq; Proconſul eã requirit,quæ aut unde eſſet,quia nulla beſtiarum eam lædere potuiſſet? Beata Thecla reſpondit, Dei uiui tantũ ſum ancilla. Territus autem Proconſul,quòd tantæ uirtutis eſſet,induta ea ueſtibus, edixit ſententiam, Theclam, inquit, pietatis ac Dei cultricẽ relaxo. Dimiſſa uero reuerſa eſt in domo Triphenæ, ubi requieuit paucis diebus, docens Triphenam & domũ eius in fide domini Ieſu Chriſti. Inde egreſſa uenit Seleuciam, ibiq; 5 exemplo & conuerſatione uitæ, atque etiam doctrina plurimos erudiens, poſt multa certamina duplicis coronæ Virginitatis,& Martyrij, requieuit in pace.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Cypriani & Iuſtinæ, per Adonem iamdictum collecta.

Habetur ubi ſupra ſub 9i. Calen. Octobris.

A. EPISCOPVS VERONENSIS LECTORI.

Aduerte prudens Lector, quod hic multi etiam docti uiri hallucinantur, putantes, hunc illum eundem Cyprianum eſſe: qui fuit Epiſcopus Carthaginenſis, cuius martyrium die xiiij. Septembris unà cum martyrio Cornelij Papæ in Eccleſia recolitur. Sed is prorſus alter eſt. Nam & ſub alio Imperatore, in alia Prouincia, in alia Ciuitate, ſub alio iudice, alia Paſsionis comite, & alio die iſte coronam certaminis promeruit, ut ex hac hiſtoria ipſe per te uidere poteris.

NAtale ſanctorum martyrum Cypriani Epiſcopi, & Iuſtinæ. Qui paſsi ſunt ſub Diocletiano Imperatore, Iudice Eutolinio. Iuſtinæ pater erat Duſius apud ciuitatem Antiochiam. Qui uiam religionis à diacono nomine Proelio audientes, baptizati ſunt à ſancto Epiſcopo Optato. Virgo autem Iuſtina Domino ſeruiens, frequentabat Eccleſiam. Hanc Agladius ſcholaſticus uidens, exarſit ob amorē eius. Et cū nullo modo poſſet pertingere ad illam, rogauit Cyprianum Magum pretium pollicens, ut arte ſua dæmones inuocaret, quo eam in amorē eius excitare poſſet. Cyprianus autem Magus uocatis dæmonibus, cœpit agere, ut uirginē Chriſti ei adducerent. Qui ſemel, bis & tertiò uenientes ad beatam Iuſtinā, nihil apud illam ſuis deceptionibus ualuerunt: ſed ſigno 1 Crucis repulſi, uicti receſſerunt.

Cyprianus uerò cum illorum uirtutem aduerſus Virginem haud quaquā ualuiſſe uideret, dicit ad diabolum, Dic mihi, Quemadmodū uicti eſtis à Virgine Iuſtina? Cui diabolus, Dicere tibi non poſſumus, niſi prius iures mihi. Cumq; Cyprianus illi iuraſſet, ait diabolus, Vidi ſignum 2 Crucifixi, & extimui. Cyprianus dixit, Ergo crucifixus maior te eſt? Dicit ei diabolus, Etiam: maior enim eſt omnibus. Quod audiens Cyprianus, contemnens uirtutē diaboli, & currens uenit ad Epiſcopū Antimū, ceciditq; ad pedes eius, rogans ut doceret eum, & baptiſmo Chriſti conſignaret. Beatus autē Epiſcopus gratias agens Deo, 3 cathechizauit eum. Et reuertens Cyprianus in domū ſuam, omnia idola confregit.

Tunc rediens ad Eccleſiam: diligenter ſalutis uerbum auſcultare cepit. Hora deinde reſidens, qua cathecumini foras mittebantur, in

1 *Vides quod ad ſalutiferæ Crucis ſignum etiam dæmones uicti; repelluntur & fugā̆tur?*

2 *Ecce ſtupenda diaboli cōfeſsio, Vidi ſignū crucifixi, et extimui.*

3 *Non reperis aliquem ſanctorū dimiſiſſe ritus qui ex cōſuetudine Eccleſiæ in bāptiſmo adhiberi ſolent, inter quos eſt catechiſmus, qui illū ſemper præcedit, modo adſit copia faciendi.*

Eccleſia, monitus eſt à diacono, ut cũ reliquis cathecuminis egrederetur. Conuerſus uerò ad diaconũ dicit ei, Seruus factus ſum Chriſti, & foras me mittis? Dicit ei diaconus, Factus es perfectus ſeruus Dei? Cyprianus dixit, Viuit mihi Chriſtus, qui dęmones confudit, & mihi miſertus eſt, quia non exeo hinc, niſi perfectus fuero ſeruus Chriſti. Diaconus uerò Antimo Epiſcopo hæc renunciauit; qui ſecundum ordinem inſtructum, baptizauit eum, & nõ multo poſt etiam 4 diaconum ordinauit. Qui doctrina & moribus pluſquã dici poſsit, excreſcens, miraculorum gratia præclariſsimè floruit.

4 Vides ad epiſcopi officium pertinere, diaconos ordinare?

Verùm non multo interiecto tempore, factus eſt Epiſcopus, ſanctamq; Iuſtinam 5 matrem uirginum conſtituit. Quorum uirtutem nõ ferens diabolus, per ſatellites ſuos apud Eutelinium comitem Orientis egit, ut comprehenderetur Cyprianus Epiſcopus, & uirgo Chriſti Iuſtina. Cuius ante conſpectum uinculis ligati, cum fuiſſent adducti, comes dixit ad beatum Cyprianum, Tu es Cyprianus doctor Chriſtianorum, qui per maleficia multos errare feciſti? Beatus Cyprianus dixit, Aliquando in perditione dæmonum poſitus, multos luxurioſos feci: ſed ſaluauit me Deus, per Virginem Iuſtinã, dum eam, per dæmonia tentare uellem, quæ, illa fide Chriſti armata per omnia contempſit.

5 Ecce à quanto tempore fuere Virginũ monaſteria.

Comes iniquus iuſsit ſanctum Epiſcopum, poſt hæc, ſuſpendi, & exungulari, Beatam uerò Iuſtinam poſt alapas, crudis neruis immaniter cędi. deinde ſanctum Epiſcopum, in carcere recludi, & ſanctam uirginem, in domo cuiuſdam matronæ cuſtodiri. Qui, poſt aliquot dies, in ſui præſentiam reductos, in ſartagine ferrea, iuſsit terreri, picẽ, adipem, & ceram deſuper, miniſtris infundẽtibus. Et cum ibi laudem omnipotenti Deo dicerent, Athanaſius ſacerdos idolorum poſtulauit comitem dicens, Iubeat claritas tua, & in nomine deorum uincam uirtutem Chriſtianorum. Et cum appropinquaſſet ad ſartaginem, erupit flamma, & conſumpſit illum. Comes acceptis tot miraculis, quæ Chriſtus in ſeruis ſuis operabatur, ſcripſit Imperatori, Quid ſu per eis iuberet. Qui reſcripſit, ut dirigerentur Nicomediam, & ibi gladio ferirentur.

Perducti igitur ad locum ſunt decollationis, & uidit eos quidam Chriſtianus Theognitus, & accurrens oſculatus eſt Cyprianũ. Quod cernens Seruius cognatus Regis, iratus egit, ut cum ſanctis Cypriano & Iuſtina, Theognitus decollaretur. Et iacuerunt corpora ſanctorum proiecta feris, ſex diebus inſepulta. Quidam autem nautæ Chriſtiani, nocte rapuerunt ea, & nauigantes deportauerunt ad urbem Romam. Et matrona uenerabilis Rufina 6 reuerenter excipiens illa, ſepeliuit in prædio ſuo, Paſsi ſunt autem ſexto Calendas Octobris.

6 Matrona uenerabilis Sanctorũ corpora reuerenter excepit, & in prædio ſuo ſepeliuit.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Coſmæ & Damiani, per iamdictum Adonem collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub 7. Calēdas Octobris.

Apud Ægeam ciuitatem natale ſanctorum martyrum Coſmę & Damiani, perſecutione Diocletiani, ſub Præſide Lyſia. Hi uenerabili matrē Theodora geniti, ſacris literis eruditi, profeſſione Chriſtiani, arte medici, uirtutibus erant clariſsimi.

Horum religionem audiens præſes Lyſias, miſit apparitores, qui eos adducerent. Quos aſpiciens interrogauit, ex qua Prouincia, aut quæ eſſent eorū nomina. Beatus Coſmas & Damianus reſponderunt ei, ex Arabia ſumus, Nomina noſtra Coſmas & Damianus, Chriſtiani ſumus, ſunt nobis & alij fratres Antimus, Leontius, Euprepius. Quos miſſo officio iuſsit ſibi Præſes illicò præſentari, & cępit agere, ut ſacrificarent. Et cū nulla ratione fundatos animos eorū ſupra petrā Chriſtū mouere poſſet, manibus & pedibus uinctos, iuſsit eos fortiter torqueri, deinde ſicut erant cōcatenati, in mare mergi. Quibus ſtatim Angelus Domini affuit, & diruptis uinculis, è pelago liberauit.

Hoc uidentes milites renunciauerunt præſidi. Ille mox eis ad ſe reductis: Docete, inquit, me maleficia ueſtra, & ego ſequor uos cōmunicans operibus ueſtris. Sancti uerò reſpōderunt, Chriſtiani ſumus, maleficia neſcimus, & in Chriſti nomine maleficiorum uirtutem contemnimus. Recepti ſunt, iubente Præſide, in carcerem. Et ſequenti die Proconſul ſedens pro tribunali fecit copioſum ignē parari, & beatos martyres de carcere productos in medio iactari. Sed orantibus ſanctis ignis uirtutē ſuam amiſit. Stupefactus Præſes, & quæ circa martyres Dei prouenerant, magicis artibus deſignans, ſuſpendi ac torqueri eos iterum iubet. Sed cum grato & hilari uultu ſuperiores tormentis perſiſterent, paratis crucibus impius Procōſul glorioſos martyres ſuſpendi, atque extendi, ac lapidibus in cruce leuatos perſequi iubet. Sed cum ictus lapidum in iacientes retorquerentur, Pręſes furore ſuccenſus, ſagittis eos aggredi iuſsit, ut ſaltē leuiore uolatu ferrum eis infigeretur. Verùm cum nec in aliquo ſanctos læſiſſent, plurimi mittentium, ac circumſtantium uulneribus earum defecerunt.

Cernens itaq; Præſes malitiam ſuam uirtute diuina ſuperari, gladio animaduerti illos iubet. Martyrizati autem ſunt beati Coſmas & Damianus, Antimus, Leontius, & Euprepius xxvij. die Menſis Septembris. Quorum corpora religioſi uiri 1 ſepelierunt in loco uenerabili, non longe à ciuitate Ægea. Duorum autem fratrum Coſinę & Damiani memoriam 2 Roma etiam, tēplo præclaro opere nomini eorum ædificato, ſolenniter agit.

1 Quorum corpora uiri religioſi in loco uenerabili ſepelierunt.

2 Roma tēplo præclaro nomini ſanctorū Coſmæ & Damiani ædificato, memoriam eorum ſolenniter agit.

Habetur in loco ubi ſupra ſub iiij. Calendas Octobris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM FAVſti, Ianuarij, & Martialis, per eundem Adonem collecta.

IN Hiſpanijs ciuitate Corduba, natale ſanctorum Fauſti, Ianuarij, & Martialis. Qui primo eculei pœna cruciati, deinde raſis ſupercilijs, & auribus, ac naribus præciſis, dentibus quoque ſuperioribus euulſis deturpati, ad ultimum ignis paſsione martyrium conſummauerunt.

Poſita eſt in martyrologio euſdẽ ſub iij. Calendas Octobris.

HISTORIA DEDICATIONIS ECCLEſiæ beati Michaelis Archangeli, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

1 Etiam in honorẽ Angelorũ conſecratæ inueniuntur Eccleſiæ.

IN monte Gargano uenerabilis memoria beati Archangeli Michaelis, ubi ipſius 1 cõſecrata nomini habetur Eccleſia, uili facta ſchemate, ſed cœleſti prædita uirtute. Vertice ſiquidem montis excelſi poſita, de corpore eiuſdẽ ſaxi, ſpeluncæ inſtar, præcauata oſtenditur. Eſt autem locus in Campaniæ finibus, ubi inter ſinum Adriaticum & montem Garganum ciuitas Sypontus poſita eſt, qui à mœnibus ciuitatis duodecim milibus porrectus, in cacumine ſuo ſupremo hanc toto orbe uenerandam geſtat Eccleſiam. Quæ hoc modo mortalibus cognita eſt.

Quidam uir prædiues nomine Garganus, qui ex euentu ſuo mõti uocabulum indidit, infinita pecorum multitudine pollebat. Contigit autem Taurum armenti gregis conſortia ſpernentem, ſingulariter incedere ſolitum, & ad extremum redeunte pecore domum nõ reuerti. Quem dominus per deuia quæq; requirens, inuenit tandẽ in uertice montis foribus cuiuſdam aſsiſtere ſpeluncæ: quem cum ſagitta appetiſſet, illa uelut flamine uenti retorta, eum à quo iactata eſt, mox reuerſa percuſsit. Turbati ciues & ſtupefacti, qualiter res fuerit effecta (non enim accedere propius audebant) conſulunt Epiſcopum, quid facto opus ſit. Qui indicto 2 ieiunio triduano, à Deo monuit eſſe quærendum. Quo peracto ſanctus Michael Angelus apparuit Epiſcopo per uiſionẽ dicens, Ego ſum Michael Archangelus, qui in conſpectu Dei ſemper aſsiſto: ipſius loci eſſe me cuſtodem, atq; omnium quæ ibi geruntur, inſpectorem, hoc uolui inditio probare.

2 Ecce quomodo ieiunium ualet ad impetrandã a domino gratiam reuelationis ſecretorum.

His reuelatione compertis, conſuetudinem fecerunt ciues, hic deũ precibus, ſanctumq; 3 interceſſorẽ poſcere Michaelem. Duas quidẽ ianuas ibi cernentes, quarũ Auſtralis, quæ & maior erat, aliquot gradibus in occaſum uergentibus adiri poterat. Sed nec ultra Criptã intrare auſi, præ foribus quotidie orationi uacabant.

3 Si ſanctus Michael dici poteſt interceſſor, cur non & ſancti quorum animæ ſunt in cœlo?

Interea Neapolitæ Beneuentanos bello laceſſere tentant. Qui An-

tiſtitis ſui monitis edocti, triduanum 4 ieiunium agunt: Et ecce nocte ipſa, quæ belli præcedebat diem, idem in uiſione ſanctus Michael apparens Antiſtiti, Preces dixit eorꝫ exauditas, ſpopondit uictoriam, ſeq; eis affuturũ. Quod mox ueritas facti demonſtrauit. Domumq; uictores reuerſi, uota Domino gratiarũ ad templum feſtinant referre; uidentq; mane iuxta ianuã ſeptentrionalem, inſtar poſterulæ puſillæ, quaſi hominis ueſtigia marmori arctius impreſſa; agnoſcuntq; beatũ Michaelem præſentiæ ſuæ ſignum uoluiſſe monſtrare: Vbi poſtea culmine appoſito, & altari impoſito, Ipſa Eccleſia ob ſigna ueſtigiorũ Apodanea, eſt uocata. Et poſtmodum collatione facta Sypontini, ad Orientem loci illius, beati Petri Apoſtolorum Principis nomine condunt 5 Eccleſiam.

4 *Ecce et hic ualere ieiunium ad uictoriam de hoſtibus obtinendam.*

5 *Beati Petri Apoſtolorum Principis nomine cõdunt Eccleſiam.*

Iterum Romano Pontifice, & Sypontino Epiſcopo, de conſecratione loci ipſius quærentibus, ac propterea triduanum ieiunium cum ciuibus ſuis celebrãtibus, nocte ieiunij ſuprema ſanctus Michael Epiſcopo Sypontino per uiſionem apparens, monuit ut intrarent Eccleſiam, quam ipſe dicauit, & miſſas iuxta morem ibi agerent. Meũ, inquit, erit oſtendere, quomodo per memetipſum locum conſecrauerim. Adueniunt mane cum oblationibus, & magna inſtantia precum intrant Regiam Auſtralem. Et ecce longa porticus in Aquilonẽ porrecta, atq; illam attingens poſterulam, extra quam ueſtigia marmori diximus impreſſa. Sed priuſꝗ huc uenirent, apparet ad Orientẽ baſilica pergrandis, quæ per gradus aſcenditur. Hęc cum ipſa porticu ſua quingentos ferè homines capere uidebatur, Altare uenerandum, rubroq; coopertum palliolo, prope medium parietis meridiani oſtendens. Erat autem ipſa domus anguloſa, non in morem operis humani parietibus erectis, ſed inſtar ſpeluncę præruptis, & ſæpius eminentibus aſperata ſcopulis: Culmine quoque petroſo diuerſæ altitudinis, quod hic uertice tangi, alibi manu uix poſſet attingi; Credo, docente Archangelo, Dominum non ornatum lapidum, ſed cordis quærere, & diligere puritatem. Nullus autem huc nocturno eſt tempore auſus ingredi: ſed aurora tranſacta matutinos ibidem cantant hymnos. Ex ipſo autẽ ſaxo, quo ſacra contegitur ædes, ad aquilonem altaris, dulcis & nimium lucida guttatim aqua dilabitur, quã incolæ ſtillam uocant. Ob hoc & uitreum uas eiuſdem receptui præparatum. Deniq; nonnulli poſt longas febrium flammas, hac hauſta ſtilla, celeri confeſtim refrigerio potiuntur ſalutis. Innumeris quoque & alijs modis ibi & crebro ſanantur ægroti, & multa, Angelica tantũ illic poteſtate, geri miracula comprobantur.

Sed non multo poſt Romæ uenerabilis etiam Bonifacius Pontifex Eccleſiam ſancti Michaelis nomine conſtructam 6 dedicauit, in ſummitate Circi criptatim miro opere altiſsimè porrectam. Vnde

6 *Romæ etiã Papa Eccleſiam ſãcti Michaelis nomine conſtructã dedicauit.*

& idem locus in ſummitate ſua continens Eccleſiam, Inter nubes ſitus uocatur.

Poſita eſt ubi ſupra ſub pridie Calendas Octobris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM VIctoris & Vrſi, per Adonem ſupradictum collecta.

IN Gallijs Caſtro Solodoro, quod eſt ſuper Arulam, paſsio ſanctorum martyrum Victoris & Vrſi, ex glorioſa legione Thebęorũ. Qui cum illuc furorem Maximiani Tyranni declinantes ſeceſiſſent, ipſius iuſſu tẽti, ab Hyrtaco executore primo diris ſupplicijs excruciati, ſed cœleſti ſuper eos lumine coruſcante, ruentibus in terram miniſtris, erepti, deinde in ignem miſsi ſunt. Veniente autẽ mox pluuia uehementi, extincta pyra in nullo penitus læſi, nouiſsime gladio conſumati ſunt. E' quibus ſanctus Victor ad urbẽ Ianuenſium tranſlatus, miraculorum gloria & ueneratione fidelium celebratur.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Calendas Octobris.

VITA SANCTI HIERONYMI PRESBYteri, per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

APud Bethleem Iudæ depoſitio ſancti Hieronymi presbyteri. Hic natus in oppido ſtridonis, quod Dalmatiæ quondã Pannoniæq; confinium fuit, Patre Euſebio, 1 ueſtẽ Chriſti puer Romæ ſuſcepit, ibique literis Græcis ac Latinis apprimè eruditus eſt. Poſtquam autẽ omne mundanarum 2 ſtudium literarum adeptus eſt, probatiſsimorum quoq; monachorum habitum factumq; imitatus eſt, Romanæ Eccleſiæ presbyter poſtmodum ordinatus.

1 Veſtem Chriſti illam intelligit, qua poſt baptiſmum ſtatim regenerati induebantur.

2 Ecce quomodo ſãctus pater mundanarũ diſciplinarum ſtudium adeptus eſt. Cur ergo uolunt quidam nunc illud ab Eccleſia amouere, niſi ut per eius medium non arguantur ſophiſmata ſua?

Dumq; per triennium continuum charus acceptusq; populis ueneraretur, omniumq; iudicio dignus eſſe ſummo ſacerdotio decerneretur, quidam ex clericorum, monachorumq; ordinibus, pro petulantia, proq; ingluuie diſcurſantes, ad effugandum urbe Hieronymũ, qui utrorumq; eorũ ſcribens uitium deprehenderat, inſidias parauerunt. Verũ ipſe propter cœlorum regna, domum, parentes, ſorores, cognatos, Romam egreſſus, dereliquit, & Hieroſolymam militaturus Deo pergens, primo ad Gregorium Nazanzenum tunc Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopum, ſupplex dociliſq; diſcipulus acceſsit, ut ſanctarum 3 ſcripturarum ſtudijs erudiretur. Inde in Syriam perrexit, in poſſeſsionem Euagrij presbyteri aliquantulum commoratus. Ad deſerta deinde loca ita lætus accinctusq; acceſsit, ut uolaſſe eum magis quam meaſſe crederes.

3 Diuinorum librorum intelligentia, non ex propria temeritate, ſed ex maiorum ſcriptis & doctrinis haurienda eſt.

Quadriennium itaque in illa uaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus horridum monachis præſtat habitaculum, exegit: Indeq; ad Bethleem oppidũ remeauit; ubi prudens animal ad præſepe Domini

ſe obtulit permanſurum. Bibliothecam ſanè ſuam, quam ſibi ſummo ſtudio ipſe condiderat, omniumq; librorum orationes, quas penè memoriter retinebat, iterum relegens, diem 4 ieiunijs ducebat ad ueſperam. Plures ad eum religioſorum, quibus uita eius fama comperta eſt, protinus confluxerunt, bonumq; doctorem, paruo adhuc ſub tugurio, boni obſeruauere diſcipuli. Nec multo poſt cellulas ibi ob diſcipulorum ſuorum copiam, & propter frequentiam aduentantium ad Bethleemiticam portam, quæ ad Occidentem conſpicit, & egredientibus ad Septentrionem uidetur, paruulum habitationis locellum conſtruxit. 4 *Vide ſancti patris longa ieiunia.*

Quibus uero niſibus, quantis'ue laboribus Hebraicam linguã, atq; Chaldaicam, literasq; Hebreas didicerit, uerbis eius edicam. Dum eſſem, inquit, iuuenis, & ſolitudinis me deſerta uallarent, incentiua uitiorum, ardoremq; naturæ ferre non poteram. Quam cum crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quas edomandas cuidam fratri, qui ex Hebreis crediderat, me in diſciplinam dedi; ut poſt Quintiliani acumina, & Ciceronis fluuiũ, grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetũ diſcerem, ac ſtridentia, anhelantiaq; uerba meditarer. Quid ibi labores ſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis, quotiens deſperauerim, quotiens ceſſauerim, & cõtentione diſcendi rurſus inceperim, teſtis eſt conſcientia mea.

Armatus itaque fide, gratiamq; Chriſti adeptus, Hebręorum uolumina, quę in Canone continentur, de Hebręo in Latinam linguam uertit, eaq; penè omnia cõmentatus eſt. Vt ergo opera eius ualde utiliter confecta breuiter cõmemoremus, ſcripſit uitam Pauli Monachi. Epiſtolarum ad diuerſos librum unum. Ad Heliodorum exhortatoriam. Altercationẽ Luciferiani & Orthodoxi. Chronicon omnimodæ hiſtoriæ. In Hieremiã & Ezechiel Homelias xxviij, quas de Gręco in Latinum uertit. De Seraphin, de Oſanna, de frugi, & luxurioſo filio, de tribus quæſtionibus legis ueteris. Homelias in Canticis Canticorũ duas. Aduerſus Heluidium de Mariæ uirginitate perpetua. Ad Euſtochium de Virginitate ſeruanda. Ad Marcellam Epiſtolarum librum unũ. Conſolatoriam de morte filiæ ad Paulam. In Epiſtolam Pauli ad Galathas cõmentariorũ libros tres: Ad Epheſios libros tres: In Epiſtolam ad Titum librum unum: In epiſtolam ad Philemonem librum unum. In Eccleſiaſten cõmentarios quęſtionum Hebraicarũ. In Geneſin librum unum. De locis librum unum. Hebraicorũ nominum librum unum. De ſpiritu ſancto Dydimi, quem in Latinũ tranſtulit, librũ unũ. In Lucam Homelias xxxviij. In Pſalmos a decimo uſque ad ſextum decimum tractatus ſeptem. Captiuum monachum. Vitam beati Hylarionis. Nouum teſtamentum Gręcæ fidei reddidit. Epiſtolarum autẽ ad Paulam & Euſtochium incertus eſt numerus.

Sexdecim prophetarum uolumina, quatuor & ſeptuaginta libris editis, cōmentatus eſt.

Inter has itaque numeroſas operis ſui paginas, centum & triginta-quinque uirorum illuſtrium Eccleſiaſticorum ſcriptorum nomina, à paſsione Chriſti uſque ad quartumdecimum Theodoſij Imperatoris annum ordine digeſsit. Itē contra Iouinianum libros duos. Apologeticum ad Pāmachium. In Matthęum cōmentariorū libros quatuor. Enchiridion in Pſalterium. Aduerſus Vigilantium, contraq; Pelagiū luculentiſsima uolumina edidit. De manſionibus quoq; filiorū Iſrael, & alia quamplurima ad ædificationē Eccleſiæ catholica pietate compoſuit. Tanta deniq; laſsitudine fatigatus eſt, ut etiā in ſtratu ſuo iacens, funiculo trabe ſuſpenſo ſupinus apprehēſo, erigeretur; ut ſcilicet officium monaſterij prout poterat, exhiberet.

Tandem poſt perfectam placitamq; Deo conuerſationem, nonageſimonono ætatis anno, apud Bethleē oppidū in pace quieuit, Pridie Calēdas Octobris, duodecimo Honorij Imperatoris anno. Libros ſuos per Quinquaginta & ſex annos confecit.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub vi. Nonas Octobris.

VITA SANCTI ELEVTHERII MARTYris, per ſupradictum Adonem collecta.

APud Nicomediam natale ſancti Eleutherij martyris. Sub Diocletiano cōtigit aliquam partem palatij incendio conflagrari. Hoc Imperator à Chriſtianis factū falſa ſuſpitione præſumpſit. Ex quo inæſtimabili furore ſuccenſus, iubet omnes Chriſtianos aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus con flagrari. Horum primus, & qui omnes hortaretur, pro Chriſto fortiter animas ponere, erat Eleutherius.

Deniq; cum aſsiſtentes miniſtri interrogarent ſingulos, ſi forte ſacrificaturi uellent dimitti, tam uiri, quàm mulieres, ne interrogari ſe quidē patiebantur, ſed ultro uel flāmis irruere, uel cædentibus gladijs certatim obiectare ceruices. Cumq; iā illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret, miniſtri ſcelerum partem populi nauiculis iniectam, in medium pelagus adducunt, ibiq; in ſentētia fidei perſiſtentes pręcipitant in profundum.

In tantum uerò rabies crudelitatis apud eos exarſit, ut regios pueros martyres effectos, cum ſecundum humanitatis ordinem fuiſſent ſepulturæ mandati, effoderent denuo, & corpora eorum proijcerent in mare dicentes, Ne forte dij efficiantur Chriſtianorum. Verùm beatus Eleutherius īmaniſsimis tormentis diu excruciatus, cum ipſe per ſingula tormenta ualidior redderetur, martyriū uictoriæ ſuæ ignibus, uelut aurum, examinatus cōpleuit. Cuius reliquias furtim Chriſtiani auferentes, Nicomediæ 1 ſepultura uenerabili poſuerunt.

1 Ecce ſancti Martyris reliquias Nicomediæ ſepultura uenerabili poſitas.

VITA SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ per Adonem iam dictum collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub 7. Nonas Octobris.

NAtale ſancti Dionyſij Areopagitæ, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus credidit Chriſto;& primus apud Athenas ab eodẽ Apoſtolo Epiſcopus eſt ordinatus;& ſub Traiano Principe per clariſsimã confeſsionem fidei, poſt grauiſsima tormentorũ genera, glorioſo martyrio coronatur:ut Ariſtides Athenienſis, uir fide ſapientiaq; mirabilis, teſtis eſt in eo opere, quod de Chriſtiana religione compoſuit.

Hoc opus apud Athenienſes ſummo genere colitur, & inter antiquorum monumenta clariſsimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant.

VITA SANCTORVM SERGII ET BACCHI Martyrum, per eundem Adonem collecta.

Poſita eſt in martyrologio eiuſdem ſub Nonas Octobris.

LVriæ natale ſanctorum martyrum Sergij & Bacchi ſub Maximiano Imperatore. Cuius honoribus ſublimati, in palatio eius clari habebantur: Nam Sergius erat Primicerius, Bacchus uerò Secundicerius ſcholæ gentilium.

A' quibuſdam ergo apud Imperatorem accuſati, quod eſſent Chriſtiani, uocati ſunt ab Imperatore, ut ſacrificãtes Ioui de ſacrificijs oblatis cum eo deguſtarent. Ingreſſus Imperator tẽplum guſtauit de ſacrificijs, & circumſpiciens non uidit Sergium & Bacchum; neque enim ingreſsi fuerant templum. Mittens igitur milites de aſtantibus ſibi Imperator, iuſsit eos introduci. Quibus & dixit. Vt uideo facti eſtis deorum inimici, accedite ad aram Iouis magni, & ſacrificate, ac de ſacrificijs eius, ſicut & cœteri manducate. Reſponderunt beati Sergius & Bacchus, Habemus Regem uerũ æternum in cœlis Ieſum Chriſtum filium Dei, Huic per ſingulos dies offerimus ſanctum unumq; ſacrificium, atque rationabilem culturam, Lapides autem & ligna non adoramus.

Imperator tunc indignatus, iuſsit exutos chlamyde indui eos muliebri colobio, & per mediam ciuitatem ad palatium pertrahi, catenis in ceruicibus poſitis. Et cum perueniſſent ad palatium, dixit eis Imperator, ſceleratiſsimi, ſcitis quia quem colitis Chriſtum, fabri filius fuit, & antequam nuptiæ legitimæ fierent, de adulterio facto mater eum procreauit? Cui milites Chriſti reſponderunt, Erras Imperator, nam quẽ colimus, Deus uerus eſt, & uita æterna, qui fecit cœlum & terram & quæ in eis ſunt. Amplius igitur ueris proſecutionibus eorum iratus Maximianus, iuſsit eos Antiocho duci tradi, ut conſtringeret eos in cippo. Et facto mane ſedit in prętorio. Et adducti ſunt ante illum Ser-

gius & Bacchus. Et cũ nec blanditijs,nec minis eos à propoſito incuruare poſſet,beatum quidem Sergium iterum iuſsit in cuſtodia recipi, Bacchum uero extenſum neruis crudis tam diu cędi, quouſque cędentes laſsi deficerent. Et uiciſsim ſuccedentibus ſibi cęſoribus, martyr glorioſus in confeſsione Chriſti totus corpore diſciſſus emiſit ſpiritum, & relicto corpore auibus & feris, abijt Antiochus. At Chriſtiani furtim uenientes tulerunt corpus martyris, & in ſpelunca quadam ſepelierunt.

Sequenti uerò die beatus Sergius eductus de cuſtodia præſentatur Antiocho,qui cum uerbis eum flectere non poſſet,primo cothurnos confixos clauis ueſtiri eum fecit,& nouē milibus ante ſe currere.Poſtmodum in ſententia fixum manere uidens, decollari iuſsit, quē tunc Chriſtiani in eodem loco ſepelierunt.Paruo autem tempore interpoſito beatum quoq; Bacchum à loco quo tumulatus fuerat eleuantes, ɪ honorabili martyribus loco, iuxta ſanctũ Sergium cōpoſuerunt. Vbi & uirgo Iulia, quæ ſub Martiano Præſide martyrium conſummauit,ſociata martyribus ſepultura quieſcit.

ɪ Honorabili martyribus loco ſancti compoſiti ſunt.

Habetur ubi ſupra ſub vij. Idus Octobris.

VITA SANCTI MARTYRIS GEREONIS
cum alijs cccxviij. per Adonem ſupradictum collecta.

APud Coloniam Agrippinam natale ſancti martyris Gereonis cum alijs cccxviij. quos ferunt Thebęos fuiſſe,& cum legione illa beati Mauricij inde iuſſu Maximiani Imperatoris in Gallias tranſitum feciſſe, atque circa Rheni littora conſediſſe, & funeſtum Tyranni imperium reſpuendo,pro uera pietate colla patienter gladijs ſubdidiſſe.

Poſita eſt in martyrologio eiuſdē ſub vi. Idus Octobris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM MALloſi & Victoris, per Adonem iamdictum collecta.

APud Ægrippinenſem urbem natale ſanctorũ martyrũ Malloſi & Victoris.Quorum prior cum longo tempore ubi nam ſepultus fuiſſet,latuiſſet,ſancto Epiſcopo eiuſdē loci ex diuina reuelatione manifeſtatus eſt.Cumq; corpus eius ex loco abdito leuaretur,tanta odoris ɪ ſuauitas emanauit,ut aſtantes fideles uelut īmenſi aromatis fragrantia replerentur.

ɪ Hæc odoris ſuauitas quæ circa ſancti corpus emanauit, ſplendorē uitæ illius aperte declarauit,& ſpiritus ſancti gratiam in eo radiantem.

Habetur in loco ubi ſupra ſub vi. Idus Octobris.

VITA BEATI PAVLINI EPISCOPI PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

IN Britannia natale beati Paulini Epiſcopi Eburaci. Qui ordinatus

Epiſcopus à beato Iuſto, qui à ſancto Auguſtino, quem beatus Gregorius ad prędicandum Anglorum genti direxerat, conſecratus Epiſcopus fuerat, gentem Nordamhymbrorum, hoc eſt eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilonem Vmbri fluminis habitabat, cũ Rege ſuo Eduino, uerbum fidei prædicando conuertit. Et clarus 1 uita, doctrina, & miraculis vj. Idus Octobris in pace quieuit.

1 Qui uitam habet & doctrinã, p'enius erudit gregem domini, quoniam parũ eſt uerbo docere, niſi etiam doceas exemplo.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Tharisi, Probri, & Andronici, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub 7. Idus Octobris.

APud Tharſum metropolim Ciliciæ natale beatiſsimorũ martyrũ Tharisi, Probri, & Andronici. Qui perſecutione Diocletiani ſub Maximiano Præſide, longo tempore carcerali ſqualore afflicti, & tertio diuerſis tormentis & ſupplicijs examinati, in confeſsione fidei triumphum gloriæ adepti ſunt.

Nam neruis crudis grauiter cęſi, & teſtis aſperrimis defricati, etiã papyro ardenti circa uentrem, & latera aduſti, poſt maxillarum confractionem, poſt tormenta tibiarum, poſt aceti & ſinapis in naribus infuſionem, poſt oboliſcos ignitos, poſt confixionem digitorum clauis acutiſsimis, poſt oculorum tranſpunctionem, ac linguæ abſciſsionem, nouiſsime in amphitheatro Vrſis & Leonibus proiecti ſunt.

Sed cũ nulla ex beſtijs ſanctorũ corpora auderet attingere, Maximianus ira accenſus, iuſsit eos gladio iugulari, & corpora eorum inter corpora gladiatorum proijci. Noctu autem uenientes fideles, & deprecantes Dominum, ut eis oſtenderet ſanctorum reliquias, uiderunt ſubito uelut 1 ſtellam ſplendidam de cœlo miſſam ſuper ſingula ſanctorum corpora reſidentem. Sicq; cum ingenti gaudio rapientes ea, præcedente ſe eiuſdem ſtellæ ſplendore, glorioſos Chriſti athletas loco aptiſsimo condiderunt.

1 Splendor uelut ſtella de cœlo miſſus ſuper corpora ſanctorũ, duo arguit. Primũ, Martyrum reliquias beatas & uenerãdas eſſe, atque ſpiritusſancti gratiam in eis radiare. Alterum, ſepelire mortuos fideles opus pietatis eſſe & Deo placere.

VITA SANCTORVM CONFESSORVM & martyrum Quatuormilium Nongentorum ſeptuagintaſex, per Adonem iamdictum collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub iiij. Idus Octobris.

APud Aphricam natale Confeſſorum & martyrum quatuor milium Nongentorum ſeptuagintaſex. Qui perſecutione Vuandalica apud Aphricam cũ Eccleſiarum Dei Epiſcopi & Diaconi aſſociaſſent ſibi turbas fidelium populorum, iuſſu Hunirici Regis Arriani, pro defenſione ueritatis omnes in horribile Eremi exilium truſi, & inter Mauros ferociſsimos deputati ſunt.

E' quibus plurimi cum crudeliter minarentur, & haſtilium cuſpi-

dibus ad currendum, ac lapidibus tunderentur, ſiue ligatis pedibus, uelut cadauera, per dura & aſpera loca traherentur, tam diro ſupplicio per ſingula membra diſcerpti, dum per gladios acutos petrarũ hic caput conterebratur, alibi latera findebantur, inter manus trahentium ſpiritum exhalabant. Extat per totum aggerem publicum, loquentibus tumulis, uilis ſepultura ſanctorum.

Habetur in martyrologio eiuſdẽ ſub Pridie Idus Octobris.

VITA SANCTI IVSTI IN EREMO per Adonem ſupradictum collecta.

DIe.xiiij. Octobris trãſitus ſancti Iuſti in eremo, qui cũ aliquot annis in eremo Angelicam egiſſet uitam, & dignus adeſſet finis tantis laboribus, Regnum ſpondens cœlorum: atque illis iam extremis Viator aſtaret, ſanctæ cõmigranti animæ flens & conſternatus mente dicens, Cui me, domine, derelinquens? reſpondiſſe dicitur, ne cõturbaretur quaſi deſtitutus ſolatio, Quia breui ſe ipſe quoque ſequeretur. Quam utique prophetiam ac reuelationem, cito trãſitu ſanctiſsimi Iuuenis miniſtri eius, qui ſolus ardore fidei eum Epiſcopatum fugientem, & latere cupientem ſecutus fuerat, conſtat fuiſſe completam.

Habetur in eius martyrologio ſub Idibus Octobris.

VITA BEATI ANTIOCHI EPISCOPI per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

DIe.xv. Octobris apud Lugdunum natale beati Antiochi Epiſcopi, qui cum adhuc presbyter Lugdunenſis eſſet, pio incitatus officio, uſque ad uiſendum Epiſcopum ſuũ, qui in eremo iam morabatur, nomine & opere Iuſtus, pergere intendit, uir diſtrictione præcipuus, & qui non immerito tempore interiecto ad eiuſdẽ Pontificij culmen aſſumptus ſit. Quo ſtrenue adminiſtrato, Regnũ cœleſte adeptus eſt, ſepultus in Eccleſia martyrum Machabæorum, in qua & ſanctus Iuſtus tumulatus quieſcit.

Poſita eſt ubi ſupra ſupra ſub xvij. Calendas Nouembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Martiani, Satyriani, & aliorum, per eundem Adonem collecta.

IN Aphrica natale ſanctorum martyrum cclxx. pariter coronatorum, & ſanctorum martyrum Martiani, & Satyriani, cũ duobus fratribus eorum, & egregiæ Chriſti ancillæ Maximæ Virginis. Qui tempore Vuandalicæ perſecutionis, ſub Genſerico Rege Arriano, pro conſtantia fidei catholicæ, primum nodoſis fuſtibus cœſi, &

uſque ad oſſa laniati,cũ multo tempore talia paterentur, ſequenti die ſemper incolumes reddebantur. Poſt etiam dura carceris cuſtodia dãnati,cũ fuiſſent arctati in neruũ,mira Dei uirtute ingentium lignorũ putreſcens ſoluta eſt fortitudo. Ad quod miraculum Maxima Chriſti famula ſuæ libertati dimiſſa, mater poſtmodum multarũ uirginũ Dei effecta,in ueritatis confeſsione glorioſa conſenuit.

Reliqui inter ferociſsimos Mauros exilio relegati,cũ prædicatione ſua multitudinem barbarorũ Chriſto Domino lucrati fuiſſent,iuſſu impij Genſerici,ligatis pedibus poſt terga currentium quadrigarum, inter ſpinoſa loca ſyluarũ pariter iuſsi ſunt interire.Cumq; ducta atq; reducta dumoſis lignorũ aculeis innocentium corpora carperentur, uicino currentibus indomitis equis, Vale ſibi inuicem his uerbis dicebant, Frater ora pro me.Impleuit Deus deſiderium noſtrum.Taliter peruenitur ad Regnum cœlorum.Sicq; orando & pſallendo,gaudentibus Angelis pias animas emiſere. Vbi uſque in hodiernum diem nõ deſinit ingentia mirabilia Ieſus Chriſtus Dominus uenerari.

VITA SANCTÆ TRIPHONIÆ, PER Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio euſdẽ ſub xv. Calen. Nouembris.

ROmæ ſanctæ Triphoniæ uxoris Decij Cæſaris,quæ uiro ſuo, poſt interfectionem beatorum Sixti & Laurentij,diuinitus punito,petijt baptizari cum filia Decij Cyrilla à Iuſtino presbytero,& alia die defuncta eſt,ac iuxta ſanctum Hippolitum in Cripta ſepulta quintodecimo Calendas Nouembris.

VITA SANCTI THEODORITI PRESBYteri & martyris, per Adonem iamdictum collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub x. Calendas Nouembris.

APud Antiochiam Syriæ natale ſancti Theodoriti presbyteri. Qui perſecutione Iuliani impij, ſub Præfecto & auunculo eius Iuliano,cũ ab eo Antiochenorum Eccleſia ſpoliata,& religioſi quiq; fuiſſent eius terrore diſperſi, in eccleſia ſpoliata manſit intrepidus: Atque ab eo teneri iuſſus, poſt eculei pœnam, & multos ac duriſsimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appoſitis inflammatus eſt.Sed his diuina uirtute reſtinctis,cũ milites,qui eas tenebant, Angelorum aſpectu territi ruiſſent in faciem,& credentes Chriſto,impium miniſterium recuſarent,iuſsit eos Iulianus pelago immergi. Quibus beatus Theodoritus ait, Præcedite fratres,ego uerò ſuperans inimicũ ſequar ad Dominũ.Sicq; in confeſsione perſiſtens,& prophetico ſpiritu repletus,Iuliano apoſtatæ,quem apud Perſidẽ diuina ultione incurrit,prædicens interitum,gladio martyrium conſummauit.

Habetur in loco prædicto ſub viij Calendas Nouembris.

VITA SANCTI FRONTONIS EPISCOPI per eundem Adonem collecta.

Petragoricas ciuitate natale ſancti Frontonis Epiſcopi. Qui Romæ à beato Petro Epiſcopus ordinatus, cũ Georgio presbytero ad prædicandum Euangelium miſſus eſt. Cumq; tertio die itineris idem Georgius fuiſſet mortuus, mœrens Fronto reuerſus eſt ad Apoſtolum, acceptoq; eius baculo, & ſuper corpus defuncti poſito, ſocium de morte recepit, ſicq; ad prædictam ciuitatem ueniens, magnam gentis illius multitudinem ad Chriſtum conuertit, & multis miraculis clarus in pace quieuit.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub v. Calendas Nouẽbris.

VITA BEATORVM APOSTOLORVM Simonis & Thadei, per Adonem iamdictum collecta.

Die xxviij. Octobris natale beatorum Apoſtolorum Simonis Chananei, qui & zelotes ſcribitur, & Thadei, qui etiam Iudas Iacobi legitur, & alibi appellatur Lebeus, quod interpretatur corculus, ideſt cordis cultor. E quibus Thadeus apud Meſopotamiã, Simon uerò apud Ægyptũ traditur prædicaſſe. Inde ſimul Perſidem ingreſsi, cũ fidei Chriſti innumeram gentis ipſius multitudinẽ ſubdidiſſent, & Eccleſiam Domini latè iam fundatam uiderent, martyrium ibi, curſum temporis explentes, beato certamine conſummauerunt, 1 honorificè ſepulti à populis Chriſtianis, quos Dño ipſi genuerant.

1 Honorificè ſepulti à populis Chriſtianis.

Quòd quidam putant Simonem Apoſtolum unum de duodecim ipſum eſſe, qui ſub Traiano crucẽ paſſus ſit, omnino falſum eſt: Nam & Beda ſanctus presbyter, qui hoc ſuper Acta Apoſtolorum ſenſit, Iſidorum ſequutus, in libro retractationum ſe hoc non bene ſenſiſſe reprehendit. Sed & hiſtoria Eccleſiaſtica non de Apoſtolo, ſed de alio Simone geſta narrat.

Poſita eſt ubi ſupra ſub pridie Calendas Nouembris.

1 Lucillam filiam Nemeſij Diaconi intellige ante ſuſceptũ Diaconatum. Nam ſi beatus Stephanus ambos baptizauit, & poſt baptiſmũ Nemeſium ordinauit Diaconum, conſequens eſt quod filia eius fuerit ante Diaconatũ genita.

VITA BEATORVM NEMESII DIACONI & Lucillæ filiæ eius martyrum, per Adonem præfatum collecta.

Romæ natale beati Nemeſij Diaconi, & Lucillæ 1 filiæ eius, quos ſanctus Pontifex Stephanus baptizauit: qui ipſum Nemeſium diaconem inſtituit tẽporibus Valeriani, & Gallieni. Qui decreuerunt ut ubicunque inuentus fuiſſet Nemeſius, ſine audientia puniretur. Nemeſius autẽ Chriſti gratia roboratus, cũ cubat criptas & concilia martyrum, ut ubicunque repperiſſet Chriſtianum egentem, prout poterat, de facultatibus miniſtrabat.

Veniens

Veniens uerò in uia Appia noctis ſilentio iuxta templum Martis, comperit Valerianum & Maximum in templo Martis ſacrificare. 2 Flexis itaq; genibus orauit Dominum dicens, Domine Deus creator cœli & terræ, diſsipa conſilia artis diabolicę in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui, quem miſiſti in hunc mundum, ut reſipiſcant hi infelices à laqueis diaboli. Statim igitur Maximus Conſul à diabolo arripitur, & magna uoce clamare cœpit: Nemeſius Chriſtianus me incendit, eius oratio me affligit. Egreſsi uerò quidam de tēplo tenuerunt Nemeſium, & dum contumelijs eum afficerent, ſubitò Maximus expirauit.

2 Ecce Orationem cum genuflexione, & eius uirtutem.

At illi tenentes Nemeſium, duxerunt ad Valerianum. Dicitq; ei Valerianus: Nemeſi ubi eſt prudentia tua, quā ſemper cognouimus, & in conſilio, & in actibus? Nos te hortamur, cogita ueritatem, nō deſeras Deos, quos ſemper ab ipſis cunabulis coluiſti. Nemeſius diaconus plenus lachrymis reſpondit, Ego quidem infelix, atque peccator ſemper deſerui ueritatem, & effudi ſanguinem innocentem, etiam nimis oneratus, atque cumulatus peccatis, licet ſera pœnitudine cognouerim creatorē meum, miſericordiam Chriſti filij Dei adeptus: Hunc timeo, ipſum adoro, ipſi cultum meæ ſeruitutis offero; nam omnia idola lapidea manufacta abijcio.

Iratus Valerianus iuſsit eum in priuata cuſtodia mācipari, & poſt tertium diem exhibetur Valeriano & Gallieno, & filia eius Lucilla. Quā ante patris interrogationem fecerunt puniri, credentes, quòd ſic potuiſſent animam beati Nemeſij emollire. Sed ipſe, cuius interiora poſsidebat ſpiritus ſanctus, lætior de martyrio filiæ factus, in confeſsione Chriſti ardentior efficitur. Et cum nullo modo à fide Chriſti flecti eum poſſe uiderent, iuſſerunt eum duci ad ſupplicium.

Decolatus uerò eſt uia Appia ante templum Martis. viij. Calendas Septembris. Eiusq; corpus à beato quidem Stephano Papa in eodem loco ſepultum, ſed à beato Sixto Pontifice poſtea leuatum, Pridie Calendas Nouembris iuxta eandem uiam Appiam in Cripta uenerabilius curatum.

FESTIVITAS OMNIVM SANCTORVM per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur ubi ſupra ſub Calendis Nouembris.

CAlendis Nouembris feſtiuitas omnium Sanctorum. Petente quanq; Papa Bonifacio Papa iuſsit Phocas Imperator in ueteri Fano, quod Pantheon uocabatur, & à Domitiano prius factū erat, ablatis idolatriæ ſordibus, Eccleſiam beatæ ſemper Virginis Mariæ, & omnium martyrū fieri; ut ubi quondam omnium non Deorū, ſed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret me-

moria ſanctorum. Quæ ab illo tēpore Calendis Nouembris in urbe Roma celebris,& generalis agitur.

Sed & in Gallijs,monente ſanctæ recordationis Gregorio Pontifice, pijſsimus Ludouicus Imperator,omnibus Regni & Imperij ſui Epiſcopis conſentientibus ſtatuit, ut ſolenniter feſtiuitas omniū ſanctorum in prædicta die annuatim perpetua ageretur. ɪ Quā ſanctā conſtitutionem reuerenti amore ſuſcepit omnis Eccleſia.

ɪ Omnis Eccleſia reuerenti amore ſuſcepit feſtiuitatem ſolēnem omnium ſanctorum.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub Calendis Nouembris.

VITA SANCTI BENIGNI PRESBYTERI & martyris, per eundem Adonem collecta.

IN Caſtro Diuione natale ſancti Benigni presbyteri & martyris. Qui cum Andothio cōpresbytero, & Tyrſio diacono miſſus eſt in Galliam ab Oriente à ſancto Epiſcopo Polycarpo. Cuius prædicatione Comes Terentius comperta, uinctum eum & cęſum ad ſe adduci præcepit. Et rurſum audita ſermonum eius conſtantia,neruis duriſsimis cędi fecit.

Poſt hoc ad trochleas extenſus, & cęſus, ac rurſum carceri mancipatus, mane idola orando deſtruxit; & reductus eſt in carcerem. Cui ſubulas decem calcantes in manibus infixerunt, & cū plumbo remiſſo pedes in lapide perforato fixerunt,& canes duodecim feroces cū eo incluſerunt per ſex dies. Et attulit ei Angelus panem cœleſtem,ſubulas abſtulit,& eum de plumbo ac ferro eripuit.

Ad ultimum collum eius uecte ferreo tundi,& corpus lancea forari iubetur. Quo facto columba niuea de carcere,Chriſtianis aſpicientibus, aſcendit, & odor ſuauiſsimus quaſi paradiſi ſequutus eſt. Venit autem beata Leonilla, & ɪ conditum aromatibus corpus non longè ab ipſo carcere ſepeliuit.

ɪ Et conditum aromatibus corpus non longe à carcere ſepeliuit.

Habetur in loco ubi ſupra ſub Calen. Nouembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Cæſarij Diaconi, & Iuliani presbyteri, per Adonem iamdictum collecta.

EOdem die natale ſancti Cæſarij diaconi, & Iuliani presbyteri. Qui uidelicet Cæſarius tempore Claudij ueniens ex Aphrica ad Terracinam Campanię ciuitatem,dum contra idolatras pro clamaret in publico, tentus eſt à Firmino Pontifice, & in cuſtodiam recluſus. Vbi diebus multis maceratus,deinde traditus eſt Leontio cōſulari Campaniæ. Quem ille cū uerbis ſuperare nequiret,iuſsit ante carpentum ſuū duci ligatis manibus uinctum,& nudū uſque ad templum Apollinis. Quò cum peruenilſet, ad ɪ orationem eius corruit templum,& occidit Pontificem Firminum.

ɪ Vide quanta fuerit uirtus orationis ſancti Martyris.

Poſt hoc recluſus in carcere à Luxurio primo Ciuitatis, fuit ibi anno uno, & mẽſe uno. Deinde eductus in forum ab eo, dum oraret, cœleſti eſt luce circundatus, ita ut ipſe Leontius crederet, & Cæſariũ qui erat nudus, ſua chlamyde indueret, & ab eo baptizaretur, & 2 corpus & ſanguinẽ Domini acciperet de manu Iuliani presbyteri. Nec mora, dicta ſuper oratione, tradidit ſpiritum iiij. Calendas Nouẽbris.

Tunc Luxurius iuſsit Iulianum, & Cæſarium mitti in ſaccum, & præcipitari in mare. Qui eo die reiecti ſunt ad littus, & ſepulti ab Euſebio ſeruo Dei juxta Vrbem Terracinam. Et idem Euſebius poſtea martyrium paſſus eſt cum Felice presbytero.

2 *Mos erat antiqua Eccleſiæ, ut ſtatim baptizatis ſi eſſent adulti, traderetur ſacra Euchariſtia.*

VITA SANCTI THEODOTI EPISCOPI per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iiij. Nonas Nouembris.

APud Lauditiam natale beati Theodoti Epiſcopi, uiri non ſolum uerbis, ſed etiam rebus & uirtutibus ornati. Hic arte medicus fuit quidem, ſed ad animarum à Domino tranſlatus eſt medicinam. Qui fide, miſericordia, ſtudio, uigilantia, atque omnibus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcripturis quoque diuinis laborem quamplurimum geſsit. Quieuit autem in ſenectute bona.

VITA SANCTI AMBROSII ABBATIS per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in martyrologio eiuſdẽ ſub iiij. Nonas Nouembris.

EOdem quoque die natale ſancti Ambroſij Abbatis monaſterij Agaunenſis, qui primus apud Lugdunum monaſterij Inſulæ barbaræ pater, & magnis uirtutibus clarus, cũ illuc ob religionis egregiæ normam trãſlatus fuiſſet, beato fine in domino requieuit.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Felicis presbyteri & Euſebij monachi, per Adonem ſupradictum collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub Nonis Nouembribus.

IN Terracina ciuitate Campaniæ natale ſanctorum Felicis presbyteri, & Euſebij monachi, tẽporibus Claudij Imperatoris. Qui uidelicet Euſebius cũ ſepeliſſet ſanctos martyres Iulianũ & Cæſarium, & ad 1 ſepulchra eorum orans & ieiunans multos conuerteret ad fidem, quos Felix presbyter baptizabat, tenti ſunt ambo à Leontio filio Leontij cõſularis, ob eam maximẽ cauſam, quia Cæſarius patrem eius Chriſtianum feciſſet. Et ad forum eius ducti, nec ſuperati, inde carcere recluſi, & nocte eadem cum ſacrificare nollent, decollati ſunt, atque in fluuium iactati.

1 *Ad ſepulchra eorum orans & ieiunans.*

Quorum corpora uenerunt uſq; ad mare,& reiecta ſunt ad littus, atque à presbytero quodam de Capua nomine Quarto inuenta. Qui ea mox impoſita uehiculo duxit in caſam ſuam, & curioſè quærens etiam capita inuenit, adiunctaq; corporibus ſepeliuit iuxta ſanctum Cæſarium.

Poſita eſt ubi ſupra ſupra ſub 7j. Idus Nouembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Claudij, Nicoſtrati, Simproniani, Caſtorij, & Simplicij, per eundem Adonem collecta.

ROmæ natale ſanctorum martyrum Claudij, Nicoſtrati, Simphoriani, Caſtorij, & Simplicij, Imperantibus Diocletiano, & Maximiano.

Hi cum eſſent artifices inſigniſsimi,& marmorũ cæſores probatiſſimi, Imperatori Diocletiano ualde facti ſunt accepti. Cum itaq; tempore quodam eſſent quadraturis martyrum intenti, & artem ſuam 1 ſigno Crucis munirent, & ad uoluntatem ipſorum artificium fieret, horum unus Simplicius, qui adhuc pagano errore tenebatur, dixit ad quatuor reliquos, Adiuro uos per Deum Solem, ut quis iſte Deus ſit, dicatis mihi, in cuius nomine uos tam bene operamini. Cui Simphorianus, ſi potes credere dicemus tibi,& mox artem conſequeris, ſed & uitam æternã habebis. Quem cũ in fide ſociatum beato Cyrillo Epiſcopo conſignaſſent, iſdem Epiſcopus baptizauit eum,& Chriſto domino credere informauit.

1 Vide ſanctos Martyres artem ſuam ſigno Crucis munientes.

Non multo poſt accuſati à Philoſophis, quòd Chriſtiani eſſent,& quòd Deum Eſculapiũ fingere, ſicut præceperat Imperator, ex marmore Porphyretico & Proconiſſo noluiſſent, Diocletianus iuſsit cuidam tribuno nomine Lampadio, ſub moderatione uerborum eos audire. Quibus iſdem Lampadius dixit, Adora te Deum Solem, ut deſtruatis conſilium Philoſophorum. Qui reſpondentes dixerunt, Nos nunquã adoramus facturam manuũ noſtrarũ, ſed adoramus Deum cœli & terræ, qui imperat in æternũ Ieſum Chriſtum filium Dei.

Recluſi ſunt igitur in cuſtodia publica. Inde cũ mutari à fide Chriſti non poſſent, iubente Lampadio expoliantur, & ſcorpionibus grauiſsimè cęduntur. Mox Lampadius à dæmonio correptus expirauit. Hoc factum cũ audiſſet Diocletianus, nimio furore plenus, iuſsit cuidam Nicetio togato, ut in loculis plumbeis uiui includerentur, ac ſic in fluuium præcipitarentur. Poſt dies autem Quadragintaduos uenit quidam Nicodemus Chriſtianus, & leuauit cum ipſis loculis corpora martyrũ,& in domo ſua 2 honorificè poſuit. Paſsi uerò ſunt ſexto Idus Nouembris.

2 Et ea in domo ſua honorificè ſepeliuit.

VITA SANCTI THEODORI MARTYRIS per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetũr in loco ubi ſupra ſub 5. idus Nouembris.

NAtale ſancti Theodori martyris, temporibus Maximi & Maximiani Imperatorum. Qui cum eſſet miles,& uerè Chriſtianus, adductus eſt ad Brincam præpoſitũ legionis, à quo dilatione accepta, ut ſententiam fidei mutaret, cum in ſententia irreuocabiliter permaneret,iudici ac populo ſiſtitur. Qui iuſsit eum mitti in carcerem,& ſignari oſtium carceris;ubi diuina conſolatur uiſitatione.

Poſt aliquot dies iterum adductus ante præſidem, ſuſpenſus eſt in ligno, & ungulis ferreis latera eius raſa, quouſque coſtæ ipſius nudarentur. Et cum nec ſic poſſet à fide diuelli, Præſes dedit ſententiam dicens, Theodorum non obtemperantem præceptis inuictiſsimorum Imperatorum,potentięq; deorum,credentem uerò Ieſum Chriſtum crucifixum,iubeo ignibus tradi.

Igitur beatus martyr ſignaculo Crucis munitus,manibus poſt tergũ ligatis,in focos propellitur. Et proſpiciens uidit in turba lachrymantem Cleonicum, qui cũ eo Tyro adductus fuerat. Et exclamans dixit,Cleonice expecto te,Feſtina,& ſequere me. Et cum iam flãmarum globis undiq; uallaretur beatus martyr,orationem fudit,laudans & glorificans patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum. Sicq; ſanctam animam Chriſto reddidit v. Idus Nouembris. Quædam autẽ mulier Euſebia nomine,collegit corpus eius,& ſindone mũda inuoluens tranſtulit in poſſeſsionem ſuam,in locum,qui appellatur Euchaita.

Beatus martyr ſignaculo Crucis munitus.

VITA SANCTORVM QVATVOR CORONATORUM, ideſt Seueri, & aliorum, per eundem Adonem collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub iiij. Idus Nouembris.

ROmæ natale ſanctorum quatuor coronatorum, ideſt Seueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini. Hi cum impellerentur ad ſacrificandum,reluctantes,nec conſenſum impijs præbentes,perſtiterunt in fide. Nunciatũ eſt autem Diocletiano Imperatori. Qui ilicò iuſsit, ut ante ſimulachrũ Æſculapij ictibus plumbatarum cæſi deficerent. Quorum corpora iuſsit in platea canibus iactari,& iacuerunt ibi diebus quinque.

Tunc pij Chriſtiani uenerunt,& collecta corpora ſepelierũt in uia Lauicana miliario ab urbe tertio, in arenario iuxta corpora ſanctorũ martyrum Claudij, Nicoſtrati, Simphoriani, Caſtorij,& Simplicij. Paſsi ſunt autem ſexto Idus Nouembris, poſt duos tamen annos paſſionis horum quinque martyrum.

Cum autem nomina eorum minime reperirentur, ſtatuit beatus

Melchiades Epiſcopus, 1 ut anniuerſaria quatuor coronatorũ dies ſub nominibus ſanctorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam ſancto uiro etiam nomina eorum reuelata ſunt. 2 Feſtiuitas uerò ut fuerat ſtatuta, celebris in aliorum martyrum feſtiuitate permanſit, ac locus quatuor coronatorum nomine inſignis.

1 Nota, ut anniuerſaria quatuor coronatorum dies recoleretur.

2 Vide feſtiuitatẽ celebrem horum ſanctorum martyrum.

VITA SANCTI MENNÆ MARTYRIS per iamdictum Adonem collecta.

Poſita eſt in martyrologio euſdẽ ſub iij. Idus Nouembris.

IN Scithia metropoli Phrygiæ ſalutaris paſsio ſancti Mennæ martyris. Qui perſecutione Diocletiani, & Maximiani, cum eſſet miles nobili genere ex Ægypti prouincia ortus, abrenuncians terrenæ militiæ, primum cœleſti Regi ſecreta conuerſatione in eremo militauit: Deinde natalitijs præfatorum Imperatorꝝ procedens ad publicum, ac ſe Chriſtianum libera coram ipſis uoce declarans, traditus eſt Pyrrho duci torquendus. Qui iuſsit eum in carcerẽ includi quandiu Imperatorum natalitia celebrarentur.

Peracta igitur feſtiuitate, ac ſedente eo pro tribunali, iuſsit eũ ſuis aſpectibus præſentari. Cui & dixit: Heſterna die, infauſte, & temerariè auſus es theatrũ introire, & uaniſsimis neſcio quibus eloquijs prophanare, maximè cũ de te aſſeratur noſtrę fuiſſe militiæ, ſacrifica dijs, ut omnia tibi, quæ per ignorantiam geſsiſti, ignoſcantur, & ad honorem priſtinum reformeris. Ad hæc beatus Mennas cum reſpondiſſet, Ego hoc ſeculi honore non delector, ſed Chriſti Domini diſcipulus effici cupio.

Iubente duce extenſus, & neruis bubulis manibus ligatus, tandiu à militibus uirgis cæſus eſt, donec ſanguine ipſius plateæ locus replere tur. Deinde in eculeo exungulatus, & lampadibus circum latera exuſtus, cilicioq́; plagis confricatis, per tribulos quoque & ſudes ferreas, ligatis manibus ac pedibus, tractus, plumbatis etiam collo & maxillis grauiter contuſus, in laude & confeſsione omnipotentis Dei ĩmobilis permanſit. Nouiſsimè Pyrrhus ex tabella recitari præcepit; Mennatẽ ex milite omnium Chriſtianorum authorem, nolentem acquieſcere præceptis Imperatorum, neque uolentem ſacrificare dījs, gladio animaduerti placet, & corpus eius igni comburi.

Furtim itaque à Chriſtianis 1 corpus eius è medio ignis ereptum eſt, & mundis linteaminibus, aromatibusq́; conditum, debita ueneratione in Cimiterio iīj. Idus Nouembris repoſitum eſt. Cuius deinde ſacrum corpus Conſtantinopolim tranſlatum ciuitate Regia 2 digno honore ueneratur.

1 Corpus ſãctĩ è medio ignis à Chriſtianis ereptum, & mundis linteaminibus aromatibusq́; conditum, debita ueneratione in cœmiterio repoſitum eſt.

2 Ecce quanto cum honore ſanctorum martyrum corpora tumulabantur.

VITA SANCTORVM ARCHADII, PRObrij, Paſchaſij, & Eutichiani, martyrum, per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Idus Nouembris.

APud Aphricam cõmemoratio ſanctorum Archadij, Probrij, Paſchaſij, & Eutichiani. Qui ex Hiſpania oriundi, cum apud Genſericum Vuandalorũ Regem merito ſapientiæ, & fidelis obſequij chari clariq; haberentur, nec in Arrianã perfidiam, cui ipſe deditus erat, ullatenus declinare paterentur, excitato in rabidiſsimam iram barbaro, primum proſcripti, deinde in exilium acti, tum atrociſſimis ſupplicijs excruciati, poſtmodum diuerſis mortibus interempti, illuſtri martyrio mirabiliter occubuerunt.

Puer autem Paulillus nomine, frater Eutichiani, & Paſchaſij, cum à profeſsione atque amore catholicæ fidei nullis minis deturbari poſſet, fuſtibus diu cæſus, & ad infimam ſeruitutem damnatus eſt, ideo ut apparet non occiſus, ut de ſuperata ſæuitia impij, etiam illa ætas gloriaretur.

VITA SANCTI EVCHERII EPISCOPI Lugdunenſis, per eundem Adonem collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub xvi. Calendas Decembris.

DIe xvj. Nouembris natale ſancti Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis admirandæ fidei, uitæ, & doctrinæ uiri. Qui ex nobiliſſimo Senatorum ordine ad religioſam uitam habitumq; conuerſus, diu in agro ſuo ſuper fluuium Durentiam intra ſepta ſpeluncę ſponte concluſus, Chriſto ſeruiuit, 1 ieiunijs & orationibus uacans.

Defuncto autẽ Pontifice Lugdunenſi, cũ uniuerſa Eccleſia iuxta morem à ſe antiquitus obſeruatum, triduanis 2 ieiunijs, & obſecrationibus, qui gubernationem eiuſdem Eccleſiæ ſuſcipere deberet, ſibi poſceret à Domino reuelari, cuidam puero apparens in uiſu Angelus Domini, Eſt inquit, ſenator quidã Eucherius nomine, ſuper fluuium Durẽtiam retruſus in ſpecu, qui 3 relictis omnibus quæ poſsidebat, ſequutus eſt Dominum. Ad hunc deducendum pergite, & uobis paſtorem illum conſtituite, quoniam à Deo eſt electus.

1 Inter ſanctorum uirorum exercitia ſunt ieiunia & orationes.

2 Vide quod ieiunia et orationes ualent ad impetrandum a Deo ſecretorũ reuelationẽ.

3 Hæc eſt uera paupertas Euangelica relictis omnibus quæ poſſidentur, ſequi dominum.

Quod cum puer ſenioribus diluculo retuliſſet, omnipotenti Deo cunctis fratribus conuocatis, gratias egerunt; miſſoq; cum clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Eccleſiæ curam gerebat, inuenerunt eum, ſicut eis Dominus reuelauerat. Cumq; illi Archidiaconus rem, propter quam uenerant, indicaſſet, cepit cum iuramento dicere, ſe uoluntariè de ſpecu non egreſſurum, nec cũ eo, niſi ligatus duceretur, iturũ. Cumq; diu talia repeteret, Archidiaconus effracto muro ſpeluncæ, eduxit eũ, & iuxta quod ipſe iurauerat, uinctũ perdu

xit Lugdunum. Quę pari animo unoq; conſenſu clerus & populus ſibi eligens ſacerdotē, in Pontificali cathedra ſolenniter collocauit.

4 *Ne credas ſanctum uirum poſt adeptum ſacerdotium uxorem accepiſſe & filias procreaſſe, ſed dudū ante Nam ſecundum occidentalis Eccleſiæ morē, promotus in ſacerdotē, de conſenſu uxoris perpetuo ab eius cōmixtione abſtinet.*

Huius 4 uxor Galla in ſancto habitu Deo ſeruiens, ſpeluncam eius ingreſſa omne illic uitę ſuę tēpus in ſtudio religionis exegit. Duę ipſorū filiæ, quarū una conſortia, altera Tullia uocabatur, uirginitatis gratia, & ſignorum gloria claruerunt.

VITA BEATI DIONYSII EPISCOPI Alexandrini, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub xv. Calen. Decembris.

Apud Alexandriam natale beati Dionyſij Epiſcopi in multis ſæpe confeſsionibus ſatis clari, & pro paſsionum, tormentorumq; diuerſitate magnifici, temporibus Imperatorum Valeriani & Gallieni.

Denique refertur, inſectantibus ſe perſequutoribus, cū aſtaret ipſe iudici reſpondiſſe: Quid inſectando laboratis? Caput meum, pro quo magnopere fatigamini, auulſum ceruicibus ſumite, & donū magnū ad Tyrannū, & Imperatorē ueſtrum ferte. Præſes autem Emilianus erat. Ante quem Dionyſius cum unum ſolum Deum proſequeretur, qui cœlum feciſſet, & terram, huncq; cum diceret adorandū, cæteros autem neq; eſſe Deos, neq; adorari debere, in caſtrū quoddam, quod Cefro appellatur, in exilium truditur, ob hoc præcipuè electū, ꝙ loci incolæ gentiles erant, & idolorum ſuperſtitionibus ſatis dediti.

Qui exulem Dionyſiū primo hoſtili animo, & ſatis aduerſa mēte ſuſcipiunt; poſt uerò cum paulatim per Domini gratiam uerbū Dei his ſeminare cœpiſſet, pars maxima trucis & barbari populi, relictis idolis, conuerſa eſt ad Dominum uerum, Chriſtoq; ſubiecta. Quo comperto, rurſus eum ad alium locum, uicinum quidē Alexandriæ, ſed incolis deſertū, ac penè habitatoribus uacuum tranſtulerunt. Sed & ibi cum pro urbis uicinitate numeroſus populus eum frequentaret & tanq̃ paſtore recepto grex lætior, & conſtantior agonibus redderetur, rurſum miſsis cum Centurione militaribus uiris, ipſum Dionyſium, & cum eo Gaium & Petrum catenis conſtrictos, & diuerſis cruciatibus afflictos, in deſerto quodam Lybiæ pertraxerunt, ibiq; eos in loco ſqualidiſsimo, & omni uſu humanitatis carente, à Parethomio trium dierum itinere in deſertū protento, nexos uinculis reliquerunt. Tunc temporis etiam Maximus presbyter, & Dioſcorus, Demetrius quoq; & Lucius, necnon Fauſtinus, atq; Aquila ſatis clari & inſignes titulo confeſsionis effecti ſunt.

Interea beatus Dionyſius regreſſus Alexandriam, ſenio grauatus quieuit in pace, ſeptemdecim annis functus ſacerdotio.

VITA SANCTI ROMANI MARTYRIS per ſupradictum Adonem collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xiiij. Calendas Decembris.

ANtiochiæ natale ſancti Romani, qui tẽporibus Diocletiani, cum Aſclepiades Pręfectus Eccleſiam irrumpere, eamq; funditus conaretur euertere, cęteros Chriſtianos hortatus eſt, ut ei cõtradicerent. Vnde cum protinus uinctum ſibi exhiberi iuſsit, & Chriſtum conſtantiſsimè confitentem, primum extendi eculeo, deinde plumbatis grauiter, & fuſtibus cædi, poſt hæc etiam nouacula acutiſsima maxillas ei radi fecit.

Tunc ad petitionem eius puerũ paruulum induci præcepit. Quẽ Romanus Chriſti nomen inuocans, utrum unũ, an plures Deos melius eſſet colere, interrogauit, ut ex eius confeſsione Præfectus confunderetur. Cumq; puer unum Deum ſolum credendum eſſe dixiſſet, indignatus Aſclepiades, cathonio ſuſpendi eũ, ac uerberari, & poſtremo, etiam decollari iuſsit. Erat autem nomen puero Batalas.

Romanus uerò rurſus eculeo ſuſpenſus, ungulisq; exaratus, ad rogum ardentem, in quem præcipitaretur, perductus eſt. Sed orante eo, uenit repente imber inundans, & extinxit ignem. Poſt hoc iuſsit ei linguam abſcindi. Quo facto cum Chriſtum uoce clariſsima collaudaret, recluſus in carcerem, ad extremũ laqueo ſtrangulatus eſt.

VITA SANCTI FAVSTI MARTYRIS PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub xiij. Calen. Decembris.

DIe xix. Nouẽbris natale ſancti Fauſti martyris. Huic tantum fiduciæ & magnanimitatis per Dei gratiam datum eſt, ut cũ ad eos qui in carcere tenebantur fratres, nemo prorſus humanitatis & miniſterij cauſa permitteretur accedere, iſte unà cũ collega ſuo Euſebio indeſinenter neceſſaria miniſtraret. Et cum per dies ſingulos Præſidis furor creſceret, iugulando alios, alios ſupplicijs & diuerſis cruciatuum generibus affligendo, ſqualore carceris, & catenarum põderibus enecando, & ſuper omnia pręcipiendo, ne quis ad eos prorſus accederet, ut & inedia quaſi aliud tormẽti genus adhiberetur; conceſsit tamen Deus huic diacono, & collegæ eius gratiam, ut inuitis omnibus eis ad confeſſores Chriſti nõ negaretur acceſſus. Grandęuus igitur, & plenus dierũ confeſſor perdurans, perfecto martyrio beatus Fauſtus obtruncatione capitis conſummatus eſt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub x. Calen. Decembris.

VITA SANCTÆ CECILIÆ VIRGINIS & martyris, per eundem Adonem collecta.

ROmæ natale ſanctæ Ceciliæ uirginis. Quæ ſponſum ſuũ Valerianum,& fratrem eius Tyburtium ad credendum Chriſto perdocuit,ac deinde ad martyrium incitauit.

Hanc Almachius poſt martyrium eorum teneri fecit, & ut thura dæmonibus poneret impelli. Apparitores uerò attendentes nimium decorem,& prudentiam eius,rogabant eam, ne tale decus amitteret, & tantam pulchritudinem in mortẽ daret. At illa conſilium pietatis eis ſufficienter inſinuans, & de gratia Omnipotentis Dei eos informans, cum ad credendum Chriſto permotos cerneret, dixit eis: Ite, dicite infelici Almachio,ꝙ inducias peto, ut hic intra domum meam faciam uenire,qui uos omnes faciat uitæ æternæ participes. Veniens igitur ſanctus Papa Vrbanus, baptizauit plus minus quàm quadringentos promiſcui ſexus homines. Inter quos unus clariſsimus uir erat nomine Gordianus.

Iterum Almachius beatam Ceciliam ſibi præſentari iuſsit,& cum inſuperabilem eam in confeſsione fidei permanere uideret, iubet ut ad domum ſuam duceretur,& ibi flãmis balnearibus concremaretur. Vbi incluſa die integro & nocte,quaſi in loco frigido integra perſtitit ſanitate,cum ſemper incendia lignis congeſtis miniſtrarentur. Quod audiens Almachius miſit qui eam ibi decollaret. Quã ſpiculator tertio ictu perculit,ſed caput eius amputare non potuit. Superuixit autem triduo.

Non potuit beata Virgo honorabiliori loco ſepeliri quã inter ſanctos Ro. Pontifices.

Tunc ſanctus Vrbanus corpus eius auferens nocte, ı ſepeliuit inter collegas ſuos Epiſcopos. Paſſa eſt autem beata virgo Marci Aurelij & cõmodi temporibus.

Habetur in eius martyrologio ſub ix. kalen. Decembris.

VITA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ ET martyris, per Adonem iamdictum collecta.

DIe xxiij. Nouembris natale ſancti Clementis, de quo Apoſtolus Paulus ait,cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis,quorũ nomina ſunt in libro uitæ.

Hic quartus poſt Petrum Romæ Epiſcopus (ſiquidem ſecundus Linus fuit,Tertius Cletus)ſub perſequutione Traiani trans Põticum mare in eremo,quod adiacet ciuitati Cherſonæ,relegatur exilio. Vbi cum per doctrinam eius multi conuerterentur ad Dominũ, paganis inſiſtentibus,inuidioſa relatio cucurrit ad Imperatorẽ Traianũ, quæ diceret,ibi per Clementem Chriſtianum populum accreuiſſe.

Qui miſit ducem Aufidianum, qui multos Chriſtianos occidens,

cum uideret fixum in omnibus beatum Clementem, & penitus mutari non poſſe, iuſsit pręcipitari eum in medio mari, ligata ad collum eius anchora. Taliq; martyrio diſcipulus Petri coronatur. Et nominis eius memoriam, uſque hodie Romę extructa 1 Eccleſia cuſtodit.

Hic ſeptē regiones diuiſit notarijs fidelibus Eccleſię, qui geſta martyrum ſolicitè & curioſe perquirerent.

1 Ecce quomodo etiam antiquitus in memoriam S. Martyrũ adificabantur Eccleſia.

VITA SANCTÆ FELICITATIS MARTYris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub ix. Calen. Decembris.

EOdem die Natale ſanctæ Felicitatis matris ſeptem filiorum martyrum, quæ iubente Antonino decollata eſt pro Chriſto. Idem enim Imperator iniunxerat Præfecto Vrbis Publio, ut eam compelleret cum filijs ſuis deorum ſacrificijs inclinari. Qui blando alloquio, ad ſacrificium eam prouocans, minatur pœnarum interitum. Cui beata Felicitas, Nec blandimentis tuis reſolui potero, nec terroribus frangi, habeo enim ſpiritũ ſanctum, qui me non permittet uinci à diabolo, & ideo ſecura ſum, quia uiua te ſuperabo, & ſi interfecta fuero, melius te uincam occiſa.

Deinde alia die ſedit Præfectus in foro Martis, iuſsitq; eam adduci cum filijs ſuis, cui & dixit, Miſerere filijs tuis iuuenibus bonis, & flore primę iuuentutis florentibus. Beata Felicitas reſpondit, Miſericordia tua impietas eſt, & exhortatio tua crudelitas eſt. Et conuerſa ad filios ſuos dixit, Videte filij cœlum, & aſpicite ubi uos expectat Chriſtus cum ſanctis ſuis. Pugnate pro animabus ueſtris, & fideles uos in amorem Chriſti exhibete.

Audiens hoc Publius, iuſsit eam alapis cædi. Tunc conuocans filios eius cepit cũ eis agere, ut ſacrificarent. Ianuarius reſpondit, ſtulta ſuades, nam ſapientia domini me confortat, & faciet me omnia tormenta ſuperare. Statim iudex iuſsit eum uirgis cædi, & in carcerem recipi. Felix dixit, Vnus eſt Deus, quem colimus, cui ſacrificium piæ deuotionis offerimus: Vnde tu ne credas, aut me, aut aliquem fratrũ meorum à Domini Ieſu Chriſti amore recedere; & ſi immineant uerbera, fides noſtra nec uinci poteſt, nec 1 mutari. Philippus dixit, Iſti de quibus dicis, nec dij ſunt, nec Omnipotentes, ſed ſunt ſimulachra uana & miſera, & inſenſibilia, & qui eis ſacrificare uoluerit, in æternum peribit. Syllanus dixit, Nos ſi tranſitorium timuerimus interitum, æternum incurremus ſupplicium: & quoniam uerè nouimus quę pręmia ſunt parata iuſtis, & quæ pœna ſit conſtituta peccatoribus, idcirco Romanas leges contemnimus, ut iuſſa diuina ſeruemus. Alexãder dixit, Ego ſeruus Chriſti ſum, ore confiteor illum, corde teneo, inceſſanter adoro: Infirma ætas quam uides, canam habet prudentiam. Vitalis di-

1 Si fides noſtra nec uinci poteſt nec mutari, conſequens eſt eam fidem tenẽdam que a ſeculo predicatur, & quam ſancti precedentes profeſsi ſunt, omneſq; in toto mundo conſtitute ſeruant Eccleſiæ, & non que a paucis tenetur in angulis.

xit, Melius uiuit, qui uerum Deum colit, quàm qui dæmonia optat habere propitia. Martialis dixit, Omnes qui non confitentur uerum Deum eſſe, in æternum incendium erunt. Iudex geſta omnia ſcriptis Antonino innotuit. Quos ille iuſsit diuerſis ſupplicijs interire, matre nouiſsimè conſummata.

Habetur in eius martyrologio ſub viij. Calen. Decembris.

VITA SANCTI GRISOGONI MARTYris, per Adonem ſupradictum collecta.

ROmę natale ſancti Griſogoni martyris. Qui per biennium iuſſu Diocletiani coniectus eſt in uincula, ubi multa perpeſſus ſanctæ Anaſtaſiæ alimonijs fouebatur.

Cum igitur beatã Anaſtaſiam zelans uir eius Publius cuſtodibus adhibitis clauſiſſet, ut nec per cuiuſcunque feneſtræ aditum, aſpectaret, ad hunc confeſſorem Chriſti Griſogonũ, qui eam in Chriſto erudierat, talia ſcripta dirigit; Sancto Cõfeſſori Chriſti Griſogono, Anaſtaſia. Licet pater meus cultor fuerit idolorum, mater tamen Fauſta Chriſtianiſsima ſemper uixiſſe probatur & caſta. Hæc me inter ipſa cunabula fecit fieri Chriſtianam. Poſt cuius exceſſum ſacrilegi iugũ mariti ſuſcepi: Cuius, Deo miſerante, thorum, mentita infirmitate, declinãs, die noctuq; Domini noſtri Ieſu Chriſti amplector ueſtigia. Cum iſte patrimonium meum, ex quo illuſtratur, cũ indignis & turpibus idolatris exhauriat, me quoque uelut magam, atq; ſacrilegam cuſtodiæ tam grauiſsimę mancipauit, ut uitam me corporalem amittere ſuſpicer. Nihil enim ſupereſt, niſi ut emiſſo ſpiritu, morti ſuccumbam; in qua morte licet glorier de confeſsione Domini noſtri Ieſu Chriſti, tamen in eo mens mea ualde conteritur, quòd opes meę, quas ego ex aſſe Deo 1 uoueram, alienis à Deo, & turpibus inſeruiunt. Et idcirco deprecor te homo Dei, ut inſtãter Dominũ depreceris, ut aut ad fidem ſuam uenturũ ſi præuidet Publium, ſinat uiuere, aut ſi præuidet eum in hac incredulitatis peruerſitate manſurum, iubeat eum dare locum ſuis cultoribus. Melius eſt enim ei exhalare ſpiritum, q̃ Dei filium denegare, & eum confitentes impedire. Etenim Omnipotens teſtis eſt Chriſtus, quoniam ſi liberata fuero, ſanctorum ueſtigijs adhærebo, & curas omnium ſolicitè exercebo, ut ceperam. Vale uir Dei, & memento mei.

1 Vides uota etiam antiquis patribus fuiſſe in uſu.

Cum hanc Epiſtolam legiſſet Griſogonus, oratione facta cũ multis confeſſoribus, ita reſcripſit. Fluctuanti tibi inter procellas & turbines mundi, cito ſuper undas deambulans Chriſtus adueniet, & diaboli aduerſum te ſtantem ſpiritum, uno iuſsionis ſuæ ſermone compeſcet: Patienter, & quaſi in medio mari poſita, crede ad te Chriſtũ eſſe uenturũ, & ad temetipſam conuerſa exclama cũ propheta dicens, Quare

triſtis

triſtis es anima mea,& quare conturbas me? Spera in Deo,quoniam adhuc confitebor illi,ſalutare uultus mei,& Deus meus. Geminū diuini muneris probatur indicium,cū tibi & terrena reddentur,& donabuntur cœleſtia; Deus enim beneficium ſuum ad hoc extremitatibus protrahit,ut non ſit nobis uile quod præſtat. Vide ne turberis in hoc, quod piè uiuenti tibi,inferantur aduerſa.Non enim deciperis,ſed probaris. Non eſt tuta defenſio, quā per hominem putas poſſe conſtare. Audi ſcripturā dicentem, Maledictus homo,qui ſpem ſuam ponit in homine:Et benedictus homo,qui ſpem ſuā ponit in Deo. Caue fortiter,uigilanter,ſtrenuè uniuerſa peccata, & à Deo ſolo quære ſolatiū, cuius iuſſa conſeruas; cito enim ad te placidum tēpus conuertetur,& quaſi poſt noctis tenebras,floridum diei lumen aſpicies,atq; poſt glaciale frigus hyemis tranſeuntis,aurea tibi tēpora,& ſerena ſuccedent, ut omnibus,qui pro Chriſti amore affliguntur,præbeas temporalem lætitiam, per 2 quam ſine dubio conſequeris æternam: Vale in Domino, & ora pro me.

2 *Ecce quō pro temporalium bonorum elargitione,æterna uitæ præmia conſequimur.*

Hanc Epiſtolam legens Anaſtaſia,fortiores fidei uires accepit, tantum de uirtute patientię gloriari incipiens,quantū prius,de oppreſsione infidelisſimi uiri,ſe cauſabatur affligi. Igitur beata Anaſtaſia,cū ita in cuſtodia ſtringeretur,ut uix ei panis quadra daretur,ęſtimans ſe in ipſa tribulatione deficere, ſcripſit Epiſtolam. Beato martyri & Confeſſori Chriſti Griſogono Anaſtaſia. Finis uenit corporis, memento mei,ut egredientem animā meam,ipſe ſuſcipiat,pro cuius amore iſta ſuſtineo,quæ ex ore huius uetulæ recognoueris.

Ad hæc ſanctus Griſogonus talia remiſit ſcripta. Griſogonus Anaſtaſiæ. Semper eſt,ut lumen tenebræ antecedant. Sic etiam poſt infirmitatem,ſalus reuertitur,& uita poſt mortem promittitur. Vno fine concluduntur,& aduerſa huius mundi,& proſpera,ne uel triſtibus deſperatio,uel lætis elatio dominetur. Vnum mare eſt,in quo nauiculæ corporis noſtri,uelificant;& ſub uno corporis,gubernatore animę noſtræ,nautico funguntur officio. Quorundam igitur naues fortiſsimis carinarum nexibus ſolidatæ,tenebroſi ęquoris concitatos fluctus,illeſę prætereunt. Quorundam uerò fragilis iunctura lignorū,etiam in tranquillo uicinū morti cōficiunt curſum. Propè eſt enim,ut pereant,qui non cogitant qualiter ad ſalutis portū pertingant. Tu autē ô Chriſti irreprehenſibilis famula, Crucis Chriſti trophæum,tota mente conſtringe,& te ipſam ad opus Dei præpara. In quo eius deſiderijs dum parueris,cū martyrij palma ad Chriſtum pertinges.

Igitur Diocletianus Aquileiæ partibus poſitus, interficiens Chriſtianos,iuſsit ſibi adduci Griſogonum. Cui cū diceret, Accipe Præfecturæ dignitatē,ſume etiam conſulatum generis tui, tantū ut adores Deos, Beatus Griſogonus reſpondit: Vnū Deum,mente adoro,corde

colo, ſinceris actibus ueneror; iſtorũ autẽ deorũ ueſtrorũ ſimulachra, quia omnino dęmonum thecas noui eſſe, execror, atque abijcio. Tunc iuſſu Diocletiani, ductus eſt ad aquas gradatas, & ibidem decollatus. Corpus eius, in mare proiectum, poſt modicum in poſſeſsione, quę dicitur ad ſaltus, inuentum eſt. Quod ſanctus Zoilus 3 ſenex presbyter collegit, & in locello ſubterraneo in cubiculo ſuo poſuit. Cui etiam caput eius, reuelatum eſt, ita recens, quaſi eadem die, fuiſſet abſciſſum, quod corpori eius compaginauit. Paſſus eſt autem beatus Griſogonus. viij. Calendas Decembris. v. Calendas eiuſdem menſis conditus. Sanctus uerò Zoilus tricesimo die paſsionis eius, apparẽte ſibi ſancto Griſogono, perrexit ad Dominum.

3 Cõmendatur ſanctus uir de ſepultura Martyris, quia ſepelire mortuos opus eſt charitatis.

Poſita eſt in martyrologio eiuſdẽ ſub .vij. Calen. Decembris.

VITA SANCTI PETRI ALEXANDRINI
Epiſcopi & martyris, per iamdictum Adonem collecta.

de quo' to. 1. fo. 107.

ALexandrię natale ſancti Petri Alexãdrini Epiſcopi. Hic duodecim annos in Epiſcopatu illius urbis exegit. Quorum tres ante perſecutionẽ, reliquos uerò nouem ſub diuerſis tentationum generibus duxit. Cumq; ſe ſemper in omni agone perſecutionũ poſitus, arctioribus uinculis continentiæ diſtringeret, & ad utilitatem, atque inſtructionem Eccleſiæ in uerbo Dei nobiliter inſiſteret, ſatiſq; uigilanter erga omnẽ ſacerdotij curã diebus ſudaret ac noctibus, nono perſecutionis anno, Epiſcopatus uerò ſui duodecimo, martyrij coronã capitis obtruncatione promeruit.

Ad hunc nanq; cõprehendendum Maximinus Tyrannus Tribunum quendam direxit. Qui ingreſſus Alexandriam, reperit eum cũ multitudine populi, ſanctorũ Apoſtolorũ cõmemorationẽ celebrantem. Quem cõprehenſum, & uinculis alligatũ, poſuit in cuſtodia carceris. Et poſt dies aliquot Maximinus Tyrãnus literis admonuit Tribunum, ut quàm celerius eum puniret.

Interea dum in carcere ſeruaretur, & uniuerſus populus vrbis Alexandriæ fores carceris obſeruaret amore paſtoris ſui, Arrius infelix, qui à beato Petro 1 excõmunicatus, & degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita ſententia Maximini aduerſus beatum Petrum, feſtinè peruenit ad Eccleſiam obſecrans, ut pro eo clerus & populus apud Epiſcopum intercederet, putans quod poſt diſceſſum eius ipſe eleuaretur Epiſcopus. Venientes igitur qui rogati fuerant, ceperunt pro Arrio, beato Epiſcopo ſupplicare. Quibus ſanctus Epiſcopus, magno ſuſpirio reſpondit, quòd iam Arrius Deo 2 mortuus, à facie Dei proiectus eſſet, quia grauiter in eſſentiam deitatis blaſphemaſſet, dogmatizans Patrem & filium, & ſpiritum ſanctum, non eſſe unius eſſentiæ, & naturæ.

1 Duo hic habes. Et quòd excõmunicationes erant in uſu apud antiquos patres. Et quod heretici etiam tunc excõmunicabantur, immo & degradabantur.

2 Vide in quo ſtatu ſint obſtinati hæreſiarchæ

Et apprehendens duos presbyteros Achillam, & Alexandrum de turba ſeorſum, ait illis ſecretè. Ego quidem peccator ſum, tamen ſcio me uocatione Cœleſti, ad hunc agonem martyrij eſſe uocatũ. Vobis igitur pium eſt confiteri myſterium Dei, quod mihi reuelatum eſt, quia uos poſt martyrium meum ſedem & Epiſcopatũ meum conſecuturi eſtis. Et tu quidem primus Achilla, poſt te uerò Alexander. In hac hora deniq; noctis, ut uobis totũ de Arrio aperiam, cũ ſolenni 3 conſuetudine Deo ſacrificium orationũ conſummaſſem, ecce ſubito apparuit mihi in habitu pueri Chriſtus Dominus meus, ad cuius præſentiam ſplendore nimio illuſtratus, uultum maieſtatis eius nõ ualebam aſpicere. Erat autẽ indutus collobium lineum candidum nimis conſciſſum à ſummo uſque deorſum; & ambabus manibus coniungebat eum circa pectus ſuũ, quodãmodo cooperiens nuditatem ſuam. Quem ut uidi, timore nimio correptus, tandem confortatus aio ad eum: Quid eſt Domine, quòd uideo tunicam tuam ſciſſam à ſummo uſque deorſum? Qui reſpondens, dixit mihi. Quotidie me tractas, & neſcis quomodo ſciſſa eſt? Arrius nanq; hoc fecit, qui 4 ſeparauit à me populum hæreditatis meæ, cõparatum ſanguine meo. Præcipio nunc, & moneo, ne recipias eum in 5 cõmunionem, ne rogantibus his, qui uenturi ſunt ad te, quos ille direxit, ueniam ei præſtes. Hæc quæ tibi manifeſtaui, duobus presbyteris nota facias, ut ipſi poſt te eũ anathematizãdo abijciant, ne illius errore populi decipiantur. Exhortationis igitur ſermonẽ eis faciens, & ut in catholicæ fidei unitate manerent, cõmendans eos Domino, in quẽ crediderant, dimiſit in pace.

3 *Ecce nocturnarũ orationum ſolenne ſacrificium, quod ſanctus uir ex conſuetudine perſoluebat.*

4 *Vides quõ Heretici Tunicã inconſutilem domini noſtri Ieſu xpi ſcindunt, dum populos ſanguine eius redemptos ab eo prauis ſuis ſuggeſtionibus ſeparant.*

5 *Aduertis cum Hereticis non eſſe cõmunicandum?*

Nimio uerò amore illius cũ populi circa carcerem detinerentur, & apertè de carcere educi beatus Petrus non poſſet, noctis medio tribunus unà cum militibus, rupto pariete carceris, per modicum foramen ad locum, ubi decollandus erat eum perduci fecit. Sanctus itaque Petrus oratione facta ad 6 ſepulchrum beati Marci Euangeliſtæ, & ſanctorũ ſucceſſorũ eius Aniani, Demetrij, Eraclij, & Theonæ, inclinans genua ſua, & gratias agens Deo, qui eũ martyribus ſuis aſſociaſſet, extendit ceruicẽ ſuam gladiatori, atque ita percuſſus martyrij palmam adeptus occubuit. 7 Et reuerenter inde à Chriſtianis ſublatus, in locũ, qui dicitur Leocados, in cimiterio quod ipſe ædificauerat, ad orientem ciuitatis Alexandriæ ſepultus eſt.

6 *Sanctiſsimus pater orauit apud ſepulchra ſanctorũ Epõrum prædeceſſorum ſuorũ, cur ergo nobis quidã ſcio li ad uitiũ imputant, ſi idem faciamus?*

7 *Beatus martyr reuerenter ſublatus & ſepultus eſt.*

Hic quotieſcunq; ingrediebatur in Thiſiaſterium, & aſcendebat ad ſuperioris pulpiti locũ, oratione facta, & pace data populo, uidebat ignis ſplendorem quaſi egredientem de ſede. Ad cuius fulgorẽ mens eius in nimium amorẽ contemplationis Dei rapiebatur, tantaq; uirtutem anteceſſorum ſuorum conſiderans, humilitate tunc ſe deponebat, ut nunquã in throno eminentiori, ubi ipſi reſederant, ſed in ſcabello pedum illorum ſederet. Paſſus eſt autẽ hic beatiſsimus Epiſcopus tempo-

re Maximini Imperatoris, qui decimã perſecutionem à Diocletiano & Maximiano cęptam, in orientis partibus exercuit. Cum quo ſimul & alij plures ex Ægypto Epiſcopi trucidantur, cum clericis & laicis ferè ſexcentis ſexaginta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub 3 Calendas Decembris.

VITA SANCTI ALEXANDRI EPISCOPI, & martyris, per Adonem præfatum collecta.

ROmæ natale ſancti Alexandri Epiſcopi & martyris ſub Antonino Imperatore. Cui beato Epiſcopo, cũ eſſet famoſiſsimus in miraculis, quodam tẽpore delatus eſt quidã mortuus. Cuius parentes cũ hortaretur ſanctus uir ut crederent in Chriſtum, ſpoponderunt ſe facturos, ſi iſdem mortuus ſuſcitaretur. Tunc ſanctus uir 1 oratione facta, conuerſus ad corpus dixit, In nomine patris & filij, & ſpiritusſancti ſurge. Qui ſtatim ſurgens clamare cepit, Audite parentes & populus uniuerſus: Ductus à duobus Ægyptijs uultu teterrimis, iraq; plenis, poſitus ſum in obſcuriſsimo loco, ubi erat puteus; ſubitoq; ueniente quodam iuuene nimio ſplendore coruſco, totus ille locus contremuit; & exclamauit iuuenis ille ſplendidiſsimus, Remittite puerũ, quia uocatur à famulo Dei Alexandro. Et ecce reductus ſum in corpore. Nunc domine Alexander baptiza me in nomine Dei tui, ne ultra uideam, quod hodie uidi. Vocabatur is Lucius; Cũ quo baptizati ſunt alij centumuigintiquinque.

1 Oratione ſanctus uir mortuũ ſuſcitat. Quãta eſt ergo eius uirtus?

Cumq; rumor beatum Alexandrum ubiq; ſpargeret, Antoninus direxit Cornelianũ præſidem, ut Alexandrũ Epiſcopũ ei exhiberet. Qui inuenit eum die dominica in Eccleſia docentem, & 2 miſſas agentem; & ſicut Imperator iuſſerat apprehenſum perduxit Romã. Secuti ſunt autem eum Creſcentianus presbyter, Bonifacius, & Vitalius. Præſes uerò ligatis manibus eius retro, obtulit eum Antonino. À quo interrogatus cũ de Chriſto conſtantiſsimè peroraret, fuſtibus iuſſus eſt mactari, & grauiſsimè cædi, deinde in cuſtodiã claudi. Quò cum à militibus duceretur, Antoninus poſt illum clamauit, Quatuor dierũ à me tibi dantur induciæ, ut depoſito cultu natiuitatis tuę ultroneus aduenias. Cui ſanctus uir reſpondit, Quatuor dies iam æſtima præteriſſe, quod deſideras, hodie comple.

2 Vides Miſſam nõ eſſe nouitium inuentũ ut nugantur nõnulli?

Miſſo igitur illo in cuſtodiam, beatus Creſcentianus ſedens ſub arbore cepit plorare, & præ triſtitia ſoporatus dormire. Cui uiſus eſt Angelus Domini, & dixit ei: Iam fui ad Alexandrũ, & ſolui uincula eius, & confortaui eũ; & nunc ne ſedeatis ſub hac arbore, ne forte Tyranno nunciemini. Eductus igitur de cuſtodia beatus Alexãder, iterũ ſiſtitur Antonino, & ſuſpenſo in eculeo, iubente impio, lampades ardentes circa latera eius appoſitæ ſunt, & ungulis eius corpus abraſum.

Deinde

Deinde ex eculeo depoſitus,ductus eſt ad tẽplum Apollinis. In quod ingreſſus ſtatim ut 3 orauit, pars aliqua tẽpli,& ſimulachrũ Apollinis cecidit. Antoninus uerò hoc factum magicis artibus deputans, ſedens pro tribunali,ſanctũ Epiſcopũ ad beſtias damnauit. Et cũ nulla eum tetigiſſet,fornacem igneam parari iuſsit,& beatum uirũ in eam iactari. Vt autem ſanctus martyr expãſis manibus in medio fornacis orauit ad Dominum,totus ignis ita extinctus eſt, ut nec ueſtigium caloris remaneret. Tunc Antoninus de fornace ſanctum uirũ eductum decollari præcepit.

3 *Vbique habes miros ſancta orationis effectus.*

Cumq; iam duceretur à militibus, quidam iuuenis ex officio Antonini,Herculanus nomine, exclamauit dicens, Antonine inſenſate Tyranne, cur cęcus & ſurdus perduras? Ecce famulus Dei poſt uirgas, poſt eculeos tuos, & lampades, atque ungularum attactus, poſt templi & idoli tui ruinam, poſt Leonum & Vrſorum rabiem deuictam, poſt fornacis ignem extinctum, nunc ad decollandum gaudio repletus uadit. Quis dubitet uerum Deum eſſe, qui ita ſuos confortat?

Antoninus hæc audiens, Infelix, inquit, iuuenis,quid tibi factum eſt,ut tales ſermones loquaris? Et iratus iuſsit iuuenem teneri,quem cum diuerſis cruciatibus afflixiſſet,gladio conſummauit.Beatus uerò Alexander cum duceretur, obuiauit ei quædam uidua, quam beatus martyr rogauit dicens: Commoda mihi orarium. At illa præſtitit ei. Officiales autem dixerunt mulieri: Perdidiſti orarium tuum. Facto itaque 4 ſigno Crucis,expoliauit ſe beatus martyr tunica,& in linea ſtans texit ſibi de orario oculos,dein poſitis genibus ſuſcepit gladium uia Claudia,xx,miliario ab urbe.Et factus eſt terræmotus,& uicus & thermæ ceciderunt.

4 *Ecce quo moriturus ſigno ſe ſanctiſsime Crucis munit.*

Sanctus autem Creſcentianus,& hi qui cum illo erant, 5 reuelante martyre, tulerunt ſanctas reliquias eius, & ſepelierunt in loco ubi orans fornacis ignem extinxerat. Et poſuit ſupraſcriptum marmor continens: Hic requieſcit ſanctus & uenerabilis martyr Alexander Epiſcopus.Cuius depoſitio celebratur undecimo Calendas Octobris. Cui Papa Damaſus poſtmodum Criptam condignam faciens, illic eum ſexto Calendas Decembris tranſpoſuit, quando & 6 feſtiuitatem ei dicauit. Orarium porrò illud ſibi præſtitum,unde ſibi martyr oculos texerat, mox ut decollatus eſt, mulieri quidam puerulus detulit, quem Angelum fuiſſe non eſt dubium. Quod illa non ſine grandi ſtupore recepit, & uerè martyrem confeſſa Alexandrum, Chriſto credidit.

5 *Reuelante Martyre tulerunt ſanctas reliquias eius,& ſepelierunt.*

6 *Nota feſtiuitatem dicatam ſancto Alexandro p Damaſum Papam.*

Poſita eſt ubi ſupra ſub .iiij. Calen. Decembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Papinij & Manſueti Epiſcoporum, per eundem Adonem collecta.

APud Aphricam natale ſanctorum martyrũ Papinij & Manſueti Epiſcoporum, qui tempore Vuandalicæ perſecutionis ſub Genſerico Rege Arriano, pro fidei catholicæ defenſione, candentibus ferri laminis toto corpore adusti, glorioſum agonem con ſummauerunt.

Quo in tempore etiam alij ſancti Epiſcopi, ideſt Quoduultdeus Carthaginenſis, Valerianus, Vrbanus, Creſcens, & qui uocabatur Habetdominum, & Euſtratius, Creſcentianus, & Creſconius, Felix, & Hortulanus, & Florentianus propter eandem ueritatis prædicationẽ, grauiſsimo damnati exilio, in confeſsione pietatis curſum uitæ ſuæ conſummauerunt.

Habetũr in eius martyrologio ſub iij. Calen. Decembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Saturnini Senis, & Siſinnij diaconorum, per iamdictum Adonem collecta.

ROmæ natale ſancti Saturnini Senis, & Siſinnij diaconorum & martyrum ſub Maximiano, à quo primum inter alios ſeruos Dei damnati ſunt ad fodiendam arenam ad faciendas Thermas Diocletianas.

Quorum unum Siſinnium præſentatum ſibi cum interrogaſſet idem Maximianus, quis uocaretur; Reſpondit, Ego peccator Siſinnius, ſeruus ſeruorum Domini Ieſu Chriſti. Cui cum poſt alia diceret Maximianus, Aut ſacrifica Deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo; Reſpondit, Et ego quidem ſemper hoc optaui (ueruntamẽ ſi meritus fuero) ut deſideratam coronam accipiam.

Traditus igitur Lauditio Præfecto, miſſus eſt in cuſtodiam decem & ſeptem diebus. Inde exhibitus eſt ab Amproniano Cõmentarienſi aſpectibus Lauditij. Et ſubito lux de cœlo facta eſt, & uox de luce audita eſt. Venite benedicti patris mei, percipite Regnum, quod uobis paratum eſt à cõſtitutione mundi. Tunc Ampronianus tremefactus cecidit ad pedes Siſinnij diaconi dicens: Adiuro te per Chriſtum, quẽ confiteris, ne tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Qui baptizatus, ſtatim obtruncatione capitis coronam martyrij inuenit.

Retruditur iterum in cuſtodiam Siſinnius, & ſenex Saturninus cũ illo, ubi multos gentiles uenientes ad ſe docebant, & baptizabant. Poſt Quadragintaduos dies uincti catenis, ac nudis pedibus educti denuo

ante Præfectum, delata eſt tripoda ut ſacrificarent. Tunc beatus Saturninus dixit, Conterat dominus Deos gentium. Et continuo ſoluta eſt tripoda ærea uelut lutum. Quod uidentes duo milites, Papias & Maurus, crediderunt Chriſto. Et comprehenſi à Lauditio, nō multo poſt martyrio coronati ſunt.

Deinde Lauditius beatū ſenem Saturninum, & Siſinnium in eculeo iuſsit leuari, & attrahi neruis, ac fuſtibus, & ſcorpionibus cędi. Quibus etiam poſtmodum flammas ad latera iuſsit apponi, & depoſitos eculeo, ductosq; miliario ſecundo uia Numentana, capite truncari. Quorum corpora cū Ioanne presbytero colligens Thraſon uir Chriſtianiſsimus, qui de facultatibus ſuis martyribus multa miniſtrauerat, 1 ſepeliuit in prædiolo ſuo, uia ſalaria, Tertio Calendas Decēbris.

1 Thraſon uir Chriſtianiſsimus ſepeliuit corpora ſanctorum.

VITA BEATI ANDREÆ APOSTOLI per Adonem Epiſcopū Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub pridie Calendas Decembris.

IN ciuitate Patras prouinciæ Achaiæ, natale beati Andreę Apoſtoli, qui etiam apud Scythiam prædicauit.

Hic beatiſsimus Apoſtolus ab Ægea Proconſule Achaiæ comprehenſus, cū perſeueranter in fide Chriſti & Euangelij miniſterio durarct, inſuperabilisq; maneret, carcere primū clauſus, inde corā Proconſule grauiſsimè cęſus, ad ultimū cruce ligatis manibus & pedibus, funibusq; toto corpore tenſus, ut longius cruciaretur, biduo inibi ſuperuixit, non ceſſans, ea quæ Chriſti ſunt, populum docere. Cumq; ij, qui per eum Chriſto Domino crediderant, ſatis agerent, ut deponeretur, Ægeamq; ut hoc perficeret, nolentem, impellerent, Apoſtolus domini circunſtante populo, etiam Proconſule, ut ſolueretur agente, poſt uerba orationis, fulgore cęleſti ferè una deſuper circunfultus hora, cū ipſo lumine abſcedente emittens ſpiritum, perrexit ad Dominū.

Cuius ſanctiſsimum 1 corpus Maximilla potentiſsima matrona reuerenter depoſitum ſepeliuit. Sed emergentibus annis 2 ſacratiſsima eius oſſa, uiceſimo Conſtantij Imperatoris anno, ab Achaia Conſtantinopolim tranſlata ſunt.

1 Cuius ſanctiſsimū corpus Maximilla reuerenter depoſitū ſepeliuit.

2 Vide hic dici ſacratiſſima oſſa, & non tempore conſumpta, ſeu uilem puluiſculum.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Chryſanti & Dariæ, per Adonem pręfatū collecta.

Habetur in eiuſdem martyrologio ſub Calendis Decembris.

NAtale ſanctorum martyrū Chryſanti & Dariæ. Qui tēpore Numeriani iudice Celerino, Romæ paſsi ſunt.

Chryſanti pater Polemius uir illuſtris fuit, Alexandrinus genere. Hic filium ſuū uirgini elegantis pulchritudinis coniunxit, quā ex nobiliſsimis Romanis fuiſſe conſtat. Hanc Chryſantus à beato Carpo-

1 phoro Epiſcopo in literis diuinis ſatis fideliter eruditus, ad fidẽ Chriſti conuertens, & prædicatione ſua, ut 1 uirginitatem ſuam Deo ſeruaret inſtituens, & ut pariter nomẽ coniugij habentes, caſte uiuerent, efficiens, baptizari fecit. Factumq; eſt ut per Chryſantum multitudo uirorum, & per Dariam (ſic enim uocabatur) innumerabiles fœminæ ad Chriſti gratiam confluerent.

1 Vides etiam coniugatos, de cõmuni utriuſque conſenſu ſeruare poſſe Virginitatẽ? Et quod adhuc priſci patres iuuenes hortari ſoliti erant?

Igitur poſt aliquot tempus delatum eſt aduerſus eos, quòd eſſent Chriſtiani, Celerino tunc Præfecto urbis. Qui utroſq; cõprehenſos tradidit Tribuno Claudio, ut diuerſis pœnis eos interficeret. Claudius uerò Tribunus ſeptuaginta militibus ad torquendum Chryſantũ dedit. Qui neruis crudis eũ aſtringunt, ſed mox ligamenta omnia reſoluta ſunt. Deinde in cippo nodoſiſsimo, ita ut in tertio puncto eius tibiam coarctarent, eũ mittunt, Moxq; totum lignũ cippi in puluerem reſoluitur. Deinde perfundunt eũ lotio humano putentiſsimo, ut maleficia, inquiunt, tua amittas, ſed fœtor in ſuauem odorẽ mutatus eſt. Deinde in corio recenti arctiſsimo cõſtringunt nudum, & ad ſolem feruentem cõponunt, ſed uirtute diuina corium ut erat molle ꝑmanſit. Deinde collũ, manus, ac pedes catenis conſtringentes ferreis, claudunt eũ in obſcuriſsimo loco, ſed ſtatim catenæ reſolutæ ſunt: Et tanta lux infulſit, ut putarentur illic innumeræ lampades fulgere.

Milites ergo renunciauerunt hæc omnia tribuno, qui iuſsit eũ ſibi exhibitũ fuſtibus cędi. Sed allatæ uirgæ rigidiſsimæ, ilico ceperunt in manibus cędentium molleſcere. Quod uidens Claudius iubet eũ erigi, & ueſtimentis indui: Et genibus eius prouolutus, cũ uniuerſis militibus orabat ſe fieri Chriſtianũ. Quid mora? cathechizatus 2 baptiſmi gratiam ſuſcepit. Cum illo & Hilaria uxor, Duo filij eius Iaſon & Maurus, amici & familiares eius, ſeptuaginta milites cũ uniuerſis ſuis.

2 Ecce quõ de ritu ſanctæ Eccleſiæ cathechiſmus ſemper præcedit baptiſmum.

Quod factum Imperator audiens, Chryſantũ & Dariam iuſsit in carcere Tulliano recludi, unde putor horribilis aſcendebat, quia domorũ & ciuitatis ſtercora per cloacarũ cuniculos iugiter illuc decurrebant. Exinde Daria in publico meretricũ lupanari ponitur. Sed Chryſanto lux diuina, & odoramenta ſuauia præſtantur; Dariæ uerò Leo de cauea fugiens, Domini uirtute ad tutelam donatur. Qui ingreſſus cellulam, in qua ſancta Dei in 3 oratione proſtrata iacebat, iuxta eã proſternitur, ut uenientes & ingredi uolentes, ui ſua repelleret. Cũq; plures miraculo perculſi, Chriſti potentiam uenerarentur, Celerinus Præfectus iuſsit ignem copioſum in ingreſſu cellæ, ubi beata Daria cum Leone erat, accendi. Tunc cum iam Leo paueret, ac rugitum daret, ait beata Daria, Egredere ſecurus, & uale, quia quem in me honoraſti, ipſe te liberat.

3 Sancta in oratione proſtrata iacebat.

Exhibitis iterũ iubente Imperatore Chryſanto & Daria Celerino Præfecto, Chryſantus eculeo ingenti ſuſpenditur, ſed ſtatim omnia

ligna

ligna eculei cōminuta, ac uincula dirupta ſunt; lampades quoq; applicatæ lateribus eius extinctæ. Hoc Celerinus Præfectus uehementer expaueſcens, nunciauit Imperatori. Ille hoc maleficijs deputans, iuſsit eos duci uia Salaria in arenario, & uiuos deponi, ac terra, & lapidibus obrui. Paſsi ſunt autem die Calendarum Decembrium.

Ad quorum uenerandam memoriam cum multa beneficia Deus præſtaret, contigit ut ad diem natalis eorum infinita populi 4 multitudo concurreret. Hoc nunciatur Imperatori; qui iuſsit ut in introitu criptæ paries leuaretur. Ac ſic factū eſt, ut omnes pariter dum ſacramenta Chriſti perciperent, martyrij gloria celebres fierent. Inter quos erat Diodorus presbyter, & diaconus Marinianus, & plurimi clericorum.

4 *Nota quod etiam antiquitus in diebus natalitijs ſanctorū martyrū, populorū multitudines ad eorum memoriam confluere ſolebant.*

VITA SANCTÆ BIBIANÆ VIRGINIS & martyris, per Adonem antedictum collecta.

Habetūr ubi ſupra ſub iij. Nonas Decembris.

ROmæ natale ſanctæ Bibianæ martyris, filiæ beatorū martyrum Fauſti, & Dafroſæ. Quæ iubente Iuliano Imperatore ſacrilego, tam diu plūbatis cæſa eſt, donec ſpiritū redderet. Cuius corpus biduo iuſsione Imperatoris in foro iacuit. Tandē raptū à Ioanne presbytero 1 ſepultū eſt in domo, ubi mater & ſoror eius Demetria iā ſepultæ erant, iuxta Palatium Licinianum Romæ, Quarto Nonas Decēbris.

1 *Corpus ſancta a Ioanne presbytero rapitur & ſepelitur.*

VITA SANCTORVM MARTYRVM Claudij Tribuni, Hilariæ, & aliorum, per eundem Adonem collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub iiij. Nonas Decembris.

ROmæ natale ſanctorū martyrum Claudij Tribuni & uxoris eius Hylariæ, ac filiorum Iaſonis & Mauri, & lxx, militum, qui omnes ad prædicationem beati Chryſanti crediderunt in Chriſto. Quod ut nunciatū eſt Numeriano Imperatori, iuſsit Claudium Tribunum ingenti ſaxo alligatum, præcipitari in medio mari. Milites uerò ſeptuaginta, ac Iaſonem & Maurum filios Claudij, capitali ſententia puniri.

Erat autem in loco ubi decollati ſunt, cuniculus antiquus. Hunc emundantes noctu 1 Chriſtiani, ſimul in unum omnia corpora ſepelierunt, non longe ab urbe Roma uia Salaria. Corpora autem filiorum ſuorum Iaſonis & Mauri, collegit ſancta Hylaria relicta martyris. Quæ dum aſsiduis obſequijs ad ſanctorum confeſsionem 2 oraret, à paganis tenta eſt. Quam dum traherent, rogauit eos dicens, obſecro uos, permittite me prius orationem meam complere. Et dum fixiſſet gradum, accepit 3 ſacramentum Domini, & expan-

1 *Quanta diligentia in ſepeliendis ſanctorū corporibus utebantur priſci illi? Et hoc quoniam unū eſt ex operibus miſericordiæ corporalibus.*

2 *Et antiquitus ante ſanctorum pignora et ſepulchra orabant, & pernoctabant quandoque.*

3 *Vides qđ ſemper mos fuit sāctis uiris obitū ſuū Dominici corporis perceptione munire? Habes etiā quō Chriſtiani moriantur.*

4 dens 4 manus ſuas, proiecit ſe in orationem. Et dum oraret, emiſit ſpiritum.

Nota orationem cum genuflexione & manuum expanſione.

Tunc illi ipſi qui eam tenuerant, dolentes ſuper repentinum obitum eius, reliquerunt duas ancillas eius, quæ cum ea erant, & quæ ſepelierunt eam diligentiſsimè in hortis ſuis, & ſuper eam breuiſsimam Eccleſiam fabricauerunt.

Habetur in loco ubi ſupra ſub pridie Nonas Decembris.

VITA SANCTORVM MARTYRVM Simphronij, & Olympij, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ROmæ natale ſanctorum martyrũ Simphronij, & Olympij temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum.

Horum unum Simphronium creditarium beati Nemeſij ſibi præſentatum Valerianus iuſsit tradi Olympio Tribuno, ut ab eo facultates Nemeſij requireret, ſub pœnarũ examinatione. Præſentatus ergo Olympio, & ab eo interrogatus reſpõdit, ſi facultates quæris Nemeſij Domini mei, iam eas Chriſto tradidi, quoniã ipſius fuerant, & erunt. Si autem ſacrificium offerre me compellis, ſacrifico, ſed Chriſto Ieſu Domino meo ſacrificium laudis & confeſsionis, cui ſe obtulit & Dominus meus Nemeſius.

Tunc ira repletus Olympius fecit eũ extendi in cataſta, atque fuſtibus mactari, deinde ſimulachrum Martis aureum unà cum tripoda deferri. Quod ſtatim ad uerba Simphronij reſolutum eſt. Videns autem Olympius cœpit admirari, & ueniens ad uxorem ſuam Exuperiam, indicauit ei quomodo in nomine Dei ſui Simphronius ſimulachrum Martis liquefeciſſet. Eadẽ uerò nocte uenientes cum filio unico nomine Theodolo, proſtrauerunt ſe ad pedes Simphronij, agentes pœnitentiam, & baptiſmum ſalutis expoſcentes. Euocatus itaq; beatus Stephanus Pontifex, uenit noctu ad domum Olympij. Quod ut audierunt Valerianus & Gallienus, nimio furore accenſi, iuſſerunt Simphronium ſibi præſentari, miſsiſq; militibus, adduxerunt eum uinculis ferreis oneratum, nudumq; ac capiſtratum, ſimul & Olympium cum uxore ſua, & filio Theodolo.

Gallienus itaque dixit Olympio, Adhuc quidem differo pœnarũ tibi inferre ſupplicia, quia de tua conſcientia dubius ſum, ꝙ nequaquã deſeras Deos, quos ſemper adoraſti, & alios cõpellebas adorare. Nam & tormentis multis perſequebaris uſque ad effuſionem ſanguinis, qui non præberent conſenſum ſacrificare dijs noſtris. Olympius reſpondit, Ego quidem feci non quaſi Olympius, ſed quaſi impius & crudelis: Pro quibus cõmiſsis 1 pœniteo, & effundo lachrymas amaritudinis in conſpectu eius, cui credo, Deo uiuo & uero, Patri, & filio, & ſpi-

1 Vides Hæretica quòd uera pœnitentia non eſt duntaxat noua uita, ſed cum ea etiam dolor de peccatis commiſſis.

ritui ſancto; ut dignetur mihi remittere iniquitatem, quam exercui in ſanguine ſanctorum eius, quem feci effundi. Tunc data eſt ſententia ut igne conſumerentur. Ducti ſunt itaque ante ſtatuam ſolis iuxta Amphitheatrum, fixisq; ſtipitibus, & ligatis manibus deuincti ſunt, & in ſarmentorum ſpinarumq; congerie ignis ſuppoſitus. Statimq; in ipſo ignis initio decantantes emiſerunt ſpiritum. Relictis autẽ corporibus eorum milites abierunt.

Adueniens autem ſanctus Stephanus 1 Epiſcopus cum clericis ac religioſis, & hymnis ex more redditis, abſtulerunt corpora martyrum Simphronij, Olympij, Exuperiæ, ac Theodoli, & ſepelierunt iuxta uiam Latinam miliario primo vij. Calẽdas Auguſti. Tranſlata uerò à beato Sixto Pontifice, celebrem diem fecerunt ſecundo Nonas Decembris.

1 Ecce quomodo de more ſancta Catholica Eccleſiæ tumulantur fideles qui in Chriſto dormierunt. Nempe cum Epiſcopis, clericis ac religioſis, cumq; hymnorum recitatione.

VITA BEATI AGATHONIS martyris, per Adonem Treuerenſem Epiſcopum collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub vij. Idus Decembris.

APud Alexandriam natale beati Agathonis martyris ſub Decio Imperatore. Qui cum eſſet militaris, & aſsiſteret ubi ſancti martyres cruciabantur, inter quos Iulianus & Eunus in Domini Ieſu Chriſti confeſsione perdurantes, admiranda ſpectacula martyrij ſui Angelis & hominibus præbuerunt, & quoſdam uolentes etiam mortuis illudere cadaueribus martyrum prohiberet, clamor repente totius uulgi aduerſus eũ extollitur. Offertur iudici fortiſsimus miles iam Domini, & nuſquam ſe inferior factus, in cõfeſsione perſiſtens, capite pro pietate damnatur, paſſus ſeptimo Idus Decembris.

VITA SANCTÆ EVLALIÆ VIRGINIS & martyris, per eundem Adonem collecta.

Habetur in martyrologio eiuſdem ſub iiij. Idus Decembris.

APud Emeritam Hiſpaniæ ciuitatẽ natale ſanctæ Eulaliæ uirginis. Quæ cum eſſet annorum xiij. Iuſſu Datiani Præſidis plurima tormenta perpeſſa, nouiſsimè in eculeo ſuſpenſa, & exungulata, facculis ardentibus ex utroque latere appoſitis, hauſto igne ſpiritum reddidit. Et cernentibus Chriſtianis in ſpecie columbæ niueæ 1 cœlum petijt.

Cuius 2 beatum corpus per triduum iuſſu præſidis pependit in ligno. Sed cui humana fuerant obſequia denegata, cœleſtia fuerunt munia conceſſa. Nam uix deſuper corpus puellæ aſperſit, ut quod ab utraque parte appoſitus ignis ardoris ſui incendio conflagrauerat, niuali candore coopertum diuina gratia dealbaret. Sicq; à Chriſtianis

1 Vides quod animæ ſanctorum ſtatim poſt mortem recipiuntur in cœlo?

2 Nota, beatum corpus.

3 reuerenter ablata, & deuotione debita ſub ſacro altari depoſita, miraculorum gloria illuſtratur.

3 Sicq; à Chriſtianis reuerenter ablata, & deuotione debita ſub ſacro altari depoſita, miraculorum gloria illuſtratur.

VITA SANCTORVM PONTIANI, Prætextati, atque Thraſonis martyrum, per Adonem antedictum collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub iij. Idus Decembris.

NAtale ſanctorum martyrũ Pontiani, Prætextati, atque Thraſonis, qui potens & locuples de facultatibus ſuis, cũ eſſet Chriſtianiſsimus, ſanctis martyribus in carceribus & metallis damnatis. uictum miniſtrabat per beatũ Siſinnium & Cyriacum, quos beatus Marcellus ad hoc opus 1 diacones conſecrarat. Non multo poſt & ipſe tentus à Maximino, martyribusq; ſociatus, palmam martyrij cum duobus alijs percipere meruit.

1 Quod beatus Marcellus ad hoc opus diacones conſecrarat. Ecce quomodo ſemper Epiſcopi ordinant inferioris gradus miniſtros.

VITA SANCTORVM QVATVOR MVlierum Ammonariæ, & aliarum martyrum, per præfatum Adonem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub pridie Idus Decembris.

ALexandriæ natale ſanctarum quatuor mulierum Ammonariæ, Securiæ, Dionyſiæ, item Ammonarię. Aduerſus primam uirginẽ Ammonariam iudex ſumma contentione urebatur, & immenſis eam atque exquiſitis cruciatibus affligebat, & maximè ꝙ eius ſententiam uincere cupiebat, quia laudabili uoce decreuerat, nihil ſe prorſus eoꝝ, quæ ſibi contra fas imperabantur, acturam. Quę ſtatuti ſui tenax ad ultimum capite punitur. Secunda uerò Securia anus uenerabilis, & fœcundiſsima in filijs, ſed quos non prætulit Chriſto. Tertia Dionyſia, & alia Ammonaria quarta, dum nimia utuntur conſtantia apud iudicẽ, & ille uinci erubeſcit à fœminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem omnium ferro cædente ſuſcipiunt, glorioſe 1 & uenerabiliter apud Alexandriam ſepultę. Scribit beatus Dionyſius in libro de martyribus.

1 Glorioſe & uenerabiliter apud Alexandriam ſepultæ.

VITA SANCTÆ LVCIÆ VIRGINIS & martyris, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub Idibus Decembris.

APud Syracuſas Siciliæ ciuitatem natale ſanctę Luciæ uirginis & martyris, quæ paſſa eſt perſecutione Diocletiani & Maximiani ſub Paſcaſio Conſulari. Hæc nobiliſsima Syracuſanorũ poſtquam omnia ſua, quæ de parentibus ei remanſerant, pauperibus uiduis, orphanis, peregrinis, & Deo ſeruientibus diſtraxit, à ſpõſo ſuo,

quòd eſſet Chriſtiana, Paſcaſio iudici delata, & contra leges Auguſtorum uiuere, impellebatur ad ſacrificandum dæmonibus. Tunc beata Lucia Paſcaſio reſpondit: ſacrificium uerum & immaculatum apud Deum & Patrem hoc eſt, Viſitare uiduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego per iſtos tres annos nihil aliud egi, niſi ſacrificaui Deo uiuo, & nunc quia aliud nihil ſupereſt, me ipſam offero in ſacrificium Deo.

Cui Paſchaſius poſt talia dixit: Ceſſabunt uerba cũ fuerit peruentum ad uerbera. Lucia reſpondit: Dei uerba ceſſare non poterunt. Ipſe enim dixit, Cum ſteteritis ante Reges & Præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, Non enim uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus ſanctus qui loquitur in uobis. Paſcaſius iterum dixit, In te ergo eſt ſpiritus ſanctus? Ad hæc Lucia reſpondit, Quòd caſtè & piè uiuentes templum Dei ſunt, & ſpiritus ſanctus habitat in eis, teſtatur Apoſtolus. Et cum Paſcaſius iterum dixiſſet, Ego faciam te ad lupanar duci, ut dũ fueris ſcortata, fugiat à te ſpiritus ſanctus. Beata uirgo reſpondit, Nunquã coinquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis: nam etſi in manu mea thura ponas, & per manũ meam facias ſacrificium, Deus hęc attendit, & ridet; De ſenſibus enim & uoluntatibus iudicat: Sic patitur uiolatorẽ caſtitatis, ſicut latronẽ, ſicut barbarũ; nam ſi me inuitam uiolari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.

Poſt hęc Paſcaſius tradidit eam lenonibus dicens; Inuitate ad caſtitatem eius populos, & facite eam tam diu illudi, donec mortua nuncietur. Quam lenones nullatenus mouere potuerunt, cum ſimul ex officio impellẽtes acceſsiſſent, nec funibus additis, aut boum paribus plurimis. Tunc præcepit Paſcaſius miniſtris, ut ignem copioſum circa eam accenderent, picem uero & reſinam, & feruens oleum ſuper eam iactarent. Sed illa in nomine Domini Ieſu Chriſti ĩmobilis ſtetit dicens, Ego rogaui Dominum meũ Ieſum Chriſtum, ut ignis iſte non dominetur mihi, quatenus tibi inſultẽ plaudens in Domino, & impetraui ab eó inducias martyrij mei, ut credentibus timorem tolleret paſſionis, & non credentibus uocem inſultationis auferret. Tandẽ gladio in gutture merſo percuſſa, quàm diu uoluit, orauit, quàm diu uoluit, turbam circunſtantem allocuta eſt: Nec omnino mortua eſt, donec uenientibus 1 ſacerdotibus, communionem Dominici corporis & ſanguinis acciperet.

1 *Serui Dei ſemper obitum ſuum muniunt perceptione ſacratiſsimæ Euchariſtiæ ſacerdotum manu exhibita.*

Paſſa eſt autem Idibus Decembris, & in loco ubi percuſſa eſt, ſepulta, 2 baſilica ſuper corpus eius poſtmodum fabricata. Paſcaſius uerò Romam perductus, eo quòd à ſiculis fuiſſet accuſatus, quòd deprædaſſet Prouinciam, ab omni Senatu auditus, accepit capitalem ſententiam.

2 *Super corpus ſanctæ Virginis baſilica fuit ædificata.*

Poſita eſt in martyrologio eiuſdē ſub xix. Calen. Ianuarij.

VITA SANCTORVM MARTYRVM HErenis, Arſenij, & aliorum, per Adonem Treuerenſem Epiſcopum collecta.

APud Alexandriam natale ſanctorum martyrum Herenis, Arſenij, & Iſidori, atque Dioſcori. Hi poſtq́ iudici oblati ſunt, Iudex primò omnium puerulum Dioſcorum, tanq́ pro ętate facilem flecti (erat enim xv. annorū) ante uerbis, poſt etiam uerberibus agit. Quē cum in nullo ſibi cedere uideret, ferocius eū cruciare contendit. Tum deinde cœteros uarijs tormentis dilanians, cum pari modo conſtantia fidei uideret armatos, tradi ignibus iubet. Dioſcorū uerò puerum, q́ ſibi conſtanter, & ſapienter in omnibus reſpōdiſſet, admiratus iudex differri præcepit, ſperans eum pro ætate pęnitudinem acturū. Sed ille confeſsionis gloria illuſtratus, diuino nutu ad conſolationē fidelium dimiſſus eſt. Acta ſunt hæc ſub Deciana perſecutione.

Habetur in loco ubi ſuprá ſub xviij. Calen. Ianuarij.

VITA SANCTI VALERIANI EPISCOPI & confeſſoris, per eundem Adonem collecta.

APud Aphricā ſancti Valeriani Epiſcopi & confeſſoris natale. Qui tempore Vuandalicæ perſecutionis cum ex præcepto Genſerici Regis Arriani ad tradendum miniſteria diuina uel libros arctarentur cuncti domini ſacerdotes, ita ut ųdē impij Arriani, etiam ſciſsis 1 palijs altaris, camiſias ſibi & fœmoralia facerent, uiriliter ne ſacramenta diuina traderet dimicans, extra ciuitatē ſingularis expelli iuſſus eſt, & ita præceptū, ut nullus eum neq; in domo, neq; in agro permitteret habitare. Cumq; eſſet annorum lxxx. in ſtrata publica multo tēpore iacuit nudus ſub aëre. Sicq; in cōfeſsione ueritatis, & defenſione ſanctimoniæ curſum beatæ uitæ impleuit.

1 Nō his diſſimilia qui nimo & maiora noſtris temporibus uidimus à modernis hæreticis perpetrata.

Poſita eſt ubi ſupra ſub xvij. Calendas Ianuarij.

VITA SANCTÆ BARBARÆ VIRGINIS & martyris, per Adonem iamdictum collecta.

IN Thuſcia natale ſanctæ Barbaræ virginis & martyris ſub Maximiano Imperatore. Hæc primum à patre ſuo Dioſcoro diu afflicta ſub dira cuſtodia, dein tradita præſidi Martiano, expoliata, neruis & taureis ualde cęſa diſcerpta eſt, & cilicio plagę eius defricatæ. Inde recluſa in carcere, Vbi luce diuina conſolata eſt, mox circa latera eius lampades ardentes applicatæ, & caput eius malleis cæſum, & mamillæ eius præciſæ. Deinde nuda per plateas ducta, & flagellis diutiſſimè afflicta eſt. Ad extremū gladio data martyrium conſummauit xvij. Calendas Ianuarij.

VITA SANCTI IGNATII EPISCOPI ET martyris, per Adonem Treuerenſem Epiſcopũ collecta.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xvi. Calendas Ianuarij.

ROmæ natale ſancti Ignatij Epiſcopi & martyris, qui tertius poſt Petrũ Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam. Qui perſecutione Traiani dãnatus ad beſtias, Romã uinctus mittitur. Vbi præſente Traiano, & circumſedente Senatu, pilis plumbeis ſcapulæ eius primum contuſæ, deinde ungulis latera eius dilaniata, & lapidibus aſperis confricata. Qui poſt expanſas manus eius, & igni repletas, poſt papyro oleo infuſo & incenſo latera eius aduſta, poſt carbones pauimento aſperſos, ubi ſanctæ plantæ illius ſteterunt, poſt lectum flãmantem, poſt dorſum eius ungulis diſciſſum, & dilaceratũ, poſt aceto & ſale plagas eius perfuſas, poſt uinculis ferreis beata membra illius aſtricta, & pedes eius in ima carceris ligno concluſos, ubi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens manſit, ſedente pro tribunali Traiano in Amphitheatro, concurrente omni turba Romanorum, ligatus duobus obijcitur leonibus. Cumq; iam proiectus beſtias rugientes audiret, ardore patiendi ait: Viri Romani, qui hoc certamen ſpectatis, non ſine cauſa laboraui: Nõ propter prauitatem hęc patior, ſed propter pietatem: Frumentũ Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inueniar.

Hæc illo dicente, accurrerunt Leones, & ex utraque parte ſuper eũ incedentes, præfocauerunt eum tantummodo, & non tetigerunt carnes eius, ut 1 reliquiæ eius tuitio eſſent Romanorũ, & magnæ urbis, in qua 2 Petrus crucifixus eſt, Paulus decollatus, Honeſimus lapidatus. Paſſus eſt in decimo Traiani anno. Conſulatu Attici & Marcelli Calendis Februarij. Reliquiæ corporis eius à fratribus, qui eum uſque ad martyrium deduxerant Antiochiam relatæ iacent extra portam Daphnicã, in 3 cœmiterio Eccleſię xvj. Calendas Ianuarij delatæ.

1 Ecce quomodo ſanctorum reliquijs populi præſeruantur, & ciuitates ſanctificantur atque illuſtrantur.

2 Si Petrus in magna urbe crucifixus eſt ergo fuit Romæ, contra ſcioles noſtros.

3 Vides quod etiã ſanctorum martyrũ reliquiæ à uiris Chriſtianis quandoque in Eccleſiæ cœmiterijs deponebantur, ut noſcas cœmiteria placere Deo, & uſum eorum antiquiſſimum eſſe.

VITA BEATI NEMESII MARTYRIS PER Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Poſita eſt in eius martyrologio ſub xiiij. Calen. Ianuarij.

APud Ægyptum natale beati martyris Nemeſij. Qui primo per calumniam quaſi latro iudici delatus eſt Geminiano. Quo crimine abſolutus, poſt hoc Chriſtianus eſſe defertur. In hoc uerò nulla à iudice moderatio reſeruatur: Sed geminatis ſupplicijs excruciatum, cum latronibus iuſsit incendi, ignorans ꝙ crudelitate ſua optimo martyri Saluatoris ſimilitudinem detulit. Qui pro ſalute humani generis unà cum latronibus pertulit Crucem.

Habetur in eius martyrologio ſub xiij. Calen. Ianuarij.

VITA SANCTORVM AMMONIS, ZEnonis, & reliquorum martyrum, per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

ALexandriæ natale beatiſsimorum martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomei, Ingenui, & Theophili. Qui tribunalibus aſtantes, cū quidam Chriſtianus à iudice torqueretur,& iam penè ad negandum declinaret, dirumpebantur intra ſemetipſos, & uultu,oculis,ac nutibus uelut erigere conabantur illum, qui in ſupplicijs poſitus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis motibus, & habitu diuerſe inclinati, tanquam ſubleuare lapſantis animum geſtiebant. Conuerſi uerò ad eos omnes,& quid de ſemetipſis profiterentur, ex eorum motibus agnoſcentes, priuſquā in eos uulgus clamoribus inſiliret, ipſi in medium prorumpunt, ac ſeſe Chriſtianos eſſe teſtantur. Pro quorum uictoria glorioſiſsimè Chriſtus de antiquo generis humani inimico triumphauit, & uerſa uice ex eorum confidentia, perſecutoribus terrorem, ſuisq; conſtantiam animi dedit.

Habetur in loco ubi ſupra ſub xi. Calendas Ianuarij.

VITA BEATI SCHIRIONIS MARTYris, per Adonem ſupradictum collecta.

APud Alexandriam natale beati Schirionis martyris. Is nanque cum rem cuiuſdam potentis ſub mercede curaret,iubetur ab eo idolis īmolare. Recuſans cogebatur iniurijs: Perſiſtens rurſum blāditijs mulcebatur. Cū uerò utrunque contemneret,præacuta ſude ualidiſsima tranſuerberatus per media uiſcera neci traditur.

1 Non te ſcandalizet quod ſenex Epiſcopus & uenerandus grandæuam coniugem haberet,& cum ea habitaret, quia hoc faciebat de more Orientalis Eccleſiæ ut pluries dictum fuit.

Poſtero die alij quamplurimi martyres, qui in deſertis & montibus apud Ægyptum oberrantes, fame, ſiti, frigore, langore, latronibus, beſtijsq; conſumebantur, omnes imitati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati ſunt. Inter quos & uenerandus ſenex Chæremon (Epiſcopus hic erat urbis Ægypti, quæ dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem unà cum grandæua 1 coniuge diſceſſiſſet,nulli ultra apparuit.

Poſita eſt in martyrologio eiuſdem ſub x. Calen. Ianuarij.

VITA SANCTÆ VICTORIÆ VIRGINIS & martyris, per Adonem iamdictum collecta.

ROmæ ſanctæ Victoriæ uirginis & martyris,perſecutione Decij Cæſaris. Hæc deſponſata Eugenio uiro pagano, rogante Tito Aurelio,qui ſpōſam Anatholiam uirginem habebat,ad ſuadendam eā ut ei nuberet,perrexit. Cui & dixit:Audi me domina

ſoror

ſoror Anatholia, & ego 1 Chriſtiana ſum, & noui quia Deus nuptias non condemnat. Prophetæ & Patriarchæ coniuges habuerunt, & poſteritas eorum à Deo benedicta eſt. Nunc ergo audi me, & accipe uirum, qui te non prodat quòd ſis Chriſtiana; ſed per maritalem copulam fiat, ut ipſe Chriſtianis conſentiat.

1 Hæ ſunt rõnes, quas etiam nunc quidam faciunt pro nuptijs cõtra Virginitatem.

Hæc dicenti Victoriæ uirgo Anatholia reſpondit: 2 ò uictoria uince diabolum, & eſto uera uictoria. Tunc quando tota terra uacua erat, dixit Deus hominibus: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Nunc plena terra, poſtquã filius Dei de cœlo deſcendit, quotidie clamat, Creſcite in fide, multiplicate in charitate, replete cœlos, quia appropinquat Regnum cœlorum.

2 Sed uide reſponſiones ad rationes eaſdem.

Iterũ inter alia ſancta Anatholia intulit, Ego die qua expleui precium ornamentorum meorum in pauperis Chriſti, uidi per uiſum iuuenẽ aureo diademate ſplendidum, in ueſtibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie & læto uultu me inſpiciens ait, 3 ò Virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, ſed ſemper in lumine uerſaris. Hæc ego audiens euigilaui, & cepi flere, & proijciens me in pauimento, rogaui Dominum, ut is, qui mihi loquebatur, dulciſsimos ſermones, iterum proſequeretur. Sic mihi 4 oranti & proſtratæ, idem qui ante loquebatur, talia mihi ſubſequitur. Virginitas purpura regalis eſt, quã qui induit, reliquis fit eminentior. Virginitas gemma eſt precioſa. Virginitas theſaurus eſt Regis immẽſus. Huic fures inſidias tendunt. Hanc tu 5 euigilans ſolicitè cuſtodi, quantumq; tempus habere cognoſcis, inſtantius cuſtodi ne perdas.

3 Ecce Virginitatis cõmendatio.

4 Orationem hic habes cum proſtratione.

5 Si ſeruare Virginitatem eſſet impoſsibile ut nonnulli garriunt, Angelus ad eam, ſanctam Virginem non hortaretur.

His & ſimilibus uerbis incitata Victoria, omne precium ornamentorũ ſuorum & ipſa diſtraxit pauperibus. Sicq; factum eſt, ut agentibus ſponſis earum Aurelio & Eugenio, quia nubere illis uirgines Chriſti noluerunt, à Decio Imperatore urbe Roma pulſæ, ad prædia ſponſorum ducerentur. Vbi fame & inedia ita afflictæ ſunt, ut uix ad ueſperum modicus panis cibarius eis daretur, nulloq; pacto efficere ſponſi potuerunt, ut uel ad nubendum, uel ad ſacrificandum animi earum inclinarentur.

Beata igitur Victoria in uirginitatis 6 propoſito inuincibiliter perſiſtens, poſt multa facta miracula, inter quæ plurimas uirgines Domino aggregauerat, pcuſſa eſt gladio in corde à carnifice Taliarcho, quẽ rogatu Eugenij ſponſi ſui Iulianus Pontifex Capitolij & comes templorum, ad hoc opus direxerat. Paſſa eſt autem Decimo Calendas Ianuarij. 7 Corpus eius cum omni reuerentia curatum. Taliarchus uerò percuſſor eius leproſus factus, intra ſex dies conſumptus à uermibus expirauit.

6 Nota, Beata Victoria in Virginitatis propoſito inuiolabiliter perſiſtens. Ergo Virginitas auxiliante Dei gratia que nulli uolenti deeſt, ſeruari poteſt.

7 Corpus eius cũ omni reuerentia curatum eſt.

Habetur in eius martyrologio ſub ix Calendas Ianuarij.

VITA SANCTI GREGORII PRESBYTERI & martyris, per Adonem Epiſcopũ Treuerenſem collecta.

NAtale ſancti Gregorij martyris & presbyteri apud Spoletũ temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum ſub Iudice Flacco. Quem ad ſe adductum ita Flaccus aggreditur: Tu rebellis es Deorum, & Principũ contemptor? Cui beatus Gregorius reſpondit: Si uerè uis ſcire, ab infantia mea nunquã à Deo meo receſsi, qui me ex limo terræ formauit. Cumq; perſeueraret in fide cõfeſsionis, fuſtibus nodoſis dorſum eius rumpitur; regiratus uenter eius diſsipatur. Inde ligatus manus & pedes in craticula ſuperponitur, lignis ſubterpoſitis. Et continuò terræmotu cecidit una regio in ciuitate Spoletana, & oppreſsit pluſquã trecentos idolis ſeruientes. Poſt ferro conſtrictus ſub cuſtodia militum in carcere retruditur, ubi Angelica uiſitatione conſolatur. Eductus è carcere cardis ferreis in genibus percutitur. Sed & ardentibus lampadibus latera eius ſunt incenſa, dicente beato martyre impio iudici: ſi totum corpus meum perdas, præſto eſt mihi dominus Ieſus Chriſtus, qui me ſanat, & corroborat.

Tunc Flaccus iuſsit Tyrcano cuidam, ut beatum Gregorium tractum in Amphitheatro decollaret. Quo facto iuſsit Tyrcanus feras terribiles dimitti, ut corpus ſancti martyris abſorberent: ſed nulla earum corpus ſanctum attigit. Quædam autẽ mulier Abundantia nomine, petiuit corpus martyris. Sed quia non potuit obtinere aliter, datis xxxv, aureis Tyrcano, corpus recepit, & ut 1 decuit martyrẽ ſepeliuit iuxta pontem lapideum, & riuũ, qui ſanguinarius appellatur, ad muros ciuitatis, Nono Calendas Ianuarias.

1 Datis Abundantia xxxv. aureis corpus Sancti recepit, & ut decuit Martyrem ſepeliuit.

Poſita eſt in loco ubi ſupra ſub. viij. Calendas Ianuarias.

VITA SANCTÆ ANASTASIÆ MARtyris, per eundem Adonem collecta.

DIe xxv. Decembris Natale ſanctæ Anaſtaſiæ, quæ tempore Diocletiani primo diram & immitem cuſtodiam à uiro ſuo Publio perpeſſa eſt. In qua tamen à Griſogono confeſſore Chriſti multum conſolata, & confortata eſt. Deinde à Præfecto Illyrici in grauiſsima æquè ac diutina cuſtodia macerata eſt. In qua duobus menſibus refecta eſt cœleſtibus eſcis per ſanctam Theodoten, quæ martyrium prius paſſa eſt.

Deinde naui impoſita cum ducentis uiris & ſeptingentis fœminis, ut demergeretur in mare, perlata eſt ad Inſulas Palmarias, ubi per manus & pedes extenſa, & ligata ad palos fixos, circa media eius ignis accenſus eſt, in quo martyrium cõſummauit. Et omnes qui cum illa uenerant, uarijs interfectionibus martyrium celebrarunt. Inter quos

omnes,unus erat,Euticianus nomine,innocentiſsimæ naturæ.Qui ſublatis ſibi cum diues eſſet,omnibus facultatibus,tacuit,nihil cogitans, nihilq; metuens, niſi hoc, ne diuitias fidei perderet. Quotieſcunque denique fuiſſet auditus,quotieſcunq; interrogatus,nihil aliud dicebat, Chriſtum mihi non tollet,etiam qui caput abſtulerit.

Tunc Apollonia Chriſtiana 1 matrona tollens corpus beatæ Anaſtaſiæ,exoſculatur,& aromatibus condiens, dignisq́ue linteaminibus obuoluens, intra uiridarium domus ſuæ,fabricata baſilica , ut decuit martyrem ſepeliuit.

1 Vide ſancta Martyris honorificam ſepulturam. Vide aromatum odoramentis cõditum eius corpus. Vide demum in honorem ſancta Eccleſiam fabricatam , omniaq́; hæc ab Apollonia matrona Chriſtiana.

VITA SANCTÆ EVGENIÆ VIRGINIS & martyris, per iamdictum Adonem collecta.

Poſita eſt ubi ſupra ſub viij. Calendas Ianuarij.

ROmæ in cimiterio Amproniani paſsio ſanctę Eugeniæ uirginis. Quæ tempore Gallieni Imperatoris, poſt multa uirtutum inſignia,& ſacros 1 Virginum choros,quas Chriſto Domino aggregauerat,ſub Nicetio urbis Præfecto alligata ſaxo, & præcipitata in Tyberim, mergi non potuit. Inde thermis ignitis incluſa, illæſa reperta eſt.Nouiſsime in cuſtodia gladio iugulatur;& ſublatum eſt corpus ab affinibus eius Chriſtianis,& poſitum non longe ab urbe uia Latina in prædio eius proprio,ubi multorum ipſa ſepelierat membra.

1 Si ſancta Chriſto Virginum choros aggregauit,quid dicunt hodie nonnulli ſeruare Virginitatem rē eſſe impoſsibilem?

VITA SANCTI SABINI EPISCOPI, EXVperantij,& reliquorum martyrum,per Adonem Epiſcopum Treuerenſem collecta.

Habetur in eius martyrologio ſub iij. Calendas Ianuarij.

APud Spoletum paſsio ſancti Sabini Epiſcopi, Exuperantij, & Marcelli diaconorum,& Venuſtiani cum uxore & filijs ſub Maximiano Auguſto.

Qui beatus Sabinus cum eſſet clarus in omnibus diuinis inſtructionibus,& ſermone eloquentiſsimus,tentus eſt à Præſide Thuſciæ Venuſtiano cũ duobus diaconibus Exuperantio, & Marcello,& multis clericis. Cui Venuſtianus Deum ſuum Iouem, quē habebat in cubiculo,ex lapide Coralite mirè formatum in ueſtimentis aureis,ad adorandũ obtulit. Quem beatus Sabinus in manibus acceptum, facta oratione continuò illiſit in pauimentum,& confregit. Quod factum uidens Venuſtianus, cum furore iuſsit, ut præciderentur ei manus, & in conſpectu eius Marcellum & Exuperantium eculeo ſuſpendi, ac fuſtibus macerari,unguibusq́; radi latera eorum, & ignem ſupponi. Hoc facto in confeſsione Domini ſpiritum emiſerunt. Quorum corpora præcepit iactari in fluuium, Sabinum uerò Epiſcopum in carcerem retrudi.

Audiens hoc quidam piſcator presbyter, collegit corpora ſancto-rum,& ſepeliuit iuxta uiam iij. Calendas Ianuarij. Serena uerò Chri-ſtianiſsima uidua curam habens ſancti Sabini Epiſcopi, adduxit ad eum in carcerem nepotem ſuũ Priſcianum, qui erat cæcus. Tunc ſan-ctus Sabinus truncos ſuos ſuper oculos ipſius poſuit, & in fide Chriſti 1 oratione facta, eum illuminauit. Videntes autem illi, qui in cuſto-dia erant, miſerunt ſe ad pedes eius, & baptizati ſunt eo die numero decem.

1 *Sanctus Epiſcopus in Chriſti fide oratione facta, cæcum illumi-nauit.*

Quod cũ nunciatum eſſet Venuſtiano Præſidi (indoluerant enim ei oculi,& præ dolore neque cibum, neque ſomnum capere poterat) miſit uxorem ſuam,& duos filios ſuos, ut adducerent beatum Sabinũ ad domum eius de carcere. Adducto itaq;, proſtrauit ſe ad pedes eius Venuſtianus cum fletu, uxorq; eius & filij agentes 2 pœnitentiam, & rogantes ſe baptizari. Mox baptizatus ut de pelue leuatus eſt, nul-lum dolorem oculorum ſenſit.

2 *Ecce quò in baptizan-dis ſemper debet præ-cedere peccatorũ pœni-tentia cõmiſſorum.*

Hoc nunciatum eſt Maximiano, qui iratus præcepit Sabinũ dam-nari,& ipſum Venuſtianum capite truncari. Veniens autem Lucius Tribunus ſine auditione beatum Venuſtianum cum uxore & filijs necauit in ciuitate Aſsiſinate. Sanctum uerò Sabinum adduxit in ci-uitatem Spoletum,& tamdiu præcepit cędi, quouſq; deficeret. Cuius corpus collegit uenerabilis Serena, quæ iam 3 manus eius in dolio uitreo cum aromatibus condiderat, & infra domũ ſuam poſuerat,& ſepeliuit eum à ciuitate Spoletana miliario plus minus uno, ſeptimo Idus Decembris. 4 Feſtiuitas tamen eius & ſupranominatorũ mar-tyrum Tertio Calendas Ianuarij agitur.

3 *Vide quo honore ſan-cta fœmina ſacras epi-ſcopi manus condide-rit, & beatum corpus ſepelierit.*

4 *Nota celebrari horum ſanctorum feſtiuita-tem.*

ALOYSIVS EPISCO:
PVS VERONENSIS PIO LECTORI.

HVcuſque Quartus hic Tomus proceſſerat, credeba-muſq; eius expletionis ſatis fuiſſe factum. Cum ecce paginas ſingulas reuoluentes, tribus iam editis priori-bus Tomis hunc cumulo minime ſe æquare conſpe-ximus. Quare pro explenda libri magnitudine, Diui Franciſci confeſſoris uiri ſanctiſsimi uitam addere operæpretium uiſum eſt. Sed cum nec ea ſatis eſſe uideretur, Beatiſsi-mi quoque Dionyſij Areopagitæ uitam & laudes apponere decreui-mus. Verũ cum nec iſta librum ſatis augerent, antiquorũ quorundam Patrum uitas, Græcorum præcipue, compendioſe tamen deſcriptas ſuperaddere coacti ſumus, adeo ut iuxta Domini Saluatoris dictum,

menſuram

menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentē iam habeas. Et hoc fuit in cauſa cur Seraphici Franciſci uita priuſquā magni Dionyſij cæterorumq; priſcorum patrum in huius Tomi tertia parte tibi legenda occurrat.

Hanc igitur Diui Franciſci uitam Beatus ille Bonauentura ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis, Franciſcani Inſtituti non ſolum ſectator, uerum & inſtaurator & rector, uir in diuinis ſcripturis eruditiſsimus, & uitæ ſanctitate cōſpicuus, de quo præceptor eius Alexander de Hales dicere ſolebat. In Bonauenturā Adā peccaſſe non uidetur, puro ac ſimplici ſtylo deſcripſit, tanta autē rerū copia & ſententiarū grauitate refertam, ut totus mundus eius lectione inſtrui poſsit, & ad amorem Dei per Beati Frāciſci exemplum inſtaurari. Ego ut uerū fatear, cū Franciſci uitam lego, non ſolum accendor, ſed in eius meditatione totus exardeſco, utpote in quo tanta diuini amoris claritas effulſerit, ut Angelus potius, atque ex ſupremo ordine qui ardor & incendium dicitur, magis quàm homo dici poſſe uideatur. Semper enim Beatiſsimus ille cogitatione in cęlo uerſabatur, ſemper felix eius anima ſummo authori puriſsime, & intentiſsime inhærebat, adeo ut præ amoris magnitudine, præ ea quā intus guſtabat dulcedine (quod hominibus plerunque ardentiſsime amantibus contingere ſolet) alienatus à ſenſibus, atque extra ſe eſſe uideretur. Accede & tu benigne Lector accede ad ſanctum ignem iſtum, certo ſcio caleſces plus ſatis. Sed iam ipſum Diuū Bonauenturā audi.

INCIPIT LEGENDA MAIOR PER SANctum Bonauenturam Cardinalem de uita beati Patris Franciſci compoſita.

Habetūr in libro de hoc particulariter ſcripto.

PROLOGVS.

APparuit gratia Dei Saluatoris noſtri diebus iſtis nouiſsimis in ſeruo ſuo Franciſco omnibus uerè humilibus, & ſanctæ paupertatis amicis, qui ſuperaffluentem in eo Dei miſericordiam uenerantes, ipſius erudiuntur exēplo, impietatē & ſecularia deſideria funditus abnegare, Chriſto conformiter uiuere, & ad beatā ſpem deſiderio indefeſſo ſitire. In ipſum nanq; ut uerè pauperculū, & contritū, tanta Deus excelſus benignitatis cōdeſcenſione reſpexit, quòd nō ſolum de mundialis conuerſationis puluere ſuſcitauit egenū, uerū etiam Euangelicæ perfectionis profeſſorem, ducem, atque præconem effectum, in lucem dedit credentium; ut teſtimonium perhibendo de lumine,

uiam lucis & pacis ad corda fideliũ Domino præpararet. Hic etenim quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, claris uitæ micans & doctrinæ fulgoribus, ſedentes in tenebris & umbra mortis irradiatione præfulgida direxit in lucem, & tanquã arcus refulgens inter nebulas gloriæ, ſignum in ſe Dominici fœderis repræſentans, pacẽ & ſalutem euangelizauit hominibus, exiſtens & ipſe Angelus ueræ pacis, ſecundum imitatoriam quoque ſimilitudinem præcurſoris, deſtinatus à Deo, ut uiam parans in deſerto altiſsimæ paupertatis, tam exẽplo, quàm uerbo pœnitentiam prædicaret, primum ſupernæ gratiæ præuentus donis, dehinc uirtutis inuictæ adauctus meritis, prophetali quoq; repletus ſpiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incendioq; Seraphico totus ignitus, & ut uir ierarchicus curru igneo ſurſum uectus, ſicut ex ipſius uitæ decurſu luculenter apparet, rationabiliter comprobatur ueniſſe in ſpiritu & uirtute Heliæ.

Ideoq; alterius amici ſponſi, Apoſtoli, & Euangeliſtæ, Ioannis uaticinatione ueridica, ſub ſimilitudine Angeli aſcendentis ab ortu ſolis, ſignumq; Dei uiui habentis aſtruitur, non immerito deſignatus. Sub apertione nanq; ſexti ſigilli uidi (ait Ioannes in Apocalypſi) alterum Angelum aſcendentẽ ab ortu ſolis habentem ſignum Dei uiui. Hunc Dei nuncium amabilem Chriſto, imitabilem nobis, & admirabilem mundo, ſeruum Dei fuiſſe Franciſcum indubitabili fide colligimus, ſi culmẽ in eo eximiæ ſanctitatis aduertimus, qui inter homines uiuens, imitator fuit puritatis Angelicæ, qui & poſitus eſt perfectis Chriſti ſectatoribus in exemplum. Ad quod quidem fideliter ſentiendum & pie, non ſolum inducit officium quod habuit uocandi ad fletum & planctum, caluitium & cingulum ſacci, ſignandiq; thau ſuper frontes uirorum gementium & dolentium ſigno præſentiali Crucis, & habitus Cruci conformis, uerum etiam irrefragabili ueritatis teſtificatione confirmat ſignaculum ſimilitudinis Dei uiuentis Chriſti, uidelicet Crucifixi, quod in corpore ipſius fuit impreſſum, non per naturę uirtutem uel ingenium artis, ſed potius per admirandam potentiam ſpiritus Dei uiui.

Ad huius tam uenerabilis uiri uitam omni imitatione digniſsimã deſcribendam, indignum & inſufficientem me ſentiens, id nullatenus attentaſſem, niſi me fratrũ feruens incitaſſet affectus, generalis quoq; capituli concors induxiſſet inſtantia, & ea quã ad ſanctum Patrẽ habere teneor, deuotio compuliſſet, utpote qui per ipſius 1 inuocationem, & merita, in puerili ætate, ſicut retenti memoria teneo, à mortis faucibus erutus, ſi præconia laudis eius tacuero, ſceleris timeo argui, ut ingratus. Eſt & hæc penes me cauſa præcipua hunc aſſumendi laborem, ut ego, qui uitam corporis & animæ à Deo mihi conſeruatam recognoſco per ipſum, & uirtutem eius in meipſo expertus agnoui,

1 *Sanctus Bonauentura per D. Franciſci inuocationem & merita, in puerili ætate à mortis faucibus erutus eſt.*

uitæ illius uirtutes, actus, & uerba, quaſi fragmenta quædam partim neglecta, partimq; diſperſa, quanquã plene non poſſem, utcunq; colligerem, ne morientibus ijs, qui cũ ſeruo Dei conuixerant, deperirent. Vt igitur uitæ ipſius ueritas ad poſteros tranſmittenda, certius mihi conſtaret & clarius, adiens locum originis, conuerſationis, & tranſitus uiri ſancti, cũ familiaribus eius adhuc ſuperuiuentibus collationem de ijs habui diligentem, & maxime cũ quibuſdam, qui ſanctitatis eius & conſcij fuerunt, & ſectatores præcipui, quibus propter agnitam ueritatem, probatamq; uirtutem fides eſt indubitabiliter adhibenda.

In deſcriptione autem eorũ, quæ per ſeruũ ſuum Deus dignanter effecit, curioſum ſtili ornatũ negligendum eſſe putaui, cum legentis deuotio plus ſimplici ſermone quàm phalerato ꝓficiat. Nec ſemper hiſtoriam ſecundũ ordinem tẽporis texui propter confuſionẽ uitandam; ſed potius ordinem ſeruare ſtudui magis aptæ iuncturæ, ſecundum quod eodem peracta tempore diuerſis materijs, uel diuerſis patrata temporibus eidem materiæ congruere uidebatur. Initium autẽ uitæ ipſius, progreſſus, & conſumatio quindecim diſtincta capitulis deſcribuntur, inferius adnotatis. Agitur enim primo de conuerſatione ipſius in habitu ſeculari. Secundo de perfecta conuerſione eius ad Deum: & de reparatione trium Eccleſiarum. Tertio de inſtitutione religionis, & approbatione regulæ. Quarto de profectu ordinis ſub manu ipſius, & confirmatione regulæ prius approbatæ. Quinto de auſteritate uitæ, & quomodo creaturæ præbebant ei ſolatium. Sexto de humilitate & obedientia, & de condeſcenſionibus diuinis ſibi factis ad nutum. Septimo de amore paupertatis, & mira ſuppletione defectuum. Octauo de pietatis affectu; & quomodo ratione carentia affici uidebantur ad ipſum. Nono de feruore charitatis & deſiderio martyrij. Decimo de ſtudio & uirtute orationis. Vndecimo de intelligentia ſcripturarum, & ſpiritu prophetiæ. Duodecimo de efficatia prędicandi, & gratia ſanitatum. Decimotertio de ſtigmatibus ſacris. Decimoquarto de patientia ipſius & tranſitu mortis. Decimoquinto de canonizatione, & tranſlatione ipſius. Poſtremo de miraculis poſt tranſitum eius Felicem oſtenſis aliqua ſubnectuntur.

INCIPIT VITA BEATI FRANCISCI.

Et primo de conuerſatione eius in habitu ſeculari. Capitulum primum.

VIr erat in ciuitate Aſiſij Franciſcus nomine, cuius memoria in benedictione eſt, pro eo quòd Deus ipſum in benedictionibus dulcedinis benigne præueniens, & de præſentis uitæ periculis clemẽter eripuit, & cœleſtis gratiæ donis affluenter impleuit. Etenim

cum inter uanos fuerit hominum filios, iuuenili ætate nutritus in uanis,& poſt aliqualem literarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negocijs,ſuperno tamen ſibi aſsiſtente præſidio, nec inter laſciuos iuuenes,quãuis effuſus ad gaudia,poſt carnis petulantiam abijt, nec inter cupidos mercatores, quanquã intentus ad lucrum, ſperauit in pecunia & theſauris.Inerat nanq; iuuenis Franciſci præcordijs diuinitus indita quædam ad pauperes miſeratio liberalis, quæ ſecum ab infantia creſcens tanta cor ipſius benignitate repleuerat, ut iam Euangelij non ſurdus auditor, omni proponeret ſe petenti tribuere, maxime ſi diuinum allegaret amorem. Cum autem ſolis negociationis intentus tumultibus,pauperem quendam pro amore Dei petentẽ eleemoſynam præter morẽ ſolitum uacuũ repuliſſet, ſtatim ad cor reuerſus,cucurrit poſt ipſum,& eleemoſyna illi clementer impenſa,promiſit domino Deo,quòd nunquã ex tunc dum adeſſet poſsibilitas, petẽtibus pro amore domini ſe negaret.Quod uſque ad mortem indefeſſa pietate obſeruans,copioſa in Deum dilectionis & gratiæ incrementa promeruit. Aiebat enim poſt cum iam perfecte Chriſtum induerat, quòd etiam exiſtens in habitu ſeculari uocem Domini expreſsiuam amoris audire,uix unquã ſine cordis ĩmutatione ualebat.Porro manſuetudinis lenitas cum elegantia morum,patientia,& tractabilitas ſupra humanum modum,munificentię largitas ultra ſuppetentiam facultatum;quibus bonę indolis adoleſcens certis florere conſpiciebatur indicijs,quædam uidebantur eſſe præludia,quòd copioſior ſuper eum foret in poſterum diuinæ benedictionis abundantia diffundenda.

Quidam ſanè uir de Aſsiſio ualde ſimplex (ut creditur,eruditus à Deo) cũ aliquando per ciuitatẽ eunti obuiaret Franciſco, deponebat pallium , ſternebat ipſius pedibus ueſtimentum , aſſerens omni fore Franciſcum reuerentia dignum,utpote qui eſſet in proximo magna facturus, & ob hoc ab uniuerſitate fidelium magnificè honorandus. Ignorabat autẽ adhuc Franciſcus circa ſe conſilium Dei, pro eo quòd tam iuſsione patris ad exteriora diſtractus,quàm corruptione naturalis originis ad inferiora depreſſus, nondum didicerat contẽplari cœleſtia,nec aſſueuerat deguſtare diuina. Et quia ſpirituali auditui dat intellectum inflicta uexatio,facta eſt ſuper eum manus Domini,& immutatio dexteræ excelſi,diutinis languoribus ipſius corpus affligens, ut coaptaret animam ad ſancti ſpiritus unctionem.

Cumq; reſumptis corporeis uiribus,ſibi ueſtimenta decentia more ſolito præparaſſet, obuium habuit militem quendam generoſum quidem ſed pauperem,& male ueſtitum:cuius pauperiem pio miſeratus affectu,illum protinus ſe exuto ueſtiuit,ut ſcilicet in uno geminũ impleret pietatis officium,quo & nobilis militis uerecũdiam tegeret, & pauperis hominis penuriam releuaret.Nocte uero ſequenti cum ſe

ſopori

ſopori dediſſet, palatium ſpecioſum & magnum cũ militaribus armis crucis Chriſti ſignaculo inſignitis, clementia ſibi diuina monſtrauit, ut miſericordiam pro ſummi Regis amore pauperi exhibitam militi, prætenderet incomparabili compenſandam eſſe mercede. Vnde & cũ quæreret, cuius eſſent illa omnia, ſua fore, militumq; ſuorũ, ſuperna fuit aſſertione reſponſum. Euigilans itaq; mane, cũ nudum haberet excæcatumq; animũ ad diuina perſcrutanda myſteria, neſciretq; per uiſibilium ſpecies tranſire ad contuendam inuiſibilium ueritatẽ, magnæ fore proſperitatis indicium exiſtimabat inſolitam uiſionem. Diſpoſuit itaque, diuinæ adhuc diſpoſitionis ignarus, in Apuliam ad quendam Liberalem Comitẽ ſe conferre, in ipſius ſperans obſequio decus adipiſci militiæ, ut oſtenſa ſibi uiſio prætendebat. Cumq; paulo poſt iter aggreſſus iuiſſet uſque ad proximam ciuitatẽ, audiuit in nocte Dominum familiari ſibi alloquutione dicentẽ: Franciſce, quis poteſt melius facere tibi, Dominus, aut ſeruus, diues aut pauper? Cui cũ Franciſcus reſpondiſſet, ꝙ tã Dominus ꝙ̃ diues facere melius poteſt; intulit ſtatim: cur ergo relinquis pro ſeruo Dominũ, & pro paupere homine diuitem Deũ? Et Franciſcus: Quid me uis Domine facere? Et Dominus ad eum, Reuertere in terram tuam, quia uiſio quam uidiſti, ſpiritualem præfigurat effectum, non humana ſed diuina in te diſpoſitione complendum.

Mane itaque facto, cũ feſtinatione reuertitur Aſiſium uerſus, ſecurus, & gaudens; & iam exẽplar obedientiæ factus, expectabat Domini uoluntatẽ. Ex tunc à publicæ negociationis tumultu ſe ſubtrahens, ſupernã deuotẽ precabatur clementiam, ut quid ſibi foret agendum, oſtendere dignaretur. Cũ autẽ ex frequenti orationis uſu flãma deſiderij cœleſtis in eo uehementer ſuccreſceret, & iam pro amore ſupernæ Patriæ terrena omnia deſpiceret, quaſi nihil, theſaurum ſentiebat ſe reperiſſe abſconditũ, ac uelut prudens negociator margaritam inuentam excogitabat, uenditis omnibus, comparare. Adhuc tamen qualiter id ageret, ignorabat; niſi quia ipſius ſuggerebatur ſpiritui, ꝙ ſpiritualis mercatio à mundi contẽptu ſumat initium, Chriſtiq; militia ſit à ſui ipſius uictoria inchoanda.

Quadam itaque die dum equitaret per planiciem, quæ ſubiacet ciuitati Aſiſij, leproſum quendam habuit obuium, cuius inopinatus occurſus ei non paruum incuſsit horrorem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propoſitum, & recolens quod ſeipſum oporteret primum deuincere, ſi uellet effici Chriſti miles, ad deoſculandum eum equo lapſus accurrit. Cui cũ manum quaſi aliquid accepturus leproſus protenderet, pecuniam cum oſculo reportauit. Statim autem equum aſcendens, & ſe circunquaq; conuertens, cum campus pateret undique liber, leproſum illũ minime uidit. Admiratione ita-

que repletus & gaudio, laudes cœpit Domino decantare deuote, pro ponens ex hoc ſemper ad maiora conſcendere. Solitaria proinde loca quærebat amica mœroribus, in quibus dum gemitibus inenarrabilibus inceſſanter intenderet, poſt longam precum inſtantiam à Domino meruit exaudiri. Dum enim una dierum ſic ſequeſtratus oraret, & prę nimietate feruoris totus eſſet abſortus in Deũ, apparuit ei Chriſtus Ieſus ueluti cruci confixus: Ad cuius conſpectum liquefacta eſt anima eius, & memoria paſsionis Chriſti uiſceribus cordis ipſius adeò impreſſa medullitus, ut ab illa hora, cum Chriſti crucifixio ueniret in mentem, uix poſſet à lachrymis & gemitibus exterius contineri; ſicut ipſe poſtmodum familiariter retulit, cum appropinquaret ad finem. Intellexit per hoc nempe uir Dei illud Euangelicum ſibi dici: ſi uis uenire poſt me, abnega temet ipſum & tolle crucem tuã, & ſequere me. Induit ex tũc ſpiritum paupertatis, humilitatis ſenſum, & affectum intimæ pietatis. Nam cum prius leproſorum non ſolum conſortium, uerumetiam longinquum contuitum uehementer horreret, iã propter Chriſtum Crucifixum, qui iuxta uerbum propheticum cõtemptibiliter ut leproſus apparuit, ut ſemetipſum plene cõtemneret, humilitatis, & humanitatis obſequia leproſis beneficia pietate pręſtabat. Viſitabat enim frequẽter domos ipſorum; liberaliter eis eleemoſynas erogabat, & cum multo compaſsionis affectu manus eorum oſculabatur, & ora. Pauperibus etiam mendicantibus non ſolum ſua uerumetiam ſeipſum cupiebat impendere, aliquando ueſtimenta exuens, aliquando diſſuens, aliquando ſcindens ad largiendum eis, cum præ manibus alia non haberet. Sacerdotibus etiam pauperibus reuerenter ſubueniebat & pie, præcipue 2 in ornamentis altaris, quò & cultus diuini particeps fieret, & cultorum inopiæ ſupplementa præberet.

2 *Vide quomodo ſubuẽtiones in ornamenta altarium placent deo, nam aliter ſanctus eas nõ feciſſet.*

Cum autem religioſa deuotione tunc temporis limina 3 uiſitaret Apoſtoli Petri, conſpecta multitudine pauperum ante fores Eccleſię, partim pietatis ductus dulcedine, partim paupertatis allectus amore, uni ex eis magis egenti proprias largitus eſt ueſtes, & ſemicinctijs contectus illius, diem illum in medio pauperum cum inſolita ſpiritus iocunditate tranſegit, ut & ſecularem gloriam ſperneret, & ad perfectionem Euangelicam gradatim conſcendendo perueniret. 4 Mortificationi carnis inuigilabat attentius, ut Chriſti crucem, quam interius ferebat in corde, exterius etiam circumferret in corpore. Agebat autẽ hæc omnia uir Dei Franciſcus nondum habitu, uel conuictu ſequeſtratus à mundo.

3 *Ecce peregrinationes ad loca ſanctorum.*

4 *Audis quõ ſanctus pater carnis concupiſcentiam per eius mortificationem calcabat.*

De perfecta conuerſione eius ad Deum; Et de reparatione trium Eccleſiarum. *Cap.* 2.

Quoniam autem ſeruus altiſsimi doctorem non habebat aliquem

in huiuſmodi,niſi Chriſtum, addidit adhuc ipſius clementia eum in gratiæ uiſitare dulcedine.Dum enim die quadam egreſſus ad meditandum in agro, deambularet iuxta Eccleſiam ſancti Damiani, quæ minabatur præ nimia uetuſtate ruinã, & in eam,inſtigante ſe ſpiritu, cauſa 5 orationis intraſſet, 6 proſtratus ante imaginem crucifixi, non modica fuit in orando ſpiritus conſolatione repletus. Cumq; lachrymoſis oculis intenderet in Dominicam Crucem, uocem de ipſa Cruce dilapſam ad eum corporeis audiuit auribus ter dicentẽ: Franciſce, uade, & repara domum meam,quæ(ut cernis)tota deſtruitur. Tremefactus Franciſcus cũ eſſet in Eccleſia ſolus, ſtupet ad tam mirandæ uocis auditũ,cordeq; percipiens diuini uirtutem eloquij, mentis alienatur exceſſu. In ſe tandem reuerſus, ad obediendum ſe parat, & totum ſe recolligit ad perficiendum mandatum de materiali Eccleſia reparanda:licet principalior intentio uerbi ad eam ferretur, quam Chriſtus ſuo ſanguine acquiſiuit,ſicut eum ſpiritusſanctus edocuit,& ipſe poſtmodũ fratribus reuelauit. Surrexit proinde ſigno 7 Crucis ſe muniens, & aſſumptis pannis uenalibus, ad ciuitatem quæ Fulgineum dicitur,acceſsit; ibiq; uenditis quę portauerat,equum cui tunc inſederat,felix mercator,aſſumpto pretio dereliquit.Rediensq; Aſiſium,Eccleſiam,de cuius reparatione mandatũ acceperat, reuerenter intrauit,& inuento illic ſacerdote pauperculo, ei reuerentiam decentem exhibuit,& ad reparationem Eccleſiæ & pauperum uſum,pecuniam obtulit, & ut ſecum ſe morari pateretur ad tempus, humiliter requiſiuit.Acquieuit ſacerdos de mora ipſius,ſed timore parentũ pecuniam recuſauit. Quã uerus pecuniarum contemptor in quandam feneſtram projciens,abiectam uelut puluerem uilipendit.

5 *Vides quod etiam cauſa orationis ſunt conſtructa Eccleſiæ.*

6 *Ecce quomodo genuflectere ante imagines,et orare eos quos repreſentant,opus bonum ac pium eſt, & quale miraculũ per hanc ſuam imaginẽ Chriſtus operatus ſit.*

7 *Surrexit ſigno Crucis ſe muniens.*

Moram autem faciente ſeruo Dei cum ſacerdote prædicto, cum hoc intellexiſſet pater ipſius,perturbatus animo cucurrit ad locũ. At ipſe,quia nouus Chriſti erat athleta, cum audiret perſequentium minas,& eorũ præſentiret aduentum,dare locum iræ uolens, in quadam occulta fouea ſe abſcõdit:In qua diebus aliquibus latitando, rogabat Dominũ inceſſanter,lachrymarũ imbre perfuſus,ut liberaret de manibus perſequentium animam ſuam, & pia, quæ inſpirauerat, uota benigno fauore compleret. Igitur exceſsiua quadam completus lætitia, cœpit de puſillanimitatis ignauia ſemetipſum arguere: relictaq; fouea, & abiecto pauore, uerſus ciuitatem Aſiſij iter aggreſſus eſt. Quem cum ciues cernerent facie ſqualidum,& mente mutatum, ac per hoc alienatũ putarent à ſenſu, luto platearum & lapidibus impetebant,& tanquã inſano & dementi clamoſis uocibus inſultabant. Famulus autẽ Domini nulla fractus, aut mutatus iniuria, ut ſurdus in omnibus pertranſibat. Cumq; clamorẽ huiuſmodi pater audiſſet, ſtatim accurrens non ad liberandũ eum,ſed potius ad perdendum,omni

miſeratione ſubtracta, pertractum, domi primo uerbis, deinde uerberibus, & uinculis angit. Ipſe autē ad exequendū Domino, quod cęperat, promptior, & ualidior reddebatur, recolens illud Euangelicū uerbum: Beati qui perſequutionē patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Poſtmodicum uero tempus, patre à patria diſcedente, mater eius factū mariti non approbans, & inflexibilem filij conſtantiā emolliri poſſe non ſperans, à uinculis abſolutū abire permiſit. At ipſe gratias Omnipotenti Deo referens, ad locū, in quo prius fuerat, eſt reuerſus. Rediens autē pater, & eum non inueniens domi, conuitijs illatis uxori fremens cucurrit ad locum, ut ſi eum reuocare non poſſet, ſaltem de Prouincia effugaret. Franciſcus uero cōfortatus à Deo, obuium ultro ſe obtulit patri furenti, libera uoce clamans, ſe pro nihilo ducere uincula & uerbera eius, inſuper & conteſtans ſe pro Chriſti nomine gaudenter mala omnia ſubiturum. Videns itaque pater, ꝙ eum reuocare non poſſet, ad extorquendam pecuniam ſe conuertit. Qua tandē inuenta in feneſtrella quadam, aliquantulum ipſius mitigatus eſt furor, auaritiæ ſiti utcunq; per hauſtum pecuniæ tēperata. Tentauit deinde pater carnis, filium gratiæ pecunia iam nudatū ducere corā Epiſcopo ciuitatis, ut in ipſius manibus facultatibus renuntiaret paternis, & omnia redderet quæ habebat. Ad quod faciendum ſe promptum exhibuit ueræ paupertatis amator. Perueniensq; corā Epiſcopo, nec moras patitur, nec cunctatur de aliquo, nec uerba expectat, nec facit, ſed continuo depoſitis omnibus ueſtimentis, reſtituit ea patri. Inuentus eſt autē tunc uir Dei cilicium habere ad carnē ſub ueſtibus delicatis. Inſuper ex admirando feruore, ſpiritu ebrius, reiectis etiam femoralibus, totus coram omnibus denudatur, dicens ad patrem: Vſq; nunc uocaui te patrem in terris, amodo autē ſecure dicere poſſum: Pater noſter qui es in cœlis, apud quem oēm theſaurū repoſui, & oēm ſpei fiduciam collocaui. Hoc cernens Epiſcopus, & admirans tā excedentem in uiro Dei feruorē, protinus exurrexit, & inter brachia ſua illū cū fletu recolligens, uti erat uir pius & bonus, pallio quo erat amictus operuit, præcipiens ſuis, ut aliquid ſibi darent ad mēbra corporis contegenda. Oblatus eſt autē ei mantellus pauper & uilis cuiuſdam agricolæ ſeruientis Epiſcopo. Quē ipſe gratanter ſuſcipiens, cū cemento quod ſibi occurrit, ad modum crucis manu propria conſignauit, operimentum formans ex eo crucifixi hominis & pauperis ſeminudi. Sic igitur ſeruus Regis altiſsimi nudus relictus eſt, ut nudum ſequeretur crucifixum Dominum, quem amabat: ſic utique cruce munitus, ut animam ſuam ligno ſalutis cōmitteret, per quod de mundi naufragio ſaluus exiret.

Solutus exinde mundi contemptor à uinculis mundanarū cupidi-

num,ciuitate relicta,ſecurus & liber ſecretũ ſolitudinis petijt,ut ſolus, & ſilens,ſupernæ audiret alloquutionis archanũ. Dumq; per ſyluam quandam iter faciens, laudes Domino lingua Francorũ uir Dei Franciſcus decantaret cum iubilo,latrones ſuper eum ex abditis irruerunt. Quibus ferali animo quis eſſet interrogantibus, uir Dei confidentia plenus, prophetica uoce reſpondit: Præco ſum magni regis. At illi percutientes eum, in defoſſum locum plenum niuibus proiecerunt, dicentes: Iace ruſtice præco Dei. Ipſe uero recedentibus illis,exiliuit de fouea,magnoq; exhilaratus gaudio,altiori cœpit uoce per nemora laudes creatori omnium perſonare.Et ueniens ad quoddam uicinum cœnobium,eleemoſynã petijt,ut mendicus, & recepit ut incognitus, & deſpectus.Inde uero progrediens deuenit Eugubium,ubi à quodã amico priſtino agnitus,& ſuſceptus,paupere tunicula,ut Chriſti pauperculus,eſt contectus.Exinde totius humilitatis amator,ſe tranſtulit ad leproſos, eratq; cum eis, diligentiſsime ſeruiens omnibus propter Deum.Lauabat ipſorũ pedes,ligabat ulcera,educebat plagarũ putredinem, & ſaniem abſtergebat. Oſculabatur etiam ex miranda deuotione ulceroſas plagas ipſorum Euangelicus medicus mox futurus. Propter quod tantam eſt à Domino conſequutus uirtutem,ut in ſpiritualibus, & corporalibus morbis mirabiliter expurgandis, mirabilem efficaciam obtineret.

Referam unum de multis, quod accidit, uiri Dei fama poſt modũ latius clareſcente. Cũ enim cuiuſdam de comitatu Spoletano os,pariter & maxillam,morbus quidã horribilis depaſcendo corroderet, nec ſubueniri poſſet eidẽ aliquo medicinæ remedio; contigit ut propter ipſorũ ſanctorũ expoſcenda merita, Apoſtolorũ uiſitatis liminibus, de 8 peregrinatione rediens,ſeruo Dei occurreret. Cũq; præ deuotione uellet ipſius oſculari ueſtigia, uir humilis hoc non ferens, oſculari uolenti pedes, oſculum oris dedit. Dum autẽ leproſorum ſeruus Franciſcus mirabili pietate illam plagam horribilem ore ſacro contingeret, omni fugato morbo, æger ille ſanitatem recuperauit optatam. Neſcio quod horũ magis ſit meritò admirandum, an humilitatis profunditas in oſculo tam benigno,an uirtutis præclaritas in miraculo tam ſtupendo.

8 *Vide iterum peregrinationem ad loca ſancta.*

Fundatus iam Chriſti humilitate Franciſcus ad memoriã reducit obedientiam ſibi è Cruce iniunctam de ſancti Damiani Eccleſia reparanda,& tanquam uerus obediens Aſsiſium redijt, ut ſaltẽ mẽdicando, uoci diuinæ pareret. Depoſitaq; omni uerecundia,propter amorem pauperis crucifixi mendicabat apud eos,inter quos abundare ſolebat debile corpus,attritum ieiunijs,oneribus lapidum ſupponendo. Prædicta igitur Eccleſia, iuuante ſe Domino, & deuotione ciuium aſsiſtente,refecta,ne poſt laborẽ corpus torperet ignauia, tranſtulit ſe ad

reparandam Eccleſiam quandā beati Petri longius à ciuitate diſtantem ob deuotionē ſpecialem, quam ad Apoſtolorū principē ſyncerę fidei puritate gerebat. Hac tandem Eccleſia 9 conſumata, peruenit ad locū qui portiuncula dicitur, in quo Eccleſia beatiſsimæ Virginis genitricis Dei antiquitus fabricata extiterat, ſed deſerta tunc à nemine curabatur. Quā cū uir Dei ſic derelictam conſpiceret, ob deuotionem feruentē, quam habebat ad Dominam mundi, cępit illic aſsidue pro ipſius reparatione morari. Sentiēns autē, iuxta nomen ipſius Eccleſiæ, quo ab antiquo ſancta Maria de Angelis uocabatur, Angelicarum ibi uiſitationū frequentiam, pedē fixit ibidē propter reuerentiam Angelorū, amoremq; præcipuū matris Christi. Hunc locū uir ſanctus amauit præ cæteris mundi locis: Hic etenim humiliter cępit, hic uirtuoſe profecit, hic feliciter conſumauit, hunc in morte fratribus tanquam uirgini chariſsimum cōmendauit.

9 Franciſcus tres Eccleſias ex fidelium eleemoſynis reparauit. Ergo opus eſt bonum & deo placens.

De hoc frater quidam Deo deuotus ante conuerſionē ſuam, uiſionem uiderat relatione condignā. Innumeros cernebat homines cœcitate percuſſos, facie in cœlum directa, & genibus flexis, in huius Eccleſiæ ſtare circuitu, qui omnes protenſis manibus in altū, lachrymabiliter clamabant ad Deum, miſericordiam poſtulantes, & lumen. Et ecce ingens de cœlo ſplendor aduenit, ſe per omnes diffundens, qui lumen uniuiq; tribuit, & ſalutē deſideratam conceſsit. Hic eſt locus, in quo fratrum minorum ordo à ſancto Franciſco per diuinæ reuelationis inſtinctum inchoatus eſt. Diuinæ nanque prouidentiæ nutu, qua Chriſti ſeruus dirigebatur in omnibus, 10 tres materiales erexit Eccleſias, antequam ordinem inchoans, Euangelium prædicaret; ut non ſolum à ſenſibilibus ad intelligibilia, à minoribus ad maiora, ordinato progreſſu conſcenderet, uerum etiam ut quid eſſet facturus in poſterum, ſenſibili foris opere myſterialiter præſignaret. Nam inſtar reparatæ triplicis fabricæ ipſius ſancti uiri ducatu, obdatam ab eo formā, regulam, & doctrinam, Chriſti triformiter renouanda erat Eccleſia, trinaq; triumphatura militia ſaluandorum; ſicut & nunc cernimus eſſe completum.

10 Tres Eccleſias D. Franciſcus ante inchoatum ordinē conſtruxit.

De inſtitutione Religionis, & approbatione Regulæ. *Cap. 3.*

In Eccleſia igitur Virginis matris Dei morā faciente ſeruo ipſius Franciſco, & apud eam, quæ concepit uerbum plenū gratiæ & ueritatis, continuis inſiſtente gemitibus, ut fieri dignaretur aduocata ipſius, meritis matris miſericordię concepit, ac peperit ſpiritum Euangelicę ueritatis. Dum enim die quodam Miſſam de Apoſtolis deuotus audiret, perlectū eſt Euangelium illud, in quo Chriſtus diſcipulis ad prædicandum mittendis formam tribuit Euangelicam in uiuendo, ne uidelicet poſsideant aurum, uel argentum; nec in zonis pecuniam, nec perā in uia, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, neq;

uirgam. Quod audiens,& intelligens,ac memoriæ cõmendans Apoſtolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfuſus lætitia; Hoc eſt (inquit) quod cupio, hoc quod totis præcordijs concupiſco. Soluit proinde 11 calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram,& pecuniam execratur, unaq; cõtentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, oẽm ſolicitudinẽ cordis apponens, qualiter audita perficiat,& Apoſtolicæ rectitudinis regulæ per omnia ſe coaptet. Cœpit ex hoc uir Dei diuino inſtinctu Euangelicæ perfectionis æmulator exiſtere,& ad pœnitentiam cęteros inuitare. Erant autem ipſius eloquia non inania nec riſu digna, ſed uirtute ſpiritusſancti plena, medullas cordis penetrantia, ut in uehementem ſtuporem audientes conuerterent. In omni prædicatione ſua pacem annuncians, dicendo; Dominus det uobis pacem, populum in ſermonis exordio ſalutabat. Hanc quippe ſalutationem, Domino reuelante, didicerat, ſicut ipſe poſtmodum teſtabatur. Vnde factum eſt, ut iuxta ſermonem propheticũ,& ipſe prophetarum ſpiritu afflatus annunciaret pacẽ, prędicaret ſalutẽ, ac ſalutaribus monitis fœderaret plurimos ueræ paci, qui diſcordes à Chriſto prius extiterant à ſalute longinqui.

11 *Ecce uera Euangelica paupertas, rerum omnium tẽporalium propter Chriſtũ abdicatio.*

Innoteſcente itaque apud multos uiri Dei, tam doctrinæ ſimplicis ueritate, q̃ uitæ, cœperunt ipſius exemplo uiri quidam ad pœnitentiam animari,& eidẽ, reiectis omnibus, habitu uitaq; coniungi. Quorum primus extitit uir uenerabilis Bernardus, qui uocationis diuinæ particeps factus, patris beati primogenitus eſſe promeruit, tam prioritate temporis, q̃ priuilegio ſanctitatis. Hic enim ſerui Chriſti paupertate comperta, ipſius exẽplo diſponens perfectè contemnere mundum, ab eodẽ qualiter id perficeret, conſilium requiſiuit. Quo audito, Dei famulus pro propriæ prolis conceptu ſancti ſpiritus conſolatione repletus: A Deo eſt, inquit, hoc conſilium requirendum. Intrauerunt proinde Eccleſiã ſancti Nicolai, mane iam facto; Et oratione præmiſſa, cultor Trinitatis Franciſcus ter Euangeliorũ librũ aperuit, trino expoſcens à Deo teſtimonio ſanctum Bernardi propoſitũ confirmari. In prima libri apertione illud occurrit: ſi uis perfectus eſſe, uade,& uende omnia quæ habes,& da pauperibus. In ſecunda: Nihil tuleritis in uia. In tertia uero: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuam,& ſequatur me. Hæc eſt (ait uir ſanctus) uita & regula noſtra, omniũq; qui noſtræ uoluerit ſocietati coniungi. Vade igitur, ſi uis perfectus eſſe,& perfice quæ audiſti. Non multo poſt uocatis eodem ſpiritu quinq; uiris, filiorũ Franciſci ſenarius numerus cõpletus eſt: inter quos tertium ſortitus eſt locum ſanctus pater Egidius, uir utiq; Deo plenus,& celebri memoria dignus. Hic etenim poſtmodũ uirtutũ ſublimium exercitatione præclarus, ſicut famulus Domini de ſeipſo prædixit, quanquam eſſet idiota,& ſimplex, ad

excelſæ contemplationis ſublimatus eſt uerticem. Nā per multa curricula temporū ſurſum actionibus inceſſanter intentus, adeò crebris in Deum rapiebatur exceſsibus; quemadmodū & ego ipſe oculata fide conſpexi; ut magis cenſeretur inter homines uitam Angelicam agere, quàm humanam.

Illo quoque tēpore cuidam ſacerdoti ciuitatis Aſsiſij, nomine Syluestro, honeſtæ conuerſationis uiro, quædam à Domino fuit oſtenſa uiſio non tacenda. Cum enim modum, & uiam Franciſci, fratrumq; ſuorum humano ſpiritu abhorreret, ne periclitaretur pro temeritate iudicij, reſpectu fuit ſupernæ gratiæ uiſitatus. Videbat nanque in ſomnis totā Aſsiſij ciuitatē à dracone magno circundari, præ cuius magnitudine nimia, tota regio uidebatur exterminio ſubiacere. Contuebatur poſt hoc Crucē quandam auream ex ore procedentem Franciſci, cuius ſummitas cęlos tangebat, cuiuſq; brachia protenſa in latū, uſque ad mundi fines uidebantur extendi: Ad cuius etiam aſpectum præfulgidū, draco ille teter, & horridus penitus fugabatur. Hoc dum ſibi tertio monſtraretur, diuinū æſtimans eſſe oraculum, uiro Dei & fratribus ſuis per ordinem enarrauit, ac non multo poſt tēpore mundū relinquens, ueſtigijs Chriſti ſic perfectè adhæſit, quod uita ipſius in ordine auctenticam reddit eam, quam in ſeculo habuerat uiſionē. Ex huius uiſionis auditu uir Dei non in gloria eſt elatus humana, ſed bonitatem Dei in ſuis beneficijs recognoſcens, fortius animatus eſt ad hoſtis antiqui fugandam uerſutiam, & Crucis Chriſti gloriam prædicandam.

Quadam autem die dum in quodam ſolitario loco annos ſuos in amaritudine recogitās deploraret, ſancti ſpiritus in eū ſuperueniente lætitia certificatus eſt de remiſsione plenaria omnium delictorū. Raptus deinde ſupra ſe, ac in quoddam mirandū lumen totus abſorptus, dilatato mentis ſinu, quæ circa ſe & filios ſuos futura erant, luculenter aſpexit. Poſt hoc reuerſus ad fratres: Confortamini, ait, Chariſsimi, & gaudete in Domino; nec quia pauci eſtis, efficiamini triſtes, neq; uos terreat mea uel ueſtra ſimplicitas, quoniam ſicut mihi à Domino in ueritate oſtenſum eſt, in magnam multitudinē faciet nos Deus creſcere, ſuęq; benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Eodē quoque tempore, quodam alio bono uiro Religionē intrante, ad ſeptenarium numerum uiri Dei ſoboles benedicta peruenit. Tunc pius pater oēs ad ſe filios conuocauit, & plura eis de Regno Dei, de contēptu mundi, de abnegatione propriæ uoluntatis, corporiſq; caſtigatione pronuncians, propoſitum ſuū de mittendo illos in quatuor partes orbis aperuit. Iā enim ſterilis & paupercula ſimplicitas ſancti patris pepererat ſeptem, & deſiderabat uniuerſitatem fidelium ad pœnitentiæ lamenta uocatam, Chriſto Domino parturire. Ite inquit dulcis pater

ad filios:

ad filios: Annunciantes hominibus pacem, prędicate pœnitentiam in remiſsionem peccatorum. Eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus uigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, & in beneficijs grati, quia pro his omnibus regnum uobis præparatur æternum. At illi corā ſeruo Dei humiliter ſe proſternentes in terram, cū gaudio ſpiritus ſuſcipiebant obedientiæ ſanctæ mandatum. Ipſe uero dicebat unicuique ſigillatim: Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Hoc uerbum dicere ſolitus erat quotieſcunque fratrem aliquem ad obedientiam dirigebat. Tunc & ipſe ſciens ſe datum alijs in exemplum, ut prius faceret, quàm doceret, cū uno ſociorū uerſus unā orbis partem perrexit, reliquis ſex ad modum Crucis, tribus alijs mundi partibus deputatis. Modico autē elapſo poſt tempore, benignus pater caræ prolis exoptans præſentiam, cū in unū eos per ſe conuocare non poſſet, per eum orabat hoc fieri, qui diſperſiones congregat Iſraēlis. Sicq; factum eſt, ut abſque humana uocatione omnes ex inſperato poſt modicum temporis, iuxta eius deſiderium diuina operante clementia non ſine ipſorū admiratione, pariter conuenirent. Illis quoq; diebus, quatuor ſibi adhærentibus uiris honeſtis, ad duodenarium numerum excreuerunt.

Cernens autem famulus Chriſti paulatim accreſcere numerū fratrum, ſcripſit ſibi, & fratribus ſuis ſimplicibus uerbis formulam uitæ, in qua ſancti Euangelij obſeruantia pro fundamento indiſſolubili collocata, pauca quędam alia inſeruit, quæ ad uniformē uiuendi modum neceſſaria uidebantur. Deſiderans autem per ſummum Pontificem approbari quæ ſcripſerat, diſpoſuit cū illo ſimplicium cœtu Apoſtolicæ ſedis adire præſentiam, de ſola confiſus directione diuina. Cuius deſiderium Deus ex alto reſpiciens, ſociorū animos ſimplicitatis ſuæ conſideratione perterritos, oſtenſa uiro Dei uiſione huiuſmodi, confortauit. Videbatur ſiquidem ei, quod per quandam uiam incederet, iuxta quā ſtabat arbor celſitudinis magnæ. Ad quam cum appropinquaſſet, & ſub ea ſtans ipſius altitudinem miraretur, ſubitò tantum diuina uirtute leuabatur in alto, ut cacumen contingeret arboris, eiusq; ſumma facillimè curuaret ad ima. Huius uiſionis præſagium uir Deo plenus intelligens referri ad condeſcenſionem Apoſtolicæ dignitatis, exhilaratus eſt ſpiritu, fratribusq; ſuis in Domino confortatis, iter cū eis aggreſſus eſt. Cum autem ad Romanā curiam perueniſſet, & adduceretur ante conſpectum ſummi Pontificis; eſſetq; Chriſti Vicarius in palatio Lateranenſi, in loco qui dicitur ſpeculum deambulans, altis occupatus meditationibus, Chriſti famulum tanquā ignotum repulit indignanter. Quo humiliter foras egreſſo, ſequenti nocte huiuſmodi reuelatio facta eſt à Deo ipſi ſummo Pontifici. Videbat nanque inter pedes ſuos palmā paulatim ſuccreſcere, & in arborem pulcherrimam

eleuari. Et eo mirante quid hæc uiſio uellet oſtendere, diuina lux impreſsit menti ipſius Chriſti Vicarij, quòd hæc palma illum pauperẽ, quẽ in præcedenti die repulerat, deſignabat. Et mane ſequenti mandauit per ſuos famulos per Vrbem dictum pauperẽ quæri. Quẽ inuentum iuxta Lateranum in hoſpitali ſancti Antonij, ante conſpectum ſuũ celeriter iuſsit adduci. Cumq; introductus eſſet ante conſpectum ſummi Pontificis, expoſuit ſuũ propoſitũ, petens humiliter, & inſtanter, ſupradictam ſibi uiuendi regulam approbari. Videns autẽ Chriſti Vicarius Dominus Innocentius Tertius, uir utique ſapientia clarus, admirandam in uiro Dei ſimplicis animi puritatem, propoſiti cõſtantiam, ignitumq; uoluntatis ſanctæ feruorẽ, Chriſti pauperẽ mentis amore cõplectens, inclinatus eſt animo, ut pium ſupplicanti præberet aſſenſum. Diſtulit tamen perficere, quod Chriſti poſtulabat pauperculus, pro eo quod aliquibus de Cardinalibus nouũ aliquid, & ſupra uires humanas arduum uideretur.

Aderat autem inter Cardinales uir uenerandus Dominus Ioãnes de ſancto Paulo Epiſcopus Sabinenſis, omnis ſanctitatis amator, & adiutor pauperum Chriſti: Qui diuino ſpiritu inflammatus, Summo Pontifici dixit, & fratribus ſuis; Si petitionem pauperis tanquã nimis arduam, nouamq; refellimus, cũ petat confirmari ſibi formã Euangelicæ uitæ, cauendum eſt nobis, ne in Chriſti Euãgelium offendamus. Nam ſiquis intra Euangelicæ perfectionis obſeruantiam & uotum ipſius, dicat contineri aliquid nouum, aut irrationabile uel impoſsibile ad obſeruandum, contra Chriſtum Euangelij auctorem blaſphemare conuincitur. Quibus propoſitis, ſucceſſor Apoſtoli Petri conuerſus ad pauperẽ Chriſti, dixit: Ora fili ad Chriſtum, ut ſuam nobis per te uoluntatem oſtendat, qua certius cognita, tuis pijs deſiderijs ſecurius annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus totum ſe conferens ad orandum, precibus deuotis obtinuit, & quod exterius ipſe proferret, & quid interius Papa ſentiret. Nam cũ parabolam de diuite Rege cũ muliere formoſa & paupere contrahente gratanter, & de prole ſuſcepta proferente generantis regis imaginẽ, ac per hoc educanda de menſa ipſius, ſicut à Deo acceperat, retuliſſet, ex illius interpretatione ſubiunxit. Non eſt formidandum, quòd fame pereant æterni Regis filij & hęredes, qui ad imaginẽ Regis Chriſti per ſpiritus ſancti uirtutem de paupere matre nati, & ipſi per ſpiritũ paupertatis ſunt in religione paupercula generandi. Si enim Rex cœlorũ imitatoribus ſuis regnũ promittit æternum, quanto magis illa ſubminiſtrabit, quæ cõmuniter largitur bonis, & malis. Hanc ergo parabolam, & intellectum ipſius, Chriſti Vicarius cũ diligenter audiſſet, miratus eſt ualde, & indubitãter Chriſtum loquutum in homine recognouit. Sed & uiſionem, quã tunc temporis è cœlo perceperat, in hoc uiro fore cõplendam, ſpiritu

diuino ſuggerente firmauit. Videbat namq; in ſomnis (ut retulit) Lateranenſem Baſilicã fore proximã iam ruinæ, quã quidam homo pauperculus, modicus, & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo ne caderet, ſuſtentabat. Verè inquit, hic eſt ille, qui opere & doctrina Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam. Inde præcipua deuotione repletus, petitioni eius ſe per omnia inclinauit, ac Chriſti famulum ſpiritali ſemper amore dilexit. Proinde poſtulata conceſsit, & adhuc concedere plura promiſit. Approbauit regulam: dedit de pœnitentia prædicanda mãdatum: & laycis fratribus omnibus, qui ſeruũ Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, ut uerbum Dei libere prædicarent.

De Profectu ordinis ſub manu ipſius; Et confirmatione Regulæ prius approbatæ. Cap. 4.

Fretus exinde Franciſcus ſuperna gratia, & authoritate papali, cũ fiducia multa uerſus Vallem Spoletanã iter arripuit, ut Euangelium Chriſti faceret, & doceret. Dum autẽ in uia conferret cũ ſocijs, qualiter regulam, quã ſuſceperant, ſyncere ſeruarent; qualiter in omni ſanctitate, & iuſtitia corã Deo incederent; qualiter in ſeipſis proficerent, & eſſent alijs in exemplum, diutius collatione protracta, hora pertrãſijt. Et cum iam laſſati eſſent ex diuturnitate laboris, eſurientes in quodam loco ſolitudinis ſubſtiterunt. Sanè cũ omnis uia deeſſet, qua poſſent ſibi de uictu neceſſario prouidere, ſtatim affuit prouidentia Dei. Nam ſubitò apparuit homo afferens panẽ in manu, quẽ pauperculis Chriſti dedit, ſubitoq; diſparuit, incognitus unde uenerit, aut quò iret. Cognoſcentes autẽ per hoc pauperes fratres ſupernũ ſibi in comitatu uiri Dei adeſſe præſidium, magis dono liberalitatis diuinæ, quàm cibo carnis propriæ ſunt refecti. Inſuper diuina conſolatione repleti, ſtatuerunt firmiter, & irreuocabiliter confirmauerunt, nullius inediç, aut tribulationis impulſu, à ſanctæ paupertatis reſilire promiſſo. Exinde in uallem Spoletanam cum ſancto propoſito redeuntes, tractare cœperunt, utrũ inter homines conuerſari deberent, an ad loca ſolitaria ſe conferre. Sed Chriſti ſeruus Franciſcus non de ſua uel ſuorum confidens induſtria, per orationis inſtantiam diuinç ſuper hoc uoluntatis beneplacitum requiſiuit. Superne igitur reuelationis illuſtratus oraculo, intellexit ſe ad hoc miſſum à Domino, ut Chriſto lucraretur animas, quas diabolus conabatur auferre. Ideoq; magis omnibus, quàm ſibi ſoli uiuere præelegit, illius prouocatus exẽplo, qui unus pro omnibus mori dignatus eſt. Recollegit itaque ſe uir Dei cũ cæteris ſocijs in quodam tugurio derelicto iuxta ciuitatẽ Aſsiſij, in quo ſecundum ſanctæ paupertatis formã in labore multo, & inopia uictitabant, magis lachrymarũ, quàm delitiarũ panibus refici ſatagentes. Vacabãt enim ibidem diuinis precibus inceſſanter, mentaliter potius quàm uocaliter, ſtudio intendentes orationis deuotç, pro eo quòd nondum Eccleſiaſticos

12 *Vides quod ea fides tenenda & confitenda eſt, quam ſancta Romana tenet & docet Eccleſia.*

13 *Ad omnes Eccleſias & cruces orantes ſe proſternebant.*

libros habebant, in quibus poſſent horas Canonicas decantare. Loco tamen illorũ, librum Crucis Chriſti continuatis aſpectibus diebus ac noctibus reuoluebant, exẽplo patris & eloquio eruditi, qui iugiter faciebat eis de Cruce Chriſti ſermonẽ. Rogantibus autẽ fratribus, ut eos doceret orare, dixit: Cum orabitis, dicite, Pater noſter; Et Adoramus te Chriſte, ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo; Et benedicimus tibi, quia per Crucẽ tuam ſanctam redemiſti mundum. Docuit inſuper eos Dominũ laudare in omnibus & ex omnibus creaturis; honorare præcipua reuerentia ſacerdotes; 12 fidei quoque ueritatem, ſecundum quòd ſancta Romana tenet, & docet Eccleſia, & firmiter credere, & ſimpliciter confiteri. Seruabant illi patris ſancti documenta per omnia, & ad omnes Eccleſias, & 13 Cruces, quas è longinquo uidere poterant, iuxta datam ſibi formam orantes, ſe humiliter proſternebant.

Contrahentibus autẽ fratribus moram in loco præfato, uir ſanctus die quadam ſabbati ciuitatẽ Aſsiſij intrauit, prædicaturus mane diei Dominicæ, ut moris erat, in Eccleſia cathedrali. Cumq; in quodã tugurio ſito in horto Canonicorũ uir Deo deuotus in oratione Dei more ſolito pernoctaret abſentatus à filijs, ecce ferè media noctis hora, quibuſdam ex fratribus quieſcentibus, quibuſdã perſeuerantibus in orando, currus igneus mirandi ſplendoris per oſtium domus intrans, huc atque illuc per domicilium tertio ſe conuertit, ſuper quẽ globus lucidus reſidebat, qui ſolis habens aſpectum, noctem clarere fecit. Obſtupefacti ſunt uigilantes, excitati ſimul & exterriti dormientes; & non minus ſenſerunt cordis claritatem, quàm corporis, dum ex uirtute mirandi luminis alterius alteri cõſcientia nuda fuit. Intellexerunt nanq; concorditer omnes, uidentibus inuicẽ uniuerſis in cordibus ſingulorũ, ſanctum patrẽ abſentem corpore, præſentem ſpiritu, tali transfiguratum effigie, ſupernis irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatũ ſupernali uirtute in curru ſplendente, ſimul & igneo, ſibi demonſtrari à Domino, ut tanquã ueri Iſraelitæ poſt illum incederent, qui uirorum ſpiritualium, ut alter Helias factus fuerat à Deo currus, & auriga. Credendum ſanè, quòd ille horum ſimplicium aperuit oculos ad preces Franciſci, ut uiderent magnalia Dei, qui oculos quondam aperuerat pueri ad uidendum montem plenum equorum, & igneorum curruum in circuitu Heliſei. Regreſſus autem uir ſanctus ad fratres, cœpit conſcientiarũ ipſorum ſecreta rimari, confortare ipſos de uiſione illa mirabili, & de profectu ordinis multa futura prędicere. Cumq; patefaceret plurima, quæ ſenſum tranſcendebant humanum, uerè cognouerunt fratres, ſuper ſeruum ſuum Franciſcum ſpiritum Domini in tanta plenitudine quieuiſſe, quod poſt ipſius doctrinam, & uitam, erat eis proficiſci tutiſsimum.

Poſt

Poſt hæc puſilli gregis paſtor Franciſcus ad ſanctam Mariam de Porciuncula duodenarium illum fratrum numerum, ſuperna gratia præeunte,deduxit,ut ubi meritis matris Domini Minorũ ſumpſerat ordo initium,ipſius illic ſuſciperet auxilijs incrementum.Ibi quoque factus Euangelicus præco,ciuitates circuibat,& caſtra,non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in uirtute ſpiritus annuncians regnum Dei. Videbatur intuentibus homo alterius ſeculi, quippe qui mente ac facie in cœlum ſemper intentus,omnes ſurſum trahere conaretur. Cœpit ex hoc Chriſti uinea germinare germen odoris Domini, & productis ex ſe floribus ſuauitatis, honoris, & honeſtatis uberes fructus afferre.Nam prędicationis ipſius feruore ſuccenſi quamplurimi, ſecundum formam à Dei uiro acceptam,nouis ſe pœnitentiæ legibus uinciebant:quorũ uiuendi modum idẽ Chriſti famulus ordinẽ fratrũ de pœnitentia nominari decreuit.Nimirũ ſicut in cęlum tendentibus, pœnitentię uiam omnibus conſtat eſſe cõmunem,ſic & hic ſtatus clericos & laicos,uirgines & coniugatos in utroq; ſexu admittens, quãti ſit apud Deum meriti,ex pluribus per aliquos ipſorũ patratis miraculis innoteſcit.Conuertebantur etiam Virgines ad perpetuũ 14 cœlibatum:inter quas uirgo Deo chariſsima Clara,ipſarum plantula prima,tanquã flos uernans & candidus,odorem dedit,& tanꝗ ſtella præfulgida radiauit. Hæc nunc 15 glorificata in cœlis,ab Eccleſia dignè ueneratur in terris,quæ filia fuit in Chriſto ſancti patris Frãciſci pauperculi,& mater pauperum dominarum.

14 *Si Virgines ad perpetuum cœlibatum conuertebantur, falſum eſt impoſsibile eſſe Deo fauente Virginitatem ſeruare.*

15 *Clara nunc glorificata in cœlis, ab eccleſia digne ueneratur in terris.*

Multi etiam non ſolum deuotione compuncti, ſed & perfectionis Chriſti deſiderio inflammati,omni mundanorũ uanitate contempta, Franciſci ueſtigia ſequebantur.Qui quotidianis ſuccreſcentes profectibus,uſq; ad fines orbis terræ celeriter peruenerunt. Faciebat nanq; ſancta paupertas,quã ſolam deferebant pro ſumptibus,ipſos ad omnẽ obedientiam promptos, robuſtos ad labores, & ad itinera expeditos. Et quia nihil terrenũ habebant,nihil amabant,nihilq; timebant amittere;ſecuri erant ubiq;,nullo pauore ſuſpẽſi,nulla cura diſtracti, tanꝗ qui abſque mentis turbatione uiuebant,& ſine ſolicitudine diem craſtinum,& ſerotinũ hoſpitium expectabant. Multa quidẽ eis in diuerſis partibus orbis inferebantur conuitia,tanꝗ perſonis deſpicabilibus, & ignotis:uerũ amor Euangelij Chriſti adeò ipſos patientes effecerat, ut quærerent potius ibi eſſe, ubi perſequutionẽ paterentur in corpore,quàm ubi,cognita ſanctitate ipſorũ,mundano poſſent gloriari fauore.Ipſa quoque rerũ penuria ſuperabundans eis uidebatur ubertas, dum iuxta conſilium ſapientis,pro magno ipſis minimũ cõplacebat.

Sanè cũ ad infidelium partes aliqui ex fratribus perueniſſent, contigit ut quidam Saracenus pietate cõmotus,pecuniam eis offerret pro neceſſario uictu.Illis autẽ recuſantibus accipere,admiratus eſt homo,

cernens quòd inopes eſſent. Intellecto tandem quòd pauperes effecti amore Dei, pecuniam poſsidere nolebant, tanta eſt eis affectione coniunctus, ut offerret ſe ad miniſtrandũ omnia neceſſaria, quãdiu facultatum ſibi aliquid ſupereſſet. O' inæſtimabilis pretioſitas paupertatis, cuius miranda uirtute mens feritatis barbaricæ in tantã miſerationis eſt ĩmutata dulcedinẽ. Horrendum eſt proinde ac nepharium ſcelus, ut hanc margaritã nobilem uir Chriſtianus conculcet, quã tanta ueneratione extulit Saracenus.

Eo tempore religioſus quidam de ordine cruciferorũ, Moricus nomine, in hoſpitali quodã prope Aſsiſium languore tam graui, tamq; prolixo laborans, ut iam morti foret adiudicatus à medicis, uiro Dei ſupplex factus, per nuncium poſtulabat inſtanter, ut pro ſe ad Dominũ intercedere dignaretur. Cui beatus Pater benignè aſſentiens, oratione præmiſſa, panis micas accepit, & cum oleo accepto de lampade, quæ coram uirginis ardebat altari, cõmiſcens, quaſi quoddam electuarium per manus fratrũ infirmanti tranſmiſit, dicens: Medicinã hanc fratri noſtro deferte Morico, qua ipſum Chriſti uirtus, nõ ſolum plenæ ſanitati reſtituet, uerumetiam robuſtum bellatorem effectũ, aciei noſtræ perſeuerauter adiunget. Statim autem ut antidotũ illud, ſancti ſpiritus adinuentione confectũ, æger homo guſtauit, ſanus exurgens, tantũ mentis & corporis à Deo uigorẽ obtinuit, ut paulopoſt uiri ſancti religionẽ ingreſſus, & unica tantũ operiretur tunicula, ſub qua longo tẽpore loricam portabat ad carnẽ, & 16 crudis duntaxat cibariis, herbis, uel leguminibus, fructibusq; contentus, per plura temporum luſtra nec panem guſtaret, nec uinum, fortis tamen, & incolumis perſeuerans.

16 *Vide miram ſancti uiri abſtinentiã, qui nec panẽ nec uinum per multum temporis deguſtauit, et crudis duntaxat cibis uſus eſt.*

Creſcentibus quoque uirtutũ meritis in paruulis Chriſti, odor opinionis bonæ circũquaq; diffuſus, ad pręſentiam ſancti patris uidendã, plurimos è diuerſis mundi partibus attrahebat. Inter quos quidam ſecularium cantionũ curioſus inuentor, qui ab Imperatore fuerat coronatus, & inde Rex uerſuũ dictus, uirũ Dei contemptorẽ mundialium adire propoſuit. Cumq; apud Caſtrum ſancti Seuerini eũ prædicantem reperiſſet in monaſterio quodam, facta manu Domini ſuper ſe, uidit eundẽ Crucis Chriſti prædicatorem Franciſcum, duobus tranſuerſis enſibus, ualde fulgentibus, in modum Crucis ſignatũ, quorum unus à capite ad pedes, alius à manu in manũ per pectus tranſuerſaliter tendebatur. Non nouerat facie ſeruũ Chriſti; ſed tanto monſtratũ miraculo mox agnouit. Subito ſtupefactus ad uiſum, incipit meliora proponere. Tandemq; uerborũ ipſius cõpunctus uirtute, tanquã ſi eſſet gladio ſpiritus ex eius ore procedente transfixus, ſecularibus pompis omnino contemptis, beato patri profeſsione cohæſit. Propter quod uidens ipſum uir ſanctus ab inquietudine ſeculi ad Chriſti pacẽ per-

fectè conuerſum, fratrem Pacificū appellauit. Hic poſtmodū in omni ſanctitate proficiens, antequā fieret miniſter in Francia (ſiquidem primus ibidem miniſterij geſsit officium) meruit iterato magnū Thau in fronte Franciſci uidere; quod colorū uarietate diſtinctum, faciem ipſius miro uenuſtabat ornatu. Hoc quippe ſignū uir ſanctus magno uenerabatur affectu, frequenti cōmendabat eloquio, & in eis, quas dirigebat, literulis manu propria ſubſcribebat, tanquam ſi omne ipſius ſtudium foret ſignare Thau, iuxta dictum propheticum, ſuper frontes uirorum gementium, & dolentium ad Chriſtum Ieſum ueraciter conuerſorum.

Proceſſu quoque tēporis multiplicatis iam fratribus, cœpit eos paſtor ſolicitus in loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula ad generale Capitulum conuocare; ut in funiculo diſtributionis diuinę, in terra paupertatis eorū unicuiq; tribueret obedientiæ portionē. Vbi licet omnium neceſſariorum eſſet penuria, fratrumq; multitudo ultra quinque milia conueniret aliquando, diuina tamen opitulante clementia, & uictus ſufficientia ſuberat, & ſalus comitabatur corpora, & ſpiritualis iocunditas affluebat. Capitulis uero Prouincialibus quia corporalem pręſentiam exhibere non poterat, per ſolicitam curā regiminis, inſtantiam precis, & efficaciam benedictionis, ſpiritu præſens erat, quamuis aliquando, mira Dei faciente uirtute, uiſibiliter appareret. Dum enim egregius prædicator, qui & nunc Chriſti præclarus confeſſor Antonius, de titulo Crucis, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, in Arelatenſi Capitulo fratribus prædicaret, quidam frater probatæ uirtutis Monaldus nomine, ad oſtium Capituli diuina cōmonitione reſpiciens, uidit corporeis oculis beatū Franciſcum in aëre ſubleuatū, extenſis uelut in Cruce manibus benedicentē fratres. Tanta uerò & tam inſolita fratres omnes conſolatione ſpiritus repletos ſe fuiſſe ſenſerunt, ut de uera ſancti patris præſentia, certum eis intra ſe ſpiritus teſtimonium perhiberet: licet poſtmodum id non ſolum per euidentia ſigna, uerū etiam per eiuſdē ſancti patris uerba exteriori fuerit atteſtatione compertum. Credendum ſanè quod omnipotentis Dei uirtus, quæ Ambroſium pium & ſacrum Antiſtitem tumulationi glorioſi conceſsit intereſſe Martini, ut pium Pontificem pio uenerarętur officio, etiam ſeruū ſuū Franciſcum prædicationi præſentauit ueracis ſui præconis Antonij, ut approbaret ueritatis eloquia, præcipue Crucis Chriſti, cuius erat baiulus, & miniſter.

Cum autem dilatato iam ordine, uiuendi formā per dominū Innocentium approbatā, diſponeret per ſucceſſorem ipſius Honorium in perpetuū facere roborari, huiuſmodi fuit à Deo reuelatione cōmonitus. Videbatur quidem ſibi de terra micas panū ſubtiliſsimas collegiſſe, multiſq; famelicis fratribus ipſum circūſtantibus debere tribuere.

Cumq; micas tam tenues diſtribuere formidaret, ne forte inter manus exciderent, uox ei deſuper ait: Franciſce, unam de micis omnibus hoſtiam facito, & manducare uolentibus tribue. Quo id agente, quicunque illud non deuotè recipiebant, aut receptum cōtemnebant donum, mox lepra infecti, notabiles apparebant. Recitat mane uir ſanctus hæc omnia focijs, dolens ſe non percipere myſterium uiſionis. Sequenti uero die cū uigil in oratione perſiſteret, huiuſmodi uocem de cœlo delapſam audiuit; Franciſce, micæ pręteritæ noctis uerba Euangelica ſunt, hoſtia regula, lepra iniquitas. Volens igitur cōfirmandam regulam ex uerborū Euangelij aggregatione profuſius traditam, ad cōpendioſiorem formā, iuxta quod dictabat uiſio monſtrata, redigere, in montē quendam cū duobus ſocijs, ſpiritu ſancto ducente, cōſcen

17 *Ecce ieiunium in pane & aqua.*

dit, ubi 17 pane tantū contentus, & aqua, ieiunans conſcribi eam fecit, ſecundum quod oranti ſibi diuinus ſpiritus ſuggerebat. Quā cum de monte deſcendens ſeruandam ſuo Vicario cōmiſiſſet, & ille paucis elapſis diebus, aſſereret per incuriam perditam, iterato ſanctus uir ad locū ſolitudinis redijt, eamq; inſtar prioris, ac ſi ex ore Dei uerba ſuſciperet, ilicò reparauit, & per ſupradictum dominū Papā Honorium octauo Pontificatus illius anno, ſicut optauerat, obtinuit confirmari. Ad cuius obſeruantiam fratres feruenter inducens, dicebat, ſe nihil ibi

18 *Beatus Franciſcus ſicut diuina reuelatione acceperat, regulā ſuam ſcribi fecit.*

potuiſſe ſecundum induſtriam propriam, ſed omnia ſic ſcribi feciſſe, 18 ſicut ſibi fuerant diuinitus reuelata. Quod ut certius conſtaret teſtimonio Dei, paucis admodum euolutis diebus, impreſſa ſunt ei ſtigmata Domini Ieſu digito Dei uiui, tanꝗ bulla ſummi Pōtificis Chriſti, ad confirmationem omnimodam regulæ, & cōmendationem auctoris; ſicut poſt ſuarum enarrationem uirtutum ſuo loco inferius deſcribetur.

De Auſteritate uitæ; Et quomodo creaturæ præbebant ei ſolatium. Cap. 5.

Cum igitur cerneret uir Dei Franciſcus, ſuo exemplo ad Crucem Chriſti baiulandam feruenti ſpiritu plurimos animari, animabatur & ipſe tanquā bonus dux exercitus Chriſti, ad palmam uictoriæ per culmen inuictæ peruenire uirtutis. Attendens enim illud Apoſtoli uerbum: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cū uitijs, & concupiſcentijs: ut Crucis armaturam ſuo ferret in corpore, 19

19 *Vide quanta diſcipline rigiditate ſanctus pater carnis concupiſcentiam edomaret, uide & miram eius abſtinentiam.*

tanta diſciplinæ rigiditate ſenſuales appetitus arcebat, ut uix neceſſaria ſumeret ſuſtentationi naturæ. Difficile nanq; fore dicebat, neceſsitati corporis ſatisfacere, & pronitati ſenſuū non parere. Propter quod cocta cibaria ſanitatis tempore uix admittebat, & raro: admiſſa uerò aut conficiebat cinere, aut cōndimenti ſaporem admixtione aquæ ut plurimum reddebat inſipidum. De potu quid dicam, cūm & de aqua frigida, dum ſitis æſtuaret ardore, uix ad ſufficientiam biberet? Modos

dos adinueniebat abſtinentiæ potioris, & quotidie exercitatione creſcebat: licetq; iam perfectionis culmen attingeret, tanquàm incipiens ſemper aliquid innouabat, afflictionibus carnis puniendo libidinem. Egrediens tamen exterius propter uerbum Euangelij, conformabat ſe ſuſcipientibus ipſum in qualitate ciborum; cum tamen ad interiora regreſſus, diſtrictè ſeruaret rigidam abſtinentiæ parcitatẽ. Sicq; ſeipſum auſterum ſibi, humanum proximo, ſubiectum Euangelio Chriſti per omnia reddens, non ſolum abſtinendo, uerumetiam manducando præbebat ædificationis exẽplum. Nuda humus ut frequentius 20 lectus erat laſſato corpuſculo; & ſæpius ſedens, ligno uel lapide ad caput poſito, dormiebat; unica paupere contectus tunicula, in nuditate Domino ſeruiebat, & frigore.

20 Nuda humo frequẽtius dormiebat uir Dei.

Interrogatus aliquando, quomodo ueſtitu tam tenui ſe poſſet ab hyemalis algoris aſperitate tueri, in ſpiritus feruore reſpondit: Si ſupernæ patriæ flãma per deſideriũ contegeremur interius, frigus iſtud exterius facilè portaremus. 21 Veſtis horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, aſſerens propter hoc Ioannẽ Baptiſtam ore diuino fuiſſe laudatum. Si quando uero in data ſibi tunica lenitatẽ ſentiret, cordulis eam contexebat interius, quia non in caſulis pauperum, ſed in palatijs principum, iuxta ueritatis uerbum, ueſtimentorum dicebat requirendam eſſe mollitiem. Experientia enim certa didicerat, dæmones aſperitate terreri, delitioſis autem & mollibus ueſtibus ad tentandum fortius animari. Vnde cũ nocte quadam propter infirmitatem capitis, & oculorum, prȩter ſolitum morem ceruical de pluma poſitum haberet ad caput, dȩmon in illud ingreſſus, ipſum uſque ad horã matutinalem inquietatum multimode à ſanctæ orationis ſtudio perturbauit, donec uocato ſocio puluinar cum dæmonio fecit extra cellulam longius exportari. Egreſſus autẽ cum puluinari frater de cella, membrorũ omnium uires amiſit & uſum, quouſque ad uocem ſancti patris hoc cognoſcentis in ſpiritu, uigor priſtinus cordis & corporis ſibi fuit plenarie reſtitutus.

21 Ecce quanta in beato patre ueſtitus uilitas & aſperitas, & uide mirabile de auſteritate ueſtimentorum.

Rigidus in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam ſtabat, curam per maximam gerens de utriuſque hominis puritate ſeruanda. Quapropter circa conuerſionis ſuæ primordia tempore hyemali in foueam glacie plenam ſeipſum plerunque mergebat, ut & domeſticum ſibi hoſtem perfectè ſubigeret, & candidum ueſtimentũ pudoris à uoluptatis incendio prȩſeruaret. Tolerabilius uiro ſpirituali fore incomparabiliter aſſerebat, magnum ſuſtinere frigus in carne, quàm ardorem carnalis libidinis uel modicum ſentire in mente. Cum autẽ apud eremum de Sarthiano nocte quadam orationi uacaret in cellula, uocauit eũ hoſtis antiquus tertio, dicens: Franciſce, Franciſce, Franciſce. Cui cũ quid quæ-

reret, reſpondiſſet, fallaciter ille ſubiungit: Nullus eſt in mundo peccator, cui ſi conuerſus fuerit, non indulgeat Deus: ſed quicunque ſemetipſum pœnitentia dura necauerit, miſericordiā non inueniet in æternum. Statim uir Dei per reuelationem cognouit hoſtis fallaciam, quo modo uiſus fuerit eum ad tepida reuocare. Nā hoc ſequens indicauit euentus. Continuo enim poſt hoc ad inſufflationem illius, cuius alitus prunas ardere facit, grauis ipſum carnis tentatio apprehendit. Quam ut præſenſit caſtitatis amator, depoſita ueſte, corda cępit ſe uerberare fortiſsime: Eia, inquiens, frater Aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum. Tunica religioni deſeruit, ſanctitatis ſignaculum præfert; furari eam libidinoſo non licet; ſi quouis pergere, perge. 22 Inſuper & mirando feruore ſpiritus animatus, aperta cella foras exiuit in hortum, & in magnam demergens niuem corpuſculum iam nudatum, ſeptem ex ea plenis manibus cœpit compingere maſſas, quas ſibi pro ponens, ſuo ſic exteriori homini loquebatur: Ecce, inquit, hæc maior uxor tua eſt, quatuor iſtæ duo filij & duæ filiæ, reliquæ duæ ſeruus & ancilla, quos ad ſeruiendum habere oportet. Feſtina igitur omnes induere, quoniam frigore moriuntur. Si uero eorum multiplex ſolicitudo moleſtat, uni Domino ſolicitè ſerui. Ilico tentator uictus abſceſſit, & uir ſanctus cū uictoria in cellam redijt, quia dum bene pęnaliter arſit foris, ardorē interius ſic extinxit libidinis, ut deinceps tale aliquid minime ſentiret. Quidā autem frater, qui tunc orationi uacabat, hæc omnia, luna clarius incedente, proſpexit. Cōperto uir Dei, ꝙ hæc ille nocte uidiſſet, reſerans ei tentationis proceſſum, præcepit ut quandiu ipſe uiueret, nulli uiuenti rem, quam uiderat, propalaret.

22 Vides quod totū ſancti uiri propoſitum erat, uitiorum concupiſcētias radicitus de animo ſuo euelleret.

Non ſolum autem 23 mortificari debere docebat uitia carnis, & eius incentiua frenari, uerum etiam exteriores ſenſus, per quos mors intrat ad animā, ſumma uigilantia cuſtodiri. Mulierum 24 familiaritates, colloquia, & aſpectus, qui multis ſunt occaſio ruinæ, ſolicitius euitari iubebat, aſſerens per huiuſmodi debilem frangi, & fortē ſæpe ſpiritum infirmari. Harum contagionē euadere conuerſantem cū eis, niſi probatiſsimū uirum, tam facile dixit, ꝗ iuxta ſcripturam, in igne ambulare, & non cōburere plantas. Si quidē ipſe adeò auerterat oculos ſuos, ne huiuſmodi uanitatē uiderent, ꝙ (ſicut aliquando ſocio dixit) quaſi nullam recognoſcebat in facie. Non enim ſecurum eſſe putabat, earū formarū introrſus haurire imagines, quę poſſunt aut edomitæ carnis reſuſcitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Aſſerebat etiam friuolum eſſe mulieris colloquium, excepta ſola confeſsione, uel inſtructione breuiſsima, iuxta quod & ſaluti expedit, & congruit honeſtati. Quæ ſunt, inquit, religioſo cū muliere tractanda negocia, niſi cū ſanctam pœnitentiam, uel melioris uitæ conſilium religioſa petitione depoſcit? Ex nimia ſecuritate minus cauetur ho-

23 Mortificāda ſunt carnis uitia, & eius incentiua frenanda, exterioresq; ſenſus ſumma uigilantia cuſtodiendi.

24 Quid hic dicent hæretici noſtri qui nunquam à lateribus fœminarū recedere uolunt? Hoc modo uiuere nullus unquā ſanctorum patrū repertus eſt.

ſtis: Et diabolus ſi de ſuo capillũ poteſt habere in homine, cito excreſcere facit in trabem.

Ocium autẽ omnium malarum cogitationum ſentinam, docebat ſummopere fugiendum, exemplo demonſtrans, rebellem carnem, & pigram, diſciplinis 25 continuis & fructuoſis laboribus eſſe domandam. Vnde corpus ſuum fratrem Aſinum appellabat, tanꝗ laborioſis ſupponendum oneribus, crebris cędendum flagellis, & uili pabulo ſuſtentandum. Si quem uero cernebat ocioſum, & uagum, aliorũ uelle manducare labores, fratrem muſcam nominandũ cenſebat, eò quòd talis nihil boni faciẽs, ſed benefacta inficiens, uilem & abominabilem ſe omnibus reddat. Propter quod dixit aliquando: Volo fratres meos labore exercitari, ne ocio dediti, per illicita corde, aut lingua uagẽtur. Euangelicũ ſiquidem uolebat à fratribus obſeruari ſilentium, ut uidelicet ab omni ocioſo uerbo omni tẽpore abſtinerent ſolicitè, tanquam reddituri in die iudicij de huiuſmodi rationem. Sed & ſi quẽ inueniſſet fratrẽ uerbis aſſuetum inanibus, acriter arguebat, taciturnitatem modeſtam, & puri cordis affirmans cuſtodiam, & non modicam eſſe uirtutem, pro eo quod mors & uita fore dicuntur in manibus linguæ, non tam ratione guſtus, quam ratione loquelæ.

25 *Facit hoc cõtra noſtri temporis Euangeliſtas, qui nullas pati uolunt tribulationes, nullos labores ſuſtinere ut regnum cœlorum adipiſcãtur, ſed tantum fidei illi ſua inani confidentes, in otio & inertia uitã ducunt.*

Licet autem pro uiribus ad uitam auſteram fratres induceret, non tamen ei placebat diſtrictionis ſeueritas, quæ pietatis non induit uiſcera, nec eſt diſcretionis ſale condita. Cum enim quadam nocte unus ex fratribus præ nimietate abſtinentiæ admodũ fame cruciatus, nullam poſſet habere quietem, intelligeretq; pius paſtor oui ſuæ ĩminere periculum, uocauit fratrem, appoſuit panem, & ut ruborem illi tolleret, cœpit ipſe prior comedere, eumq; ad manducandũ dulciter inuitare. Depoſuit frater uerecundiam, ſumpſit cibũ, gauiſus quamplurimũ, ꝙ per circunſpectam condeſcenſionem paſtoris, & corporis euaſiſſet diſpendium, & non modicũ accepiſſet ædificationis exẽplum. Mane facto fratribus conuocatis in unum, uir Dei referens quod acciderat nocte, prouida cõmonitione ſubiunxit: Sit uobis, fratres, non cibus, ſed charitas in exemplum. Docuit inſuper eos diſcretionẽ ſequi, ut aurigam uirtutũ, non eã quã caro ſuadet, ſed quã edocuit Chriſtus, cuius ſacratiſsimã uitã expreſſum conſtat eſſe perfectionis exẽplar. Et quoniam agnũ ſine macula Crucifixum non eſt poſsibile homini carnis infirmitate circundato, ſic perfectè ſectari, quin aliquas contrahat ſordes, ideo documẽto certo firmabat eos, qui perfectioni uitæ uigilanter intendunt, quotidianĩs debere ſe lachrymarũ emundare fluentis. Licet enim iam eſſet adeptus cordis & corporis puritatẽ mirabilem, nõ ceſſabat tamen lachrymarũ imbribus iugiter oculos expiare mentales, corporeorũ luminũ non ponderando iacturam. Cũ enim ex continuo fletu infirmitatẽ oculorũ incurriſſet grauiſsimam, ſuadente ſibi

medico,quod abſtineret à lachrymis,ſi corporei uiſus cęcitatem uellet effugere,uir ſanctus reſpondit:Non eſt,frater medice,ob amorē luminis,quod habemus cōmune cū muſcis,uiſitatio lucis ęternæ repellenda uel modicū,quia non ſpiritus propter carnē,ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accepit.Malebat ſiquidē corporalis uiſus lumen amittere, ꝙ lachrymas,quibus oculus mundatur interior, ut Deū uidere ualeat,repreſſa deuotione ſpiritus impedire.

Cum autē ſemel daretur conſilium à medicis,& inſtanter ſuaderetur à fratribus, ut pateretur ſibi per remediū ſubueniri cocturæ, humiliter uir Dei aſſenſit, quia ſalutiferum hoc, ſimul & aſperum eſſe cernebat. Vocatus itaque uenit Chirurgicus,inſtrumentū ferreū igni ſūmittens ad faciendam cocturā. At Chriſti ſeruus corpus iam horrore concuſſum confortans,ſicut amicū,cępit ignē alloqui,dicens:Mi frater ignis præ cæteris rebus æmulandi decoris, uirtuoſum,pulchrū, & utilem te creauit altiſsimus,eſto mihi hac hora propitius,eſto curialis; Precor magnū Dominū,qui te creauit,ut tuū mihi calorem temperet,quo ſuauiter urentem ualeam ſuſtinere.Oratione finita,contra ignē candeſcens ferreū inſtrumentū ſignū Crucis ædidit, ac deinceps intrepidus perſiſtebat.Profundatū eſt crepitans ferrū in tenera carne & ab aure uſq; ad ſupercilium coctura protracta. Quantū irrogauerit ignis ille dolorē, uir ipſe ſanctus expreſsit: Laudate, inquit ad fratres, altiſsimū, quia uerè dico uobis,nec ignis ardorē ſenſi, nec carnis ullum dolorē. Et conuerſus ad medicum: Si non eſt,inquit,caro bene decocta, imprime iterū. Expertus medicus in inualida carne uirtutē ſpiritus tam potentē,miratus eſt,& diuinū hoc miraculum extulit,dicens:Dico uobis fratres,uidi mirabilia hodie. Quia enim ad tantā deuenerat puritatē, ut caro ſpiritui,& ſpiritus Deo, harmonia mirabili concordarent,diuina ordinatione fiebat,ut creatura creatori ſuo deſeruiens,uoluntati & imperio eius mirabiliter ſubiaceret. Alio etiam tēpore apud eremum ſancti Vrbani, ſeruo Dei ægritudine grauiſsima laborante, cū ipſe naturæ defectū ſentiens, uini poculum poſtulaſſet, nihilq; de uino,quod ſibi dari poſſet,reſponderetur adeſſe, iuſsit aquā afferri,& allatam ſigno 26 Crucis ædito benedixit. Mox uinū efficitur optimum quod fuerat aqua pura,& quod deſerti loci paupertas non potuit,uiri ſancti puritas impetrauit.Ad cuius guſtum tanta protinus facilitate conualuit, ut ſaporis nouitas, & innouatio ſanitatis, guſtabile ac guſtantem ſupernaliter innouantes, perfectam in ipſo expoliationem ueteris hominis, & induitionem noui duplici atteſtatione firmarent.

26 *Signo Crucis edito Beatus Franciſcus aquam puram in uinum optimum commutauit.*

Non ſolum creatura ſeruo Dei ſeruiebat ad nutum,ſed & creatoris ubiq; prouidentia condeſcendebat ad placitam.Cū enim tēpore quodam ex multarū infirmitatū concurſu,aggrauato corpore, ad iocun-

ditatem ſpiritus excitandam, alicuius audiendi ſoni harmoniaci deſiderium habuiſſet, nec id honeſtatis decentia per miniſteriũ fieri pateretur humanũ, affuit Angelorũ obſequiũ ad uiri ſancti placitũ adimplendum. Nocte etenim quadam uigilante ipſo, & meditante de Domino, repente inſonuit cithara quædã harmoniæ mirabilis, & ſuauiſſimæ melodiæ. Non uidebatur aliquis, ſed tranſitum & reditũ citharedi, ipſa hinc inde auditus uolubilitas innuebat. Spiritu in Deũ directo, tanta fuit in illo dulci ſono carmine ſuauitate perfruitus, ut aliud ſe putaret ſeculũ cõmutaſſe. Hoc & fratres ſibi familiares non latuit, qui per certa frequenter conſpiciebant indicia, eum tam exceſsiuis & crebris conſolationibus à Domino uiſitari, ut nec ipſas omnino occultare ualeret.

Alio quoque tẽpore, uiro Dei prædicationis cauſa inter Lombardiam & Marchiam Teruiſinam iter agente cũ fratre ſocio iuxta Padum, tenebroſa noctis ſuperuenit obſcuritas: Cumq; uia eſſet expoſita periculis magnis & multis, propter tenebras, fluuium, & paludes, dixit ſocius ad uirum ſanctum: Ora pater, ut de inſtantibus periculis liberemur. Cui uir Dei cũ fiducia multa reſpondit: Potens eſt Deus, ſi placet ſuæ dulcedini, tenebrarũ effugata caligine, beneficium nobis impendere lucis. Vix ſermonẽ cõpleuerat, & ecce tanta lux illico cœpit circa eos ſuperna radiare uirtute, ut nocte alijs exiſtente obſcura, ipſi luce clara uiderent non ſolum uiam, uerũ etiam plurima circunquaq;. Cuius lucis ducatu corporaliter directi, & ſpiritualiter confortati, uſq; ad locum hoſpitij per non modicũ uiæ ſpacium cum diuinis hymnis & laudibus incolumes peruenerunt. Perpende quantæ fuerit uir iſte mundiciæ, quantæq; uirtutis, ad cuius nutum ſuũ ignis ardorẽ contemperat, aqua ſaporem cõmutat, Angelica præbet melodia ſolatium, & lux diuina ducatũ; ut ſic ſanctificatis uiri ſancti ſenſibus, omnis probetur mundi machina deſeruire.

De humilitate, & obedientia; Et de condeſcenſionibus diuinis ſibi factis ad nutum. Cap. 6.

Omnium uirtutum cuſtos & decor humilitas, copioſa uirum Dei ubertate repleuerat. In propria quidẽ reputatione nihil erat, niſi peccator, cũ in ueritate ſpeculum eſſet, & ſplendor omnimodę ſanctitatis. Super hanc ſtuduit ædificare ſeipſum, ut ſapiens architectus, fundamentum præiaciens, quod à Chriſto didicerat. Dicebat propter hoc filium Dei de altitudine ſinus paterni ad noſtra deſpicabilia deſcendiſſe, ut tam exemplo q̃ uerbo Dominus & magiſter humilitatẽ doceret. Propter quod ſtudebat, tanq̃ Chriſti diſcipulus, in oculis ſuis & aliorũ uileſcere, à ſummo dictũ eſſe Magiſtro cõmemorans: Quod altum eſt apud homines, abominatio eſt apud Deũ. Sed & uerbũ hoc dicere ſolitus erat: Quantũ homo eſt in oculis Dei, tantum eſt, & non

plus. Stultum proinde iudicans mundanis extolli fauoribus, gaudebat de opprobrijs, & de laudibus triſtabatur. Malebat quidē de ſe uituperium audire, quàm laudem, ſciens quòd hoc ad emendandum induceret, illa impelleret ad cadendum. Et ideo ſæpe cū populi merita in eo ſanctitatis extollerent, præcipiebat alicui fratri, ut in contrarium uerba ipſum uilificantia ſuis auribus inculcando proferret. Cumq; frater ille licet inuitus, eum ruſticū, & mercenarium imperitum & inutilem diceret, exhilaratus tam mente quàm facie reſpondebat: Benedicat tibi Dominus fili chariſsime, quia tu ueriſsima loqueris, & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Vt autem ſe cæteris deſpicabilem redderet, non parcebat rubori, quin in prædicatione coram omni populo proprios manifeſtaret defectus.

Accidit ſemel ut infirmitate grauatus, rigorem abſtinentię pro recuperanda ſanitate modicū relaxaret. Viribus autē corporis utcunq; reſumptis, uerus ſui contemptor, ad propriæ carnis animatus opprobrium: Non eſt, inquit, conueniens, ut populus abſtinentē me credat, & ego è contrario reficiar in occulto. Surrexit propterea ſanctæ humilitatis ſpiritu inflāmatus, & in platea ciuitatis Aſsiſij populo conuocato, ſolenniter cum fratribus multis, quos ſecum adduxerat, maiorē introiuit Eccleſiam, funeq; ad collum ligato, nudum cū fœmoralibus ſolis in oculis omnium ſe trahi cœpit uſque ad lapidem, in quo malefactores puniendi conſueuerant collocari. Super quem conſcendens, licet quartanarius eſſet, & debilis, acerbi frigoris tēpore cum multo uigore animi prædicauit. Audientibusq; cunctis, aſſeruit ſe non tanquam ſpiritualem honorandum fore, quinimo tanquam carnalem, & glutonem ab omnibus contemnendum. Igitur qui conuenerant, tā ingenti uiſo ſpectaculo admirati ſunt, & quia ipſius auſteritatē iam nouerant, deuotione compuncti, humilitatē huiuſmodi magis admirabilem quā imitabilem proclamabant. Licet autē id magis uideatur portentum fuiſſe, inſtar prophetalis uaticinij, quàm exēplum, tamen uere documentum extitit humilitatis perfectæ, quo Chriſti ſectator inſtruitur tranſitoriæ laudis præconium debere contemnere, tumentis quoq; iactantiæ cōprimere factum, & fraudulentæ ſimulationis mendacium confutare. Multa quidem in hunc modū ſępius faciebat, ut exterius tanquam uas perditum fieret, & ſanctificationis ſpiritum interius poſsideret.

Studebat bona Domini ſui arcano pectoris condere, nolens patere gloriæ quod poſſet occaſio eſſe ruinæ. Nam ſæpe cum beatificaretur à pluribus, uerbū huiuſmodi proferebat: Filios & filias adhuc habere poſſem, nolite laudare ut ſecurū: Nemo laudandus, cuius incertus eſt exitus. Iſta quidē laudantibus. Ad ſe autē ſic: Latroni ſi tanta contuliſſet altiſsimus, gratior te foret, Franciſce. Dicebat fratribus ſæpe: De omni eo, quod peccator poteſt, nemo ſibi debet iniquo applauſu blan

diri. Peccator, ait, ieiunare poteſt, orare, plangere, carnemq; propriam macerare: hoc ſolū non poteſt, Domino ſcilicet ſuo eſſe fidelis. In hoc itaq; gloriandum, ſi ſuam Domino gloriam reddimus; ſi fideliter ſeruientes ipſi quicquid donat aſcribimus. Vt autē pluribus modis negociator hic Euangelicus lucraretur, ac totum pręſens tempus conflaret in meritū, non tam præeſſe uoluit, quàm ſubeſſe, nec tam præcipere, quàm parere. Idcirco generali cedens officio, Guardianū petijt, 27 cuius uoluntati per omnia ſubiaceret. Tam enim uberem afferebat ſanctæ obedientiæ fructum, ut eis, qui iugo ipſius colla ſubmitterent, nil temporis ſine lucro tranſirent: unde & fratri, cum quo erat ſolitus ire, ſemper obedientiam promittere conſueuerat, & ſeruare. Dixit aliquando ſocijs: Inter alia quæ dignanter pietas mihi diuina conceſsit, hanc gratiam contulit, quòd ita diligenter Nouicio unius horæ obedirem, ſi mihi Guardianus daretur ſicut antiquiſsimo, & diſcretiſsimo fratri. Subditus, inquit, prǫlatum ſuum non hominē conſiderare debet, ſed illum, pro cuius eſt amore ſubiectus. Quanto enim contēptibilior pręſidet, tanto magis humilitas obedientis placet.

27 *Ecce quanta fuerit in beato patre obedictia et humilitas.*

Cum uerò uicē quadā quæreretur ab eo, quis eſſet uerus obediens iudicandus, corporis mortui ſimilitudinem pro exemplo propoſuit. Tolle, inquit, corpus exanime, & ubi placuerit, pone: Videbis non repugnare motum, non murmurare ſitum, non reclamare dimiſſum. Quòd ſi ſtatuatur in cathedram, non alta, ſed ima reſpiciet; Si collocetur in purpura, duplo paleſcet. Hic, ait, uerus obediens eſt, qui cur moueatur, non dijudicat, ubi locetur non curat, ut tranſmutetur non inſtat, euectus ad officium ſolitam tenet humilitatem, plus honoratus plus reputat ſe indignum. Dixit aliquando ſocio ſuo: Nō mihi uideor frater minor, niſi fuero in ſtatu, quem tibi deſcripſero. Ecce prælatus exiſtens fratrum, uado ad capitulum, prædico & cōmoueo fratres; & in fine dicitur contra me: Non conuenis uobis, quia illiteratus es, elinguis, idiota, & ſimplex: Tandem eijcior cum opprobrio, uilipenſus ab omnibus. Dico tibi, niſi eodem uultu, eadem mentis lætitia, & eodem ſanctitatis propoſito, hęc uerba audiero, frater minor nequaquā ſum. Et addebat: In prælatione caſus, in laude pręcipitium, in humilitate ſubditi animæ lucrū eſt. Cur ergo periculis plus quàm lucris attendimus, cum acceperimus tempus ad lucrum? Hac igitur de cauſa humilitatis forma Franciſcus fratres ſuos uoluit uocari minores, & prælatos ſui ordinis dici miniſtros; ut & uerbis uteretur Euāgelij, quod obſeruare promiſerat, & ex ipſo nomine diſcerent diſcipuli eius, quòd ad diſcendam humilitatē ad ſcholas humilis Chriſti ueniſſent. Magiſter ſiquidem humilitatis Ieſus Chriſtus, ut informaret diſcipulos ad humilitatem perfectā dixit: Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter. Et quicūq; uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus.

Cum autem requireret ab eo Dominus Hoſtienſis, ordinis minorum protector & promotor præcipuus, qui poſtmodum iuxta quod idem uir ſanctus prędixerat, ad ſummum Pontificatus ſublimatus honorẽ, Gregorius Nonus eſt dictus, utrum ſibi placeret, ꝙ fratres ſui promouerentur ad Eccleſiaſticas dignitates; reſpõdit: Domine, minores ideo uocati ſunt fratres mei, ut maiores fieri non præſumant. Si uultis, ait, ut faciant fructum in Eccleſia Dei, tenete illos, & conſeruate in ſtatu uocationis eorum, & ad prælationes Eccleſiaſticas nullatenus aſcendere permittatis.

Et quoniam humilitatem tam in ſe, ꝙ̃ in ſubditis cunctis præferebat honoribus, amator humilium Deus, altioribus ipſum dignũ iudicabat faſtigijs, ſecundum quod uni fratri uiro uirtutis & deuotionis pręcipuæ uiſio cœlitus oſtenſa monſtrauit. Cum enim eſſet in comitatu uiri Dei, & unà cũ ipſo in quadam Eccleſia deſerta feruenti oraret affectu, in extaſi factus, uidit inter multas in cœlo ſedes unam præ cæteris digniorem, pretioſis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem. Miratus intra ſe præcelſi refulgentiam throni, anxia cœpit cogitatione perquirere, quis ad illũ deberet aſſumi. Audiuit inter hæc uocem dicentẽ ſibi: Sedes iſta unius de ruentibus fuit, & nunc humili ſeruatur Franciſco. Reuerſus demũ frater ad ſe ab orationis exceſſu, uirum beatũ exterius prodeuntem ſolito fuit more ſequutus. Cumq; incedentes per uiam de Deo inuicem loquerentur, frater ille uiſionis ſuæ non īmemor, ſolerter ab eo quæſiuit, quid de ſeipſo ſentiret. Ad quem humiliter Chriſti ſeruus: Videor, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cũ frater diceret ex aduerſo, ꝙ hoc non poſſet ſana conſcientia dicere, nec ſentire, ſubiunxit: Si quantumcunq; ſceleratum hominem tanta fuiſſet Chriſtus miſericordia proſequutus, arbitror ſanè ꝙ multò ꝙ̃ ego Deo gratior eſſet. Confirmatus fuit frater ex tam admirabilis humilitatis auditu de ueritate uiſionis oſtenſę, Euangelio ſacro teſtante cognoſcens, ꝙ ad excellentiam gloriæ, de qua ſuperbus eijcitur, uerè humilis exaltetur.

Alio quoq; tempore cũ in deſerta quadam oraret Eccleſia in Prouincia Maſſæ apud montem Caſalem, intellexit per ſpiritum ſacras ibidem remanſiſſe reliquias; quas cum longo iam tẽpore defraudatas honorificentia debita nõ ſine mœrore conſpiceret, præcepit fratribus ut eas cum reuerentia deferrent ad locum. Sed cum poſcente cauſa, diſceſsiſſet ab eis, mandati patris īmemores filij, obedientiæ meritũ neglexerunt. Die uero quadam cũ ſacra celebrare uellent myſteria, ſuperiori altaris operimento ſubmoto, oſſa pulcherrima & redolentia nimis non ſine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas non hominis manus, ſed Dei 28 uirtus attulerat. Reuerſus paulò poſt uir Deo deuotus, diligenter cœpit exquirere, ſi quod de reliquijs mandauerat,

28 *Tu qui ſanctorum reliquias negligis, uide quantam uir Dei illis exhibeat reuerentiam, ymmo Deus ipſe, ſi ita dici fas eſt.*

uerat, eſſet impletum. Verũ neglectę obedientiæ culpam fratres confitentes humiliter, cum pœna ueniam meruerunt. Et ait uir ſanctus: Benedictus dominus Deus meus, qui per ſeipſum impleuit quod uos facere debuiſtis. Conſidera diligenter diuinæ prouidentię curam circa puluerem ſanctorum; & humilis Franciſci excellentem in oculis Dei perpende uirtutem: Nam cuius iuſsis non paruit homo, uotis obediuit Deus.

Quodam tempore deueniens Imolam, ciuitatis Epiſcopum adijt, humiliterq; popoſcit, ut cũ ipſius beneplacito poſſet populum ad prędicationẽ uocare. Cui Epiſcopus durẽ reſpondens, ſufficit, inquit, frater quòd ego prædicem populo meo. Inclinauit caput uerus humilis, & foras egreſſus, poſt modicam horam regreditur intro. A quo cum Epiſcopus quaſi turbatus requireret quid iterato petere uellet, humili tam corde, quàm uoce reſpondit. Domine, ſi pater filium uno repulerit oſtio, alio ſibi reintrandum eſt. Humilitate uictus Epiſcopus, alacri uultu eum amplexus eſt dicens: Tu & omnes fratres tui de cætero in Epiſcopatu 29 meo generali mea licentia prædicetis; quia illud humilitas ſancta promeruit.

29 *Ecce quò nullus ſuperioris poteſtate carẽs, uerbum Dei prædicare poteſt.*

Contigit ipſum aliquando Aretium deuenire, cũ tota ciuitas inteſtino bello quaſſata propinquũ ſui minabatur excidium. Hoſpitatus uero in ſuburbio uidit ſupra ciuitatẽ exultantes dæmones, ac perturbatas ciues ad cædem mutuam ſuccendentes. Vt autem ſeditioſas illas effugaret aëreas poteſtates, fratrem Syluestrũ columbinę ſimplicitatis uirum quaſi præconẽ præmiſit dicens: Vade ante portã ciuitatis, & ex parte Dei Omnipotentis dæmonibus in uirtute obedientiæ præcipe ut exeant feſtinanter. Accelerat uerus obediens patris iuſſa perficere, & præoccupans in laudibus faciem Domini, ante portã ciuitatis cępit clamare ualenter: Ex parte omnipotentis Dei, & iuſſu ſerui eius Franciſci procul hinc diſcedite dæmones uniuerſi. Redit ad pacẽ continuo ciuitas, & ciuilitatis in ſe iura ciues omnes cũ magna tranquillitate reformant. Expulſa quippe dæmonũ furibunda ſuperbia, quæ ciuitatẽ illam uelut obſidione uallauerat, ſuperueniens ſapientia pauperis, uidelicet Franciſci humilitas, pacẽ reddidit, urbemq; ſaluauit. Humilis enim obedientiæ ardua promerente uirtute, ſuper ſpiritus illos rebelles atque proteruos tam poteſtatiuũ fuerat aſſequutus imperium, ut & ipſorũ feroces proteruias premeret, & importunas uiolentias propulſaret. Fugiunt quidem ſuperbi dæmones excelſas uirtutes humilium, niſi cũ interdum ad humilitatis cuſtodiam diuina eos clementia colaphizari permittit: ſicut & Paulus Apoſtolus de ſeipſo ſcribit, & Franciſcus experimento probauit. Rogatus enim à Domino Leone Cardinali ſanctæ Crucis, ut ſecum aliquantulum moraretur in Vrbe, acquieuit humiliter ob ipſius reuerentiam & amorem. Prima igitur

nocte cũ poſt orationem uellet quieſcere, ſuperuenerunt dæmones in Chriſti militem atrociter inſurgentes. Quem cũ diu uerberaſſent, ac durè, ad ultimũ quaſi ſeminecẽ reliquerunt. Diſcedentibus illis ſocius uocatus aduenit. Cui cũ uir Dei rei narraſſet euentũ, ſubiungens ait: Credo frater, quòd dæmones qui nihil poſſunt, niſi quantũ prouidentia ſuperna diſponit, ideo in me nunc tam ferociter irruerunt, quia nõ bonam ſpem præfert manſio mea in curia magnatorum. Fratres mei qui in locis pauperculis cõmorantur, audientes me cum Cardinalibus eſſe, ſuſpicabuntur forſitan implicari mundanis, efferri honoribus, & delitijs abundare. Ideo melius iudico, eum qui ponitur in exemplum, fugere curias, & humiliter inter humiles in locis cõuerſari humilibus, ut ſuſtinentes penuriã fortes efficiat ſimilia ſuſtinendo. Veniunt ergo mane, & humili excuſatione propoſita, uale faciunt Cardinali. Abhorrebat nempe uir ſanctus ſuperbiam omnium malorum originem, & inobedientiam ipſius peſsimam prolem, ſed non minus humilitatem pœnitentiæ acceptabat.

Accidit ſemel, ut eidem præſentaretur quidam frater, qui contra legem obedientiæ aliquid fecerat, diſciplina iuſtitiæ corrigẽdus. Videns autẽ uir Dei fratrem illum per ſigna euidentia ueraciter eſſe cõpunctum, ad indulgendum ei amore fuit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas ueniæ incentiuum eſſet alijs delinquendi, iuſsit ablatum fratri caputium in medio flammarũ proijci, ut omnes aduerterent, quanta qualiq; uindicta offenſa ſit inobedientiæ percellenda. Cumq; per moram caputium fuiſſet in medio ignis, præcepit ipſum flãmis detrahi, reddiq; fratri humiliter pœnitenti. Mirabile dictu. Extrahitur caputium de medio flammarũ nullum habens aduſtionis ueſtigium. ſicq; factum eſt, ut hoc uno Deus miraculo & ſancti uiri uirtutẽ & humilitatem pœnitentiæ cõmendaret. Dignè itaque ſectanda eſt Franciſci humilitas, quæ tam miram in terris etiam dignitatẽ obtinuit, ut Deũ inclinaret ad uotũ, & hominis immutaret affectum, dæmonũ proteruitatem ſuo iuſſu propelleret, & flammarũ uoracitatem ſolo nutu refrenaret. Re uera hęc eſt, quæ poſſeſſores ſuos exaltans, dum omnibus reuerentiam exhibet, ab omnibus promeretur honorem.

De amore paupertatis, & mira ſuppletione defectuum. Cap. 7.

Inter cætera cariſmatum dona, quæ à largo datore Franciſcus obtinuit, prærogatiua quadam ſpirituali promeruit, in diuitias ſimplicitatis excreſcere per altiſsimæ paupertatis amorem. Hanc filio Dei uir ſanctus familiarẽ attendens, & iam quaſi toto orbe repulſam, charitate ſic ſtuduit deſponſare perpetua, quod non ſolum pro ea patrẽ matremq; reliquit, uerum etiam quæ habere potuit uniuerſa diſperſit. Nemo tam auri, quàm ipſe cupidus paupertatis; nec theſauri cuſtodiendi ſolicitior ullus, quàm iſte huius Euangelicæ margaritæ. In hoc

præcipuè ſuus offendebatur aſpectus, ſi quicquã uideret in fratribus, quod paupertati non per omnia conſonaret. Re uera ipſe à principio religionis uſque ad mortem, tunica, cordula, & fœmoralibus diues, ijs
30 contentus fuit. Chriſti Ieſu paupertatem & matris frequenter cũ lachrymis reuocabat ad mentẽ, inde hanc uirtutũ aſſerens eſſe reginã, quia in rege regum & in regina matre ipſius tam præſtanter effulſit. Nam & fratribus in conclaui quęrentibus, quæ uirtus magis amicum redderet Chriſto, quaſi ſecretũ ſui cordis aperiens, reſpondebat. Paupertatẽ noueritis fratres, ſpiritualem uiam eſſe ſalutis, tanquam humilitatis fomentũ, perfectionisq; radicẽ, cuius eſt fructus multiplex ſed occultus. Hæc enim eſt Euangelici agri theſaurus abſconditus, pro quo emendo uendenda ſunt omnia, & quæ uendi non poſſunt illius cõparatione ſpernenda. Ad huius, inquit, culmen qui cupit attingere, non ſolum mundanæ prudentiæ, uerumetiam literarũ peritiæ renunciare quodãmodo debet, ut tali expropriatus poſſeſsione, introeat in potentias Domini, & nudum ſe offerat brachijs crucifixi. Nequaquã enim ſeculo perfectè renunciat, qui proprij ſenſus loculos intra cordis arcana reſeruat.

30 *Vide quã fautor & ſtudioſus Euangelicæ paupertatis amator fuerit beatus pater Franciſcus.*

Sępe uerò de paupertate ſermonẽ faciens, ingerebat fratribus Euãgelicum illud: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autẽ hominis non habet ubi caput ſuũ reclinet. Propter quod docebat fratres, ut pauperũ more pauperculas caſulas erigerent, quas non habitarent ut proprias, ſed ſicut peregrini & aduenæ alienas. Leges nanque peregrinorũ eſſe dicebat, ſub alieno colligi tecto, ſitire ad patriam, pacificè pertranſire. Mandabat dirui aliquãdo domos erectas, aut fratres exinde amoueri, ſi aliquid in eis perciperet, quod ratione appropriationis uel ſumptuoſitatis contrarium eſſet Euangelicæ paupertati. Hanc ſui dicebat ordinis fundamentũ, cui ſubſtrato primariè ſic omnis ſtructura religionis innititur, ut ipſius firmitate firmetur, & euerſione funditus euertatur. Docebat proinde ſicut reuelatione didicerat, ſacræ religionis ingreſſum ab illo fore inchoandum Euãgelico uerbo: Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ideoq; non niſi expropriatos, & nihil penitus retinentes admittebat ad ordinem, tum propter uerbum ſancti Euangelij, cum etiam ne forent in ſcandalum loculi reſeruati.

Vnde in Marchia Anconitana cuidam petenti ad ordinem recipi, uerus pauperũ Patriarcha reſpondit: ſi uis Chriſti pauperibus iungi, pauperibus tua diſtribue. Quo audito perrexit homo, & ductus amore carnali ſua ſuis reliquit, nilq; pauperibus. Verũ cũ hoc illo referente uir ſanctus audiſſet, dura eũ increpatione feriens, dixit: Vade uiam tuam frater muſca, quoniam nondum exiſti de domo & cognatione tua; conſanguineis tuis tua dediſti, & defraudaſti pauperes, dignus

non es pauperibus ſociari. Incepiſti à carne, ruinoſum fundamentum ſpirituali fabricæ collocaſti. Rediјt animalis homo ad ſuos, & repetiјt ſua, quæ pauperibus relinquere nolens, uirtutis propoſitum citius dereliquit.

Alio quoque tempore cum in loco ſanctæ Mariæ de Porciuncula tanta eſſet inopia, quòd non poſſet hoſpitibus fratribus ſuperuenientibus ſecundum neceſsitatis exigentiam prouideri, adiјt uirum Dei Vicarius ſuus, allegans penuriam fratrum, & petens ut intrantium nouitiorum res aliquas reſeruare liceret, ad quas expendendas recurrere poſſent fratres tempore opportuno. Ad quem uir ſanctus ſuperni cõſilij nõ ignarus: Abſit, inquit, à nobis frater chariſsime, ut pro quo uis homine impiè agamus in regulam: Malo te altare Virginis glorioſæ nudare, cum neceſsitas id requirit, quàm contra paupertatis uotum, & obſeruantiam Euangeliј aliquid uel modicum attemptare. Gratius enim habebit beata uirgo, ſancto Euangelij perfectè ſeruato conſilio, ſuum altare detegi, quàm altari ſuo ornato, filij ſui promiſſum conſilium prætermitti.

Tranſiens autem quodam tempore uir Dei cũ ſuo ſocio per Apuliam iuxta Barrum, inuenit in uia burſam magnam, quaſi plena eſſet denariјs, tumeſcentem, quã uſitato uocabulo Fundam appellant. Monetur à ſocio pauper Chriſti, & inſtanter inducitur, ut burſa tollatur è terra, & pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo Dei, cõmentum affirmans fore diaboli in burſa inuenta; & fratrem non ſuadere rem meriti, ſed peccati, alienam, ſcilicet ſurripere ac donare. Recedunt de loco, feſtinant iter perficere cœptum. Sed nondum quieſcit frater, uacua pietate deluſus, uirum Dei moleſtans, quaſi qui de releuanda pauperum penuria non curaret. Acquieuit tandem uir inuitus redire ad locum, non ut fratris uoluntatem perficeret, ſed ut detegeret diabolicam fraudem. Reuerſus eſt ergo ad fundam cũ fratre, & iuuene quodam, qui erat in uia. Oratione pręmiſſa, iubet ſocio illam leuare. Tremefactus frater obſtupuit, diabolicum iam præſentiens monſtrum; propter obedientiæ tamen ſanctæ mandatũ, dubietatem abigens cordis, manũ extendit ad burſam. Et ecce ſerpens non modicus de burſa exiliens, ſimulq; cũ ipſa ſubitò euaneſcens, diabolicam deceptionem fratri monſtrauit. Hoſtilis itaque uerſutiæ deprehenſa fallacia, dixit uir ſanctus ad ſocium. Pecunia ſeruis Dei, ò frater, nihil aliud eſt, ꝙ̃ diabolus & coluber ueneno ſus.

Accidit poſt hæc quoddam mirabile uiro ſancto, dum ſe ad ciuitatem Senenſem, cauſa exigente, transferret. Tres quidẽ mulieres pauperculę, ſtatura, ætate, ac facie per omnia ſimiles in quadam ei magna planitie inter Campilium & ſanctum Quiricum occurrerunt, nouũ ſalutationis munuſculum ei offerentes. Bene ueniat, inquiunt, domi-

na

na paupertas. Quo audito, uerus paupertatis amator indicibili repletus eſt gaudio, utpote qui nihil in ſe ſalutandum hominibus tam libẽter haberet, quàm quod illæ decreuerant. Subito diſparentibus illis, cõſiderantes fratres ſocij tam admirabilem in eis ſimilitudinem, ſalutationis, occurſus, & diſparentiæ nouitatem, myſticum aliquid deſignari circa uirum ſanctum non irrationabiliter perpenderunt. Sanè p illas tres, ut uidebatur, mulieres pauperculas, ſic uniformi facie occurrentes, ſic ſalutantes inſolitæ, ſic ſubitò diſparentes, Euangelicæ perfectionis formoſitas, quantum ad caſtitatẽ ſcilicet, obedientiam, & paupertatem, ſatis conuenienter oſtenditur in uiro Dei pari forma perfecte fulſiſſe: licet gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis, quã modò matrem, modò ſponſam, modò dominam nominare ſolebat. In hac cæteros cupiebat excedere, qui ex ipſa didicerat inferiorẽ ſe omnibus reputare. Si quando pauperiorem ſe quempiam ſecundum exteriorẽ habitum cerneret, ſemetipſum protinus arguens excitabat ad ſimile, tanq̃ ſi æmula paupertate concertans, uinci ſe timeret in illo. Accidit enim ut pauperculum quendam obuium haberet in uia. Cuius cum nuditatem aſpiceret, compunctus corde, lamentabili uoce dixit ad ſocium: Magnam uerecundiam intulit nobis huius inopia, quia nos pro magnis diuitijs paupertatẽ elegimus, & ecce magis relucet in iſto.

Propter ſanctæ paupertatis amorem omnipotentis Dei famulus, eleemoſynis oſtiatim quæſitis utebatur multo libentius, q̃ oblatis. Si quando enim inuitatus à magnis perſonis menſis eſſet profuſioribus honorandus, prius per propinquas uicinorũ domos panum fragmenta petebat, ac deinde ſic ditatus inopia diſcumbebat. Et cum aliquãdo id feciſſet, inuitatus à Domino Hoſtienſe, qui pauperem Chriſti præcipuo complexabatur affectu, conquerenti Epiſcopo, quòd ſuo derogaſſet honori, utpote qui in eius comeſturus domo pro eleemoſynis iſſet, ſeruus Dei reſpondit: Magnum, mi domine, uobis honorẽ exhibui, dum maiorẽ Dominũ honoraui; ſiquidem beneplacitũ eſt domino in paupertate, & ea maxime, quæ uoluntaria pro Chriſto mendicitas eſt. Hanc dignitatem regalem, quã pro nobis dominus Ieſus egenus factus aſſumpſit, ut ſua nos ditaret inopia, ac uerè pauperes ſpiritu regni cœlorum reges inſtitueret, & hæredes, nolo relinquere pro feudo diuitiarum falſarũ nobis ad horam conceſſo.

Nonnunquã fratres ad petendum eleemoſynã hortans uerbis utebatur huiuſmodi: Ite, inquit, quoniam hac nouiſsima hora fratres minores cõmodati ſunt mundo, ut electi in eis impleant, unde à iudice cõmendentur, illud audientes ſuauiſsimũ uerbũ; Quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Iocundum proinde dicebat ſub fratrũ minorũ titulo mendicare, quem in retributione iuſtorũ Euãgelicæ ueritatis magiſter ore ſuo tam ſignanter expreſsit. In feſtis

quoque præcipuis, ubi opportunitas aderat, mendicare ſolitus erat, dicens in ſanctis pauperibus propheticum illud impleri: Panem Angelorum manducauit homo. Illum ſanè panem Angelicū eſſe dicebat, quem pro Dei petitum amore, & beatis ſuggerentibus Angelis, pro ipſius charitate largitum ſancta paupertas colligit oſtiatim. Vnde cū ſemel die ſancto Paſchæ morā faceret in eremitorio quodam adeò ab hominum habitatione remoto, quòd cōmode mendicare non poſſet, memor illius, qui diſcipulis euntibus in Emaus ipſo die in ſpecie peregrini apparuit, ab ipſis fratribus eleemoſynam petijt, ut peregrinus & pauper. Quā cum accepiſſet humiliter, ſacris eos informauit eloquijs, quòd tranſeuntes per mundi deſertum tanꝗ peregrini & aduenæ, ueriq; Hæbrei Paſcha Domini hoc eſt tranſitum ex hoc mundo ad patrem in paupertate ſpiritus continue celebraret.

Et quoniam in petendis eleemoſynis non quæſtus agebatur cupidine, ſed ſpiritus libertate, pater pauperū Deus ſpecialem de ipſo curā gerere uidebat. Accidit enim, ut infirmitate grauatus Domini ſeruus in loco Noceriæ, reduceretur Aſiſium per ſolemnes nuncios ad hoc Aſiſinatis populi deuotione tranſmiſſos. Qui Chriſti famulum deducentes, ad uillam quandam deuenerunt pauperculam nomine Sathianum, ubi cū fames & hora cibū expeterent, euntes & nihil inuenientes uenale uacui redierunt. Ad quos uir ſanctus, ideo nihil inueniſtis, quia plus in muſcis ueſtris ꝗ in Domino confiditis. Muſcas nēpe denarios uocauit. Sed reuertimini, ait, ꝑ domos quas circuiſtis, & amorem Dei offerentes pro pretio, humiliter eleemoſynā poſtulate. Nec falſa id æſtimatione uerecundum putetis aut uile, quoniam uniuerſa in eleemoſynam poſt peccatum dignis & indignis eleemoſynarius ille magnus largiflua pietate conceſsit. Deponunt erubeſcentiam milites, & eleemoſynā ſponte petentes, plura pro Dei amore quàm denarijs emunt. Siquidem diuino nutu corde cōpuncti pauperes incolæ, nō ſolum ſua, ſed & ſeipſos liberaliter obtulerunt. Sicq; factum eſt, ut inopiam, quā pecunia releuare non poterat, Frācisci pauperies ſuppleret.

Tempore quo infirmus iacebat, in eremitorio propè Reate, medicus quidam opportuno eum frequentabat officio. Cum autē Chriſti pauper impotens eſſet ad rependendam mercedem labori condignā, liberaliſsimus Deus ne ipſum ſine præſenti remuneratione dimitteret, pium eius obſequium hoc nouo beneficio uice pauperis cōpenſauit. Huius enim medici domus, quā tunc temporis ex omni lucro ſuo de nouo conſtruxerat, parietum patula ſciſsione à ſummo uſq; deorſum, adeò de proximo minabatur ruinā, quòd non uidebatur per humanæ artis induſtriam poſsibile ipſius caſui obuiare. Ipſe uerò de ſancti uiri mentis plenè confidens, cum magnæ fidei deuotione petiuit à ſocijs eius, aliquid ſibi concedi, quod idem uir Dei manibus contre-

ctaſſet. Cum igitur modicum de capillis ipſius multa precum obtentum inſtantia, poſuiſſet de ſero intra muri ſciſſuram, mane cõſurgens tanta inuenit aperturam illam ſoliditate cõcluſam, ut nec reliquias ibi poſitas poſſet extrahere, nec ſciſſuræ prioris ueſtigium aliquod inuenire. Factumq; eſt, ut qui ruinoſo corpuſculo ſerui Dei ſedulè miniſtrarat, ruituræ domus propriæ periculo præcaueret.

Alio quoque tempore uir Dei ad quandam eremũ transferre ſe uolens, ut ibi liberius contemplationi uacaret, quia debilis erat, cuiuſdam uiri pauperis uectabatur aſello. Cumq; diebus æſtiuis famulum Chriſti ſequendo uir ille montana conſcenderet, aſperioris & longioris uię itinere fatigatus, nimioq; ſitis ardore deficiens, inſtanter cœpit clamare poſt ſanctum: En morior, inquit, ſiti, niſi poculi alicuius beneficio refocillér. Abſque mora uir Dei proſiliuit de aſino, & fixis in terra 31 genibus, palmas tetendit in cœlum orare non ceſſans, donec ſe intellexit auditum. Oratione tandem finita: Feſtina, inquit uiro, ad petram, & illic aquam uiuam inuenies, quã tibi hac hora miſericorditer Chriſtus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ ſeruis ſuis tam facile ſe inclinat. Bibit ſitiens homo aquã de petra orantis uirtute, & poculum hauſit de ſaxo duriſsimo. Aquæ decurſus ibidem ante nõ fuit, nec ut eſt diligenter quæſitum, deinceps potuit inueniri.

31 *Habes hic orationem cũ genuflexione, & manuum ad cœlum extenſione, necnon illius exauditionem.*

Qualiter autem per merita ſui pauperis Chriſtus multiplicauerit cibos in mari, cũ ſuo ſit loco inferius adnotandum, hoc tantum cõmemoraſſe ſufficiat, quod de eleemoſyna modica ſibi collata, nautas à famis & mortis periculo per dies plurimos liberauit, ut ex hoc liquido poſsit aduerti, quod omnipotẽtis Dei famulus, ſicut in eductione aquę de petra conformis extitit Moyſi, ſic in multiplicatione uictualium Heliſeo. Procul igitur à pauperibus Chriſti diffidentia omnis abſcedat. Si enim paupertas Franciſci adeo copioſę ſufficientiæ fuit, ut ſubuenientiam cibi defectus tam mira uirtute ſuppleret, quòd nec cibus, nec potus, nec domus deeſſet, cum pecuniæ, & artis, & naturę facultas defecerat; multo magis illa merebitur, quæ uſitato diuinæ prouidentię ordine cõmuniter conceduntur. Si, inquam, petræ ſiccitas ad pauperis uocẽ abundans poculum ſitienti propinauit pauperculo, nil iam inter omnia ſuum denegabit obſequium his, qui pro auctore omnium omnia reliquerunt.

De pietatis affectu, & quomodo ratione carentia uidebantur ad ipſum affici. Cap. 8.

Pietas uera, quæ ſecundum Apoſtolum ad omnia ualet, adeò cor Franciſci repleuerat, ac penetrauerat, ut totum uideretur ſeruum Dei in ſuum dominium uendicaſſe. Hæc eſt, quæ ipſum per deuotionem ſurſum agebat in Deum, per compaſsionem transformabat in Chriſtum, per condeſcenſionem inclinabat ad proximum, & per uniuer-

ſalem conciliationem ad ſingula, refigurabat ad innocentiæ ſtatum. Cumq; per hanc piè moueretur ad omnia, ſpecialiter tamen animas Chriſti Ieſu ſanguine pretioſo redemptas,cum cerneret inquinari aliqua ſorde peccati, tanta miſerationis teneritudine deplorabat,ut eas tanquã mater in Chriſto quotidie parturiret. Et hoc penes ipſum cauſa pręcipua uenerandi uerbi Dei miniſtros,quòd ſemen fratri ſuo defuncto,Chriſto uidelicet pro peccatoribus crucifixo, per ipſorũ conuerſionem & pia ſolicitudine ſuſcitent, & ſolicita pietate gubernent. Iſtiuſmodi miſerationis officium patri miſericordiarum omni ſacrificio firmabat acceptius, maxime ſi ſtudio fuerit perfectę charitatis impenſum,ut ad id laboretur magis exemplo,quàm uerbo, magis lachrimoſa prece,quàm loquaci ſermone. Plangẽdum proinde dicebat prædicatorem.tanquã uera pietate priuatum, ſiue qui in prædicatione non animarum quærit ſalutem,ſed propriam laudem,ſiue qui prauitate deſtruit uitæ, quod ædificat ueritate doctrinæ. Præferendum huic dicebat fratrem ſimplicem & elinguem,qui bono exemplo alios prouocat ad bonum. Illud quoque uerbum;donec ſterilis peperit plurimos,taliter exponebat. Sterilis,inquit,eſt frater pauperculus,qui generandi in Eccleſia filios nõ habet officium. Hic pariet in iudicio plurimos,quia quos nunc priuatis orationibus cõuertit ad Chriſtum,ſuæ gloriæ tunc iudex aſcribet. Quæ multos habet filios infirmabitur; qa prædicator uanus & loquax,qui multis nunc quaſi ſua uirtute genitis gaudet,cognoſcet tunc ſe nil proprij habere in eis.

Cum igitur animarũ ſalutem uiſceroſa pietate appeteret,& feruida æmulatione zelaret,ſuauiſsimis ſe dicebat repleri odoribus,& quaſi unguento pretioſo liniri, cum ſanctorũ fratrum per orbem diſtantium odorifera fama multos audiret ad uiam ueritatis induci. Ex talium auditu exultabat in ſpiritu,benedictionibus omni acceptione dignisſimis fratres illos accumulans, q uerbo uel opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores. Sic etiam qui religionem ſacram iniquis uiolarent operibus,maledictionis eius grauiſsimã incurrebant ſententiam. A' te domine,inquit,ſanctiſsime,& à tota cœleſti curia,& à me paruulo tuo ſint maledicti,qui ſuo malo exemplo confundunt & deſtruunt,quod per ſanctos fratres ordinis huius ædificaſti, & ædificare non ceſſas. Tanta frequenter afficiebatur mœſtitia ſuper ſcandala puſillorum,ut deficere ſe putaret, niſi diuinæ fuiſſet clementiæ conſolatione ſuffultus.

Cum autem ſemel malis turbatus exemplis, anxio ſpiritu miſericordem patrem precaretur pro filijs, reſponſum huiuſmodi reportauit à Domino: Cur tu pauper homuncio conturbaris; An ego te ſuper religionem meam ſic paſtorem inſtitui,ut me principalem neſcias eſſe patronum? Hominem ſimplicem ad hoc te conſtitui,ut quę in te

fecero,

fecero,non humanæ induſtriæ, ſed ſupernæ gratiæ aſcribantur. Ego uocaui,ſeruabo,& paſcam, & alijs excidentibus, alios ſubrogabo, ita ut ſi nati non fuerint, faciam illos naſci. Et quantiſcunque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa religio, ſalua ſemper meo munere permanebit.

Detractionis quoq; uitium inimicũ fonti pietatis & gratiæ, tanq̃ ſerpentinum abhorrebat morſum,& atrociſsimã peſtem,& pijſsimo Deo abominabile fore firmabat, pro eo q̃ detractor animarum ſanguine paſcitur,quos gladio linguæ necat. Audiens ſemel fratrẽ quendam denigrare famã alterius,conuerſus ad uicarium ſuũ dixit: Surge, Surge,diſcute diligenter,& ſi accuſatum fratrem innocentem reperis, accuſantẽ dura correctione cunctis redde notabilem. Nonnunq̃ uero eum qui fratrẽ ſuũ famæ gloria ſpoliaret,iudicabat habitu ſpoliandũ, nec ad Dominum oculos poſſe leuare,niſi prius quod abſtulerat,reddere pro poſſe curraret. Tanto maior eſt(aiebat)detractorũ impietas, q̃ latronum,quanto lex Chriſti,quę in obſeruantia pietatis impletur, magis animarum q̃ corporum nos aſtringit optare ſalutem. Afflictis quoq; qualicunque corporali moleſtia,mira cõpaſsionis teneritudine condeſcendens,ſi quid penuriæ,ſi quid defectus in aliquo cerneret, pij cordis dulcedine regerebat in Chriſtum. Sane clementiam habebat ingenitam,quam ſuperinfuſa Chriſti pietas duplicabat.Itaque liqueſcebat animus eius ad pauperes, & infirmos; & quibus non poterat manum,exhibebat affectum.

Contigit ſemel ut pauperi cuidam eleemoſynam importune petenti unus è fratribus durius reſponderet. Quod audiens pauperum pius amator, fratri præcepit, ut ad illius pauperis pedes ſe nudatum proſterneret, proclamaret culpabilem, orationis ſuffragium poſtularet,& ueniam. Quod cũ ille feciſſet humiliter, dulciter pater adiecit: Dum pauperem uides,ô frater,ſpeculum tibi proponitur Domini,& pauperis matris eius, In infirmis ſimiliter infirmitates, quas aſſumpſit,conſidera.Cumq; in pauperibus cunctis & ipſe Chriſtianiſsimus pauper effigiem Chriſti proſpiceret, ſi qua etiam neceſſaria uitæ ſibi collata fuiſſent,eis occurrentibus non ſolum liberaliter conferebat,uerum etiam ac ſi illorũ propria eſſent, iudicabat eſſe reddenda. Accidit ſemel,ut eidem redeunti de Senis pauper quidam occurreret,cum occaſione infirmitatis ſuper habitum palliolo quodam eſſet amictus. Cuius miſeria oculo clementi conſpecta, Oportet,inquit,ad ſocium, ut reddamus mantellum pauperculo iſti,nam ipſius eſt; mutuo enim ipſum accepimus, donec pauperiorem inuenire contingeret. Socius autẽ pij patris neceſsitatẽ conſiderans,pertinaciter obſiſtebat, ne prouideret alij,ſe neglecto. At ille, Pro furto,ait,mihi reputo à magno eleemoſynario imputandum,ſi hoc quod fero, non dedero magis egenti.

Propterea de omnibus,quæ ſibi dabantur ad neceſsitatē corporis releuandam,ſolitus erat à dantibus licentiam petere,ut licitè poſſet,ſi magis egenus occurreret,erogare.Nulli prorſus rei parcebat,nec mantellis,nec tunicis,nec libris,nec etiam paramentis altaris,quin omnia hęc dum poſſet,ut pietatis impleret officium,largiretur.

Pluries cum oneratis obuiaret in uia pauperibus,imbecilles humeros illorꝫ oneribus ſupponebat. Conſideratione quoqꝫ primæ originis omnium abundantiori pietate repletus, creaturas quantumlibet paruas fratris uel ſororis appellabat nominibus, pro eo quod ſciebat eas unum ſecum habere principium.Illas tamen uiſceroſius amplexabatur & dulcius, quæ Chriſti manſuetudinem piam ſimilitudine naturali prætēdunt,& ſcripturę ſignificatione figurant.Redemit frequenter agnos qui ducebantur ad mortē, illius memor agni mitiſsimi, qui ad occiſionem duci uoluit pro peccatoribus redimendis. Hoſpitato quadam uice ſeruo Dei apud monaſterium ſancti Verecundi de Epiſcopatu Eugubij,ouicula quædā agniculum peperit illa nocte. Aderat ſus ferociſsima,quæ uitæ innocenti nō parcens,rapaci eum morſu necauit. Hoc audito,pius pater mira compaſsione cōmotus, & agni ſine macula recordatus,lamentabatur pro morte agniculi corā omnibus dicens:Heu me,frater agnicule, animal innocens, Chriſtū hominibus repreſentans, maledicta ſit impia,quæ te interfecit, nullusqꝫ de ea comedat homo,uel beſtia. Mirabile dictu. Statim infirmari cœpit porca malefica,& tribus diebus corpoream pœnam exoluens, ultricē tandem pertulit necē.Proiecta autē in uallum monaſterij,ibiqꝫ longo tempore iacens,in modū tabulæ deſicata,nulli fuit eſca famelico. Aduertat igitur humana impietas,quali pęna ſit ferienda finaliter,ſi tam horrenda morte percuſſa eſt ferocitas beſtialis.Perpendat & fidelis deuotio,ꝙ in ſeruo Dei pietas fuerit admirandę uirtutis & copioſæ dulcedinis,ut ei applauderet ſuo modo etiam natura brutorū. Iter enim faciens iuxta ciuitatem Senenſem, inuenit in paſcuis magnū ouium gregem. Quas cum benigne (ut erat ſolitus) ſalutaſſet,relicto paſtu, cucurrerunt omnes ad eum, leuantesqꝫ capita ſua,erectis in eū luminibus intendebant.Tantum quidē ei fecerunt applauſum,ut & paſtores mirarentur & fratres,cernentes circa ipſum tam ouium agnos, ꝙ ipſos arietes ſit mirabiliter exultantes.

Alio quoqꝫ tempore apud ſanctam Mariam de portiuncula quædam uiro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentiæ & ſimplicitatis amorem,quas ouis natura prętendit,gratanter ſuſcepit.Monebat pius uir ouiculam,ut & laudibus diuinis intenderet,& ab omni fratrū offenſa caueret. Ouis autē,quaſi uiri Dei pietatem aduerteret, informationem ipſius ſolicitè obſeruabat. Nam audiens fratres in choro cantare,& ipſa Eccleſiam ingrediens ſine alicuius informatione flecte

bat genua, uocem balatus emittens ante altare uirginis matris agni, ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſuper & cum 32 eleuaretur ſacratiſsimũ Chriſti corpus inter miſſarum ſolẽnia, flexis curuabatur poplitibus, tanquam ſi reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret, Chriſtoq; deuotos ad ſacramenti reuerentiam inuitaret. Tẽpore quodam agniculum in urbe ſecum habuerat ob reuerentiam illius mitiſsimi agni, quem nobili matronæ, dominæ ſcilicet Iacobæ de ſeptem ſolijs in ſuo receſſu conſeruandum cõmiſit. Agnus uerò quaſi in ſpiritualibus eruditus à ſancto, Dominæ ad Eccleſiam eunti, ſtanti, & reuertenti ſocietate inſeparabili cohærebat: Si matutinali hora domina tardaret exurgere, agnus conſurgens impellebat eam cornulis, & balatibus excitabat, geſtibus adhortans & nutibus, ut ad Eccleſiã properaret. Propter quod agnus Franciſci diſcipulus, deuotionis iam magiſter effectus, ut mirabilis & amabilis à Domina ſeruabatur.

32 Et cum eleuaretur ſacratiſsimũ Chriſti corpus inter Miſſarũ ſolennia, ouicula flexis curuabatur poplitibus. Ecce quomodo bruta animalia Deũ ſuum cognoſcunt & reuerẽtur, miſeri autẽ heretici minime.

Alio quoq; tempore apud Græcium uiuus uiro Dei oblatus fuit lepuſculus, qui liber in terra poſitus, cum poſſet, quò uellet, effugere, uocante ſe patre benigno, in ſinum illius propero curſu ſaltauit. Quẽ ipſe pio cordis affectu circumfouens, uidebatur eidem compati quaſi mater, dulciq; alloquutione cõmonitum, ne ſe iterũ capi permitteret, liberum abire permiſit. Cumq; pluries in terra poſitus ut abſcederet, ſemper in ſinum patris rediret, tanquam ſi ſenſu quodam occulto cordis ipſius perciperet pietatem, tandem iuſſu patris à fratribus delatus eſt ad loca ſolitudinis tutiora. Modo quoq; conſimili in inſula lacus Peruſini cuniculus quidam captus, & uiro Dei oblatus, cũ cęteros fugeret, manibus eius & ſinu ſe domeſtica ſecuritate cõmiſit. Per lacum Reatinum eidem ad eremum de Græcio properanti, piſcator unà ex deuotione fluuialem obtulit auem. Quam cũ libenter ſuſceptam apertis inuitaret manibus ad receſſum, nec illa uellet abire, 33 erectis in cœlum oculis, diu in oratione permanſit; & quaſi aliunde poſt longã horam ad ſe reuerſus, dulciter iterato mandauit auiculæ, ut Dominũ laudatura recederet. Suſcepta itaq; cum benedictione licentia, geſtu corporis quoddam prætendens gaudium auolauit. In eodẽ lacu ſimiliter oblatus fuit ei piſcis magnus & uiuus, quem more ſolito fraterno nomine uocans, in aquam repoſuit iuxta nauem. Piſcis uerò corã uiro Dei ludebat in aqua, & quaſi amore illius allectus nullatenus receſsit à naui, niſi prius ab eodem cum benedictione licentia ſibi data.

33 Et erectis in cœlum oculis, diu in oratione permanſit.

Alio quoque tempore ambulans cum quodam fratre per paludes Venetiarum, inuenit maximam auium multitudinẽ reſidentium & cantantium in uirgultis. Quibus uiſis dixit ad ſocium: Sorores, aues laudant creatorem ſuum, nos itaq; in medium ipſarum euntes, laudes 34 & horas canonicas Domino decantemus. Cũq; in medium ipſarũ intraſſent, non ſunt aues motæ de loco. Et quia propter garritũ

34 Nota, Laudes & horas canonicas domino decantemus.

ipſarũ in dicendis horis ſe mutuò audire non poterant, conuerſus uir ſanctus dixit ad aues: Sorores aues à cantu ceſſate, donec laudes Deo debitas perſoluamus. At illę cõtinuo tacuerunt, tandiu in ſilentio perſiſtentes, quandiu dictis horis ſpacioſè, & laudibus perſolutis à ſancto Dei cantandi licẽtiam receperunt. Dante autẽ eis uiro Dei licentiam, ſtatim more ſolito cantum ſuum reſumpſerunt.

Apud ſanctã Mariam de portiuncula iuxta cellam uiri Dei, ſuper ficum cicada reſidens & decantans, cum ſeruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam creatoris admirari didicerat, ad diuinas laudes cantu ſuo frequentius excitaret, ab eodem quadam die uocata, uelut edocta cœlitus, ſuper manũ uolauit ipſius. Cui cũ dixiſſet; Canta ſoror mea Cicada, & Dominum creatorẽ tuo iubilo lauda, ſine mora obediens canere cœpit, nec deſtitit, donec iuſſu patris ad locum proprium reuolauit. Manſit autẽ per octo dies ibidem, quolibet die ueniendo, cantando, & recedendo eius iuſſa perficiens. Tandẽ uir Dei ait ad ſocios: Demus iam ſorori noſtræ cicadæ licẽtiam, ſatis enim nos ſuo cantu lætificans, ad laudes Dei octo dierum ſpacio excitauit. Et ſtatim ab eo licentiata receſsit, nec ultra ibidem apparuit, ac ſi mandatum ipſius non auderet aliquatenus præterire.

Eidem Senis infirmo Phaſianus quidam de nouo captus, à nobili quodam tranſmiſſus eſt uiuus; qui continuò ut uirum ſanctũ audiuit & uidit; tanta ei amicabilitate cohæſit, ut nullo modo pateretur ab ipſo ſeiungi. Nam pluribus uicibus extra locellum fratrum in uinea poſitus, ut abiret, ſi uellet, rapido ſemper curſu redibat ad patrẽ, tanquam ſi ab eodem omni fuiſſet tempore educatus. Deinde cuidam collatus uiro, qui ex deuotione ſeruum Dei uiſitare ſolebat, uelut ſibi moleſtũ foret à pij patris abſentari conſpectu, eſcam recuſauit omnino. Reportatus tandẽ ad famulum Dei, ſtatim ut conſpexit eundẽ, quibuſdam hilaritatis prætenſis geſtibus, auidè manducauit.

Cum ad eremum perueniſſet Aluernę propter Quadrageſimam celebrandam, in honorem Archangeli Michaelis, diuerſi generis aues circa ipſius cellulam uolitantes, concentu ſonoro, & lætitiæ geſtibus, quaſi de eius aduentu gaudentes, patrẽ pium inuitare, ac allicere uidebantur ad moram. Quo uiſo, dixit ad ſocium: Cerno frater uoluntatis eſſe diuinæ, quod hic aliquandiu cõmoremur, tantum ſorores auiculæ de noſtra uidentur præſentia conſolari. Cũ igitur contraheret ibi morã, falco ibidem nidificans, magno ſe illi amicitiæ fœdere copulauit. Nam ſemper horam nocturno tẽpore, in qua uir ſanctus ad diuina officia ſurgere ſolitus erat, cantu ſuo præueniebat, & ſono. Quod famulo Dei gratiſsimũ erat, eo quod tanta ſolicitudo, quam circa eũ gerebat, omnem ab ipſo torporẽ deſidiæ excuteret. Cum uerò ſeruus Chriſti infirmitate plus ſolito grauaretur, parcebat falco, nec tam tẽpeſtiuas

indicebat uigilias. Siquidē uelut inſtructus à Deo, circa diluculum ſuę uocis campanam leui tactu pulſabat. Diuinū certè uidetur fuiſſe pręſagium, tam in exultatione multimodi generis auium, ꝗ in cantu falconis, cū Dei laudator & cultor pennis contēplationis ſubuectus tunc foret illic apparitione Seraphica ſublimandus.

Moram eo faciente tempore quodam in eremitorio Græcij, loci illius indigenæ malis multiplicibus uexabantur. Nam & luporꝝ rapacium multitudo, non ſolū bruta ſed & homines conſumebat, & grando annua tēpeſtate blada & uineas deuaſtabat. Dū igitur ſic afflictis præco ſacri Euangelij prædicaret, dixit ad eos: Ad honorē & laudem Dei Omnipotentis fidere iubeo uobis, ꝙ peſtilentia hæc omnis abſcedet, & reſpiciens uos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, ſi mihi credentes miſereamini ueſtri, ut ueſtra confeſsione præmiſſa, dignos faciatis pœnitentiæ fructus. Iterū hoc annuncio uobis, ꝙ ſi beneficijs ingrati ad uomitū conuerſi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pœna, & maiori in uos ira dæſeuiet. Ab illa utiq; hora, pœnitentiam ad exhortationē ipſius agentibus illis, ceſſauerunt clades, periere pericula, nec moleſtiæ quicꝗ lupi intulere, uel grandines. Immo quod maius eſt, ſi quando uicinorꝝ arua grando peruaderet, iſtorum terminis appropinquans, terminabatur ibidē, aut in partem aliam diuertebat. Ceſſauit grando, ſeruauerunt & lupi pactionem ſerui Dei, nec contra pietatis legem in homines ad pietatē conuerſos attentauerunt amplius deſæuire, quandiu iuxta condictum, contra pijſsimas Dei leges impiè non egerunt. Piè igitur ſentiendū eſt de pietate uiri beati, quę tā mirę dulcedinis, & uirtutis fuit, ut domaret ferocia, domeſticaret ſylueſtria, manſueta doceret, & brutorū naturam homini iam lapſo rebellem, ad ſui obedientiam inclinaret. Verè hæc eſt, quæ cunctas ſibi creaturas confęderans ualet ad omnia, promiſsionem habens uitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

De feruore charitatis, & deſiderio martyrij. *Cap. 9.*

Charitatem feruentē, qua ſponſi amicus Franciſcus ardebat, quis enarrare ſufficiat? Totus nanque quaſi quidam carbo ignitus diuini amoris flāma uidebatur abſorptus. Subita enim ad auditum amoris Domini excitabatur, afficiebatur, inflāmabatur, quaſi plectro uocis extrinſecæ corda cordis interior tangeretur. Talem pro eleemoſynis cenſum offerre, nobilem prodigalitatem dicebat, & eos, qui minus ipſum, ꝗ denarios reputarent, eſſe ſtultiſsimos, pro eo ꝙ ſolius diuini amoris impreciabile precium ad regnū cœlorum ſufficiat comparandum, & eius, qui nos multū amauit, multū ſit amor amandus. Vt autē ex omnibus excitaretur ad amorem diuinū, exultabat in cunctis operibus manuum Domini, & per iocunditatis ſpecula in uiuificam conſurgebat rationē, & cauſam. Contuebatur in pulchris pulcherrimū,

& per impreſſa rebus ueſtigia. Proſequebatur ubiq; dilectum, de omnibus ſibi ſcalam faciens, per quam conſcenderet ad apprehendendũ eũ, qui eſt deſiderabilis totus. Inauditæ nanq; deuotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis ſingulis, tanquã in riuulis deguſtabat, & quaſi cœleſtem concentum perciperet in conſonantia uirtutũ, & actuum eis datorum à Deo, ipſas ad laudem Domini more prophetę Dauid dulciter hortabatur. Chriſtus Ieſus crucifixus intra ſuę mentis ubera, ut mirrhæ faſciculus, iugiter morabatur, in quem optabat per exceſsiui amoris incendium totaliter transformari.

Prærogatiua quoq; peculiaris deuotionis ad ipſum, ab Epiphaniæ feſto uſq; ad continuos quadraginta dies, eo ſcilicet tẽpore, quo Chriſtus latuit in deſerto, ad ſolitudinis loca declinãs, cellaq; reclutus quanta poterat arctitudine 35 cibi & potus, ieiunijs, & orationibus, & laudibus Dei ſine intermiſsione uacabat, tam feruido quidem in Chriſtũ ferebatur affectu. Sed & dilectus illi tam familiarem rependebat affectum, ut uideretur ipſi famulo Dei, quaſi iugem præ oculis ipſius Saluatoris ſentire præſentiam, ſicut aliquando ſocijs familiariter reuelauit. Flagrabat erga ſacramentũ Dominici corporis feruore omnium medularum, ſtupore admirans permaximo illam chariſsimam dignationem & dignatiſsimam charitatem. Sæpe cõmunicabat, & tam deuotè, ut alios deuotos efficeret, dum ad immaculati agni deguſtationẽ ſuauem, quaſi ſpiritu ebrius, in mentis ut plurimũ rapiebatur exceſſum. Matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti indicibili complectebatur amore, eo quod Dominum maieſtatis fratrẽ nobis effecerit, & per eam ſimus miſericordiam conſequuti. In ipſa 36 poſt Chriſtum præcipuè fidens, eam ſui ac ſuorum aduocatam conſtituit, & ad honorem ipſius à feſto Apoſtolorũ Petri & Pauli uſque ad feſtum aſſumptionis deuotiſsimè ieiunabat. Angelicis ſpiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorũ animas inflãmandas, inſeparabilis erat amoris uinculo copulatus, & ob deuotionem ipſorũ, ab aſſumptione Virginis glorioſæ quadraginta diebus ieiunans orationi iugiter inſiſtebat. Beato autẽ Michaeli Archangelo, eo quod animarum repræſentandarum haberet officium ſpirituali erat amore deuotior, propter feruidum quem habebat zelum ad ſalutem omnium ſaluandorum. Ex recordatione ſanctorum omnium tanquam lapidum ignitarum, in Deificum recaleſcebat incendium, Apoſtolos omnes, & præcipuè Petrum, & Paulum propter feruidam charitatẽ, quam habuerunt ad Chriſtũ, ſumma deuotione complexans, ob quorum reuerentiam & amorẽ quadrageſimæ ſpecialis ieiunium Domino dedicabat.

35 *Vide ſancti patris cibi & potus abſtinẽtiam, uide ieiunia & orationes. Hæc ſunt bonorum monachorum exercitia.*

36 *Conſiderent hæretici quid dicatur hic de beata Dei genitrice, In ipſa poſt Chriſtũ præcipue fidens, eam ſui ac ſuorum aduocatam conſtituit.*

Non habebat aliud Chriſti pauper niſi duo minuta, corpus ſcilicet & animam, quod poſſet liberali charitate largiri. Sed hoc per amorem Chriſti ſic offerebat continuè, ut quaſi omni tẽpore per rigorẽ ieiunij

corpus, & per ardorem deſiderij ſpiritum ĩmolaret, exterius in atrio ſacrificans holocauſtum, & in tẽplo interius concremans thymiama. Sic autẽ eum charitatis exceſsiua deuotio ſurſum in diuina ferebat, ut eiuſdem affectuoſa benignitas ad naturæ cõſortes & gratiæ dilataret. Quem enim creaturis cæteris germanum pietas cordis effecerat, mirum non eſt ſi creatoris inſignitis imagine & ſanguine redemptis auctoris germaniorem Chriſti charitas faciebat. Non ſe Chriſti reputabat amicum, niſi animas foueret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil præferendũ eſſe dicebat, eo maxime probans, ꝙ unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc ſibi in oratione luctamen, in prædicatione diſcurſus, & in exemplis dandis exceſſus. Vnde quotiens auſteritas minima reprehenderetur in ipſo, reſpondebat ſe datum alijs in exemplum. Licet enim innocens eius caro, quæ iam ſe ſponte ſubdebat ſpiritui, nullo egeret flagello, propter offenſas tamen exempli cauſa renouabat illi pœnas & onera, cuſtodiens propter alios uias duras. Dicebat enim, ſi linguis hominũ loquar, & Angelorum, charitatem autẽ in meipſo non habeam, & proximis uirtutũ exempla non monſtrem, parum proſum alijs, mihi nihil.

Feruenti quoq; charitatis incendio glorioſum ſanctorũ martyrum æmulabatur triumphum, in quibus nec amoris flãma extingui, nec fortitudo potuit infirmari. Deſiderabat propterea & ipſe illa perfecta charitate ſuccenſus, quæ foras mittit timorem, per martyrij flãmam, hoſtiam Domino ſe offerre uiuentem, ut & uicem Chriſto pro nobis morienti rependeret, & ad diuinũ amorẽ cæteros prouocaret. Sexto nanq; conuerſionis ſuæ anno deſiderio martyrij flagrans, ad prædicandam fidẽ Chriſtianã & pœnitentiam ſarracenis, & alijs infidelibus, ad partes Syriæ transfretare diſpoſuit: Cumq; nauẽ quandã ut illuc tenderet, conſcendiſſet, uentis contrarijs flantibus, compulſus eſt in Sclauoniæ partibus applicare. Cum igitur morã aliquandiu contraxiſſet ibidem, nec inuenire poſſet nauem tunc tẽporis transfretantem, fraudatum à ſuo deſiderio ſe ſentiens, nautas quoſdam Anchonã tendentes, ut amore Dei eum ſecum ducerent, exorauit. Verum illis propter expenſarum defectum pertinaciter recuſantibus, uir Dei plurimũ de Domini bonitate confiſus, nauẽ cum ſocio latenter conſcendit. Affuit quidam à Deo, ut creditur, pro paupere ſuo miſſus, qui ſecum ferens neceſſaria uictus, quendam timentẽ Deum de naui ad ſe uocatum ſic alloquutus eſt: Hęc pro pauperibus fratribus in naui latitantibus conſerua fideliter, ac neceſsitatis tẽpore amicabiliter ſubminiſtra. Sicq; factum eſt, ut nautis propter uim uentorũ per dies plurimos nuſq; applicare ualentibus, omnia conſumerentur ipſorũ cibaria, & ſola pauperi Franciſco collata deſuper eleemoſyna ſupereſſet. Quæ cum eſſet modica, tantũ diuina uirtute ſuſcepit augmentũ, ut diebus pluribus

in mari propter tempeſtatem continuam contrahentibus morã, uſq; ad portũ Anchonæ omnium neceſsitatibus plenariẹ ſubueniret. Videntes itaq; nautæ per ſeruũ Dei multa ſe mortis euaſiſſe diſcrimina, tanq; qui maris horrẽda pericula ſenſerant,& mirãda opera Domini uiderant in profundo,gratias egerunt Omnipotẽti Deo, qui ſemper in ſuis amicis & ſeruis mirabilem & amabilem ſe oſtendit.

Cum autẽ relicto mari terrã perambulare cœpiſſet,iactato in eam ſalutis ſemine,reportabat manipulos fructuoſos. Verũ quia martyrij fructus adeo cor eius allexerat,ut precioſam pro Chriſto mortem ſuper omnia uirtutũ merita peroptaret, uerſus Marrochium iter arripuit,ut Miramolino,& genti eius Chriſti Euangelium prædicaret, ſi quomodo ad concupitam palmam ualeret attingere. Tanto nanque deſiderio ferebatur,ut quanuis eſſet imbecilis corpore,peregrinationis ſuæ præcurreret comitem, & ad exequendum propoſitum feſtinus, & tanq; ſpiritu ebrius aduolaret, Sed cum iam uſque in Hiſpaniam perrexiſſet,diuina diſpoſitione,quæ ipſum reſeruabat ad alia, grauiſſima ei ſuperuenit infirmitas, qua præpeditus quod cupiebat, adimplere nequiuit. Sentiens igitur uir Dei,ꝙ neceſſaria erat adhuc proli, quã genuerat,ipſius uita in carne, quanuis mortẽ ſibi lucrum putaret eſſe,redijt ad paſcendum oues ſuæ ſolicitudini cõmendatas.

Verùm charitatis ardore ſpiritũ ipſius ad martyrium perurgente, tertia adhuc uice pro fide Trinitatis effuſione ſui ſanguinis dilatanda, uerſus infideles proficiſci tentauit. Tertiodecimo nanq; conuerſionis ſuæ anno ad partes Syriæ pergens,multis ſe periculis cõſtanter expoſuit,ut Soldani Babyloniẹ poſſet adire præſentiam. Inter Chriſtianos enim ac Sarracenos tunc bellum tam implacabile erat, exercituum caſtris hinc inde in campo cominus ex aduerſo locatis, ut uia mutui tranſitus ſine mortis diſcrimine non pateret. Exierat ſiquidem à Soldano edictum crudele, ut quicunque caput alicuius Chriſtiani afferret,biſantium aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Chriſti miles Franciſcus ſperans in proximo ſuum adipiſci poſſe propoſitũ, diffiniuit iter arripere, mortis pauore non territus, ſed deſiderio prouocatus. Oratione nanq; præmiſſa confortatus à Domino, confidenter illud propheticum decantabat: Nam etſi ambulauero in medio umbræ mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es. Aſſumpto igitur ſocio fratre, Illuminato nomine, uiro utiq; luminis & uirtutis, cum iter cepiſſet,obuias habuit ouiculas duas,quibus uiſis exhilaratus uir ſanctus,dixit ad ſocium: Confide frater in Domino,nam in nobis Euangelicum illud impletur: Ecce ego mitto uos in medio luporum. Cum autẽ proceſsiſſent ulterius,occurrerunt ei ſatelites ſarraceni,qui tanq; lupi celerius accurrentes ad oues, ſeruos Dei feraliter comprehenſos crudeliter & contemptibiliter pertractarunt, afficientes conuitijs,

uitijs, affligentes uerberibus,& uinculis alligantes. Tandem afflictos multipliciter,& attritos ad Soldanum diuina diſponente prouidentia, iuxta uiri deſiderium perduxerunt. Cum igitur princeps ille perquireret à quibus,& ad quid,& qualiter miſsi eſſent, intrepido corde reſpondit Chriſti ſeruus Franciſcus: Non ab homine, ſed à Deo altiſsimo ſe fuiſſe tranſmiſſum,ut ei & populo ſuo uiam ſalutis oſtenderet, & annunciaret Euangelium ueritatis.

Tanta uerò mentis conſtantia,tanta uirtute animi,tantoq; feruore ſpiritus prædicto Soldano prædicauit,Deum trinũ,& unum,& ſaluatorem omnium Ieſum Chriſtum,ut Euangelicum illud in ipſo clareſceret ueraciter eſſe completum:Ego dabo uobis os,& ſapientiam cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij ueſtri. Nam & Soldanus admirandum in uiro Dei feruorẽ ſpiritus conſpiciens, & uirtutem,libenter ipſum audiebat,& ad moram contrahendam cũ eo inſtantius inuitabat. Chriſti uerò ſeruus ſuperno illuſtratus oraculo: Si uis,inquit,conuerti tu cũ populo tuo ad Chriſtum,ob illius amorẽ libenter uobiſcum cõmorabor. Quòd ſi hæſitas propter fidem Chriſti legem Machometi dimittere,iube ignem accendi per maximum, & ego cũ ſacerdotibus tuis ignẽ ingrediar,ut uel ſic cognoſcas,quæ fides certior,& ſanctior non immeritò tenenda ſit. Ad quem Soldanus: Non credo quòd aliquis de ſacerdotibus meis ſe uellet igni propter fidem ſuam defenſandam exponere,uel genus aliquod ſubire tormenti. Viderat enim ſtatim quendam de presbyteris ſuis uirum auctenticum & longæuum, hoc audito uerbo, de ſuis conſpectibus aufugiſſe. Ad quem uir ſanctus: ſi mihi uelis promittere pro te, & populo tuo, quòd ad Chriſti cultum,ſi ignẽ illæſus exiero,ueniatis,ignem ſolus introibo: Et ſi combuſtus fuero,imputetur peccatis meis; ſi autẽ diuina me protexerit uirtus,Chriſti Dei uirtutẽ,& ſapientiam,uerũ Deum, & Dominũ ſaluatorem omnium agnoſcatis.Soldanus autem optionẽ hanc accipere ſe non audere reſpondit, quia ſeditionem populi formidabat.Obtulit tamen ei multa munera precioſa,quæ uir Dei nõ mundanarũ rerum,ſed ſalutis animarũ auidus,ſpreuit omnia,quaſi lutum. Soldanus autem uidens uirum ſanctum tam perfectum rerum mundialium contemptorẽ,admiratione permotus,maiorẽ erga ipſum deuotionem concepit.Et quanuis ad fidem Chriſtianam tranſire nollet, uel forſan nõ auderet,rogauit tamen deuotè famulum Chriſti,ut prędicta ſuſciperet pro ſalute ipſius Chriſtianis pauperibus,uel Eccleſijs eroganda. Ipſe uerò quia pondus fugiebat pecuniæ,& in animo Soldani ueræ pietatis non uidebat radicem,nullatenus acquieuit. Videns etiam ſe non proficere in conuerſione gentis illius, nec ſuum aſſequi poſſe propoſitum,ad partes fidelium,diuina reuelatione præmonitus, remeauit.

Sic itaque Dei ordinante clementia,& ſancti uiri promerente uirtute, miſericorditer & mirabiliter factum eſt, quòd Chriſti amicus mortem pro ipſo uiribus totis exquireret,& tamen nullatenus inueniret,ut & merito non careret optati martyrij,& inſigniendus ſeruaretur in poſterum priuilegio ſingulari. Sic utiq; factum eſt,ut ignis ille diuinus adhuc perfectius ipſius æſtuaret in corde, ut poſt potentius euaporaret in carne. O uerè beatum uirum,cuius caro etſi tyrannico ferro non cęditur,occiſi tamen agni ſimilitudine non priuatur. O inquã,uerè ac plenè beatum,cuius animã etſi gladius perſequutoris nõ abſtulit,palmam tamen martyrij non amiſit.

De ſtudio & uirtute Orationis. Cap. 10.

Sentiens Chriſti ſeruus Franciſcus, corpore ſe peregrinum à Domino,cum iam ad terrena foris deſideria per Chriſti charitatem totus eſſet inſenſibilis factus,ne foret abſque conſolatione dilecti,ſine intermiſsione orans,ſpiritum Deo contendebat exhibere pręſentem. Erat quidem oratio contemplanti ſolatium,dum ſupernarũ circuitu manſionum, Angelorum conciuis iam factus,feruenti deſiderio quærebat dilectum,à quo ſolus eum carnis paries diſiungebat. Erat & operanti præſidium,dum in omnibus quæ agebat,de ſua diffidens induſtria,& de ſuperna pietate confidens, per ipſius inſtantiam, totũ in Domino

37 *Ecce quã neceſſaria uiro Religioſo oratio.*

cogitatũ iactabat. 37 Orationis gratiam uiro religioſo deſiderãdam ſuper omnia firmiter aſſerebat,nullumq; credens ſine ipſa in Dei proſperari ſeruitio,modis quibus poterat fratres ſuos ad eius ſtudium excitabat. Nam ambulans,& ſedens,intus,& foris,laborans,& uacans, orationi adeò erat intentus, ut illi uideretur, non ſolum quicquid erat in eo cordis & corporis,uerum etiam operis & temporis dedicaſſe. Solitus erat nullam uiſitationẽ ſpiritus cũ negligentia præterire. Siquidẽ eum offerebatur, ſequebatur eam, & quandiu dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cum autẽ intentus itineri,diuini ſpiritus aliquos ſentiret afflatus, ſocijs præcedentibus gradum figebat, nouamq; inſpirationem ad fruitionem conuertens, gratiam non recipiebat in uacuum.

Suſpendebatur multoties tanto contemplationis exceſſu, ut ſupra ſemetipſum raptus,& ultra humanum ſenſum aliquid ſentiens,quid ageretur circa ſe exterius ignoraret. Tranſiens nanq; ſemel per Burgum ſancti Sepulchri,caſtrum utique populoſum,pro debilitate corporis ſubuectus aſello,obuias habuit turbas in eũ præ deuotione ruentes. Tractus autem & detentus ab eis,cõpreſſus quoque, ac multipliciter attrectatus,inſenſibilis uidebatur ad omnia,& uelut exanime corpus,de ijs quæ fiebant circa ipſum,nihil penitus aduertebat. Vnde cũ iam diu tranſito caſtro, turbiſq; relictis perueniſſet ad quoddam domicilium leproſorum,quaſi aliunde rediens cęleſtium contemplator,

ſolicitè requiſiuit quando propinquarent ad Burgum. Mens quidem ipſius in cœleſtibus fixa ſplendoribus, uarietates non ſenſerat locorũ, nec temporũ, nec occurrentium perſonarũ. Quod ipſi accidiſſe frequentius, ſociorũ eius experientia multiplex comprobauit. Et quia in oratione perceperat ſancti ſpiritus deſideratã præſentiam tanto familiarius ſe offerre precantibus, quanto plus inuenit elongatos à ſtrepitu mundanorũ, ideo loca ſolitaria quærens, ad ſolitudines & Eccleſias derelictas oraturus nocte pergebat: Vbi dæmonũ pugnas horribiles frequenter ſuſtinuit, qui ſecũ ſenſibiliter confligentes, nitebantur ipſum ab orationis ſtudio perturbare. Ipſe uerò armis munitus cœleſtibus, quanto uehementius impetebatur ab hoſtibus, tanto fortior in uirtute, & feruentior reddebatur in opere, fidenter dicens ad Chriſtum: Sub umbra alarum tuarũ protege me à facie impiorũ, qui me afflixerunt. Ad dæmones autem; Facite quicquid in me ualetis, maligni ſpiritus, & fallaces. Non enim poteſtis, niſi quantum uos manus ſuperna relaxat: & ego ad perferendum omnia, quæ illa infligenda decreuerit, cũ omni iocunditate paratus aſsiſto. Quam mentis conſtantiam ſuperbi dæmones non ferentes, abſcedebant confuſi.

Vir autẽ Dei ſolitarius remanens & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca ſpargebat lachrymis, pectora manu tendebat, & quaſi occultius ſecretarium nactus, confabulabatur cum domino ſuo. Ibi reſpondebat iudici, ibi ſupplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque à fratribus ipſum piè obſeruantibus, aliquoties auditus eſt, clamoſis gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta uoce, quaſi corã ſe poſitam Dominicã paſſionem. Ibi uiſus eſt nocte 38 orans manibus ad modum crucis protenſis, toto corpore ſubleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circũdatus, ut illuſtrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perluſtratio teſtis eſſet. Ibi etiam, ſicut certis eſt cõprobatum indicijs, incerta ſibi & occulta diuinæ ſapientię pandebantur, quamuis illa non uulgaret exterius, niſi quantũ Chriſti urgebat charitas, & proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem impreciabilem contingit amitti, & illum qui dedit, ad non dandum iterum facilè prouocari. 38 *Orans manibus ad modum Crucis protenſis.*

Quando à priuatis redibat orationibus, quibus penè in uirum alterum mutabatur, ſummopere ſtudebat conformare ſe cæteris, ne forte quod foris oſtenderet, aura fauoris intus à mercede euacuaret. Cum in publico ſubitò afficeretur uiſitatus à Domino, ſemper aliquid obijciebat aſtantibus, ne ſponſi familiares attractus forinſecus uulgarentur. Excreationes, gemitus, duros anelitus, extrinſecos nutus orans inter fratres deuitabat omnino, ſiue quia diligebat ſecretum, ſiue quia ad interiora reintrans, totus ferebatur in Deum. Sæpe talia familiari-

bus dixit: Quando ſeruus Dei orans, uiſitatur diuinitus, dicere debet: Iſtam conſolationem mihi peccatori & indigno de cœlo miſiſti domine, & ego illam tuæ cõmitto cuſtodiæ, quia theſauri tui me ſentio eſſe latronem. Cum autem ab oratione reuertitur, ſic debet ſe pauperculum, & peccatorem oſtendere, ac ſi nullam ſit nouam gratiam conſequutus.

Orante autem uiro Dei in loco de Porciuncula, contigit Aſsiſinatem Epiſcopum uenire ad eum, ut erat ſolitus, uiſitandum. Qui mox ut locum fuit ingreſſus, ad cellam, in qua Chriſti ſeruus orabat, plus debito fidenter acceſsit. Pulſoq; oſtiolo intraturum ſe ingerens, dum caput immiſit, ſanctumq; orantem conſpexit, repentino timore concuſſus, obrigeſcentibus membris, etiam loquelam amiſit. Subitoq; uoluntate diuina per uim foras propulſus, retrogrado pede procul abductus eſt. Stupefactus Epiſcopus ad fratres feſtinauit, ut potuit, Deoq; ſibi reſtituente linguam, primo uerbo confeſſus eſt culpam.

Contigit tempore quodam Abbatem monaſterij ſancti Iuſtini de Epiſcopatu Peruſij, obuiare famulo Chriſti. Quo uiſo Abbas deuotus celeriter de equo deſcendit, ut & uiro Dei reuerentiam faceret, & de ſalute animæ aliqua cũ ipſo conferret. Tandẽ habita collatione ſuaui, Abbas abſcedens orari pro ſe humiliter petijt. Cui uir Deo charus reſpondit: Orabo libenter. Parum itaque diſcedente Abbate, dixit fide-
39 lis Franciſcus ad ſocium: Expecta frater modicum, quia debitum uo-
Audi rem mirã de ũi Orationis beati Franciſci. lo ſoluere, quod promiſi. 39 Orante autem illo, ſubito Abbas inſolitum calorem, & dulcedinem hactenus inexpertam ſenſit in ſpiritu, ita quod in exceſſu mentis effectus, totus à ſeipſo in Deum defecit. Parua morula ſubſtitit, & in ſe reuerſus, uirtutem orationis ſancti Franciſci cognouit. Maiori proinde circa ordinẽ ſemper amore flagrauit, mul-
40 tiſq; factum pro miraculo retulit.

Vide quã deuote & quã attente canonicas horas perſolueret. Solitus erat uir ſanctus horas 40 Canonicas non minus timorate Deo perſoluere, quàm deuote. Nam licet oculorum, ſtomachi, ſplenis, & epatis ægritudine laboraret, nolebat tamen muro uel parieti inhærere dum pſalleret, ſed horas ſemper erectus, & ſine caputio, non girouagis oculis, nec cũ aliqua ſincopa perſoluebat. Si quando eſſet in itinere conſtitutus, figebat tunc temporis greſſum, huiuſmodi conſuetudinem reuerentem & ſacrã, propter pluuiarũ inundantiam non amittens. Dicebat enim ſi quiete comedit corpus cibum ſuũ futurum cũ ipſo uermium eſca, cũ quanta pace & tranquillitate accipere debet anima cibũ uitæ? Grauiter etiam ſe putabat offendere, ſi quando orationi deditus, uanis phantaſmatibus interius uagaretur. Cum aliquid tale accideret, non parcebat confeſsioni, quin illud protinus expiaret. Hoc ſtudium ſic in uſum conuerterat, ut rariſsime muſcas huiuſmodi pateretur.

Fecerat in Quadrageſima quadam uaſculum unum, ut minutias temporis ne omnino exciderent, occuparet: Quod cum diceret Tertiam in memoriam ueniens paulum ipſius animũ diſtraxiſſet, motus feruore ſpiritus, uaſculum igne conſumpſit, dicens: Sacrificabo illud Domino, cuius ſacrificium impediuit. Pſalmos cũ tanta mentis attentione dicebat, quaſi Deum præſentem haberet: & cũ nomen Domini in eis occurreret, præ ſuauitatis dulcedine labia ſua lingere uidebatur. Ipſum quoque Domini nomen non ſolum cogitatum, uerum etiam prolatum, & ſcriptũ reuerentia uolens honorare præcipua, fratribus perſuaſit aliquando, ut omnes cedulas ſcriptas ubicunq; repertas colligerent, mundoq; loco reponerent, ne forte ſacrũ illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem Ieſu cum exprimeret uel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus uidebatur exterius alterari, ac ſi mellifluus ſapor guſtum, uel armoniacus ſonus ipſius immutaſſet auditum.

Contigit autem anno tertio ante obitum ſuũ, ut memoriam natiuitatis pueri Ieſu ad deuotionem excitandam apud caſtrum Græcij diſponeret agere cũ quanto maiori 41 ſolennitate ualeret. Ne uerò hoc leuitati poſſet aſcribi, à ſummo Pontifice petita & obtenta licentia, fecit præparari præſepium, apportari fenum, bouem & aſinum ad locum adduci. Aduocantur fratres, adueniunt populi, perſonat ſylua uoces, & uenerabilis illa nox luminibus copioſis & claris, laudibusque ſonoris, & conſonis, & ſplendens efficitur, & ſolennis. Stabat uir Dei corã præſepio pietate repletus, reſperſus lachrymis, & gaudio ſuperfuſus. Celebrantur miſſarum ſolennia ſuper præſepe, Leuita Chriſti Franciſco ſacrũ Euangelium decantante. Prędicat deinde populo circunſtanti. de natiuitate Regis pauperis, quẽ cũ nominare uellet, puerum de Bethleem præ amoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidam uirtuoſus & uerax, qui propter Chriſti amorem ſeculari relicta militia, uiro Dei magna fuit familiaritate coniunctus, Dominus Ioannes de Græcio, ſe uidiſſe aſſeruit puerulum quendam ualde formoſum in illo præſepio dormientem, quem beatus pater Franciſcus ambobus cõplexans brachijs excitare uidebatur à ſomno. Hanc ſiquidem deuoti militis uiſionem non ſolum uidentis ſanctitas credibilem facit, ſed & deſignata ueritas cõprobat, & miracula ſubſequuta confirmant. Nam exẽplum Franciſci conſideratũ à mundo, excitatiuum eſt cordium in fide Chriſti torpentium, & fenum præſepij reſeruatum à populo, mirabiliter ſanatiuũ fuit brutorũ languentium, & aliarum repulſiuum peſtium diuerſarum, glorificante Deo per omnia ſeruum ſuum, ſanctæq; orationis efficatiam euidentibus miraculorum prodigijs demonſtrante.

41 *Feſtum Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti maxime ſolenne.*

De Intelligentia ſcripturarum & ſpiritu prophetiæ. Cap. 11.

Ad tantam autem mentis ſerenitatem indefeſſum orationis ſtudium cũ continua exercitatione uirtutum, uirum Dei perduxerat, ut quamuis non habuerit ſacrarũ literarũ peritiam per doctrinã, æternæ tamen lucis irradiatus fulgoribus, ſcripturarũ profunda miro intellectus ſcrutaretur acumine. Penetrabat enim ab omni labe purum ingenium myſteriorũ abſcondita. Et ubi magiſtralis ſcientia foris ſtat, affectus introibat amantis. Legebat quandoq; in libris ſacris, & quod animo ſemel iniecerat, tenaciter imprimebat memoriæ, quia non fruſtra mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continuæ deuotionis ruminabat affectu. Quærentibus aliquando fratribus, utrum ſibi placeret, quòd literati iam recepti ad ordinẽ intenderent ſtudio ſacræ ſcripturæ, reſpõdit: Mihi quidem placet, dum tamen exẽplo Chriſti, qui magis oraſſe legitur quàm legiſſe, orationis ſtudiũ non omittant: nec tamen ſtudeant, ut ſciant, qualiter debeant loqui, ſed ut audita faciant, & cũ fecerint, alijs facienda ꝓponant. Volo, inquit, fratres meos diſcipulos Euangelicos eſſe, ſicq; in notitia ueritatis proficere, quod in ſimplicitatis puritate concreſcant, ut ſimplicitatem columbinã à prudentia ſerpentina non ſeparent, quas magiſter eximius ore ſuo benedicto coniunxit.

Interrogatus Senis à quodam religioſo uiro Theologiæ ſacræ doctore, de quibuſdam quęſtionibus difficilibus intellectu, tanta claritate doctrinę diuinę ſapientiæ patefaciebat archana, ut uehementer ſtuperet uir ille peritus, & cũ admiratione referret: Verè Theologia ſancti patris iſtius, puritate, ac contẽplatione, tanquã alis in altum ſubuecta, eſt aquila uolans; noſtra uerò ſcientia uentre graditur ſuper terrã. Licet enim eſſet imperitus ſermone, ſcientia tamen plenus enodabat dubia quæſtionũ, & abſcondita producebat in lucem. Nec abſonum, ſi uir ſanctus ſcripturarum à Deo intellectum acceperat, cũ per imitationem Chriſti perfectam ueritatem ipſarum deſcriptam geſtaret in opere, & per ſancti ſpiritus unctionem plenariam, doctorem earum apud ſe haberet in corde.

Adeò etiam in ipſo claruit ſpiritus prophetiæ, ut & præuideret futura, & cordium contueretur occulta, abſentia quoq; uelut pręſentia cerneret, & ſe præſentem abſentibus mirabiliter exhiberet. Tempore nanque, quo Damiatam Chriſtianorũ obſidebat exercitus, aderat uir Dei non armis, ſed fide munitus. Cum igitur die belli Chriſtiani pararentur ad pugnam, hoc audito Chriſti ſeruus uehementer ingemuit, dixitq; ſocio ſuo: ſi belli fuerit attentatus ingreſſus, oſtendit mihi Dominus non proſperè cedere Chriſtianis: Verùm ſi hoc dixero, fatuus reputabor, ſi tacuero, conſcientiam non euadam. Quid igitur tibi uidetur? Reſpondit ſocius eius dicens: Frater pro minimo tibi ſit ut ab

hominibus iudiceris,quia non modo incipis fatuus reputari. Exonera conſcientiam tuam,& Deum magis time,quàm homines. Quo audito,exiliens Chriſti præco ſalutaribus monitis Chriſtianos aggreditur, prohibet bellum,denunciat caſum. Fit ueritas in fabulam: indurauerunt cor ſuũ & noluerunt reuerti. Itur,cõmittitur, & bellatur, totaq; in fugam uertitur militia Chriſtiana, finem belli opprobrium referens,non triumphum. Tanta uerò ſtrage Chriſtianorũ imminutus eſt numerus,ut circa ſex millia fuerint inter mortuos & captiuos. In quo euidenter innotuit, quòd ſpernenda non erat ſapientia pauperis, cum anima uiri iuſti annunciet aliquando uera,quàm ſeptẽ circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. *Miraculum.*

Alio quoque tempore cum poſt reuerſionem ipſius de ultra mare, Celanum prædicaturus accederet, miles quidam ſupplici eũ deuotione cũ inſtantia magna inuitauit ad prandium. Venit itaque ad militis domũ,omniſq; familia pauperũ hoſpitũ exultauit in ingreſſu. Ante uerò quã 42 cibũ ſumerent, iuxta ſolitum morẽ, uir mente deuotus offerens Deo preces, & laudes, oculis ſtabat eleuatis in cœlum. Oratione cõpleta,benignũ hoſpitem familiariter aduocatũ in partẽ, ſic alloquutus eſt: Ecce frater hoſpes,tuis uictus precibus,ut manducarem domũ tuam intraui. Meis nunc cito monitis acquieſce, quoniam non hic,ſed alibi manducabis. 43 Confitere nunc peccata tua ueræ pœnitentię dolore contritus,nec in te remaneat quicquã quod ueridica confeſsione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie uicem, quoniam tanta deuotione ſuos pauperes ſuſcepiſti. Acquieuit continuò uir ille ſermonibus ſancti,ſocioq; ipſius uniuerſa peccata in confeſsione detegens,diſpoſuit domũ ſuam,& ad mortẽ ſuſcipiendam ſe quantum ualuit,præparauit. Intrauerunt tandẽ menſam,& incipientibus alijs manducare,hoſpes ſubito ſpiritũ exalauit,iuxta uerbum hominis Dei repentina morte ſublatus. Sicq; factum eſt, hoſpitalitatis gratia promerente,ut iuxta uerbum ueritatis, prophetam recipiens,mercedem prophetæ acciperet,dum per ſancti uiri prænunciationem propheticam,miles ille deuotus ſibi contra mortis ſubitationem prouidit, quatenus armis pœnitentiæ præmunitus,perpetuam damnationem euaderet,& in æterna tabernacula introiret. *Miraculum.*

42 *Ecce Chriſtianũ morem, antequã cibus ſumatur,fundere preces ad dominum.*

43 *Si ſacerdotalis confeſsio non fuiſſet neceſſaria ex diuino p̃cepto,nec antiquis patribus in uſu,ab homine iamiam morituro,non eam iuſsiſſet fieri uir Dei beatus Franciſcus.*

Tempore quo uir ſanctus Reate iacebat infirmus, præbendarius quidam nomine Gedeon, lubricus, & mundanus, infirmitate graui correptus,lectulo decubans,cũ ad eum fuiſſet delatus, lachrymoſe rogabat cũ ſimul aſtantibus,ut ab ipſo Crucis ſignaculo ſignaretur. Ad quẽ ille: Cũ uixeris olim ſecundũ deſideria carnis,non ueritus iudicia Dei,quomodo te cruce ſignabo? Verũ propter deuotas intercedentiũ preces,ſigno te crucis ſignabo in nomine Domini. Tu tamen ſcito te grauiora paſſurum,ſi ad uomitũ redieris liberatus, Propter enim pec-

44 catũ ingratitudinis ſemper peiora prioribus inferuntur. 44 Signo itaque Crucis ſuper eũ facto, ſtatim qui contractus iacuerat, ſurrexit ſanus, & in laudẽ Dei prorũpens: Ego, inquit, ſum liberatus. Inſonuerunt autẽ oſſa renum eius, audientibus cunctis, ueluti cũ manu ligna ſicca frangũtur. Paucis autẽ interlapſis tẽporibus, Dei oblitus, corpus impudiciiç reddidit. Cumq; ſero quodã cœnaſſet in domo cuiuſdam canonici, noctéq; illa dormiret ibidem, ſubito ſuper omnes corruit tectum domus. Cæteris autẽ euadentibus mortẽ, ſolus ille miſer interceptus atq; interemptus eſt. Iuſto igitur Dei iudicio facta ſunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus propter ingratitudinis uitium, Deiq; cõtemptum; cũ de accepta uenia gratũ eſſe oporteat, & duplo diſpliceat flagitium iteratum. *Miraculum.*

Signo Crucis ſuper ægrotum à Franciſco edito, ſtatim is redditus eſt ſanitati.

Alio quoque tẽpore mulier quædam nobilis, Deo deuota, uenit ad ſanctum, ut ſuũ ei explicaret dolorẽ, ac remediũ poſtularet. Habebat quidẽ uirum ualde crudelem, quẽ aduerſarium patiebatur in ſeruitio Chriſti. Et ideo petebat à ſancto, quatenus oraret pro illo, ut ſua Deus cor ipſius dignaretur emollire clemẽtia. Ipſe uerò hoc audiens, ait illi: Vade cũ pace, indubitanter expectans de uiro tuo conſolationem tibi de proximo affuturã. Et adiecit: Dices ei ex parte Dei, & mea, quòd nunc eſt tẽpus clementiæ, poſtmodũ æquitatis. Benedictione accepta reuertitur mulier, inuenit uirũ, denunciat uerbũ. Cecidit ſuper eũ ſpiritus ſanctus, & nouũ factũ de ueteri, ſic facit cũ omni manſuetudine reſpõdere: Domina, ſeruiamus Domino, & ſaluemus animas noſtras.

45 Suadente igitur ſancta uxore, pluribus annis 45 cœlibẽ uitam agentes, eodem die ambo ad Dominũ migrauerunt. Miranda certe in uiro Dei ſpiritus prophetici uirtus, qua & membris iam arentibus reſtituebat uigorẽ, & duris imprimebat cordibus pietatem: quanq; nõ minus eiuſdẽ ſpiritus ſit ſtupenda limpiditas, qua ſic futurorũ præcognoſcebat euentum, ut etiam conſcientiarũ ſcrutaretur archanũ, quaſi alter Heliſeus duplicem Heliæ ſpiritũ aſſequutus. *Miraculum.*

Vides quod etiam cõiugati Dei gratia cœlibem uitam ducere poſſunt? Multi quoq; Sancti hoc modo uixiſſe reperiuntur.

Nam cũ Senis uiro cuidam ſibi familiari quædam ſuperuentura finaliter prædixiſſet, & uir ille peritus, de quo ſupra mentio facta eſt, quod de ſcripturis cũ eo conferebat aliquando, his auditis, ab eodẽ ſancto pâtre dubitando perquireret, an hæc ipſe dixiſſet, quæ illius uiri relatione cognouerat, nõ ſolum ſe illa dixiſſe aſſeruit, uerũ etiam quærenti alienum euentũ, proprium exitũ prophetando prædixit. Quod ut certius cordi eius imprimeret, quendam ſecretũ conſcientiæ illius ſcrupulum, quẽ nulli uiuenti uir præfatus expreſſerat, & mirabiliter reuelando explicuit, & ſalubriter conſulendo reſerauit. Ad quorum omnium firmitatẽ accidit, quod uir ille religioſus, ſicut Chriſti famulus ei prædixit, ſic finaliter conſumauit. *Miraculum.*

Eo quoque tẽpore, quo reuertebatur de ultra mare, ſocium habens

fratrem

fratrem Leonardum de Aſiſio, contigit, eum fatigatũ & larſum parumper aſellum conſcendere. Subſequens autem ſocius & ipſe non modicum feſſus, cœpit dicere intra ſe, humanum aliquid paſſus: Non de pari ludebant parentes eius, & mei? En ipſe equitat, & ego pedeſter aſinum eius duco. Hoc illo cogitante, protinus deſcendit de aſino uir ſanctus, & ait: Non frater conuenit ut ego equitem, tu uenias pedes, quia nobilior & potentior in ſeculo tu me fuiſti. Obſtupuit ilicò frater, & rubore ſuffuſus, deprehenſum ſe recognoſcens, procidit ad pedes ipſius, & lachrymis irrigatus, nudum expoſuit cogitatum, ueniamq; popoſcit.

Miraculum.

Frater quidam Deo deuotus & famulus Chriſti, frequenti cogitatione uerſabat in pectore, ſuperna fore gratia dignum, quẽ uir ſanctus familiari complecteretur affectu: quẽ uerò tanquã extraneum reputaret, extra numerũ electorum reputandum à Deo. Cum igitur cogitationis huius crebrius uexatus impulſu, uiri Dei familiaritatẽ uehementer optaret, nec tamen cordis ſui ſecretum reuelaret alicui, aduocans eũ ad ſe dulciter pater pius, ſic alloquutus eſt: Nulla te turbet cogitatio fili, quoniã te chariſsimũ habens inter præcipuè mihi charos, libenter tibi munus meæ familiaritatis, & dilectionis impendo. Miratus exinde frater, factusq; deuotior ex deuoto, non ſolum in amorem creuit hominis ſancti, uerumetiam per ſpirituſſancti gratiæ munus donis eſt maioribus cumulatus. Cũ autẽ in monte maneret Aluernæ cella recluſus, unus è ſocijs magno deſiderio cupiebat habere de uerbis Domini aliquod ſcriptum manu ipſius breuiter annotatum. Grauem enim, qua uexabatur, tentationẽ, non carnis, ſed ſpiritus, ex hoc credebat euadere, uel certè leuius ferre. Tali deſiderio languens anxiabatur interius, quia uerecundia uictus reuerendo patri rem pandere non audebat. Sed cui homo nõ dixit, ſpiritus reuelauit. Portari nanq; ſibi iuſsit à fratre prædicto atramentũ & chartam, laudesq; Domini iuxta fratris deſiderium propria manu ſcripſit, & ultimo benedictionem ipſius, dicens: Accipe tibi chartulam iſtam, & uſque ad diem mortis tuæ cuſtodias diligenter. Accepit frater donum illud optatum, & ſtatim omnis illa tentatio effugatur. Seruatur litera, & cum in poſterum miranda effecerit, uirtutum Franciſci teſtimonium fuit.

Miraculum.

Frater quidam erat, quantum à foris uidebatur, ſanctitate præclarus, conuerſatione inſignis, tamen admodum ſingularis. Omni tẽpore orationi uacans, tanta diſtrictione ſilentium obſeruabat, ꝙ conſueuerat non uerbis, ſed nutibus confiteri. Accidit autẽ ſanctum patrem uenire ad locum uidere fratrem, & de ipſo cum alijs fratribus habere ſermonem. Cõmendantibus autem omnibus & magnificantibus illum, reſpondit uir Dei: Sinite fratres, ne mihi in eo diabolica figmenta lau-

de~is. In ueritate ſciatis, ꝙ diabolica tentatio eſt, & deceptio fraudulenta. Dure acceperunt hoc fratres, tanquã impoſsibile iudicantes, ꝙ tot perfectionis indicijs fraudis ſe cõmenta fuſcarent. Verũ non poſt multos dies eo religionem egreſſo, euidenter apparuit, quanta luculentia interioris contuitus, uir Dei cordis eius ſecreta perſpexit. Multorum quoque per hunc modum, qui ſtare uidebantur, ruinam, ſed & plurium peruerſorum conuerſionẽ ad Chriſtum ĩmobili ueritate prę nuncians, appropinquaſſe uidebatur ad æternæ lucis ſpeculũ contemplandum, cuius fulgore mirabili abſentia corporaliter, tanquam ſi eſſent præſentia, mentis eius cernebat obtutus. *Miraculum.*

Quodam nanque tempore uicarius ſuus tenebat capitulum, ipſe uerò in cella orans, ſequeſter erat, & medius inter fratres, & Deum. Cũ igitur unus ex ipſis defenſionis quodam contectus palliolo nõ ſe ſubderet diſciplinæ, Videns hoc uir ſanctus in ſpiritu, uocauit quendam de fratribus, & dixit ad eum: Vidi frater diabolum ſuper illius fratris inobedientis dorſum, collum eius tenentem aſtrictum, qui tali ſeſſore ſubactus, obedientię freno ſpreto, inſtinctus eius ſequebatur habenas. Et cum rogarem Deum pro fratre, ſubitò dæmon confuſus abſceſsit. Vade igitur, & dic fratri, ut obedientiæ ſanctæ iugo collum ſine mora ſubmittat, monitus per internuncium frater, ſtatimq; conuerſus ad Deum, ad pedes uicarij humiliter ſe proiecit. *Miraculum.*

Alio quoque tẽpore contigit duos fratres ad eremitorium Græcij de remotis uenire, ut uirum Dei cernerent, & benedictionem multò deſideratam iam tempore reportarent. Venientes autẽ & non inuenientes, quia de publico iam ad cellam redierat, deſolati abibant. Et ecce recedentibus illis, cum de ipſorũ aduentu uel receſſu nihil ſecundum humanũ ſenſum percipere potuiſſet, præter ſolitũ morẽ egreſſus è cella, clamauit poſt eos, & iuxta quod optauerant, ſigno Crucis facto, in Chriſti nomine benedixit. *Exemplum.*

Duo fratres uenerunt aliquando de terra laboris, quorũ antiquior nonnulla intulit ſcandala iuniori. Cum autẽ perueniſſent ad patrem, quæſiuit ille à iuniori, qualiter erga ipſum ſe frater ſocius habuiſſet in uia. Quo reſpondente: Vtique ſatis bene, ſubiunxit: Caue frater; ne ſub humilitatis ſpecie mentiaris; ſcio enim, ſcio, ſed expecta modicũ, & uidebis. Miratus eſt per plurimum frater, quomodo tam abſentia per ſpiritum cognouiſſet. Igitur non poſt multos dies, cõtempta religione foras egreditur, qui ſcandalum fecerat fratri, & à patre non petierat ueniam, nec correctionis debitam receperat diſciplinã. Simulq; duo in una illius claruere ruina, æquitas ſcilicet diuinę iuſtitiæ, & perſpicacitas ſpiritus prophetiæ. Qualiter autẽ abſentibus ſe præſentem exhibuit, diuina faciente uirtute, euidẽter ex ſuperioribus innoteſcit, ſi reuocetur ad mentẽ, qualiter abſens in curru igneo transfiguratus

apparuit,& quomodo ſe Arelatenſi capitulo in Crucis effigie præſentauit. Quod factum eſſe diuina diſpoſitione credendũ eſt,ut ex præſentiæ corporalis apparitione mirabili patenter clareſceret,quàm præſens & peruius ſpiritus eius luci ſapientiæ foret æternæ,quę omnibus mobilibus mobilior eſt,& ubiq; attingens propter ſui munditiã, per nationes in animas ſanctas ſe transfert,& Dei amicos & prophetas conſtituit. Simplicibus & paruulis ſua ſolet pandere myſteria doctor excelſus,ſicut prius apparuit in Dauid prophetarum eximio,& poſt in Apoſtolorum principe Petro, & tandẽ in pauperculo Chriſti Franciſco. Hi enim cũ eſſent literarum imperitia ſimplices, facti ſunt ſancti ſpiritus eruditione illuſtres. Is quidem paſtor,ut gregem paſceret Synagogæ de Ægypto eductum; iſte piſcator ut ſagenam repleret Eccleſiæ multiformitate credentium; hic autem negociator,ut margaritam emeret Euangelicæ uitæ, uenditis & diſperſis omnibus propter Chriſtum.

De efficacia prædicandi & gratia ſanitatum. Cap. 12.

Fidelis re uera famulus & miniſter Chriſti Franciſcus, ut cuncta fideliter & perfectè perageret, illis potiſsime uirtutũ exercitijs intendebat,quæ ſacro dictante ſpiritu, Deo ſuo magis placere cognouerat. Qua de re contigit illum in magnam dubitationis cuiuſdam angoniam incidere, quam multis diebus ab oratione exiens terminandam fratribus ſibi familiaribus proponebat. Quid,inquit,fratres cõſulitis, quid laudatis? an quòd orationi uacem, an quod prædicando diſcurram? Siquidem ego paruulus,ſimplex,& imperitus ſermone,maiorẽ orandi accepi gratiam,quàm loquendi. Videtur etiam in oratione lucrum, & cumulatio gratiarum;in prædicatione diſtributio quædam honorum cœlitus acceptorum. In oratione etiam purificatio interiorum affectuum, & unitio ad unum uerum & ſummũ bonum cũ uigoratione uirtutis:in prædicatione ſpiritualium puluerizatio pedum,diſtractio circa multa & relaxatio diſciplinæ. Tandẽ in oratione Deũ alloquimur,& audimus,& quaſi Angelicam uitã agentes, inter angelos conuerſamur:in prædicatione multa oportet condeſcenſione uti ad homines,& humanè inter eos uiuendo,humana cogitare,uidere,dicere, & audire. Sed unum eſt in contrarium, quod uidetur præponderare his omnibus ante Deũ,quòd uidelicet unigenitus Dei filius,qui eſt ſapientia ſumma,propter animarũ ſalutẽ de ſinu patris deſcendit, ut ſuo mundum informans exemplo, uerbũ ſalutis hominibus loqueretur, quos ſacri ſanguinis & pretio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo ſuſtentaret, nihil ſibi omnino reſeruans, quod non in ſalutẽ noſtram liberaliter erogaret. Et quia debemus omnia facere ſecundum exemplar eorum,quæ uidemus in ipſo,tanquam in monte ſublimi, uidetur magis Deo placitum quòd intermiſſa quiete foras egrediar ad laborem.

Cumq; per multos dies uerba huiuſmodi ruminaret cum fratribus, certitudinaliter nequibat percipere,quid horum ſibi foret ut Chriſto uere acceptius eligendum. Cum enim miranda noſſet per ſpiritum prophetiæ, hanc per ſeipſum quæſtionem diſſoluere non ualebat ad liquidum, Deo melius prouidente, ut prædicationis meritum per ſupernum manifeſtaretur oraculum,& ſerui Chriſti humilitas ſeruaretur. Non erubeſcebat à minoribus parua quærere uerus minor, qui magna didicerat à magiſtro ſupremo, Studio nanque præcipuo ſolitus erat exquirere, quali uia qualiq; modo Deo poſſet ſecundum ipſius beneplacitum perfectius deſeruire. Hæc ſumma eius prophetia, hoc ſummum eius deſiderium extitit, quoad uixit, ut quæreret à ſapientibus,& ſimplicibus,perfectis & imperfectis,paruulis & grandæuis,qualiter ad perfectionis culmen uirtuoſius peruenire ualeret.

Aſſumens itaque duos ex fratribus miſit ad fratrem Syluestrum, qui Crucem egredientem uiderat de ore ipſius, & tunc in montem ſupra Aſiſium iugiter orationi uacabat,ut diuinũ ſuper dubitatione huiuſmodi reſponſum perquireret, quod ſibi ex parte Domini demandaret.Hoc ipſum demandauit ſacræ uirgini Claræ,ut per aliquã puriorem & ſimpliciorem de uirginibus ſub ipſius diſciplina degentibus,& ipſa cum ſororibus alijs orans, ſuper hoc exquireret Domini uoluntatem.Concordauerunt autem mirabiliter in idipſum,ſuperno eis reuelante ſpiritu, uenerabilis ſacerdos & uirgo Deo dicata, beneplaciti ſcilicet eſſe diuini,ꝙ Chriſti præco ad prædicandũ exiret. Reuerentibus itaq; fratribus,& Dei,iuxta quod acceperãt, indicantibus uoluntatẽ,exurgens continuò ſuccinſit ſe,nulla prorſus contracta mora,iter aggreſſus eſt. Ibat autem cum tanto ſeruore,ut diuinum exequeretur imperium,tamq; celeriter percurrebat, ac ſi facta manu dei ſuper eum nouam induiſſet è cœlo uirtutem.

Cum igitur appropinquaret Beuanium, ad quendam locũ deuenit, in quo diuerſi generis auium maxima multitudo conuenerat. Quas cum ſanctus Dei uidiſſet,alacriter currit ad locum,& eas uelut rationis participes ſalutauit.Omnibus uerò expectantibus,& conuertentibus ſe ad eum,ita ut quæ in arbuſtis erant,inclinatis capitibus,cũ appropinquaret ad eas,inſolito modo in ipſum intenderent, uſque ad eas acceſsit,& omnes ut uerbum domini audirent, ſolicitè admonuit, dicens,Fratres mei uolucres,multum debetis laudare creatorẽ ueſtrũ, qui plumis uos induit,& pennas tribuit ad uolandum,puritatem conceſsit aëris,& ſine ueſtra ſolicitudine uos gubernat. Cum autẽ eis hæc & his ſimilia loqueretur,auiculę modo mirabili geſtientes, cœperunt extendere colla,protendere alas,aperire roſtra, & in illum attente reſpicere. Ipſe uerò cum ſpiritus feruore mirando per medium ipſarũ tranſiens,tunica cõtigebat eaſdem,nec tamen de loco aliqua mota eſt,

donec ſigno Crucis facto,& licentia data,cum benedictione uiri Dei, omnes ſimul auolarunt. Hæc omnia contuebantur ſocij expectantes in uia. Ad quos reuerſus uir ſimplex,& purus,pro eo ꝙ non hactenus auibus prædicauerat,cœpit ſe de negligentia inculpare. Exinde prædicando per loca uicina procedens, uenit ad caſtrũ quoddam nomine Aluianum,ubi congregato populo,& indicto ſilentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco, magniſq; garritibus perſtrepentes, audiri uix poterat. Quas uir Dei omnibus audientibus alloquutus eſt, dicens;Sorores meæ hirundines,iam tẽpus eſt ut loquar & ego, quia uos uſq; modo ſatis dixiſtis. Audite uerbum Dei tenentes ſilentium, donec ſermo Dei compleatur. At illæ tanquã intellectus capaces, ſubitò tacuerunt,nec fuerũt motæ de loco, donec fuit omnis prædicatio conſumata. Oẽs igitur qui uiderunt, ſtupore repleti glorificauerunt Deum. Iſtius miraculi fama circumquaque diffuſa, multos ad ſancti reuerentiam,& fidei deuotionem accendit. *Exemplum.*

In ciuitate nanque Pariſienſi ſcholaris quidam indolis bonæ cum ſocijs alijs ſtudio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiuſdam infeſtaretur hirundinis,dicere cœpit ad ſocios: Hæc hirundo una de illis eſt, quæ uirum Dei Franciſcum prædicantem aliquando, donec ſilentium eis imponeret, moleſtabant. Et conuerſus ad hirundinem fiducialiter,ait:In nomine ſerui Dei Franciſci præcipio tibi,ut ad me ueniens continuò conticeſcas. At illa Franciſci audito nomine, quaſi uiri Dei diſciplinis edocta,& ſtatim cõticuit, & ipſius manibus tanꝗ tutę cuſtodię ſe cõmiſit. Stupefactus ſcholaris ſtatim eã libertati reſtituit,& eius garritum amplius non audiuit. *Exemplum.*

Alio quoque tempore cum famulus Dei Caietæ prædicaret in littore maris,turbis prę deuotione ruentibus,ut eum contingerent,horrens Chriſti ſeruus tantum populorũ applauſum,in unam hærentem littori nauiculam proſiliuit ſolus. Illa uerò tanquam ſi rationis particeps motore moueretur intrinſeco,ſine aliquo remige,cernentibus,& mirantibus cunctis, ſe longius à terra protraxit. Cum autẽ aliquanto ſpacio in maris altitudinem receſsiſſet, ſtetit inter fluctus immobilis, quãdiu uir ſanctus turbis expectantibus in littore prædicauit.Cumq; audito ſermone,& uiſo miraculo, ac benedictione accepta multitudo recederet, ne ipſum amplius moleſtaret, nauicula proprio ductu ad terram reuerſa eſt. Quis igitur tam obſtinatæ mentis eſſet,& impiæ, ut prædicationem Franciſci contemneret, cuius miranda fiebat uirtute, ut non ſolum carentia ratione diſciplinam ſuſciperent, uerum etiam inanimata corpora tanquam animata prædicanti ſeruirent.

Miraculum.

Aderat equidẽ ſeruo ſuo Franciſco ad quæcunque pergeret is, qui eum unxerat,& miſerat ſpiritus Domini,& ipſe Dei uirtus,& ſapien

tia Chriſtus, ut ſanæ doctrinæ uerbis afflueret, & magnæ potētiæ miraculis coruſcaret. Erat enim uerbū eius, uelut ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumq; mentes admiratione replebat, cum non humanæ inuentionis ornatum prætenderet, ſed diuinę reuelationis afflatum redoleret. Nam cum ſemel prædicaturus coram Papa, & Cardinalibus, ad ſuggeſtionem Domini Hoſtienſis, ſermonē quendam ſtudioſe compoſitū cōmendaſſet memoriæ, ſtetiſſetq; in medio, ut ædificationis uerba proponeret, ſic obliuioni tradidit omnia, ut effari aliquid omnino neſciret. Verum cū hoc ueridica humilitate narraſſet, conferens ſe ad ſpiritus ſancti gratiam inuocandam, tam efficacibus ſubitò cœpit uerbis affluere, tamq́ potenti uirtute illorū mentes uirorum ſublimium ad compunctionem inflectere, ut aperte clareret, quòd

46 non ipſe, ſed ſpiritus Domini loquebatur. Et 46 quoniam primo ſibi ſuaſerat opere, quod alijs ſuadebat ſermone, reprehenſorem non timens, ueritatem fidentiſsimè prædicabat. Neſciebat aliquorū culpas palpare, ſed pungere, nec uitam fouere peccantium, ſed aſpera increpatione ferire. Eadem mentis cōſtantia magnis loquebatur & paruis, eadēq; ſpiritus iocunditate paucis loquebatur & multis. Omnis ætas, omniſq; ſexus properabat, uirum nouū, mundo cœlitus datū, & cernere, & audire. Ipſe uerò per diuerſas regiones progrediens, euangelizabat ardenter, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. In uirtute nanq; nominis eius, ueritatis præco Franciſcus ençiebat dæmonia, ſanabat infirmos, & quod maius eſt, ſui ſermonis efficacia obſtinatorū mentes ad pœnitentiā molliebat, ſimulq; ſanitatē corporibus reddebat, & cordibus, ſicut aliqua cōprobant operum eius, exempli gratia, inferius adnotanda.

Hoc eſt optimum docendi genus, cum uidelicet quis exēplo prædicat & uerbo.

Miraculum.

In ciuitate Tuſcanella à milite quodam hoſpitio deuotè ſuſceptus filium eius unicum à natiuitate contractum, ad multam ipſius inſtantiam, manu alleuans, ſic ſubitò incolumen reddidit, ut uidentibus cunctis, protinus conſolidarentur omnia corporis membra, & puer ſanus & fortis effectus, confeſtim exurgeret ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

Miraculum.

In ciuitate Narnienſi cum paralyticum quendam membrorū om-

47 nium deſtitutum officio, ſigno 47 Crucis à capite uſq; ad pedes ad inſtantiā ſignaſſet Epiſcopi, perfectæ reſtituit ſanitati.

Signo Crucis paralyticum reſtituit ſanitati.

Miraculum.

In Epiſcopatū Reatino puer quidam ſic turgidus à quatuor annis, ut nullo modo propria crura cernere poſſet, à matre cum lachrymis præſentatus eidem, ſtatim ut uir ſanctus tetigit eum manibus ſacris, incolumis eſt effectus.

Miraculum.

Apud ciuitatem Ortenſem puer unus ita conglomeratus, ut caput

48 pedibus portaret applicitum, & haberet oſſa nonnulla confracta, ſigno 48 Crucis ad parentum lachrymabiles preces ab eodem ſuſce-

Eodem ſigno et hunc puerum liberat.

pto, ſubito extenſus extitit, & ilicò liberatus. *Miraculum.*

Mulier quædam ciuitatis Eugubij ambas contractas & aridas habens manus, adeò ut nihil per illas operari ualeret, ſigno 49 Crucis ab eodem in nomine Domini ſibi facto, tam perfectam obtinuit ſoſpitatem, quòd ſtatim rediens domum cibos in miniſterium eius & pauperum, quaſi altera ſocrus Simonis, proprijs manibus præpararet. *Miraculum.*

49 *Signo Crucis aridas manus mulieris ſanat.*

Puellæ cuidam in caſtro Meuanij oculorum priuatæ luminibus, cum in trinitatis nomine ſputo ſuo ter ipſius oculos liniuiſſet, lumen concupitum reſtituit. *Miraculum.*

Mulier quædam ciuitatis Narnij, oculorum cæcitate percuſſa, ſignum 50 Crucis ab eodem ſuſcipiens, lucem recuperauit optatam. *Miraculum.*

50 *Eodem cæcam illuminat.*

Bononiæ puer quidam unum oculorum macula adeò habens obtectum, ut nihil prorſus uidere poſſet, nec aliquo iuuari remedio, poſt ſignum 51 Crucis à capite uſque ad pedes per ſeruum Domini ſibi factum, uiſum recuperauit tam limpidum, ut poſtmodũ fratrũ minorum ordinẽ ingreſſus, ſe longè clarius uidere aſſereret de oculo prius infirmo, q̃ de oculo ſemper ſano. *Miraculum.*

51 *Ad idem facit.*

In caſtro ſancti Gemini ſeruus Dei à quodam deuoto uiro ſuſceptus hoſpitio, cuius uxor à dæmonio uexabatur, poſt 52 orationem factam in uirtute obedientiæ imperauit dæmoni ut exiret, eumq; poteſtate diuina tã ſubito effugauit, ut uerè clareſceret, quod obedientiæ ſanctæ uirtuti peruicacia dæmonũ non obſiſtat. *Miraculum.*

52 *Oratione dæmonium effugauit.*

In ciuitate de caſtello quidam furibundus, & nequã ſpiritus quandam obſidens mulierem, à uiro ſancto obedientiæ accepto mandato, indignabundus diſceſsit, mente ſimul & corpore liberam obſeſſam prius fœminam derelinquens. *Miraculum.*

Frater quidam infirmitate tam horribili grauabatur, ut magis eſſe uexatio dæmonis, q̃ naturalis infirmitas à pluribus firmaretur. Nam totus ſępe allidebatur, & uolutabatur ſpumans, mẽbris corporis nunc contractis, nunc extenſis, nunc plicatis, nunc tortis, nunc rigidis effectis, & duris. Quandoq; totus extenſus, & rigidus, pedibus æquatis capiti, leuabatur in altum, horribiliter ilicò relapſurus. Hunc ſic miſerabiliter, & irremediabiliter ægrotantem plenus miſericordia Chriſti ſeruus cõmiſerans, bucellam ſibi panis, de quo edebat, tranſmiſit. Tantam uerò guſtatus panis contulit ęgro uirtutem, ut deinceps huius infirmitatis moleſtiam non ſentiret. *Miraculum.*

In comitatu Aretij cũ diebus pluribus mulier quędam laboraſſet in partu, eſſetq; iam proxima morti, nullum omnino deſperanti de uita ſupererat remedium niſi Dei. Cum autem equo uectus propter corporis infirmitatem Chriſti famulus per partes illas tranſitum ha-

buiſſet, contigit reduci animal per uillam, in qua mulier torquebatur. Homines uerò loci uiſo equo, cui uir ſanctus inſederat, extraxerunt fenum, ut ſuperponerent mulieri. Ad cuius contactũ mirificũ, omni remoto periculo, mulier ilicò peperit cũ ſalute. *Miraculum.*

Vir quidã de caſtro plebis religioſus ac timens Deũ, cordam apud ſe, qua cinctus fuerat ſanctus pater, habebat. Cumq; multitudo uirorum ac mulierũ in caſtro illo uarijs infirmitatibus laboraret, ibat per infirmantium domos, & intincta corda in aqua, dabat bibere patientibus: Sicq; per hunc modum plurimi ſanabantur. Sed & de panibus à uiro Dei contactis guſtantes ægroti, diuina operante uirtute, conſequebantur celeriter remedia ſanitatum. Cum his, & alijs multis miraculorum prodigijs præco Chriſti prædicans coruſcaret, attendebatur his, quæ dicebantur ab eo, ac ſi Angelus Domini loqueretur. Excellens nanq; in ipſo prerogatiua uirtutum, prophetiæ ſpiritus, efficacia miraculorũ, oraculum de prædicando cœlitus datum, obedientia creaturarum ratione carentium, uehemens ĩmutatio cordium ad uerborum ipſius auditum, eruditio eius à ſpiritu ſancto præter humanam doctrinam, prædicandi auctoritas à ſummo Pontifice non ſine reuelatione conceſſa; inſuper & regula, in qua forma prædicandi exprimitur, ab eodem Chriſti Vicario confirmata: ſummi quoque regis ſignacula per modum ſigili corpori eius impreſſa, tanq̃ teſtimonia decem, toti ſeculo indubitanter affirmant, Chriſti præconem Franciſcum, & uenerandum officio, & doctrina auctenticum, & admirabilem ſanctitate, ac per hoc, tanquam uerè Dei nuncium, Chriſti Euangelium prædicaſſe.

De Stigmatibus ſacris. *Cap.* 13.

Mos erat Angelico uiro Franciſco, nunquam ociari à bono, quin potius inſtar ſupernorum ſpirituum in ſcala Iacob, aut aſcendebat in Deum, aut deſcendebat ad proximos. Nam tempus ſibi conceſſum ad meritum, diuidere ſic prudenter didicerat, ut aliud proximorũ lucris laborioſis impenderet, aliud contemplationis tranquillis exceſsibus dedicaret. Vnde cum ſecundum exigentiam locorum, & temporum, alienæ condeſcendiſſet procurandæ ſaluti, inquietationibus derelictis turbarũ, ſolitudinis ſecreta petebat, locumq; quietis, quo liberius Deo uacans, extergeret ſiquid pulueris ſibi ex conuerſatione hominum adhæſiſſet. Biennio itaq; antequam ſpiritũ redderet cœlo, diuina prouidentia duce, poſt labores multimodos perductus eſt in locum excelſum ſeorſum, qui dicitur mons Aluernæ. Cum igitur iuxta ſolitum morem, quadrageſimam ibidem ad honorem ſancti Archangeli Michaelis ieiunare cœpiſſet, ſupernæ contemplationis dulcedine abundantius ſolito ſuperfuſus, ac cœleſtium deſideriorum ardentiori flãma ſuccenſus, ſupernarum cœpit ĩmiſsionum cumulatius dona ſentire.

Ferebatur

Ferebatur quidem in altum, non ut curioſus maieſtatis perſcrutator opprimendus à gloriæ, ſed tanquam fidelis & prudens inueſtigans beneplacitum Dei, cui ſe conformare omnimode ſummo peroptabat ardore.

Immiſſum eſt igitur menti eius per diuinũ oraculũ, quòd in apertione libri Euangelici reuelaretur ei à Chriſto, quod de eo in ipſo, & de ipſo maximè foret acceptũ. Oratione itaque cũ multa deuotione præmiſſa, ſacrũ Euangeliorũ librũ de altari ſumptũ, in ſanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium, uirũ utique Deo deuotũ & ſanctum. Sanè cũ in trina libri apertione ſemper Domini paſsio occurreret, intellexit uir Deo plenus, quòd ſicut Chriſtum fuerat imitatus in actibus uitæ, ſic cõformis ei eſſe deberet in afflictionibus & doloribus paſsionis, antequã ex hoc mundo tranſiret. Et licet propter multam auſteritatem uitæ præteritæ, Crucisq; Dominicæ baiulationẽ continuam, imbecillis iam eſſet corpore, nequaquã eſt territus, ſed ad martyrij ſuſtinentiam uigoroſius animatus. Excreuerat quidem in eo inſuperabiliter amoris incendium boni Ieſu in lampades ignis atque flammarum, ut aquæ multæ charitatem eius tam ualidam extinguere non ualerent.

Cum igitur Seraphicis deſideriorũ ardoribus, ſurſum ageretur in Deum, & cũ paſsiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia uoluit crucifigi, quodam mane circa feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, uidit Seraph unũ ſex alas habentẽ tam ignitas, quàm ſplendidas, de cœlorũ ſublimitate deſcendere. Cumq; uolatu celerrimo perueniſſet ad aëris locũ uiro Dei propinquũ, apparuit inter alas effigies hominis crucifixi, in modum crucis manus & pedes extenſos habentis & Cruci affixos. Duæ alę ſuper caput ipſius eleuabantur, duæ ad uolandum extendebantur, duę uerò totũ uelabant corpus. Hoc uidens uehementer obſtupuit, mixtumq; mœrore gaudium cor eius incurrit. Lætabatur quidẽ in gratioſo aſpectu, quo à Chriſto ſub ſpecie Seraph cernebat ſe cõſpici, ſed crucis affixio cõpaſsiui doloris gladio ipſius animã pertranſibat. Admirabatur quãplurimum in tam inſcrutabilis uiſionis aſpectu, ſciens quòd paſsionis infirmitas cũ immortalitate ſpiritus Seraphici nullatenus conueniret. Intellexit tandẽ ex hoc, domino reuelante, quòd ideo huiuſmodi uiſio ſic diuina prouidentia ſuis fuerat præſentata conſpectibus, ut amicus Chriſti prænoſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis totum in Chriſti crucifixi ſimilitudinem tranſformandum.

Diſparens igitur uiſio mirabilem in corde ipſius reliquit ardorem: ſed & in carne non minus mirabilem ſignorũ impreſsit effigiem. Statim nanq; in manibus eius & pedibus apparere cęperunt ſigna clauo-

rum ,quemadmodum pauloante in effigie illa uiri crucifixi conſpexerat. Manus enim & pedes in ipſo medio clauis cōfixæ uidebantur, clauorum capitibus in interiori parte manuū,& ſuperiori pedum apparentibus,& eorū acuminibus exiſtentibus ex aduerſo. Erantq; clauorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipſa uero acumina oblonga, retorta, & quaſi repercuſſa, quæ de ipſa carne ſurgentia carnē reliquā excedebant. Dextrum quoque latus quaſi lancea tranſfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrum effundens, tunicā,& fœmoralia reſpergebat.

Cernens autē Chriſti ſeruus, quòd ſtigmata carni tam luculenter impreſſa ſocios familiares latere non poſſent, timens nihilominus publicare Domini ſacramentū, in magno poſitus fuit dubitationis agone utrum uidelicet quod uiderat diceret, uel taceret. Vocauit proinde aliquos ex fratribus,& generalibus uerbis loquens, dubium coram eis propoſuit,& conſilium requiſiuit. Quidam uerò ex fratribus gratia Illuminatus & nomine, intelligens quòd aliqua miranda uidiſſet, pro eo quod uidebatur admodum ſtupefactus, dixit ad uirum ſanctum; Frater non ſolum propter te, ſed etiam propter alios, ſcias tibi oſtendi aliquando ſacramenta diuina: Timendum propterea iure uidetur, ne ſi quod pluribus profuturū accepiſti celaueris, pro talento abſcondito reprehenſibilis iudiceris. Ad cuius uerbū motus uir ſanctus, licet aliàs dicere ſolitus eſſet: Secretum meum mihi: tunc tamen cū multo timore ſeriem retulit uiſionis præfatæ, addens quod is qui ſibi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquā dum uiueret alicui hominū aperiret. Credendum ſanè tam archana illa fuiſſe ſacri illius Seraph in cruce mirabiliter apparentis eloquia, quòd forte non liceret hominibus ea loqui. Poſtquā igitur uerus Chriſti amor in eandem imaginē transformauit amantē, quadraginta dierū numero iuxta quod decreuerat, in ſolitudine conſummato, ſuperueniente quoque ſolennitate Archangeli Michaelis, deſcendit Angelicus uir Frāciſcus de monte ſecum ferens crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, uel ligneis manu figuratam artificis, ſed in carneis membris deſcriptam digito Dei uiui. Et quoniam ſacramentū Regis abſcondere bonū eſt, ideo ſecreti Regalis uir conſcius, ſignacula illa ſacra pro uiribus occultabat. Verùm quia Dei eſt ad gloriam ſuā magna reuelare quæ facit Dominus ipſe, qui ſignacula illa ſecretè impreſſerat, miracula quædam apertè per ipſa monſtrauit, ut illorum occulta & mira uis ſtigmatū, manifeſta pateret claritate ſignorum. *Miraculum.*

In prouincia nāq; Reatina peſtis inualuerat ualde grauis quę oues & boues omnes ſic cōſumebat crudeliter, quòd nullum poterat remedium adhiberi. Vir autē quidam timens Deum nocte fuit per uiſionē cōmonitus, ut ad eremitorium fratrū feſtinanter accederet, & loturā

manuū ac pedum famuli Dei Franciſci, qui tunc tēporis morabatur ibidem, acceptam ſuper animalia cuncta reſpergeret. Mane itaq; ſurgens uenit ad locum, loturaq; huiuſmodi per ſocios ſancti uiri latenter obtenta, oues & boues languentes ex ea reſperſit. Mirabile dictu. Statim ut aſperſio animalia languida & ī terra iacentia, quantūcunq; paulum attingebat, priſtino recuperato uigore, ſurgebant cōtinuo, & tanq̄ nihil mali ſenſiſſent, ad paſcua feſtinabant. Sicq; factum eſt, ut per uirtutem mirandam aquæ illius, quæ ſacras plagas contigerat, omnis prorſus plaga ceſſaret, peſtilensq; morbus à gregibus fugaret.

Circa pręfatum montē Aluernæ anteq̄uā uir ſanctus ibi contra heret morā, nube ex ipſo monte ſurgente, grandinis uiolenta tempeſtas fructus terræ conſuetūdinariē deuaſtabat. Sed poſt illam apparitionē felicē non ſine incolarū admiratione grando ceſſauit, ut cœleſtis illius uiſionis excellentiam, & ſtigmatū ibidem impreſſorū uirtutem, ſere nati præter morē ipſa cœli facies declararet. Contigit quoque eū tempore hyemali propter debilitatē corporis, & aſperitatem uiarū, hominis unius pauperis ſubuectum aſello, ſub rupis cuiuſdam prominentis pernoctare crepidine, ut niuis & noctis ſuperuenientium quoquomodo declinaret incōmoda, quibus prępeditus ad hoſpitij locum non ualuerat peruenire. Cum autē uir ſanctus hominē illum querulosis ſubmurmurantē gemitibus hinc inde ſeipſum iactare ſenſiſſet, tanq̄ qui tenui operimento contectus, quieſcere præ frigoris acerbitate nequibat, diuini amoris feruore ſuccenſus, manu illum prōtenſa palpauit. Mirabile certē. Repente ad illius ſacræ manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore, tantū in uirum intus & extra calor aduenit, ac ſi quędam in eum uis flammea ex fornacis ſpiraculo proceſsiſſet. Nam ilico & mente & corpore confortatus, ſuauius inter ſaxa & niues uſque mane dormiuit, quàm unquā in proprio lecto pauſauerat, ſicut ipſe poſtmodum aſſerebat. Certis itaq; cōſtat indicijs ſacra illa ſignacula illius impreſſa fuiſſe uirtute, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat, cū ipſa forinſecus expurgando à peſte ſalutē, ſerenitatē, & calorem corporibus efficacia mira cōferrent, ſicut & poſt mortē euidentioribus eſt demonſtratum prodigijs ſuo loco poſterius adnotandis.

Ipſe uerò licet theſaurū inuentum in agro multa diligentia ſtuderet abſcondere, latere tamen non potuit, quin aliqui ſtigmata manuū uiderent & pedum, quanq̄ manus quaſi ſemper portaret contectas, & pedibus ex tunc incederet calciatus. Viderunt enim, dum uiueret, fratres plurimi, qui licet eſſent propter ſanctitatē pręcipuam uiri per omnia fide digni, tamen ad omne dubium amouendum, ſic eſſe, ac ſe uidiſſe, tactis ſacroſanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quā cum uiro ſancto habebant, aliqui cardinales, laudes

ſacrorum ſtigmatum proſis, & hymnis, & antiphonis, quas ad ipſius ediderunt honorē, ueraciter inſerentes, qui tam uerbo, quàm ſcripto perhibuerunt teſtimonium ueritati. Summus etiam pontifex dominus Alexander cum populo prædicaret, corā multis fratribus & me ipſo affirmauit, ſe dum ſanctus uiueret, ſtigmata illa ſacra ſuis oculis cōſpexiſſe. Viderunt in morte pluſquā quinquaginta fratres, uirgoq; Deo deuotiſsima Clara cū cæteris ſororibus ſuis, & ſeculares innumeri, ex quibus quemadmodum ſuo loco dicetur, quāplurimi & oſculati ſunt ex deuotionis affectu, & cōtrectauerunt manibus ad teſtimonij firmitatē. Vulnus autem lateris tam ſolicitè occultauit, ut illud nemo poſſet niſi furtim contueri dum uiueret. Vnus etenim frater, qui ei ſedule miniſtrare ſolitus erat, cum pia eum cautela, ut ad excutiendum extraheret tunicā, induxiſſet, attente reſpiciens uidit plagā, cui etiam tres ueloci contactu digitos applicans, tam uiſu, quàm tactu, uulneris quantitatē agnouit. Cum ſimili cautela uidit etiam frater ille, qui tunc temporis erat Vicarius eius. Frater uerò ſocius mirandæ ſimplicitatis, dum infirmitatis cauſa languentes ſcapulas cōtrectaret, manu per caputium miſſa, & caſualiter uulneri ſacro illapſa, magnum ei dolorem inflixit. Proinde portabat ex tunc fęmoralia ita facta, ut uſq; ad aſcellas pertingerent ad uulnus lateris contegendum. Fratres quoque, qui illa lauabant, uel tunicā excutiebant pro tēpore, quia inueniebant eam ſanguine rubricatā, indubitanter per euidens ſignū in cognitionem ſacri uulneris peruenerunt: quod poſtmodum in morte reuelata facie & ipſi cū alijs plurimis contēplati ſimul, & uenerati ſunt.

Eia nunc ſtrenuiſsime miles Chriſti, ipſius fer arma inuictiſsimi ducis, quibus munitus & inſignitus omnes aduerſarios ſuperabis. Fer uexillū Regis altiſsimi, ad cuius intuitū omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus ſigillum ſummi Pontificis Chriſti, quo uerba & facta tua tanquā irreprehenſibilia, & auctentica meritò ab omnibus acceptentur. Iam enim propter ſtigmata domini Ieſu, quæ in corpore tuo portas, nemo debet tibi eſſe moleſtus, quin potius quilibet Chriſti ſeruus omni eſſe tenetur affectione deuotus. Iam per hæc ſigna certiſsima non duobus aut tribus teſtibus ad ſufficientiam, ſed quāplurimis ad ſuperabundantiam cōprobata, teſtimonia Dei in te & per te credibilia facta nimis, omne tollunt infidelibus uelamē excuſationis, dū credentes in fide ſtabiliunt, ſpei fiduciam ſurſum agunt, & ignē charitatis accendunt. Iam uerè impleta eſt prima uiſio, quam uidiſti, uidelicet quòd dux in militia Chriſti futurus, armis deberes cœleſtibus, ſignoq; crucis inſignibus decorari. Iam in principio tuæ conuerſionis crucifixi uiſio cōpaſsiui doloris gladio mentaliter tranſfigens, ſed & auditus uocis de cruce tanquā de throno Chriſti ſublimi & ſecreto propitiatorio procedētis, iuxta quod tuo ſacro firmaſti eloquio,

quio,uera indubitanter fuiſſe creduntur. Iam in tuæ conuerſionis progreſſu & cruce, quã uidit frater Syluester ex ore tuo mirabiliter procedentẽ,& gladios in crucis modum tua uiſcera transfigentes,quos facer uidit Pacificus,teq; ſecundum crucis figuram in aëre ſubleuatum, cũ de crucis titulo ſanctus prædicabat Antonius, iuxta quod proſpexit Angelicus uir Monaldus, non fantaſtica uiſione, ſed reuelatione fuiſſe cœlica conſpecta,uerè creditur,& firmatur. Iam denique circa finẽ quòd ſimul ubi oſtenditur, & ſublimis ſimilitudo Seraph,& humilis effigies crucifixi interius te incendens,& exterius te cõſignans, tanquã alterum Angelum aſcendentẽ ab ortu ſolis,qui ſignũ in te habeas Dei uiui,& prædictis dat firmitatẽ fidei,& ab eis accipit teſtimonium ueritatis. Ecce iam ſeptem apparitionibus crucis Chriſti in te ſecundum ordinem tẽporum mirabiliter exhibitis & monſtratis, quaſi ſex gradibus ad iſtam ſeptimam, in qua finaliter requieſcis, perueniſti. Chriſti nanq; crux in tuæ conuerſionis primordio tam propoſita, quã aſſumpta, & dehinc in conuerſationis progreſſu per uitam probatiſsimã baiulata in te ipſo continuè, & in exemplum alijs demonſtrata,tanta certitudinis claritate oſtendit, Euangelicæ perfectionis apicẽ te finaliter concluſiſſe; ut demonſtrationẽ hanc Chriſtianæ ſapientiæ in tuæ carnis puluere exaratam,nullus uerè deuotus abijciat,nullus uerè fidelis impugnet,nullus uerè humilis paruipendat,cũ ſit uerè diuinitus expreſſa,& omni acceptione condigna.

De patientia ipſius & tranſitu mortis. Cap. 14.

Chriſti iam igitur cruci confixus Franciſcus tam carne,quàm ſpiritu,non ſolum Seraphico amore ardebat in Deum, uerũmetiam ſitiebat cũ Chriſto crucifixo multitudinẽ ſaluandorum. Faciebat proinde, quoniam propter excreſcentes in pedibus clauos ambulare nõn poterat,corpus emortuũ per ciuitates & caſtra circumuehi,ut ad crucem Chriſti ferendam cœteros animaret. Fratribus quoque dicebat, Incipiamus fratres ſeruire domino Deo noſtro, quia uſque nunc parum profecimus. Flagrabat etiam deſiderio magno ad humilitatis redire primordia,ut leproſis ſicut à principio miniſtraret,corpuſq; iam præ labore collapſum reuocaret ad priſtinam ſeruitutẽ. Proponebat Chriſto duce ſe facturũ ingentia,& tabeſcentibus mẽbris,ſpiritu fortis & feruidus,nouo ſperabat certamine de hoſte triumphũ. Neq; enim languor uel deſidia locũ habet,ubi amoris ſtimulus ſemper ad maiora perurget. Tanta autẽ in eo carnis ad ſpiritũ erat concordia,tanta obedientiæ promptitudo, quòd cũ ille ad omnẽ niteretur ſanctitatẽ pertingere,ipſa non ſolum non repugnaret,ſed præcurrere niteretur.

Vt autẽ uiro Dei cumulus meritorũ accreſceret, quæ omnia uerè in patientia conſumantur, cepit infirmitatibus multimodis laborare tam grauiter,ut uix in eo mẽbrum aliquod remaneret abſque ingenti

paſsionis dolore. Ad hoc tandẽ per uarias & diuturnas,ac continuas ægritudines deductus eſt,ut conſumptis iam carnibus quaſi ſola cutis oſsibus cohæreret. Cũq; duris corporis angeretur doloribus, illas ſuas anguſtias non pœnarũ cenſebat nomine,ſed ſororũ. Cum autẽ ſemel grauius ſolito dolorum urgeretur aculeis,quidam frater ſimplex dixit ad eum, Frater ora dominũ, ut mitius tecũ agat, manũ enim ſuã plus debito ſuper te grauare uidetur. Quo audito uir ſanctus cum eiulatu exclamans ait: Niſi noſcerem in te ſimplicem puritatẽ,tuum ex nunc abhorrerẽ conſortium,qui auſus fueris circa me diuina iudicia reprehenſibilia iudicare. Et licet totus eſſet attritus grauis prolixitate languoris,proijciens ſe in terrã,oſſa debilia duro caſu colliſit. Et deoſculans humum, Gratias,inquit,tibi ago Domine Deus de omnibus his doloribus meis, teq; mi domine rogo, ut centuplum ſi tibi placuerit addas,quia hoc erit mihi acceptiſsimũ,ut affligens me dolore,nõ parcas,cũ tuæ ſanctæ uoluntatis adimpletio,ſit mihi conſolatio ſuperplena. Videbatur propterea fratribus,quòd quaſi alterum Iob uiderent, cui cũ languor creſceret carnis, creſcebat ſimul & uigor mentis. Ipſe autem obitum ſuũ longe ante præſciuit, dieq; tranſitus imminente, dixit fratribus,ſui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum ſibi fuerat reuelatum à Chriſto.

Cum itaque per biennium ab impreſsione ſacrorum ſtigmatum, anno uidelicet à ſua conuerſione uiceſimo,multis fuiſſet anguſtiantiũ infirmitatũ probatiuis tonſionibus conquadratus,tanquã lapis in ſupernę Hieruſalem ædificio collocandus,& tanq; ductile opus ſub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionẽ adductus,ad ſanctam Mariam de Porciuncula ſe portari popoſcit,quatenus ubi acceperat ſpiritum gratiæ,ibi redderet ſpiritũ uitæ. Quo cũ fuiſſet perductus,ut ueritatis exẽplo monſtraret,quòd nihil erat illi cõmune cum mundo,in illa infirmitate tam graui,quę omnẽ languorẽ concluſit,ſuper nudam humũ ſe totum nudatum in ſpiritus feruore proſtrauit, quatenus hora illa extrema,in qua poterat adhuc hoſtis iraſci,nudus luctaretur cũ nudo. Decubans ſic in terra,ſaccina ueſte depoſita,faciem ſolito more leuauit in cœlum, & intendens illi gloriæ totus, manu ſiniſtra dextri lateris uulnus ne uideretur obtexit. Et ait ad fratres, Ego quod meum eſt feci,quod ueſtrum eſt Chriſtus edoceat. Illachrymantibus autem ſocijs ſancti,qui miro fuerant compaſsionis telo percuſsi, unus ex eis, quem uir Dei Guardianum ſuũ eſſe dicebat,uotũ ipſius diuina inſpiratione cognoſcens,feſtinus ſurrexit,& acceptam cũ cordula & fęmoralibus tunicã,pauperculo Chriſti obtulit dicens, Hæc tibi tanq; pauperi cõmodo,& tu illa ſuſcipias obedientiæ ſanctæ mandato. Gaudet ex hoc uir ſanctus,& iubilat præ lætitia cordis, quoniam fidẽ tenuiſſe Dominicæ paupertatis uſque in finem ſe uidit, palmasque leuans ad

cœlum, Chriſtum ſuũ magnificat, pro eo quòd exoneratus ab omnibus liber uadit ad ipſum. Fecerat enim hęc omnia paupertatis zelo, ut nec habitum quidem uellet habere, niſi ab alio cõmodatum. Voluit certè per omnia Chriſto crucifixo eſſe conformis, qui pauper & dolens, & nudus in cruce pependit. Propter quod & in principio conuerſionis ſuæ nudus remanſit corã Antiſtite, & in conſummatione uitæ nudus uoluit de mundo exire, fratribusq; ſibi aſsiſtentibus in obedientia charitatis iniunxit, ut cum uiderent eum iam eſſe defunctum, per tam longum ſpacium nudum ſuper humũ iacere permitterent, quo unius miliarıj tractum ſuauiter quis perficere poſſet. O' uerè Chriſtianiſsimũ uirum, qui & uiuens Chriſto uiuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo perfecta eſſe ſtuduit imitatione conformis, & expreſſa promeruit ſimilitudine decorari.

Hora denique ſui tranſitus propinquante, fecit fratres omnes exiſtentes in loco ad ſe uocari, & eos cõſolatorijs uerbis pro ſua morte demulcens, paterno affectu ad diuinũ eſt hortatus amorẽ. De patientia & paupertate, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ 53 fide ſeruandis ſermonem protraxit, cæteris inſtitutis ſanctum Euangelium anteponens. Circunſedentibus uerò omnibus fratribus, extendit ſuper eos manus in modum crucis brachijs cancellatis pro eo quod hoc ſignũ ſemper amabat, & omnibus fratribus tam pręſentibus quàm abſentibus in crucifixi uirtute ac nomine benedixit. Inſuper & adiecit, Valete filij omnes in timore Domini, & permanete in eo ſemper. Et quoniam futura tentatio, & tribulatio appropinquat, felices qui perſeuerabũt in his quæ cœperunt. Ego uerò ad Deum propero, cuius gratiæ uos omnes cõmendo. Suaui huiuſmodi admonitione cõpleta, 54 iuſsit Deo uir chariſsimus Euangeliorũ ſibi codicẽ apportari, & Euangelium ſecundum Ioannẽ, quod incipit ab eo loco; Ante diem feſtum Paſchæ, ſibi legi popoſcit. Ipſe uerò prout potuit in huius pſalmi uocem erupit, Voce mea ad Dominũ clamaui, uoce mea ad Dominum deprecatus ſum: & ad finem uſque cõpleuit. Me, inquit, expectant iuſti, donec retribuas mihi. Tandem cunctis in eum completis myſterijs, anima illa ſanctiſsima carne ſoluta, & in abyſſum diuinę claritatis abſorpta, beatus uir obdormiuit in Domino.

53 *Vides Hæretice quãti fecerit diuinus hic pater ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem?*

54 *Ecce quomodo fideles Chriſtiani moriũtur.*

Vnus autẽ ex fratribus & diſcipulis eius uidit animã illam beatam ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ à candida ſubuectam nubecula, ſuper aquas multas in cœlum recto tramite ſurſum ferri, tanquam ſublimis ſanctitatis candore prænitidam, & cęleſtis ſapientię ſimul & gratię ubertate repletam, quibus uir ſanctus promeruit locũ introire lucis & pacis, ubi cũ Chriſto ſine fine quieſcit. Miniſter quoque fratrũ in terra laboris tunc erat Frater Auguſtinus, uir utique ſanctus & iuſtus, qui in hora ultima poſitus, cũ iamdiu perdidiſſet loquelam, audientibus

qui aſtabāt,ſubito clamauit & dixit, Expecta me pater,expecta,ecce iam uenio tecū.Quærentibus fratribus & admirantibus multū cui ſic loqueretur,audacter reſpondit: Nonne uidetis patrē noſtrum Franciſcum,qui uadit ad cœlum? Et ſtatim ſancta ipſius anima migrans à carne,patrem eſt ſequuta ſanctiſsimū. Epiſcopus Aſsiſinas ad oratorium ſancti Michaelis in monte Gargano tunc tēporis peregrinationis cauſa perrexerat, cui beatus Franciſcus apparens nocte tranſitus
55 ſui, dixit, 55 Ecce relinquo mundum & uado ad cœlum. Mane igitur ſurgens Epiſcopus,ſocijs narrauit quæ uidit,& Aſsiſium rediens, cū ſolicitē perquiſiſſet,certitudinaliter cōperit,quòd ea hora, qua ſibi per uiſionem innotuit,beatus pater ex hoc mundo migrauit. Alaudę aues lucis amicæ,& crepuſculorū tenebras horreſcentes,hora trāſitus ſancti uiri,cum iam eſſet noctis ſequuturæ crepuſculum,uenerunt in multitudine magna ſuper tectum domus,& diu cū inſolita quadam iubilatione rotantes,gloriæ ſancti,qui eas ad diuinas laudes inuitare ſolitus erat,tam iocundum ꝙ euidens teſtimonium perhibebant.

Nota, Ecce relinquo mundum, & uado ad cœlum.

De Canonizatione & translatione ipſius. Cap. 15.

Franciſcus igitur ſeruus & amicus altiſsimi, ordinis minorum fratrum inſtitutor,& dux,paupertatis profeſſor,patientiæ forma, ueritatis præco,ſanctitatis ſpeculum,& totius Euangelicæ perfectionis exēplar,ſuperna præuentus gratia, ordinato progreſſu ab infimis peruenit ad ſumma.Hunc uirum mirabilem,utpote paupertate prædiuitē, humilitate ſublimē,mortificatione uiuidum,ſimplicitate prudentem, omniq; morum honeſtate conſpicuū, quem in uita Dominus mirabiliter effecerat clarū, in morte fecit incōparabiliter clariorem. Beato nanque uiro migrante à ſeculo, ſpiritus ille ſacer domum æternitatis ingrediens, fontiſq; uitæ hauſtu plenario glorioſus effectus, expreſſa quædam in corpore futuræ gloriæ ſigna reliquit, ut caro illa ſanctiſsima,quæ crucifixa cum uitijs, in nouam iam creaturam tranſierat, & paſsionis Chriſti effigiem priuilegij ſingularitate præferret, & nouitate miraculi reſurrectionis ſpeciem præmonſtraret.Cernebātur quidem in membris illis felicibus claui ex eius carne uirtute diuina mirificè fabrefacti, ſicque carni eidem innati, quòd dum à parte qualibet præmerentur,protinus quaſi nerui continui & duri ad partem oppoſitam reſultabant.Inuenta quoque fuit patentius in ipſius corpore nō inflicta humanitus,neq; facta plaga uulneris lateralis,inſtar uulnerati lateris Saluatoris, quod Redemptionis & regenerationis humanæ in ipſo Redemptore noſtro protulit ſacramentum. Erat autem ſimilitudo clauorum nigra quaſi ferrum,uulnus autem lateris rubeum, & ad orbicularitatem quandam carnis conciſione reductum,roſa quædam pulcherrima uidebatur.Caro uerò ipſius reliqua,quę prius tam ex infirmitate,ꝙ ex natura ad nigredinem declinabat,candore nimio reniteſcens,

teſcens, illius ſecundæ ſtolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipſius adeò mollia & tractabilia ſe præbebant palpantibus, ut cōuerſa uiderentur in teneritudinem puerilis ætatis, & quibuſdam cernerentur euidentibus ſignis innocentiæ decorata. Cum igitur in candidiſsima carne claui nigreſcerent, plaga uerò lateralis ut uernans roſeus flos ruberet, mirandum non eſt ſi tam formoſa, & miraculoſa uarietas iocunditatem & admirationē contuentibus ingerebat. Lachrymabantur filij pro ſubtractione amabilis patris, ſed & non modica perfundebantur lętitia, dum deoſculabantur in eo ſignacula ſummi Regis. Miraculi nouitas planctum uertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indaginem in ſtuporem. Erat quippe tam inſolitum, tamq; inſigne ſpectaculum contuentibus omnibus & firmamentū fidei, & incitamentum amoris, audientibus uerò admirationis materia, & excitatio deſiderij ad uidendum. Audito ſiquidem tranſitu patris, & fama diffuſa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, ut id cerneret oculis, quod à ratione dubium omne reppelleret, & affectioni gaudium cumularet.

Admiſsi ſunt igitur Aſsiſinates ciues quamplurimi ad ſtigmata illa ſacra contemplanda oculis, & labijs oſculanda. Vnus autem ex eis miles, literatus quidem & prudens, Hieronymus nomine, uir utique famoſus & celeber, cum de huiuſmodi ſacris ſignis dubitaſſet, eſſetq; incredulus, quaſi Thomas feruentius & audacius coram fratribus & alijs ciuibus mouebat clauos, ſanctiq; manus, pedes, & latus manibus proprijs contrectabat, ut dum uulnerum Chriſti ueracia illa ſigna palpando contingeret, de ſui & omnium cordibus omne dubietatis uulnus amputaret. Propter quod & ipſe inter alios huius ueritatis tam certitudinaliter agnitæ teſtis conſtans poſtmodum effectus eſt, & tactis ſacroſanctis iuramento firmauit. Fratres autem & filij qui uocati fuerant ad tranſitum patris, cum omni multitudine populorum noctem illam in qua almus Chriſti confeſſor deceſsit, ſic diuinis laudibus dedicarunt, ut non defunctorum exequiæ, ſed Angelorum excubiæ uiderentur.

Mane autē facto, turbæ quæ conuenerant, acceptis arborū ramis, & 56 cereorum multiplicatis luminibus, cū hymnis & canticis ſacrum corpus ad ciuitatē Aſsiſij detulerunt. Tranſeuntes uerò per Eccleſiam ſancti Damiani, in qua uirgo illa nobilis Clara nunc glorioſa in cœlis, tunc incluſa cū uirginibus morabatur, ibiq; aliquantulū ſubſiſtentes, ſacrū corpus margaritis cœleſtibus inſignitum, uidendum & oſculandum ſacris illis uirginibus obtulerunt. Peruenientes deniq; ad ciuitatē cū iubilo, precioſum theſaurum, quem portabant, in Eccleſia ſancti Georgij cum omni reuerentia condiderunt. In eo ſiquidē loco puerulus literas didicit, ibiq; poſtmodū prædicauit, poſtremo ibidem

56 *Habes hic ſancti uiri de more catholicæ Eccleſiæ ſepulturam, uidelicet cum cereis ardentibus, cum hymnis & canticis, cū exequiarum ſolennium celebritate.*

locum primum quietis accepit. Tranſijt autem uenerabilis pater ex huius mundi naufragio, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo uigeſimoſexto quarto, Nonas Octobris die ſabbati in ſero, ſepultus in die dominico.

Cepit autem uir beatus continuò, diuinæ faciei ſuper irradiante reſpectu, magnis & multis coruſcare miraculis, ut ſublimitas ſanctitatis eius, quæ ipſo uiuente in carne ad morum directionẽ per exempla perfectæ iuſtitiæ innotuerat mundo, illo iam regnante cum Chriſto, ad omnem fidei firmitatẽ per miracula diuinę potentię comprobaretur è cœlo. Cũq; in diuerſis orbis partibus glorioſa eius miracula, largaq; per ipſum impetrata beneficia plurimos ad Chriſti deuotionem accenderent, & ad ipſius ſancti reuerentiã incitarent, acclamantibus tam linguis ſermonum quàm operum, ad aures ſummi Pontificis domini Gregorij noni quę per ſeruum ſuũ Franciſcum Deus operabatur magnalia peruenerunt. Sanè cum idem paſtor Eccleſię non ſolum ex miraculis auditis poſt mortẽ, uerũ etiam experimentis in uita ipſius oculis uiſis, & manibus contrectatis, ſanctitatẽ eius mirabilem plena fide certificatus agnoſceret, ac per hoc in cœlis glorificatum â Domino nullatenus dubitaret; ut Chriſto, cuius erat uicarius, concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrem, tanquam omni ueneratione digniſsimum, pia conſideratione diſpoſuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam orbi terrarum de glorificatione uiri ſanctiſsimi, inuenta miracula & cõſcripta, & teſtibus idoneis approbata examinari fecit per illos, qui minus inter cardinales fauorabiles negocio uidebantur. Quibus diligenter diſcuſsis, & ab omnibus approbatis, de fratrũ ſuorum omnium prelatorum, qui tunc erant in curia, concordi conſilio, & aſſenſu canonizandum decreuit, ueniensq; perſonaliter ad ciuitatem Aſsiſij, anno Dominicę incarnationis milleſimo ducenteſimo uigeſimo octauo, decimoſeptimo Calendas Auguſti, die Dominico, cum maximis, quę longum foret enarrare, ſolennijs, beatum patrem catalogo ſanctorum aſcripſit.

Anno uerò Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo cõuenientibus fratribus ad capitulum generale Aſsiſij celebratum, ad baſilicam in honore ipſius conſtructam corpus illud Domino dedicatũ, octauo Calendas Iunij tranſlatum eſt. Dum autẽ ille ſacer tranſportaretur theſaurus bulla Regis altiſsimi conſignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem pręferebat, operari dignatus eſt, ut per odorem ipſius ſaluificum affectus traheretur fidelium ad currendum poſt Chriſtum. Erat reuera condignum, ut quem Deus in uita ſibi placentem & dilectum effectum, in paradiſum per contemplationis gratiam tranſtulerat, ut Enoch, & ad cœlum in curru igneo per charitatis zelum rapuerat, ut Heliam, eius iam uernantis inter flores illos cœlicos planta-

tionis æternæ, oſſa illa felicia de loco ſuo pullulatione mirifica redolerent. Porrò ſicut uir iſte beatus mirandis uirtutum ſignis in uita claruerat, ſic à die tranſitus ſui uſq; in præſens per diuerſas mundi partes præclaris miraculorum prodigijs, diuina ſe potentia glorificante coruſcat. Nam cæcis & ſurdis, mutis, & claudis, hydropicis, & paralyticis, dæmoniacis, & leproſis, naufragis & captiuis, ipſius meritis remedia conferuntur, omnibusq; morbis, neceſsitatibus, & periculis ſubuenitur. Sed & multis mortuis mirificè ſuſcitatis, īnoteſcit fidelibus mirificans ſanctum ſuum magnificentia uirtutis altiſsimi, cui eſt honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Incipiunt quædam de miraculis ipſius poſt mortem oſtenſis. Et primo de uirtute ſacrorum ſtigmatum. Miraculum pulchrum.

Ad omnipotentis Dei honorem, & gloriam beati patris Franciſci, poſt glorificationē ipſius in cœlis aliqua ex approbatis conſcripturus miracula, ab illo præcipuè cenſui ſumendū fore initium, in quo Crucis Ieſu uirtus oſtenditur, & gloria innouatur. Nouus igitur homo Franciſcus, nouo & ſtupendo miraculo claruit, cum ſingulari priuilegio retroactis ſeculis non conceſſo inſignitus apparuit, ſacris uidelicet ſtigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius corpori crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit à laude condigna. Totum quidem uiri Dei ſtudium tam publicū ꝙ priuatum circa Crucem Domini uerſabatur. Et ut Crucis ſignaculo cordi eius à principio ſuæ conuerſionis impreſſo, corpus conſignaret exterius, in ipſa ſe Cruce recludens, habitum pœnitentiæ ſumpſit crucis imaginem præferentem; quatenus ſicut mens eius intus Dominum Crucifixum induerat, ſic & corpus eius indueret arma crucis; & in quo ſigno Deus poteſtates aëreas debellarat, in eodē ſuus exercitus Domino militaret. Sed & à principio tēporis, quo crucifixo militare ceperat, diuerſa circa eum crucis præfulſere myſteria, ſicut uitæ ipſius conſideranti decurſum clarius innoteſcit, qualiter apparitione crucis Dominicæ ſeptiformi, tam cogitatu, ꝙ affectu, & actu, totus fuit in crucifixi effigiem per ipſius excitatiuum transformatus amorem. Dignè igitur ſummi Regis clementia ſuis amatoribus ultra omnem extimationem hominū condeſcendens, ſuæ crucis uexillum ipſius corpori deferendum impreſsit, ut qui mirando fuerat Crucis amore præuentus, mirando etiam fieret Crucis honore mirificus.

Ad huius ſtupendi miraculi irrefragabilem firmitatem nō ſolum uidentium & palpantium teſtimonia per omnem modum credibilia uerum etiam apparitiones mirabiles, & uirtutes poſt ipſius obitum coruſcantes ad omne mentis effugandum nubilum ſuffragantur. Felicis nanq; recordationis dominus Gregorius Papa nonus, de quo uir ſanctus uel prophetando prædixerat, ꝙ ad dignitatem foret Apoſto-

licam ſublimandus, anteq́ crucis ſigniferum catalogo ſanctorũ aſcriberet, ſcrupulum quendam dubitationis in corde gerebat de uulnere laterali. Nocte uerò quadam (ſicut ipſe felix Antiſtes referebat cum lachrymis) beatus ei Franciſcus quadam faciei prætenſa duritiæ, in ſomnis apparuit, & hæſitationem cordis ipſius redarguens eleuauit brachium dextrum, detexit uulnus, phialamq; popoſcit ab ipſo, ut ſcaturientem reciperet ſanguinem qui ex latere defluebat. Obtulit in uiſione ſummus Pontifex phialam poſtulatam, quæ uſq; ad ſummũ ſanguine profluente de latere uidebatur impleri. Ex tunc ad illud ſacrum miraculum tanta cœpit deuotione affici, & æmulatione feruere, ut nullo modo pati poſſet, q aliquis præfulgẽtia illa ſacra ſigna ſuperba præſumeret impugnatione fuſcare, quin eum ſeuera increpatione feriret. *Miraculum.*

Frater quidam ordine minorum, officio prædicator, uirtutis & famæ prærogatiua præpollens, cui firmiter erat de ſanctis ſtigmatibus perſuaſum, dum humano ſenſu miraculi huius apud ſe rationem perquireret, dubitationis cepit cuiuſdam ſcrupulo titillari. Cũ igitur per dies plurimos ſenſualitate ſumente uigorem, luctamen huiuſmodi pateretur, nocte dormienti ſanctus Franciſcus pedibus lutulentus apparuit humiliter durus & patienter iratus. Et quæ ſunt, ait, iſta in te conflictationum certamina? quæ dubitationum ſordes? Vide manus meas, & pedes meos. Cumq; ille uideret manus confixas lutulentorũ pedum ſtigmata non uidebat. Remoue, inquit, lutum à pedibus meis, & cognoſce loca clauorum. Quos cum ille apprehendiſſet deuotè, lutum ſibi uidebatur abſtergere, locaq; clauorum manibus contrectare. Continuò ut euigilat lachrymis irrigatur, & priores affectus quodãmodo luculentos, tam lachrymarum profluuio, quàm publica confeſſione deterſit. *Miraculum.*

In urbe Roma matrona quædam morum claritate ac parentum gloria nobilis, ſanctum Franciſcum in ſuum elegerat aduocatum, ipſius habens depictam 57 imaginem in ſecreto cubiculo, ubi patrem in abſcondito exorabat. Die uerò quodam dum orationi uacaret, conſiderans imaginem ſancti ſacra illa ſigna ſtigmatum non habentem, dolere cepit non modicum & mirari. Sed non mirũ ſi in pictura non erat quod pictor amiſerat. Cumq; per plures dies quid cauſæ foret defectus huiuſmodi, mente ſolicita pertractaret, ecce ſubito die quadam apparuerunt ſigna illa mirifica in pictura, ſicut in alijs ipſius ſancti imaginibus pingi ſolent. Tremefacta illa filiam ſuã Deo deuotam aduocauit protinus, requirens ſi abſq; ſtigmatibus uſque tunc imago fuiſſet. Affirmat illa, & iurat, olim ſine illis ſacris ſtigmatibus extitiſſe, & nunc uerè cum ſtigmatibus apparere. Verùm quia mens humana ſemetipſam frequenter impellit ut cadat, & in dubium reuocat ueri-

57 *Ipſius habens depictam imaginẽ in ſecreto cubiculo.*

tatem,ſubintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia,ne forte ſic fuiſſet imago à principio conſignata. At Dei 58 uirtus,ne primum contemneret miraculum,addidit & ſecundum. Cõtinuo nanq; diſparentibus ſignis illis,nudata priuilegio imago remanſit, ut per ſequens ſignum fieret probatio præcedentis. *Miraculum.*

58 Si imaginũ uſus non eſſet licitus, nequaquam diuina uirtus tot mirabilia circa hanc imaginem operata fuiſſet.

In Cathalonia quoque apud Ilerdam accidit uirũ quendã nomine Ioannem beato Franciſco deuotũ, quodam ſero per quandam incedere uiam,in qua pro inferenda morte latitabant inſidiæ,non quidem ipſi,qui inimicitias non habebat,ſed alteri cuidam,qui uidebatur ſimilis eius,& tunc erat in comitatu ipſius. Exurgens autẽ quidam de inſidijs,cum hoſtem ſuũ hunc eſſe putaret, tam letaliter eum plagis plurimis gladiauit, ut nulla prorſusupereſſet ſpes recuperandæ ſalutis. Siquidem primò inflicta percuſsio humerum cũ brachio penè totũ abſciderat,& ictus alius ſub mamilla tantam reliquerat aperturam,ut flatus inde procedens circa ſex candelas ſimiliter iunctas extingueret. Cum igitur conſilio medicorum,ipſius impoſsibilis eſſet curatio, pro eo q́ putreſcentibus plagis, ex eis fœtor tam intolerabilis exhalaret, ut etiam ipſa eius uxor uehementer horreret, nulliſq; iam humanis iuuari poſſet remedijs, conuertit ſe ad beati Patris Franciſci patrocinium quanta poterat deuotione poſcendum,quẽ inter ipſos ictus una cũ beata uirgine fidentiſsime inuocarat. Et ecce miſero in lectulo calamitatis ſolitario decubanti, cũ Franciſci 59 nomen uigilans & eiulans frequentius replicaret,aſtitit quidã in habitu fratris minoris, per feneſtram,ut ei uidebatur,ingreſſus, qui uocans eũ ex nomine dixit; Quia fiduciam habuiſti in me,Dominus liberabit te. A' quo cũ ęger quis eſſet requireret,Franciſcũ ille ſe eſſe reſpondit. Et ſtatim appropians uulnerum illius ligaturas reſoluit, & cũ unguento per omnes plagas,ut uidebatur,perunxit. Statim autẽ ut ſenſit illarũ ſacrarũ manuum,ſtigmatum Saluatoris uirtute, ſanare ualentium ſuauẽ contactum,expulſa putredine,reſtituta carne,& uulneribus ſolidatis,reſtitutus eſt integrè priſtinæ ſoſpitati. Quo facto beatus pater abſceſsit: Et ipſe ſentiens ſe ſanatũ, & in uocẽ diuinæ laudis, & beati Franciſci lætanter erũpens,uocauit uxorẽ. At illa celerius currens, & ſtare iam uidens quẽ ſepeliendum credebat in craſtino, cũ eſſet ſtupore uehementi perterrita,uiciniam totã clamore cõpleuit. Accurrentes autem ſui cũ illum niterentur tanq; freneticũ in lecto reponere, & ille è contra renitens aſſereret,& oſtenderet ſe ſanatũ, tanto ſunt ſtupore attoniti,ut quaſi ſine mente omnes effecti, fantaſticũ eſſe crederent quod uidebant,quia qui pauloante cõſpexerant plagis atrociſsimis laniatũ, & totũ iam marcidum,plena cernebant incolumitate iocundum. Ad quos ille qui factus fuerat ſanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane quod cernitis, quia ſanctus Franciſcus modo à loco receſsit, &

59 Vides ſanctos inuocandos, inuocatoſq; ferre præſidium.

illarum ſacrarũ manuum tactu me integrè ab omni plaga curauit. Crebreſcente tandem huius fama miraculi, accelerat populus omnis, & uidentes in tam aperto prodigio ſtigmatum beati Franciſci uirtutem, admiratione ſimul & gaudio replebantur, Chriſtiq; ſigniferum magnis laudũ præconijs extollebant. Dignè quidẽ beatus pater carne iam 6o mortuus & uiuens cum Chriſto, præſentiæ ſuæ oſtenſione mirabili, & manuum ſacrarum palpatione ſuaui, uulnerato letaliter uiro ſanitatem conceſsit, cum illius etiam in ſe ſtigmata tulerit, qui miſericorditer moriens, & mirabiliter ſurgens, uulneratum genus humanum, & ſemiuiuum relictum plagarum ſuarum uirtute ſanauit.

60 Si ſancti carne iam mortui, uiuunt anima cum Chriſto, & in futuro iudicio reſurrecturi ſunt, quare score scioli noſtri eos potius cum hereticis emortuos quam dormientes cum Paulo appellant?

Miraculum.

Apud potentiam Apuliæ ciuitatẽ erat quidam clericus Rogerius nomine, uir honorabilis, & Eccleſiæ maioris Canonicus. Hic cũ infirmitate quaſſatus, die quadã Eccleſiam oraturus intraſſet, in qua erat imago beati Franciſci depicta, glorioſa ſtigmata repræſentans, cepit de illius ſublimitate miraculi tanq̃ de re omnino inſolita, & impoſsibili dubitare. Subitò igitur dũ mente plagatus interius cogitaret inania, in palma ſiniſtrę manus ſub chyrotheca grauiter ſe ſenſit eſſe percuſſum, ſonitũ audiens percuſſuræ, uelut cũ ſpiculum proſilit de baliſta: moxq; tã uulnere ſauciatus, q̃ ſonitu ſtupefactus, chyrothecam de manu traxit, ut uiſu dignoſceret, quod tactu perceperat, & auditu. Cumq; nulla fuiſſet prius in palma percuſsio, cõſpexit in medio manus plagam, quaſi ſagittę percuſsione inflictam, ex qua tanta uis procedebat ardoris, ut uideretur ex illo deficere. Mirabile dictu. Nullum in chyrotheca ueſtigium apparebat, ut latenti plagæ cordis, latenter inflicti pœna uulneris reſponderet. Clamat exinde per duos dies & rugit, dolore grauiſsimo ſtimulatus, & increduli cordis uelamen explicat uniuerſis. Credere ſe ueraciter ſacra ſtigmata in ſancto fuiſſe Franciſco fatetur & iurat, conteſtans omnis dubitationis abſceſsiſſe fantaſmata. Orat 61 ſuppliciter ſanctũ Dei per ſacra ſibi ſtigmata ſubuenire, & multas cordis preces multo impinguat profluuio lachrymarũ. Mirũ certe. Incredulitate proiecta, ſanationem mentis ſanatio ſequitur corporalis: Omnis quieſcit dolor, frigeſcit ardor, nullum remanet ueſtigium percuſſuræ. Sicq; factum eſt, ut latens mentis infirmitas, per patens carnis cauteriũ ſuperna prouidente clementia, curaretur, menteq; ſanata, & ipſa caro pariter ſanaretur. Fit homo humilis Deo deuotus ſancto, & fratrũ ordini perpetua familiaritate ſubiectus. Huius rei tam ſolẽne miraculum iuramentis firmatũ fuit, & literis ſigilli Epiſcopi munimine roboratis, ipſius ad nos notitia delata peruenit. De ſacris ergò ſtigmatibus nullus ſit ambiguitati locus, nullius in hoc quia Deus bonus eſt, nequam ſit oculus, quaſi huiuſmodi doni largitio ſempiternæ bonitati non congruat. Si enim illo amore Seraphico

61 Ecce ſancti inuocationem, poſt quã ſtatim ſequitur exauditio.

multa membra capiti cohærerent Chriſto, ut & in bello ſimili armatura inuenirentur condigna, & in Regno ad ſimilem fore ut gloriam ſubuehenda, nullus hoc ſanæ mentis, niſi ad Chriſti gloriam diceret pertinere.

De mortuis ſuſcitatis.

In caſtro montis Marani propè Beneuentũ, mulier quædam ſancto Franciſco peculiari deuotione cohærens, uiam uniuerſæ carnis intrauit. Cõuenientibus autẽ 6 2 clericis nocte ad exequias, & uigilias cũ pſalterijs decantandas, ſubitò cunctis cernentibus erexit ſe mulier ſuper lectum, & unũ de aſtantibus ſacerdotẽ, patrinũ uidelicet ſuum aduocauit, dicens: Volo confiteri, pater: Ego enim mortua duro eram carceri mancipanda, quoniam peccatũ, quod tibi pandam, necdum 6 3 confeſſa fueram. Sed orante, inquit, pro me ſancto Franciſco, cui dum uiuerem, deuota mente ſeruiui, redire nunc ad corpus indultum eſt mihi, ut illo reuelato peccato, ſempiternam promerear uitã. Et ecce uobis uidentibus, poſtquàm illud detexero, ad promiſſam requiẽ properabo. Trementer ergo ſacerdoti trementi confeſſa, poſt abſolutionem receptam, quietè ſe in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

62 Vide exequias & uigilias mortuorum cum clericis & pſalterijs decantandas.

63 Ecce maximũ miraculum pro approbatione cõfeſsionis quæ fit ſacerdoti ſecundũ diuinam inſtitutionẽ & catholicæ Eccleſiæ conſuetudinem.

Miraculum.

In caſtro Pamarco in mõtanis Apuliæ poſito, patri & matri unica erat filia in tenera ætate tenerè perdilecta. Qua infirmitate graui ad mortẽ perducta, parentes eius ſucceſsionem aliam non ſperantes, ſe in illa quaſi mortuos reputabant. Conuenientibus ergo conſanguineis & amicis ad flebile nimis funus, iacebat mater infelix ineffabilibus completa doloribus, & abſorpta ſuprema triſtitia de his quæ fiebant, nihil penitus aduertebat. Interim ſanctus Franciſcus uno tantũ ſocio comitatus apparens, deſolatam 6 4 uiſitare dignatus eſt fœminam, quã ſibi ſenſerat eſſe deuotam, & pijs eam affatus alloquijs: Noli flere, inquit; nã lucernæ tuæ lumen quod deploras extinctũ, mea tibi eſt interceſsione reddendum. Surrexit continuò mulier, & quæ ſibi dixerat ſanctus, omnibus manifeſtans, non permiſit extinctũ corpus efferri ſed eum magna fide ſancti Franciſci nomen inuocans, & mortuam felix apprehendens, uiuam & incolumen, cunctis uidentibus, & mirantibus alleuauit.

64 Vide quanta ſit ſanctorum poteſtas poſt mortẽ. Et quomodo ſancti ſunt inuocãdi, & quod per eorum inuocationẽ non offuſcatur Dei neceſſaria inuocatio.

Miraculum.

Cum fratres de Noceria peterent quoddam plauſtrum à quodam uiro Petro nomine, quo aliquantulum indigebant, ſtultè reſpondit eis pro petito ſubſidio irrogando conuitium, & pro eleemoſyna ad honorem ſancti poſtulata Franciſci, in nomen ipſius blaſphemiam iaculando. Pœnituit hominẽ ſtatim inſipientiæ ſuæ, diuino ſuper eum irruente pauore, ne fortè ultio Domini ſequeretur, ſicut & fuit protinus ſubſequuta. Nam infirmatus continuò primogenitus eius, paruo elapſo ſpatio ſpiritum exhalauit. Volutabatur per humum pater

infelix, & ſanctum Dei Franciſcum uocare non ceſſans, cùm lachrymis exclamabat: Ego ſum, qui peccaui, ego qui inique locutus ſum; me in perſona propria flagellare debuiſti. Redde ſanctè iam pœnitẽti quod abſtuliſti impiè blaſphemãti. Tibi me reddo, tuis me obſequijs ſemper expono, nam & deuotũ ſacrificium laudis pro tui honore nominis ſemper offeram Chriſto. Mira res. Ad hęc uerba ſurrexit puer, & planctum prohibens, ſe morientẽ eductum de corpore per beatũ Franciſcum, deductum aſſeruit, & reductum. *Miraculum.*

Cuiuſdam urbis Romæ notarij puerulus uix ſeptennis, matrem ad Eccleſiam ſancti Marci euntem, puerili more ſequi deſiderans, dum remanere domi compelleretur à matre, per feneſtram palatij ſe proiecit, & ultima quaſſatione colliſus, continuò exſpirauit. Mater uerò, quæ nondum longè diſceſſerat, ad ſonitũ corruentis præcipitium pignoris ſuſpicata, celeriter redijt, filiumq; reperiens tã miſerabili caſu repente ſubtractum, protinus ſibi ipſi manus iniecit ultrices, ac doloroſis clamoribus totam excitauit uiciniam ad lamentum. Frater uerò quidam nomine Raho, de ordine minorum illuc ſe ad prædicandum conferens, propinquauit ad puerum, & fide plenus ait ad patrẽ: Credis'ne ſanctũ Dei .A. Franciſcũ poſſe filium tuũ à mortuis ſuſcitare propter amorẽ, quem ſemper ad Chriſtum habuit, pro reddenda uita hominibus crucifixum? Quo reſpondente, ſe firmiter credere, & fideliter confiteri, ſeruumq; ſancti in perpetuum ſe eſſe futurũ, ſi tantum à Deo munus per ipſius merita recipere mereretur, 65 proſtrauit ſe frater ille cũ fratre ſocio in oratione, cæteros qui aderant, excitans ad orandum. Quo facto cœpit puer aliquantulum aſcitare, & apertis oculis, brachijsq; eleuatis, ſeipſum erexit, & ſtatim corã omnibus ambulauit incolumis, per mirandam ſancti uirtutem uitæ ſimul redditus, & ſaluti. *Miraculum.*

.A. Vides'ne quomodo Deus fidem quæ creditur etiam ſanctos poſſe mortuos ſuſcitare, & non tantum deũ in illis illud agere, per ſubſequens miraculum confirmauit? Vide etiã ſimile in miraculo ſequẽti.

65 Proſtrauit ſe frater ille cum fratre ſocio in oratione, & puer mortuus ad inuocationem beati Franciſci ſanus & uiuus redditus eſt.

In ciuitate Capuæ dum puer quidam ſuper ripã Vulturni fluminis cum pluribus iocaretur, incautus cecidit in profundum. Quem fluminis impetus celeriter uorans, ſub ſabulo mortuũ ſepeliuit. Proclamantibus autẽ pueris, qui cum eo luſerant circa flumen, populoſa illuc multitudo conuenit. Cumq; uniuerſus populus ſuppliciter & deuotè beati Franciſci merita inuocaret, ut deuotorũ ſibi parentũ fidẽ aſpiciens, prolem à mortis periculo dignaretur eripere, natator quidã procul aſtans, clamoribus auditis acceſsit, & poſt diutinam inquiſitionem inuocato tandem beati Franciſci ſubſidio, locum inuenit, in quo limus in modum ſepulchri pueri cadauer obtexerat. Quẽ effodiens, & extra deportans, dolens defunctũ inſpexit. Licet autẽ populus qui aſtabat, uideret iuuenem mortuũ, nihilominus tamen flens & eiulans proclamabat: Sancte 66 Franciſce redde puerum Patri ſuo. Sed & Iudæi qui uenerant, naturali pietate cõmoti, dicebant, ſancte Frãciſce

66 Ecce quomodo ad inuocationẽ ſancti Franciſci puer mortuus uitæ redditur.

redde

redde puerum patri ſuo. Subitò puer lætantibus & mirantibus cũctis exurgens incolumis, duci ſe ad eccleſiam beati Franciſci ſuppliciter poſtulauit, ut gratias illi deuotus exolueret, cuius ſe nouerat uirtute mirabiliter ſuſcitatum. *Miraculum.*

In ciuitate Sueſſa in uico, qui ad columnas dicitur, repente quædã corruens domus, unũ abſorbuit iuuenẽ, & ſubitò interemit. Viri autẽ & mulieres ruinæ ſonitu excitati, undiq; accurrẽtes, eleuauerunt hinc inde ligna & lapides, & miſeræ matri mortuũ filium reddiderunt. Illa uerò amariſsimis repleta ſingultibus, ſicut poterat, doloroſis uocibus exclamabat: Sancte Franciſce, ſancte Frãciſce redde mihi filiũ meum. Non ſolum autẽ illa, ſed & omnes qui aderant, beati patris præſidium flagitabant. Sed cũ non eſſet neque uox, neque ſenſus, cadauer poſuerunt in lectulo, & ad ſepeliendum ipſum diem craſtinũ expectabant. Mater uerò fiduciam habens in Domino per merita ſancti eius, 67 uotũ emiſit, noua ſe ſindone beati Franciſci operturã altare, ſi filium ſuũ reuocaret ad uitam. Et ecce circa horã noctis mediam cœpit iuuenis oſcitare, & caleſcentibus mẽbris uiuus exurgens & ſanus, in laudis uerba prorumpit. Sed & clerum, qui conuenerat, & populum uniuerſum excitauit ad laudes & gratias Deo & beato Franciſco cũ mentis lætitia perſoluendas. *Miraculum.*

67 *Vide quõ ad uotum mulieris cõditionale ſuſcitatur puer ruina domus oppreſſus.*

Iuuenis quidam Gerlandinus nomine, de Raguſia oriundus, uindemiarũ tempore ad uineas exiens, cum in uaſe uinario, ut utres impleret, ſub torculari ſe mitteret, repentè prægrandes lapides, motis in ſe lignorũ ſtruibus, caput ipſius letali percuſsione quaſſarunt. Feſtinauit continuò pater ad filium, & deſperans obrutum non adiuuit, ſed eum ſub onere, ſicut corruit, ſic reliquit. Accurrerunt expeditius uinitores, magni clamoris uocem lugubrem audientes, multoq; cũ patre pueri dolore cõpleti, extraxerunt iuuenẽ iam mortuum à ruina. Pater uerò ipſius Ieſu pedibus prouolutus, humiliter precabatur, ut filium ſuum unicum per ſancti Franciſci merita, cuius tunc imminebat ſolennitas, ſibi reddere dignaretur. Ingeminabat preces, uouebat officia pietatis, & ſancti uiri corpus ſe 68 uiſitaturum cũ filio, ſi ſuſcitaretur à mortuis, repromiſit. Mirum certe. Continuò puer, qui toto fuerat corpore conquaſſatus, reſtitutus uitæ & integrę ſoſpitati, gaudens corã omnibus exurrexit, plangentes obiurgans, & ſancti Franciſci ſuffragijs uitę ſe redditum aſſeuerans. *Miraculum.*

68 *Ad uotum uiſitandi corporis beati Franciſci, eius meritis & ſuffragijs pater filiũ mortuum, uiuum recepit.*

Quendam alium mortuũ in Alamania ſuſcitauit, de quo dominus Papa Gregorius tẽpore tranſlationis ipſius ſancti, fratres omnes qui ad tranſlationem & Capitulum conuenerant, per Apoſtolicas literas certos reddidit & gaudentes. Miraculi huius ſeriem, quia ignoraui, non ſcripſi, credens Papale teſtimonium omnis aſſertionis excellere inſtrumentum.

De his quos à morte periculo liberauit.

In confinibus Vrbis uir quidam nobilis Rodulphus nomine, cum Deo deuota uxore fratres minores ſuo recepit hoſpitio, tam hoſpitalitatis gratia, q́ beati Franciſci reuerentia & amore. Nocte uerò illa in ſummitate turris dormiens cuſtos caſtri, cum iaceret ſuper ſtruem lignorum in ipſa muri poſitorum crepidine, ipſorum ſoluta cōpage, in tectum palatij corruit, & exinde ſuper terrā. Excitata ad ſonitum caſus tota familia, & cuſtodis intellecta ruina, dominus caſtri, & domina cū fratribus accurrerunt. Is uerò, qui ab alto corruerat, abſorptus fuerat tam ꝓfundo ſopore, ut nec ad caſum euigilaret iteratæ ruinæ, nec ad ſtrepitum accurrentis familiæ cū clamore. Trahentium tandem, & impellentium manibus excitatus, conqueri cepit, quòd dulci fuiſſet quiete priuatus, inter beati Franciſci brachia ſuauiter aſſerens ſe dormiſſe. Cū uerò de caſu proprio doceretur ab alijs, & in imo ſe uideret, qui in alto iacuerat, ſtupens eſſe factum quod fieri nō perceperat, pœnitentiam ſe facturum ob reuerentiam Dei & beati Franciſci corām omnibus repromiſit. *Miraculum.*

In caſtro Pophis, quod in Campania poſitū eſt, ſacerdos quidam Thomas nomine, acceſsit ad reparandum Eccleſiæ molendinum. Deambulans autē incautè ſecus extrema canalis, quo gurges profundus copioſo defluebat īfluxu, ſubito caſu cauiloſo ligno intruſus eſt, cuius impulſu uoluitur molendinū. Cum igitur conſertus iaceret in ligno, & ſuper os ipſius, quia ſupinus erat, aquarū impetus inundaret, corde

69 *Ad inuocationē ſancti presbyter è manifeſto mortis periculo liberatus eſt.*

tamen, quia lingua non poterat 69 ſanctum Franciſcum flebiliter inuocabat. Per magnum uerò ſpatium ſic illo iacente, ac de uita ipſius iam penitus ſocijs deſperatis, in contrariam partē molam cū uiolentia reuoluerunt, & ſic eiectus ſacerdos palpitans uolutabatur in aquæ meatu. Et ecce quidam frater minor indutus tunica candida, & fune ſuccinctus, cū magna ſuauitate arreptum per brachium extra flumē eduxit dicens, Ego ſum Franciſcus, quem inuocaſti. Ille uerò ſic liberatus nimis obſtupuit, uolensq; pedum ipſius oſculari ueſtigia, huc, atque illuc anxius diſcurrebat, quærens à ſocijs, Vbi eſt ille? Quò abijt ſanctus? Qua uia diſceſsit? Viri autē illi tremefacti, proni ceciderunt in terram, ſublimis Dei glorioſa extollentes magnalia, & uirtuoſa merita humilis ſerui eius. *Miraculum.*

Iuuenes quidam de Burgo Celani pro metendis herbis exierant ad campeſtria quędam, in quibus uetus latebat puteus, herbis in ſummo ore uiuentibus obumbratus, qui quaſi per paſſus quatuor aquarū altitudinē continebat. Segregatis igitur per cāpum diſcurrentibus pueris, unus ex improuiſo decurrit in puteum. Abſorbente autē profunda fouea corpus, ſpiritus mentis ſurſum recurrebat ad beati Franciſci ſuffragium, clamans 70 in ipſo lapſu fideliter & fidenter: ſancte

70 *Vides ad inuocationē beati patris, puerum è puteo incolumem eductum ę*

Franciſce,adiuua me. Cæteri huc atque illuc ſe uertentes,dum puer alius non cōpareret,clamore,circuitu,& lachrymis requirebant eundem. Comperto tandem quod in puteum cecidiſſet,feſtinantes cū gemitibus redierunt ad Burgum,indicantes euentum,expoſcentes auxilium. Redeuntibus autem illis cū multa hominū turba,demiſſus unus per funem in puteum,puerū reſpexit in aquarū ſuperficie reſidentē, nihil paſſum penitus læſionis. Extractus uerò de puteo puer, dixit omnibus qui aſtabant: Quando ſubitò cecidi,beati Franciſci patrocinium inuocaui,qui corruenti mihi ſtatim præſentialiter affuit,& manum porrigens,leuiter apprehendit,nec unquam deſeruit,donec unà uobiſcum de puteo me eduxit. *Miraculum.*

In eccleſia beati Franciſci apud Aſsiſium, dum præſente Romana Curia prędicaret dominus Epiſcopus Hoſtienſis,qui poſtmodū ſummus Pontifex extitit Alexander, quidam lapis pōderoſus & magnus incautè ſuper pulpitum excelſum & lapideum derelictus,præ nimietate præſſuræ impulſus, ſuper caput cuiuſdam cecidit mulieris. Extimantes igitur circunſtantes perfectè ipſam iam mortuā,& caput eius totaliter conquaſſatum,cooperuerunt eam pallio,quo erat amicta,ut ſermone finito educeretur extra Eccleſiam lugubre funus. Ipſa uerò ſe beato Franciſco,ante cuius iacebat altare,fideliter cōmendauit. Et ecce prædicatione finita,mulier coram omnibus adeò ſurrexit incolumis,ut nullius in ea læſionis ueſtigium appareret. Sed & quod eſt amplius admirandum,cū per longa tēpora uſque ad horā illam dolorem capitis quaſi continuū habuiſſet, plenè fuit ex tunc ab omnis morbi moleſtia liberata,ſicut ipſa poſtmodum teſtabatur. *Miraculum.*

Apud Cornetum cum in loco fratrum ad fuſionem campanæ uiri quidam conueniſſent deuoti,puerulus quidā octennis Bartholomeus nomine,exenium quoddā fratribus laborantibus apportauit. Et ecce ſubitò uentus uehemens,concuſſa domo,oſtium portę graue quidem & magnū,ſuper ipſum puerulum ita ualido proiecit impulſu,ut quē tam ingens pondus oppreſſerat, letali crederetur colliſione quaſſatus. Sic enim totaliter iacebat tumulatus ſub pondere,ut nihil exterius appareret. Accurrerunt omnes qui aderant,beati Franciſci uirtuoſam dexteram inuocantes. Sed & pater ipſius,qui rigeſcentibus membris ſe mouere non poterat præ dolore, 71 uotis,& uoce ſancto Frāciſco filium offerebat. Leuatum eſt deniq; funeſtum pondus deſuper puerum;& ecce quem credebant mortuū,quaſi ſuſcitatus à ſomno,lætus apparuit,nullam in ſe prorſus pręferens læſionem. Igitur cū quatuordecim eſſet annorū,factus eſt frater minor,uir poſtea literatus,& famoſus in ordine prædicator. *Miraculum.*

71 *Ecce quot miracula ad inuocationē beati Franciſci.*

Homines de Lentino lapidem pręgrandem abſciderunt de monte; qui ſupponendus erat altari cuiuſdā Eccleſiæ beati Franciſci in proxi-

mo conſecrandæ. Cum autem ferè Quadraginta homines lapidem illum ſupponere uehiculo niterentur, repetitis ſæpius uiribus, ſuper quendam hominem lapis ille cecidit,& in modum ſepulchri obtexit. Sed cum mente confuſi quid facerent,ignorarent,maior pars hominũ deſperata diſceſsit. Porrò uiri decem, qui remanſerant, lugubri uoce ſanctum inuocantes Franciſcum,ne in ſuo ſeruitio ſic horrendè mori hominem pateretur, reſumpto tandem corde, tanta facilitate lapidẽ amouerunt,ut nullus dubitaret uirtutem affuiſſe Franciſci. Surrexit homo incolumis in omnibus membris, inſuper & lumẽ recuperauit limpidum oculorum, quod habuerat obſcuratum, ut omnibus daretur intelligi, quàm in rebus deſperatis beati Franciſci merita ualidæ ſint uirtutis. *Miraculum.*

Simile quoddam accidit apud ſanctum Seuerinum in marchia de Anchona. Dum enim lapis prægrandis de Conſtantinopoli apportatus,ad baſilicam beati Franciſci multorum uiribus traheretur,rapido lapſu eſt ſuper quendam trahentium deuolutus. Cumq; ille non ſolum crederetur defunctus,ſed etiam totaliter cõminutus,aſsiſtente ſibi beato Franciſco,& lapidem ſubleuante, abſque omni læſione ſanus & incolumis,lapidis proiecto pondere,proſiliuit. *Miraculum.*

Bartholomeus Caietanus ciuis,cum ad conſtructionem cuiuſdam Eccleſiæ beati Franciſci non modicum deſudaret, ruente trabe quadã infirmiter poſita,eiusq; opprimente ceruicem,fuit grauiter cõquaſſatus.Ipſe uerò mortem ſibi ſentiens imminentem,uti erat uir fidelis & pius,à quodam fratre uiaticum poſtulauit.Quod frater ille tam celeriter afferre non ualens,quia mori ſubito credebatur,beati Auguſtini uerba protulit dicens ei : Crede,& manducaſti. Sequenti uerò nocte beatus Franciſcus cum undecim fratribus illi apparuit,& inter ubera portans agniculum,ad lectum eius acceſsit,uocauitq; illum ex nomine dicens:Bartholomee,noli timere,quia non prçualebit aduerſum te inimicus,qui te in meo ſeruitio uoluit impedire. Hic eſt agnus, quem tibi dari petebas,quem & propter bonum deſiderium ſuſcepiſti,cuius etiam uirtute conſequeris utriuſque hominis ſoſpitatem.Et ſic ꝑ uulnera manum ducens,ad opus quod ceperat,eum redire prçcepit. Qui ualde mane conſurgens, & ijs qui eum ſeminecem reliquerant, incolumis & lætus apparens, admirationem intulit & ſtuporem. Sed & ipſorum mentes ad beati patris reuerentiam,& amorẽ,tam exemplo ſui,ꝙ ſancti miraculo excitauit. *Miraculum.*

Quidam de caſtro Ceperani nomine Nicolaus, in manus inimicorum crudelium incidit die quadam.Qui crudelitate ferali uulneribus eum ſuper uulnera concidentes, uſq; adeò ſuper miſerum ſæuierunt, donec uel extinctum crederent,uel protinus extinguendum. Clamauerat autem Nicolaus prędictus cum primos ictus exciperet, alta uo-

ce; 72 ſancte Franciſce ſuccurre mihi, ſancte Fráciſce adiuua me. Hanc uocem à remotis audierunt q̃plurimi, licet auxilium ferre non poſſent. Deportatus tandem domũ, totus ſuo ſanguine uolutatus, fiducialiter aſſerebat ſe mortem ex illis uulneribus nõ uiſiurum, nec etiam ſe tunc ſentire dolores, quoniam ſanctus Franciſcus ſibi ſuccurrerat; & ut pœnitentiam ageret à Domino impetrauit. Quod & ſequens confirmauit euentus. Nam lotus à ſanguine, continuò contra humanam ſpem extitit liberatus. *Miraculum.*

72 *Inuocat ſanctum & adiuuatur.*

Nota etiam uerborũ illorum efficaciã, uidelicet, ſancte Franciſce ſuccurre mihi.

Filius cuiuſdam nobilis in caſtro ſancti Geminiani, ualido langore detentus, omniq; ulterius deſperatus ſalute, ad extremum uſque perductus eſt. Riuus etenim ſanguinis ab oculis eius emanabat, ſicut ex uena brachij aſſolet ebullire. Cæterisq; propinquæ mortis ueris indicijs in reliquo corpore apparentibus, iudicabatur pro mortuo. Sed & pro debilitate ſpiritus & uirtutis, ſenſus & motus uſu priuatus, uiſus eſt penitus emigraſſe. Congregatis antẽ ex more ad planctum parentibus, & amicis, ac de ſola agentibus ſepultura, pater ipſius fiduciam habens in domino, concito greſſu ad Eccleſiam cucurrit beati Franciſci, quę in eodem erat caſtro cõſtructa, & cingulo ſuſpenſo ad guttur, cum omni humilitate ſe 73 proſtrauit in terram; ſicq; uota uouens & multiplicans preces, ſuſpirijs, & gemitibus meruit apud Chriſtum ſanctum Franciſcum habere patronum. Reuerſus itaque ſtatim pater ad filium, & ſanitati reſtitutum inueniens, luctum in gaudium immutauit. *Miraculum.*

73 *Habes hic orationem cum proſtratione & gemitibus.*

Habes uota nuncupata.

Simile quiddam meritis ſancti operatus eſt Domini circa puellam quandam in Cathalonia de uilla nomine Thamarit, & circa aliam de Anchona, quæ cũ eſſent præ nimietate ægritudinis in ultimo ſpiritu conſtitutæ, beatus Franciſcus fideliter à parentibus 74 inuocatus, perfectæ continuò eas reſtituit ſanitati. *Miraculum.*

Habes & ſanctos apud dominum Chriſtum eſſe deuotorum ſuorum patronos.

74 *Beatus Frãciſcus fideliter inuocatus perfectæ continuo eas reſtituit ſanitati.*

Clericus quidam de uico Albo, nomine Mattheus, ueneno mortifero bibito, intantum fuit grauatus, quòd loqui aliquo modo nõ ualens, ſolum finalem exitum expectabat. Sacerdos quidam, ut ſibi confiteretur, admonuit, & uerbũ unum ab eo extorquere non ualuit. Ipſe uerò in corde ſuo humiliter Chriſtum orabat, ut per beati Fráciſci merita à mortis eum faucibus eripere dignaretur. Moxq; ut cõfortatus à domino beati Franciſci nomen fideli deuotione deprompſit, teſtibus qui aderant, ueneno euomito, liberatori ſuo gratias egit. *Miraculum.*

In magno maris periculo poſiti quidam nautæ cum miliaria decẽ à portu Barulitano diſtarent, ingraueſcente nimium tempeſtate iam de uita dubij anchoras ſubmiſerunt. Verum ſpiritu procellarum mari feruentius tumeſcente, fractis funibus & relictis anchoris, incerto & inæquali curſu per æquora gradiebantur. Tandem nutu diuino mari placato, ad reſumendas anchoras, quarum funes ſuperius enatabant,

toto ſe conamine parauerunt. Cumq; id perficere proprijs uiribus nõ ualerent, plurimorum ſanctorum inuocato ſubſidio, multisq; iam ſudoribus liqueſcentes, nec unam per totam diem reſumere potuerunt. Aderat autem nauta quidam Perfectus nomine, ſed moribus imperfectus, qui cum irriſione quadam dixit ad ſocios: Ecce ſanctorum omnium inuocaſtis auxilium, & ut uidetur, nullus eſt qui ſuccurrat. Inuocemus illum Franciſcum, qui nouellus eſt ſanctus, ſi quomodo in mare ſe emergat, & anchoras perditas reddat. Conſenſerunt cæteri non irriſoriè ſed ueraciter ſuaſioni Perfecti, & ipſius obiurgantes irriſorium uerbum, firmauerunt cũ ſancto ſpontaneum 75 uotum. Statimq; in momento ſine aliquo adminiculo natauerunt anchorę ſuper aquas, quaſi ferri natura uerſa foret in ligneam leuitatẽ. *Miraculum.*

75 *Vides Hæretice quòd emiſſo uoto nautæ ſtatim exauditi ſunt? Cur ergo irridentur uota?*

Peregrinus quidam inualidus corpore propter febris peracutę ſinthomata, quã fuerat ante perpeſſus, naui quadam ſubuectus de ultramarinis partibus ueniebat. 76 Ferebatur autem & ipſe ad beatum Franciſcum præcipuo deuotionis affectu, & cum ſibi apud cœleſtem Regem elegerat aduocatũ. Cum igitur necdum perfectè liber à morbo, ſitis anguſtiaretur ardoribus, deficiente iam aqua, cepit alta uoce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi, quia beatus Franciſcus uaſculum meum aqua repleuit. Mirum certè. Inuenerunt uas aqua repletum, quod fuerat ante uacuum derelictum. Alio uerò die cũ tempeſtate ſuborta operiretur nauis fluctibus, & procellis quateretur per ualidis, ita ut iam naufragium timerent, cepit idem infirmus ſubito clamore uociferari per nauem: ſurgite omnes, inquit, & beato Franciſco uenienti occurrite, Ecce ad ſaluandum nos adeſt. Sicq; cum uoce magna & lachrymis in faciem procidens adorauit. Statim ad ſancti uiſionem omnem ſoſpitatem reſumpſit infirmus, & maris fuit tranquillitas ſubſequuta. *Miraculum.*

76 *Ecce peregrinatio ad ſanctum Frãciſcum. Ecce quõ apud cœleſtem regem factum eſt infirmi aduocatus*

Frater Iacobus Reatinus cum in nauicula parua fluuium quendã cum alijs fratribus pertranſiret, ſocijs primò ſuper ripam poſitis, poſtremo ſe ad exitum pręparabat. Sed modico illo per infortunium reuoluto, rectore natante, frater merſus eſt in profundum. Inuocabant fratres extra poſiti affectuoſis precibus beatum Franciſcum, & ut filio ſuccurreret, lachrymoſis gemitibus ſupplicabant. Submerſus autẽ frater de uentre gurgitis nimis immenſi, cũ ore non poſſet, corde clamabat, ut poterat, implorans pij patris ſubſidium. Et ecce auxiliante ſibi beati patris præſentia, per profundum ſicut per aridam ambulabat, & demerſam nauiculam capiens, cum ea peruenit ad littus. 77 Mirabile dictu. Veſtimenta eius madidata non ſunt, nec aquæ gutta proximauit ad tunicam. *Miraculum.*

77 *Vide rem miram ad inuocationem beati Franciſci ſubſequutã*

Frater, Bonauentura nomine, cũ duobus uiris per lacum quendam nauigans, confracta ex parte nauicula, propter aquæ influentis impe-

tum, demerſus eſt cum naui & ſocijs in profundum. Cum autē de lacu miſeriæ miſericordem patrem Franciſcum 78 inuocarent cum multa fiducia, ſuperenatauit ſubitò aqua plena nauicula, & cum eis, ſancto præbente ducatum, ſalubriter peruenit ad portum. Sic & quidam frater de Eſculo ſubmerſus in flumine, ſancti Franciſci meritis extitit liberatus. Sed & in lacu Reatino cum quidam uiri & mulieres in conſimili eſſent periculo conſtituti, ad inuocationem nominis ſancti Franciſci, de aquarum multarum perículoſo naufragio ſalubriter euaſerunt. *Miraculum.*

78 *Sanctus Fräciſcus inuocatus de aquarum periculo multos liberat.*

Quidam nautæ Anchonitani periculoſa tempeſtate iactati, ſubmerſionis periculum iam uidebant. Cumq; ſic deſperati de uita, ſanctum Franciſcũ ſuppliciter inuocarent, lumen in mari magnũ apparuit, & cum ipſo lumine tranquillitas conceſſa diuinitus, ac ſi beatus uir ſua miranda uirtute & uentis imperare poſſet & mari. 79 Quãtis autem miraculorum prodigijs beatus hic pater in mari claruerit, & clareſcat, quotiens ibidem opem tulerit deſperatis, nullatenus credo poſsibile per ſingula enarrare. Nec mirum ſi iam regnanti in cęlis collotum eſt imperium ſuper aquas, cui & in hac mortalitate degenti omnis corporea creatura ad ſuam refigurata originem mirabiliter ſeruiebat.

79 *Vide quanta poſsit beatus Fräciſcus poſt mortem.*

De liberatis à uinculis & carceribus.

In Romania Græcum quendam cuiuſdam domini ſeruientē contigit de furto fallaciter accuſari, quem dominus terræ in alto carcere mandauit includi, & grauiter uinculari. Domina uerò domus miſerta ſerui, quem indubitanter credebat à culpa ſibi impoſita innocentem, pro liberatione ipſius apud uirum precibus inſiſtebat deuotis. Verum non acquieſcente uiri ſui duritia obſtinata, recurrit domina ſupplex ad ſanctum Franciſcum, & eius pietati 80 uoto cõmendauit inſontem. Protinus affuit miſerorum adiutor, & uirum in carcere poſitum miſericorditer uiſitauit. Soluit uincula, carcerem fregit, innocentem manibus apprehenſum foras eduxit, & ait: Ego ſum ille, cui domina tua te deuotè cõmiſit. Cumq; ille timore magno corriperetur, & pro deſcenſu altiſsimę rupis uoraginē circuiret, ſubitò liberatoris ſui uirtute inueniens ſe in plano redijt ad dominã ſuam, relataq; per ordinem miraculi ueritate, deuotam dominã ad Chriſti amorē & reuerentiam ſerui eius Franciſci feruentius inflammauit. *Miraculum.*

80 *Voto captiuus cõmendatus eſt D. Franciſco, & ſtatim mirabiliter liberatus.*

In Maſſa ſancti Petri cuidam militi debebat pecuniæ quantitatem pauperculus quidam. Cumq; prę inopia facultas non ſuppeteret perſoluendi, captus debitor à milite repetente miſereri ſibi orabat ſuppliciter, dilationem quęrens amore beati Franciſci. Spreuit ſuperbus miles preces oblatas, & ſancti amorem, uelut inane quid, inaniter uilipendit. Nam ceruicoſè reſpondens, Tali te, ait, loco recludam, & tali re-

trudam carcere, quòd nec Franciſcus, nec aliquis te poterit adiuuare. Tentauit, quod dixit. Carcerem adinuenit obſcurum, in quo hominẽ uinculatum coniecit. Paulopoſt affuit beatus Franciſcus, & fracto carcere, ruptiſq; compedibus, illæſum hominem reduxit ad propria. Sic fortitudo Franciſci militem prædauit ſuperbum, captiuum qui ſe ſibi ſubiecerat, liberauit à malo, militiſq; proterui admirando miraculo immanſuetudinem cõmutauit. *Miraculum.*

Albertus de Aretio cum in uinculis atrociſsimis teneretur, pro debitis iniuſtè ab eo petitis, ſuam innocentiam ſancto Franciſco humiliter cõmendauit. Ordinem quidem fratrum minorum plurimũ diligebat, & ſanctum Franciſcum inter ſanctos ſpeciali uenerabatur affectu. Dixit autem creditor ſuus uoce blaſphema, quòd nec Frãciſcus, nec Deus poſſet eum de ſuis manibus liberare. 81 Factum eſt itaq; in uigilia ſancti Franciſci, cũ uinctus ille nihil comediſſet, ſed ob ſancti amorẽ uictum ſuũ cuidam tribuiſſet egeno, nocte ueniente apparuit ei uigilanti ſanctus Franciſcus, ad cuius ingreſſum uincula de pedibus, & catenæ de manibus ceciderunt, ſponte aperta ſunt oſtia, proſiluerunt tabulæ de ſolario, & liber abſceſsit homo ad ꝓpria rediens. Impleuit 82 ex tunc uotum ieiunans uigiliam beati Franciſci, & cęreo, quem annuatim conſueuit offerre, in accreſcentis deuotionis indicium, annuatim unã unciam ſuperaddens. *Miraculum.*

81 Conſidera hæc tu qui dicis ſanctos nil poſſe poſt mortem.

82 Nota, impleuit ex tunc uotum, ieiunans uigiliam ſancti Franciſci, & ſuperaddens ſemper unciam unã cereo quẽ annuatim ſolebat offerre.

Reſidente in ſede beati Petri domino Gregorio Nono, quidam, Petrus nomine, de ciuitate Aliſia, de hæreſi accuſatus, Romæ captus eſt, & de mandato eiuſdem Pontificis ad cuſtodiendum traditus Epiſcopo Tyburtino. Quem ſub pœna Epiſcopatus accipiens cõpedibus alligauit, obſcuroq; ipſum carcere, ne poſſet effugere, includi fecit, panem ei præbens in pondere, & poculum in menſura. Cepit autem homo ille beatum Franciſcum ad ſui miſerendum multis precibus & fletibus 83 inuocare, eò quod audierat ſolennitatis eius iam adeſſe uigiliam. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat hæreticæ prauitatis errorem, totaq; cordis deuotione adhæſerat fideliſsimo Chriſti ſeruo Frãciſco, intercedentibus ipſius meritis à Domino meruit exaudiri. Inſtante enim iam nocte ſuę 84 feſtiuitatis, circa crepuſculum beatus Franciſcus in carcerẽ miſeratus deſcendit, & illum ſuo nomine uocans, ut citò ſurgeret, imperauit. Qui timore perterritus quiſnam eſſet interrogans, beatũ Franciſcũ adeſſe audiuit. Cumq; uirtute pręſentiæ uiri ſancti uincula pedum ſuorũ confracta cõſpiceret cecidiſſe, & tabulas carceris clauis ultrò proſilientibus aperiri, & apertum iter ſibi ad exeundum præberi, ſolutus tamen, & obſtupefactus fugere neſciebat, ſed ad ianuam clamans cuſtodes omnes perterruit. Qui cũ eum liberatum à uinculis Epiſcopo nunciaſſent, poſt intellectũ ordinem rei, ad carcerẽ Pontifex deuotus acceſsit, & manifeſtè Dei uirtutem

83 D. Franciſcus multis precibus & fletibus inuocatus, miro modo carceratum liberat.

84 Feſtiuitas ſancti Frãciſci.

tem cognoſcens, Dominum adorauit ibidē. Vincula quoque coram Domino Papa, & cardinalibus delata fuerunt, qui uidentes quod factum fuerat, admirati plurimum, benedixerunt Deum.

Miraculum.

Guidolotus de ſancto Geminiano falsò accuſatus fuit, ꝙ ueneno interemerat quendam uirū, & ꝙ eodem genere mortis filium eiuſdē uiri, & uniuerſam eius familiā propoſuerat enecare. Captus proinde à poteſtate terræ grauiſsimis uinculis aggrauatus, in turrim quandam recluſus eſt. Ipſe uerò fiduciam habens in Domino pro ſua īnocentia quā ſciebat, cauſam cōmiſit beati Franciſci patrocinio defendendam. Excogitante igitur poteſtate, qualiter criminis obiecti confeſsionem eliceret per tormenta, qualibusq; pœnis confeſſum faceret interire, nocte illa, cū mane ad cruciatus deberet adduci, ſancti Franciſci præſentia extitit uiſitatus, & īmenſo luminis fulgore uſq; mane circundatus, repletusq; gaudio, & fiducia multa ſecuritatem euaſionis accepit. Aduenerunt mane tortores, & eductum de carcere eculeo ſuſpenderunt, aggrauantes ſuper eum multa pondera ferri. Depoſitus eſt pluries, & iterum eleuatus, ut pœna pœnæ ſuccedente, citius ad confeſſionem criminis arceretur. Sed ſpiritu innocentiæ lætabatur in uultu, nullam mœſtitiam prætendens in pœnis. Deinde accenſus eſt ignis ſub ipſo non modicus, nec propterea capillus eſt læſus, cum tamen capite dependeret ad terrā. Tandem bulliente oleo ſuperfuſus, uirtute patroni, cui ſe cōmiſerat defenſandum, hæc omnia ſuperauit, & ſic dimiſſus liber, ſaluus abſceſsit.

De liberatis à periculo partus.

Quędā comitiſſa in Sclauonia ſicut nobilitate illuſtris, ſic & ęmula probitatis, erga ſanctum Franciſcū deuotione flagrabat, erga fratres uerò ſedula pietate. Tēpore uerò partus duros perpeſſa dolores, tanta fuit anguſtia moleſtata, ut prolis futurus ortus, præſens uideretur matris occaſus. Non uidebatur infantē eniti poſſe ad uitā, niſi expiraret è uita, nec tali uiſu parere, ſed perire. Subuenit cordi eius ſancti Franciſci fama, uirtus, & gloria, excitatur fides, inflāmatur deuotio: Conuertit ſe ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad deuotorū ſolatium, refugium afflictorꝫ: Sancte Franciſce, inquit, pietati tuæ ſupplicant omnia oſſa mea, & mente uoueo quod explicare non poſſum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi finis fuit dolendi, parturiendi meta, pariendi principium. Statim enim omni ceſſante preſſura, partū edidit cum ſalute. Non fuit immemor 85 uoti, non propoſiti refuga. Eccleſiam quandam pulchram conſtrui fecit, & conſtructam ad ſancti honorem fratribus aſsignauit.

85 *Mulier in partu adiuta uotum exoluit, & Eccleſiam in eius honorem conſtrui facit.*

Miraculum.

In partibus Romanis mulier quędā Beatrix nomine, uicina partui

cum per dies quatuor fœtum in uentre portaret extinctum, multis infelix agitabatur anguſtijs,& exitialibus doloribus urgebatur. Mortuus fœtus matrem cogebat ad mortẽ,& nondum in lucẽ productum abortiuum, publicũ matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium,ſed omne humanũ remedium laborabat in uanũ. Sic de primis maledictionibus copioſius aliquid declinarat in miſeram, ut ſepulchrum facta conceptus,ſepulchrũ pro certo proximũ expectaret. Fratribus tandẽ minoribus per internuncios tota ſe deuotione cõmittens ſuppliciter aliquid de ſancti Franciſci reliquijs fide plena popoſcit.

86 Contigit nutu diuino aliquantulũ inueniri de 86 corda, qua fuerat ſanctus quandoque præcinctus. Mox ut ſuper dolentem poſita corda fuit, omnis facillimè ſolutus eſt dolor, mortis cauſa mortuus fœtus emiſſus,priſtina ſanitas reſtituta.

Vide quomodo corda ſancti mulieri applicita,eam à mortis periculo liberauerit.

Miraculum.

Cuiuſdam de Caruio nobilis uiri uxor, Iuliana nomine, pro filiorum morte annos trahebat lugubres, & continuè infelices deplorabat euentus,pro eo quod omnes,quos cum preſſura portauerat filios, modico interiecto tẽpore cum uehementiori dolore ſepulturæ tradiderat. Cum igitur quatuor menſium conceptũ haberet in utero,magiſq; propter euentus præteritos de conceptæ prolis ſolicitaretur obitu, quam de ortu, beatũ Patrem Franciſcũ pro uita nondum nati fœtus fideliter precabatur. Ecce autẽ nocte quadam dormienti ſibi mulier quædam apparebat in ſomnis,formoſum puerulum geſtans in manibus,illumq; lętiſsimè offerebat eidẽ. Cũ uerò illa recipere recuſaret,quẽ ſtatim formidabat amittere,mulier illa ſubiunxit:ſecurè ſuſcipias,quia quẽ tuo mœrori cõpatiens ſacer mittit Franciſcus,uita uiuet,& ſoſpitate gaudebit.Statim euigilans mulier,intellexit per oſtenſam ſibi cœlitus uiſionem beati Franciſci ſibi adeſſe ſuffragium. Ex tunc abundantiori cõpleta lætitia, pro ſuſcipienda prole iuxta promiſſum multiplicauit

87 87 preces,& uota promiſit.Impletũ eſt deniq; tempus pariendi, & peperit fœmina maſculum, qui iuuenilis robore florens ætatis, tanquam per beati Franciſci merita fomentũ ſuſciperet uitæ, incitamentũ parentibus præbuit ad Chriſtũ & ſanctũ eius deuotionis affectus. Simile quiddam huic in Tyburis ciuitate ſanctus pater effecit. Cum enim mulier quædam filias plurimas peperiſſet,deſiderio prolis fatigata uirilis, apud ſanctum Franciſcum preces ingeminauit & uota. Concepit igitur eius meritis mulier illa, & geminos ei parere dedit, qui pro uno fuerat exoratus.

Multiplicauit preces, & uota promiſit D. Franciſco, & exaudita eſt, ita & ſubſequens mulier.

Miraculum.

Apud Viterbũ partui propinqua mulier morti propinquior cenſebatur uiſceralibus tormentata doloribus,& tota calamitoſa in infortunijs mulierũ. Cumq; naturæ ſuccumbente uirtute, omnis deficeret

artis induſtria, inuocato beati Franciſci nomine, liberata cōfeſtim mulier partum ſalubriter terminauit. Sed aſſecuta quod uoluit, & oblita beneficij quód accepit, honorem 88 ſancto non deferens, die natalis ipſius ad opera ſeruilia manus extendit, & ecce ſubitò dextrū brachiū ad laborem extenſum, inflexibile remanſit & aridum. Quod cū ſtuderet ad ſe reuocare cum altero, ultione conſimili & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier, redintegrauit uotum, uſumq́; membrorum, quem propter ingratitudinem amiſerat & contemptum, per miſericordis & humilis ſancti merita, cui ſe iterato deuouit, recuperare promeruit.

88 *Vide quomodo ingrata mulier non deferens ſancto honorem, punitur, & pœnitēs, ac rurſus uouens, ſancti meritis liberatur.*

Miraculum.

Mulier quædam de partibus Aretinis cum per ſeptem dies partus diſcrimina ſuſtineret, & iam in nigredinem uerſa, deſperata eſſet ab omnibus, 89 uotum fecit beato Franciſco, & eius cepit moriens auxilium inuocare. Emiſſo autē uoto celeriter obdormiuit, uiditq́; in ſomnis beatū Franciſcum ſe dulciter alloquentem ac requirentē, utrum faciem ipſius agnoſceret, & an antiphonam illam Virginis glorioſæ, Salue Regina miſericordiæ, ſciret ad honorē huius uirginis recitare. Qua reſpondente ſe habere notitiam de utriſq;: Incipe, ait ſanctus, antiphonā ſacram, & antequàm compleas, paries cū ſalute. Ad hanc uocem & euigilauit mulier & cū timore cepit dicere: Salue Regina miſericordiæ. Cumq́; illos miſericordes oculos precaretur, fructūq́; cōmemoraret uteri uirginalis, continuò cunctis liberata preſſuris, infantem peperit ſpecioſum, gratias agens Reginæ miſericordiæ, quæ per beati Franciſci merita ipſius fuerat dignata miſereri.

89 *Votum fecit beato Franciſco, & eius cepit moriēs auxilium inuocare. Et uoto emiſſo, mirabiliter mulier liberata eſt.*

De cæcis illuminatis.

In conuentu fratrum minorum Neapoli cū quidam frater, Robertus nomine, cæcus annis plurimis extitiſſet, creuit in oculis eius caro ſuperflua, motū & uſum impediens palpebrarū. Cum igitur fratres foreuſes ad diuerſas mundi partes tendentes, ibidē plurimi conueniſſent beatus pater Franciſcus ſpeculum obedientiæ ſanctæ, ut eos miraculi nouitate hortaretur ad iter, prædictum fratrem ipſis præſentibus tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus prædictus æger ad mortē, iamq́; ſibi fuerat anima cōmendata, cū ecce aſtitit ei beatus Pater cum tribus fratribus omni ſanctitate perfectis, uidelicet ſancto Antonio, fratre Auguſtino, & fratre Iacobo de Aſiſio, qui ſicut eum perfectè fuerant ſecuti dum uiuerent, ita & ipſum alacriter comitabantur poſt mortem. Accipiens cultellum ſanctus 90 Franciſcus, carnem ſuperfluam reſecauit, lumen reſtituit priſtinum, & à mortis eum fauce reduxit, dixitq́; illi, Fili Roberte, gratia, quam tecū feci, ſignum eſt fratribus ad remotas nationes euntibus, quòd ego præcedam eos, & ipſorum dirigam greſſus. Vadant, inquit, gaudenter, &

90 *O' qui negas ſanctos aliquid poſſe poſt mortem, uide quid hic dicatur.*

iniunctam obedientiam alacri animo exequantur.

Miraculum.

91 *Habes hic multa notatu digna, uidelicet. Ieiunium in Vigilia ſancti Franciſci. Ieiunium in pane et aqua. In Miſſa eleuari corpus Chriſti. Sacrā Euchariſtiam adorandam eſſe. Ipſum mirificum eſſe ſacramentum, & lumen uerum & uiuum animarum. Miraculū in ipſa eleuatione et adoratione conſequutum.*

Apud Thebas in Romania mulier cœca 91 uigiliā ſancti Franciſci in pane tantū, & aqua ieiunans, ad Eccleſiam fratrum minorum ſūmo mane feſtiuitatis à uiro ſuo ſuperducta eſt. Quæ dum Miſſa celebraretur, in eleuatione corporis Chriſti oculos aperuit, clarè uidit, deuotiſsimè adorauit. In ipſa uerò adoratione uoce magna proclamans, Gratias, inquit, Deo, & ſancto eius, quia uideo corpus Chriſti. Omnibus, qui aderant, in uoce exultationis conuerſis, poſt ſacrorum expletionem, reuerſa eſt mulier in domū ſuam cū gaudio ſpiritus, & lumine oculorū. Exultabat quidem mulier non ſolum quia lucis corporeæ recuperarat aſpectum, uerum etiam quia ſacramentum illud mirificum, quod eſt lumen animarum uerum & uiuum, reſpectu primario, per beati Franciſci merita, fidei ſuffragante uirtute, meruerat intueri.

Miraculum.

In Campania puer quidā quatuordecim annorū de caſtro Pophis, ſubita uexatus anguſtia, ſiniſtrū oculū amiſit ex toto. Paſsionis acerbitas ſic de loco ſuo propulit oculum, ꝙ per octo dies extra, neruo relaxato longitudine digiti unius ad maxillas dependens, penè aridus eſt effectus. Sed cum ſola ſupereſſet abſciſsio, & à medentibus foret penitus deſperatus, pater eius ad 92 auxilium beati Franciſci tota

92 *Si domino noſtro Ieſu Chriſto per hos recurſus primū ad ſanctū eius iniuria fieret, nequaquam ipſe dominus tot miracula per ſeruum ſuum Franciſcum operaretur.*

ſe mente conuertit. Non defuit ille indefeſſus miſerorum adiutor precibus ſupplicantis. Nam oculum aridum mirabili uirtute in locum ſuum priſtinumq; uigorem reſtituit, & lucis optatæ radijs illuſtrauit.

Miraculum.

In eadem Prouincia apud caſtrum, Magni ponderis lignū ex alto proruit, & cuiuſdam ſacerdotis caput grauiſsimè quaſſans, ſiniſtrum oculum excæcauit. Qui humi deiectus cepit alta uoce ſanctū Franciſcum luctuosè 93 clamare dicens: ſuccurre pater ſanctiſsime, ut ad feſtum tuū ire ualeam, ſicut fratribus tuis ire promiſi. Erat enim uigilia ſancti, Qui ſtatim exurgens peroptimè liberatus, in uocē prorupit laudis & gaudij, & circunſtantes omnes, qui eius miſeriæ cōdolebant, in ſtuporē conuertit, & iubilum. Iuit ad feſtum narrans omnibus, quā in ſe expertus fuerat, clementiam & uirtutem.

93 *Ecce quomodo ſancti inuocandi ſunt, & quomodo inuocati opē ferunt poſcentibus.*

Miraculum.

94 *Vides uotum ſub conditione quod tanto pere irrident heretici noſtri, & poſt illius emiſsionem ſanitatē ſubſequutam?*

Vir quidam de monte Gargano dum in uinea ſua laborans lignū quoddam ferro ſuccideret, proprium percuſsit oculum, & ſic diuiſit per medium, ut quaſi media pars ipſius exterius dependeret. Cumq; in tā deſperato periculo deſperaret ſibi poſſe per hominē ſubueniri, ieiunaturum ſe in feſto ſancti Franciſci, ſi ei ſuccurreret, 94 repromiſit. Statim in loco ſuo debito uiri oculū ſanctus Dei reſtituit, ſicq;

diuiſum reiunxit,& lumine priſtino decorauit,ut nullius læſionis ueſtigia remaneret.

Miraculum.

Filius cuiuſdam nobilis uiri à natiuitate cœcus meritis beati Franciſci lumen recepit optatum. Qui nomen ab euentu ſortitus, Illuminatus uocatus eſt. Aſſumpſit poſtea cum in ætate eſſet,ordinem beati Franciſci, accepti beneficij non ingratus, tantumq; profecit in lumine gratiæ & uirtutis, ut uerè lucis filius uideretur. Tandem beati patris promerentibus meritis, ſanctum initium fine ſanctiori concluſit.

Miraculum.

In Zachanto,quod eſt caſtrum iuxta Ananiam, miles quidã Gerardus nomine,oculorũ lumen ex toto perdiderat. Accidit autẽ ut duo fratres minores ab exteris partibus uenientes,ad domum ipſius hoſpitaturi diuerterent. Suſcepti itaq; deuotè propter reuerentiam ſancti Franciſci à familia tota, & cũ omni benignitate tractati,gratias agentes Deo & hoſpiti,ad locũ fratrũ deuenere uicinum. Nocte igitur quadam beatus Franciſcus uni fratrum illorũ in ſomnis apparuit, dicens: Surge, feſtina cũ ſocio ad domũ hoſpitis noſtri, qui Chriſtum & me ſuſcepit in uobis,uolo enim beneficia rependere pietatis. Cœcus quidem effectus eſt ſuis promerentibus culpis,quas pœnitentiali non ſtuduit 95 cõfeſsione purgare. Diſparente quoq; patre,frater feſtinus ſurrexit,ut mandatum cũ ſocio celeriter adimpleret. Venienteſq; ad hoſpitis domũ,cuncta quæ uiderat alter,per ordinẽ narrauerunt eidẽ. Stupuit uir ille nõ modicũ,& uniuerſa quæ dicebantur,uera eſſe confirmans,compunctus ad lachrymas,confeſſus eſt libens. Tandem correctione præmiſſa,interioriq; homine taliter renouato,exteriorẽ continuò recuperauit aſpectũ. Huius miraculi fama circunquaq; diffuſa, nõ ſolum ad reuerentiam ſancti, uerũ etiam ad confeſsionẽ humilem peccatorũ,& hoſpitalitatis gratiam plurimos incitauit.

95 *Nota miraculum pro confeſsione peccatorũ et humilis pœnitentia cum cordis cõtritione ſuſcipienda.*

De liberatis à diuerſis infirmitatibus.

Apud caſtrũ plebis iuuenis quidam mendicus ſurdus erat, & mutus à natiuitate ſua, qui linguam adeò curtam habebat ac tenuem, ꝙ multotiens exquiſita à pluribus,præciſa penitus uideretur. Vir quidã Marcus nomine, ipſum propter Deũ ſuſcepit hoſpitio; qui eum ſibi benefacere ſentiens,cepit cũ ipſo aſsiduus demorari. Sero quodã cum prædictus uir cœnaret cũ coniuge,aſtante puero corã eis,dixit uxori: Hoc ego maximũ miraculum reputarem, ſi beatus Franciſcus huic auditum redderet & loquelam. Et adiecit: Voueo 96 Deo, ꝙ ſi hoc ſanctus Frãciſcus dignabitur operari, propter amorẽ ſuũ huic puero expenſas conferam,donec uiuet. Mirum certè. Subitò lingua creuit, & locutus eſt,dicens: Gloria Deo,& ſancto Franciſco,qui mihi loquelam præbuit & auditum.

96 *Ecce & hic uotũ ſub conditione,& ut appareat id deo placitũ eſſe, conſidera effectum mirabilem ſubſequutum.*

Miraculum.

Frater Iacobus de Iſeo cũ puerulus eſſet in domo paterna, rupturam incurrit corporis ualde grauẽ. Superno uerò afflatus ſpiritu, licet eſſet iuuenis & infirmus, ordinẽ ſancti Frãciſci deuotus intrauit, nulli tamen, qua urgebatur infirmitate, detexit. Factũ eſt autẽ, cum corpus ſancti Franciſci transferretur ad locũ, ubi precioſus 97 ſacrorum oſsiũ eius nunc theſaurus eſt cõditus, affuit & tunc dictus frater tranſlationis gaudijs, ut glorificati iam patriſ corpori honorẽ debitũ exhiberet. Et appropinquans tumbæ, in qua oſſa ſacra fuerant collocata, præ deuotione ſpiritus ſacrũ tumulũ complexatus, ſubito miro modo ad loca debita partibus reuocatis, ſanum ſe ſenſit, ſuccinctorium depoſuit, & extunc ab omni dolore præterito liber fuit. Ab infirmitate quoque conſimili frater Bartholus de Eugubio, frater Angelus de Tuderto, Nicolaus ſacerdos de Stichano, Ioannes de Fora, uir quidam de Piſis, & alius de caſtro ciſternæ, Petrus quoque de Sicilia, & homo quidam de caſtro ſpelli iuxta Aſsiſium, & quamplures alij per Dei miſericordiam & beati Franciſci merita extiterunt mirabiliter liberati.

97 *Nota, Vbi precioſus theſaurus ſacrorum oſsium eius nunc eſt reconditus.*

Miraculum.

In maritima mulier quædam mentis alienationem per quinquennium paſſa, uiſu, & auditu priuata eſt. Indumẽta dilaniabat dentibus, ignis & aquæ periculum non timebat, & caduci morbi ad ſummum incurrerat horribilem paſsionẽ. Nocte uerò quadam, cum diſponeret ſibi diuina miſericordia miſereri, ſalutaris fulgore lucis ſuperilluſtrata diuinitus, uidit beatũ Franciſcum ſuper ſolium ſedere ſublime, ante quem proſtrata, ſanitatem ſuppliciter expoſcebat. Illo uerò nondum fauente precibus, firmauit mulier 98 uotum, promittens pro Dei amore, ac ſancti, petẽtibus, donec haberet, eleemoſynam non negare. Ilicò ſanctus pactum decognouit, ꝙ olim cũ Domino fecerat ſimile, & ſignans eam Crucis ſignaculo, integram ſibi reſtituit ſanitatem. A' conſimili paſsione puellam quandam de Nurſia, & filium cuiuſdam nobilis uiri, & alios quoſdam relatione ueridica compertũ eſt ſanctum Dei Franciſcũ miſericorditer liberaſſe.

98 *Ecce uotum, & poſt eius emiſsionem ſequuta ſanatio.*

Miraculum.

Petrus de Fulgineo ad uiſitandũ 99 limina beati Michaelis quodam tẽpore pergens, dum minus reuerenter peregrinationẽ peregit, fontis cuiuſdam aquã deguſtans, à dæmonibus eſt inuaſus; & exinde per tres annos obſeſſus, diſcerpebatur in corpore, peſsima loquens, & horrenda prætendens, habens aliquando lucida interualla, beati uirtutem, quã efficacem audierat, ad effugandas aëreas poteſtates, humiliter requiſiuit. Et ad 100 ſepulchrum pij Patris accedens, mox ut illud contigit manu, à dæmonibus eum crudeliter diſcerpentibus mirificè liberatus fuit. Simili etiam modo mulieri cuidam de Narnio ha-

99 *Pergens ad uiſitandũ limina beati Michaelis.*

100 *Vides quomodo confugientes ad ſanctorum ſepulchra ab eis adiuuentur?*

benti dæmoniũ miſericordia Franciſci ſubuenit,& alijs pluribus,quorum uexationum anguſtias,& curationum modos,longum eſſet per ſingula enarrare.

Miraculum.

Vir quidam nomine Bonus,homo de ciuitate Fani,paralyticus,& leproſus ad Eccleſiã beati Franciſci à parentibus deportatus, utriuſq; morbi plenam conſecutus eſt ſanitatem. Sed & alius iuuenis quidam, Acto nomine,de ſancto Seuerino, totus leproſus, 101 uoto emiſſo, & ad ſepulchrum ſancti delatus, meritis ipſius à lepra mundatus eſt. Habuit quidem ſanctus ſupra huiuſmodi morbo curando præcellentem 102 uirtutem, pro eo quòd humilitatis & pietatis amore, leproſorum obſequijs ſe humiliter deputarat.

101 *Voto emiſſo iuuenis, & ad ſepulchrũ ſancti delatus, meritis ipſius à lepra mundatus eſt..*

102 *Nota aliquem ſanctum ſupra aliquem morbum ſpecialem habere uirtutem.*

Miraculum.

Nobilis quædam mulier Rogata nomine, in Epiſcopatu Sorano, per uigintitres annos fluxu ſanguinis fatigata, ſed & à quampluribus medicis quamplurima mala perpeſſa, præ nimietate quidẽ languoris ſæpius uidebatur mulier expirare. Sed ſi quando fluxus huiuſmodi ſtringebatur,tumeſcebat corpore toto. Audiens autẽ quendam puerũ Romano ſermone canentem miracula, quæ Deus per beatum Franciſcum fuerat operatus,nimio dolore cõmota,tota prorupit in lachrymas,ſicq; intra ſe fide accenſa,dicere cepit, O beate pater Franciſce, qui tantis coruſcas miraculis, ſi me digneris ab hac ægritudine liberare, 103 magna tibi accreſcet gloria, quoniam adhuc tantum miraculum non feciſti. Quid plura? His dictis,ſenſit ſe beati Franciſci meritis liberatam. Filium quoq; ipſius Marcum nomine, qui brachium habebat contractũ, ſanctus Franciſcus, 104 uoto ad ipſum emiſſo ſanauit. Fœminam etiam quandam de Sicilia per ſeptennium fluxu ſanguinis fatigatam,beatus Chriſti ſignifer ſaluam fecit.

103 *Vides quod ob noua miracula ſanctis accreſcit gloriæ incrementum?*

104 *Voto emiſſo ſanctus Franciſcus brachium contractum hominis ſanauit.*

Miraculum.

In urbe Romana Praxedis quædam nomine,religioſitate famoſa, quæ à tenella ætate propter æterni ſponſi amorẽ arcto ſe carcere per quadraginta iam ferè annos abdiderat, apud beatũ Franciſcum gratiam promeruit ſpecialem. Nam cum die quadam pro rebus opportunis ſolarium ſuę cellulæ conſcendiſſet,& impulſione fantaſtica corruens,cũ fractum haberet pedem cum crure,& humerũ,appoſitione debita ſequeſtratũ, apparuit ei benigniſsimus pater ueſtimentis gloriæ candidatus,& dulcibus affatibus alloqui cepit eandem : Surge,inquit,filia benedicta,ſurge ne timeas. Et apprehenſa manu ipſius, alleuans eam diſparuit. Ipſa uerò per cellulam ſuam huc atq; illuc ſe conuertens,putabat ſe uiſum uidere, uſquequo ad clamorẽ ipſius apportato iam lumine, perfectè ſe ſentiens per ſeruum Dei Franciſcũ eſſe ſanatam,cuncta quæ acciderant,per ordinem enarrauit.

De non obſeruantibus feſtum, & non honorantibus ſanctum.

In Pictauiæ partibus in uilla, quæ Simo dicitur, ſacerdos quidam Reginaldus nomine, beato Franciſco deuotus, 105 feſtum ipſius parochianis ſuis indixerat ſolẽniter celebrandum. Vnus autẽ de populo ignorans ſancti uirtutem, ſui paruipendit ſacerdotis mandatũ. Egreſſus autẽ foras in agrũ, ut ligna ſuccideret, cum ſe præparaſſet ad opus, uocem audiuit huiuſmodi terdicentem: Feſtum eſt, operari nõ licet. Verũ cum nec imperio ſacerdotis, nec ſupernæ uocis oraculo ſeruilis temeritas frenaretur, addidit diuina uirtus ad gloriam ſancti ſui ſine mora miraculum, & flagellum. Mox enim ut furcam una manu iam tenens, alteram cũ ferreo inſtrumento leuauit ad opus, ſic diuina uirtute utraq; manus utriq; inſtrumento cohæſit, ut ad neutrius dimiſsionem digitos aliquatenus relaxare ualeret. Ex quo ſtupefactus nimis, & quid ageret neſciens, ad Eccleſiam, multis undiq; ad uidendum prodigium concurrentibus, properauit. Vbi mente compunctus ante altare, quodam ex aſsiſtentibus ſacerdote monente (plures quippe ad feſtum uocati conuenerant ſacerdotes) beato Franciſco humiliter ſe deuouit, tria ſicut ter uocem audierat, 106 uota uouens, ꝙ ſcilicet feſtum ipſius coleret, ꝙ ad illam, in qua tunc erat, Eccleſiam in feſto ueniret, & ꝙ ſancti corpus perſonaliter uiſitaret. Mirum certè relatu. Vno emiſſo uoto, unus digitus factus eſt liber, ad ſecundi emiſsionem ſolutus eſt alius, ſed tertio facto uoto, laxatus eſt tertius, & poſtmodũ tota manus, necnon & altera ſubſequenter, populo, qui iã multus aduenerat, ſancti clementiam deuotiſsimè implorante. Sic homo priſtinæ redditus libertati, per ſeipſum inſtrumẽta depoſuit, cunctis laudantibus Deum, uirtutemq; ſancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat, & ſanare. Ipſa uerò inſtrumenta uſque hodie corã altari ad honorem beati Franciſci fabricato ibidem in memoriam ſancti dependent. Plura quoque illic, & in locis uicinis patrata miracula, & ſanctum in cœlis oſtendunt eximium, & feſtum ipſius in terris uenerabiliter excolendum.

105 *Feſtum ſancti Franciſci parochianis ſuis ſolemniter indixerat celebrandum.*

106 *Emiſsis tribus uotis in honorẽ beati Franciſci, omnis uiri plaga ceſſauit.*

Miraculum.

In ciuitate quoque Cenomanenſi dum in ſolemnitate ſancti Franciſci mulier quædam manus ad colum extẽderet, & digitis apprehenderet fuſum, obrigeſcentibus manibus ceperunt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pœna 107 docente ſancti recognoſcens uirtutem, corde compuncta, cucurrit ad fratres. Cumq; pro ſalute ipſius, deuoti filij, ſancti patris clementiam precarẽtur, incolumis effecta eſt ſtatim, nec aliquid læſionis remanſit in manibus, niſi ad ſancti memoriam, ſolum ueſtigium combuſturę. Simili etiam modo in Campania maiori mulier quædã, & in uilla Oleti mulier altera, & in caſtro Pilei tertia, dum beati patris feſtum celebrare contẽnerent, præuaricantes primum

107 *Vides ſanctorũm feſta non eſſe contemnenda?*

primum mirabiliter ſunt punitæ,ſed poſtmodum pœnitentes,p ſancti Franciſci merita mirabilius liberatæ.

Miraculum.

Miles quidam in Prouincia Maſſę beati Franciſci operibus & miraculorum ſignis impudentiſsimè detrahebat. 108 Inferebat multa opprobria peregrinis ad ipſius memoriam uenientibus, & contra fratres publica garriebat inſania. Cum autem ſemel ſancti Dei gloriam impugnaret, addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam deteſtandam. Si uerum eſt,inquit,quòd Franciſcus iſte ſit ſanctus, gladio cadat hodie corpus meum. Si uerò ſanctus non eſt, euadam incolumis. Non diſtulit ira Dei condignum inferre ſupplicium, cum iam facta fuiſſet oratio in peccatū. Mora enim modica interiecta,dum blaſphemus nepoti ſuo inferret iniuriam,accepit ille gladium,& patrui uiſcera cruentauit. Eodem die mortuus eſt ſceleratus, inferni mancipium,& filius tenebrarū,ut cæteri diſcerent miranda Franciſci opera non blaſphematorijs uerbis impetere, ſed deuotis laudibus honorare.

108 *Sanctis,huius militis exemplo,docetur quilibet non detrahere.*

Miraculum.

Iudex quidam nomine Alexander,dum à beati Franciſci deuotione quos poterat uenenata lingua retraheret,diuino 109 iudicio lingua priuatus,per ſex annos obmutuit.Qui cū in eo,quo peccauerat, torqueretur,alta pœnitudine reuocatus,dolebat ſe contra ſancti miracula oblatraſſe. Itaq; non perſtitit miſericordis indignatio ſancti, ſed pœnitentem,ac ſe humiliter inuocantem,reſtituta loquela,recepit ad gratiam.Ex tunc linguam blaſphemā conſecrauit laudibus ſancti,deuotionem ſimul & diſciplinā recipiens per flagellum.

109 *Sanctis cognoſce non eſſe detrahendum.*

De quibuſdam alijs miraculis diuerſorum generum.

In caſtro Galiani Valuenſis diœceſis,mulier erat quædam nomine Maria, quæ Chriſto Ieſu & beato Franciſco famulatu deuoto ſubiecta,una dierum æſtiuo tēpore exijt, ut manibus conquireret proprijs neceſſarium uictum.Cum igitur feruente nimium æſtu,ſitis deficere cępiſſet ardoribus,omni priuata beneficio poculi,pro eo quòd in mōte arido ſola eſſet,quaſi exanimis humi proſtrata,patronū ſuū ſanctū Franciſcum inuocabat pro mentis affectu. Dum autem perſeueraret mulier in affectuoſa & humili prece,labore,ſiti,& æſtu fatigata quāplurimum,paululum obdormiuit. Et ecce ſanctus Franciſcus adueniens,& eam uocans ex nomine:Surge,inquit,& bibe aquā,quæ diuino munere tibi ac pluribus exhibetur.Ad huius uocis auditū ſurrexit mulier à ſomno non modicū confortata,& accipiens ſilicē, quæ iuxta ſe erat,radicitus euulſit à terra, effodienſq; ligno paruulo circūquaq;, uiuentem reperit aquā;quæ cū primò uideretur paruula ſtilla,ſubito diuina uirtute creuit in fontem. Bibit itaque mulier, & ſatiata oculos

lauit, quos cũ longa prius haberet ægritudine obumbratos, noua ex tunc ſenſit luce perfuſos. Feſtinauit ad domũ mulier, tam ſtupendum miraculum ad gloriam ſancti Franciſci denuncians uniuerſis. Cõcurrerunt undiq; multi ad miraculi famã, experientia magiſtra diſcentes mirabilem illius aquæ uirtutem, dum ad ipſius 110 contactum confeſsione præmiſſa, à uarijs morborum cladibus plurimi liberabantur. Perſeuerat uſq; hodie fons ibi perſpicuus, & in honore beati Franciſci ibidem oratorium eſt conſtructum.

110 *Fons meritis beati Franciſci miraculoſe exortus, à uarijs morborum cladibus plurimos eum contingentes confeſsione præmiſſa liberabat.*

Miraculum.

In Hiſpania apud ſanctũ Facundum uiri cuiuſdam ceraſum areſactam ad uirorem frondium, florum, & fructuũ contra ſpem mirabiliter reuocauit. Incolas quoque terræ apud Vileſios, à uermium peſte corrodentium uineas circunquaq; miraculoſo ſuffragio liberauit. Sacerdotis cuiuſdam iuxta Palentiam horreum quoddam, quod uermibus frumentarijs repleri quolibet anno ſolitum erat, ſibi fideliter cõmendatum penitus expurgauit. Terrã quoque domini cuiuſdam de Petra mala in Regno Apuliæ ſibi ſuppliciter cõmendatam, ab odioſa peſte brucorũ penitus ſeruauit indemnem, cũ tamen in circuitu omnia eſſent prædicta peſtilentia deuorata.

Miraculum.

Vir quidam Martinus nomine, cũ longè à caſtro ſuo boues minaſſet ad paſcua, crus unius bouis caſu quodam ſic fuit deſperatè confractum, ut nihil eſſet ſibi de remedio aliquo cogitandum. Dum autem pro decoriatione foret ſolicitus, & inſtrumentum cum quo id faceret, non haberet, domum reuerſus, beato Franciſco bouis curam reliquit, ipſumq; fideli ſanctæ cuſtodiæ fiducialiter cõmendauit, ne ante ſuum reditum deuoraretur à lupis. Summo itaque mane ad bouem in ſylua relictum cũ excoriatore reuerſus, paſcentẽ ipſum ita re inuenit incolumẽ, quod nequaquam crus fractum ab altero diſcernebat. Gratias egit bono paſtori, qui diligentem de boue ſuo curam habuit, & medelam donauit. 111 Succurrere nouit humilis ſanctus omnibus inuocantibus ipſum; nec quantuncunq; paruas neceſsitates hominum dedignatur. Nam uiro cuidam de Amitrino iumentum reſtituit furto ſublatum. Mulieri cuidam de Interduco catinum nouũ in multas partes caſum, integrè reparauit. Viro etiam cuidam de monte Vlini in Marchia, conſolidauit uomerẽ in fruſta confractum.

111 *Succurrere nouit humilis ſanctus omnibus inuocantibus ipſum, nec quantumcunq; paruas neceſsitates hominum dedignatur. Quod nota pro inuocatione Sanctorum, ac mirabili eorũ poſt mortem poteſtate.*

Miraculum.

In Sabinẽſi dioceſi uetula quædam octogenaria erat, cuius filia moriens lactentem infantulum dereliquit. Cum igitur anus paupercula plena eſſet inopia, & uacua lacte, nullaq; eſſet mulier, quę ſitienti paruulo lactis ſtillicidium iuxta quod exigebat neceſsitas, erogaret, quo

ſe uerteret uetula penitus ignorabat. Debilitato uerò infantulo, nocte quadam omni humano deſtituta ſubſidio, ad beati Patris Franciſci auxilium implorandum lachrymarum imbre perfuſa, tota ſe mente conuertit. 112 Affuit ſtatim innocẽtis amator ætatis, Ego, inquiens, ſum Franciſcus, ò mulier, quem cũ tantis lachrymis inuocaſti. Pone, ait, mãmas tuas in ore puerili, quoniam abundanter tibi lac dominus dabit. Impleuit anus ſancti mandatum, & ſtatim octogenariæ mãmę lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile ſancti donum, multis tam uiris, quàm mulieribus accelerantibus ad uidendum. Et quia quod teſtabantur oculi, lingua impugnare non poterat, excitabantur omnes ad laudandum Deum in ſancti ſui uirtute mirabili, & amabili pietate.

112 Vide hic num ſancti inuocati ſuum beni‑gne indigentibus im‑pendant auxilium.

Miraculum.

Apud Spoletum uir & uxor unicum habentes filium, quotidie uelut hæreditarium opprobrium deplorabant. Brachijs ſiquidem collo connexis, iunctiſq; genibus pectori, & pedibus natibus alligatis, non hominis proles, ſed monſtrum quoddam potius uidebatur. Vehemẽtiori mulier ex hoc afflicta dolore, crebris gemitibus clamabat ad Chriſtum, ſancti Franciſci auxilium inuocando, ut infelici ſibi, & in tali opprobrio conſtitutæ, ſuccurrere dignaretur. Nocte igitur quadã, cũ propter huiuſmodi triſtitiam triſtis eam ſomnus arriperet, apparuit ei ſanctus Franciſcus, pijs eam affatibus mulcens, inſuper & ſuadens, quòd ad locum propinquũ ſuo nomini dedicatum deferret puerum, ut ex aqua putei loci illius in nomine Domini ſuperfuſus, plenã reciperet ſoſpitatem. Negligente autẽ illa ſancti adimplere mandatũ, ſecundo replicauit idipſum. Tertiò quoque apparens, mulierem cum puero uſq; ad ianuam dicti loci præambulo ducatu perduxit. Superuenientes autẽ nobiles quædam matronæ deuotionis cauſa ad prædictum locum, eis à muliere præfata diligenter expoſita uiſione, unà cũ ipſa puerum fratribus præſentarunt; & haurientes aquã de puteo, earum nobilior proprijs manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad ſua loca productis, ſanus apparuit, & magnitudo miraculi omnibus admirationem induxit.

Miraculum.

In caſtro chore Hoſtienſis diœceſis, uir quidã ſic crus ex toto perdiderat, ut nullo modo progredi uel mouere ſe poſſet. Poſitus itaque in anguſtia uehemẽti, & auxilio deſperatus humano, cepit nocte quadam, ac ſi præſentem cerneret beatũ Franciſcũ, talem corã eo aſſumere materiam querulandi: 113 Adiuua me ſancte Franciſce, recolens meum ſeruitium, & deuotionẽ tibi impenſam. Nam in aſino meo te portaui, ſanctos pedes tuos & ſanctas manus tuas oſculatus fui, ſemper tibi deuotus, ſemper beniuolus extiti, & ecce morior doloris huius

113 Ecce quanta cum fi‑ducia Sanctum inuo‑cat, & quã mirabili‑ter innocans adiuua‑tur.

duriſsimo cruciatu. His pulſatus querelis ſtatim affuit beneficiorum memor,& deuotionis gratus,& uigilanti uiro cũ uno fratre apparuit. Ad uocationem eius ſe ueniſſe dixit, & tuliſſe remedia ſanitatis. Tetigit locũ doloris cũ baculo paruulo,qui figurã Thau in ſe habebat,& fracto mox apoſtemate,perfectam tribuit ſanitatem, & quòd mirabilius eſt, ſacrum ſignum Thau impreſſum ſuper locum ſanati ulceris ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc ſigno ſanctus Franciſcus ſuas conſignabat literas,quotiens charitatis cauſa ſcriptum aliquod dirigebat. Sed ecce dum per diuerſa miracula glorioſi patris Franciſci,mens narrationis uarietate diſtracta decurrit,promerente ipſo crucis glorioſo ſignifero,in ſignum ſalutis Thau non ſine diuina directione peruenit,ut ex hoc poſsimus aduertere,quòd ſicut crux militanti poſt Chriſtum fuit ſublimitas meriti ad ſalutem,ſic & triumphanti cũ Chriſto facta eſt firmitas teſtimonij ad honorem. Hoc quippe Crucis myſterium magnũ & mirum,in quo cariſmata gratiarũ & merita uirtutũ, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ tam alta profunditate uelantur,ut à mundi ſapientibus & prudentibus ſit occulta, tam plenè fuit Chriſti paruulo reuelatũ, ut omnis uita ipſius non niſi Crucis ueſtigia ſequeretur,non niſi Crucis dulcedinem ſaperet,non niſi crucis gloriam prędicaret. Verè nanq; in ſuæ conuerſionis principio dicere cũ Apoſtolo potuit,Mihi autẽ abſit gloriari,niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Non minus etiam uerè in conuerſationis progreſſu addere ualuit: Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint,pax ſuper illos,& miſericordia. Veriſsimè autem in conſumatione potuit ſubinferre: ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Sed & illud nos quotidie deſideramus ab ipſo audire: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu ueſtro fratres. Amen.

Gloriare igitur iam ſecurè in crucis gloria Chriſti ſignifer glorioſè, quoniam à cruce incipiens, ſecundum crucis regulam proceſsiſti, & tandem in cruce proficiens,per crucis teſtimonium quantæ gloriæ ſis in cœlo cunctis fidelibus innoteſcis. Securè iam te ſequantur, qui exeunt ex Ægypto,quia per baculum crucis Chriſti mari diuiſo, deſerta tranſibunt in repromiſſam uiuentium terram,Iordane mortalitatis tranſmiſſo, per ipſius Crucis mirandam potentiam ingreſſuri. Quô nos introducat uerus populi ductor, & Saluator Ieſus Chriſtus crucifixus,per merita ſerui ſui Franciſci. Ad laudem & gloriam unius Dei,& trini,qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

ALOYSIVS EPISCO:
PVS VERONENSIS
CANDIDO LECTORI.

PRæter ea, quæ te ad ſacrarum literarum ſtudia ardenter capeſſenda, & ad grauiſsima quæque pro Chriſti amore toleranda in hac Magni Dionyſij Areopagitæ uita alacriorem reddent, hæc inſuper cognita digniſsima inuenies. Primum, quod ab antiquo tempore à patribus dici filijs ſolet, omnes uidelicet ſanctos Apoſtolos Requiei ſanctiſsimæ Genitricis Dei affuiſſe, eiusq́; nobiliſsimum funus proprijs manibus curaſſe, hoc ipſum, quod ut frequẽtiſsime, ita etiam ueraciſsime dicitur, in hac hiſtoria manifeſtiſsime cõprobari. Secundum illud, tria hęc præclariſsima uolumina quibus ſanctæ Eccleſiæ dogmata potiſsimum defenduntur, nempe de cœleſti, necnon Eccleſiaſtica Hierarchia, ac de diuinis nominibus, ab hoc ſanctiſsimo doctiſsimoq́ue uiro, ſanctorum Apoſtolorum contemporaneo, fuiſſe edita, quod à ſceleratis quibuſdã qui nunc cœlum terramq́; mouere conantur, impudentiſsime negatur. Sed perditi homines, & à Deo alieni, quid non effuciant?

Vitæ huius diuiniſsimi patris author eſt Michael Syngelus Preſbyter Hieroſolymitanus, peruetuſtus ſcriptor ut Suidas Græcus author, aſſerit in uita quam & ipſe eiuſdem ſancti ſcribit, quamq́; & in poſteriori huius Tomi parte, tu quoque legere poteris, ut ſic celeberrimus. Antiſtes, ter in hoc libro deſcribatur, ſemel per Adonem, iterũ per Syngelum, tertio per Suidam, ne is alicubi ſuis laudibus defraudetur. Eloquium ſcriptoris eſt perobſcurum, ceu quod ab ipſius Magni Dionyſij ſtylo magnopere non recedat. Verum tranſlator uir pius & doctus, quantam potuit operam adhibuit, ut is clarior & cultior redderetur. Grecum exemplar Lutetiæ excuſum ubi ſanctus pro Dei amore occubuit, Nicolaus Balſeriſius Presbyter Bononienſis, uir probus, olim bonæ memoriæ Ioannis Matthæi Epiſcopi, uiri celeberrimi & ſanctiſsimi, qui huic Eccleſiæ pauloante me digniſsime præfuit Amanuenſis, ſuperioribus menſibus donauit mihi. Quod cum nunquam tranſlatum fuiſſe comperiſſem, illico per Baſilium Milanium meum dilectiſsimũ fratrem in lucem edendum curaui. Vale, & hos noſtros labores tuis apud Deum orationibus foue.

fo. 91.

Habetur in eius proprio libello de hoc Græce ſcripto.

VITA BEATI DIONYSII AREOPAGITÆ per Michaelem Syngelum presbyterum Hieroſolymitanum ſcripta,& per Baſilium Millanium Caſsinatem monachũ, nunc primũ Latinitate donata.

COeleſtem prorſus atque diuinam linguam,eamq; ex illis,quæ igneæ ac cœlitus à Deo miſſæ fuere,cuiuſmodi filij Dei ſpectatoribus ac miniſtris diſpertitæ ſunt,& Angelicam uocem ſuppetere illi oporteret, qui de diuini præconis Dionyſij laudibus ſit dicturus: Qui omnia contuentis ac colluſtrantis,ſingulariq; benignitate omnia continentis diuinitatis, quæ in Trinitate, quæ ſumma diuinitas eſt,quæque ſubſtantiam,omnem ac bonitatem antecellit,adoratur,& colitur,laudator fuit: Qui Dei appellationum,& ineffabilium diuinorum myſteriorum ſapientiſsimum egit interpretem: Qui de ſacro cœleſti principatu diſſeruit, ac diuinas cœleſtis militiæ mentes ſummis laudibus exornauit: Qui Eccleſiaſticorum ordinum,ſacriq; magiſtratus,& cum diuini ſacrificij,tum ceremoniarum,ac omnis diuinæ Chriſtianorum ſapientiæ,atque decoris doctor,dux,& explanator fuit: Qui puritate uitæ,ac omnigenæ uirtutis excellentia concreditum ſibi à Diuo Paulo myſterium eorum,quæ in tertium ipſe cœlum raptus uiderat, ac audiuerat accepit: Qui Apoſtolorum cœtui tempore æqualis, familiaritate iunctus, atque in ſacris certaminibus ſocius,& auxiliator fuit: Qui inter præſules ſacratiſsimus,inter martyres clariſsimus,diuinarum rerum inter theologos callentiſsimus magiſtros omnes doctrinæ claritudine ſuperauit.

Quocirca ſacer conſeſſus, gens ſancta,concio Deo dicata,uereor, ne magni huiuſce luminis laudes dicere aggreſſus,temeritatis crimen incurram. Neque enim ſi omnis omnium, quotquot unquam fuere, Rhetorum uis,ac dicendi facultas huc ſimul adeſſet, huius uiri diuina eloquentia præditi,cuius laudes nobis propoſuimus, ſummã laudum attingere,nedum ingenij mei ad eloquendum imbecillitas pro dignitate aſſequi poſſet. Veruntamen uobis morem gerens qui me (quæ ueſtra charitas eſt,& in Deum fides) ad hoc hortamini,Deo,uiro ſancto,itemq; uobis,quicquid potero,lubens præſtabo. Nam ſi me laudati iſtius uiri,laudum,quę illi congruunt,ubertate,magnitudine,atque præſtantia ſuperari contigerit,uinci me libenter patiar. Neque enim ullum ei qui laudatur,damnũ infertur,ſi qui hunc ipſum laudat,ornamentis & apparatu laudandi generis ſuperetur.

Vnde igitur laudis principium ſummam? Rhetorum'ne in ſcribendis laudibus præceptis utar (quæ ab ijs, quæ humi repunt, labuntur, ac ſubinde aliter immutantur,& intereunt ut ſunt genus,patria,diui-

tiæ,mundi huius gloria,& ambitio,peti ſolent) dũ illius qui his omnibus ſublimior eſt, & qualibet fama, ac humana gloria maior, laudes corrogo? An ab incorruptis potius,ac uere beatis,ac per ſecula duraturis laudibus ordiemur? quas ille,ex quo à ſimulachrorũ cultu deſiuit, ob inſignem erga Chriſtum uerum proculdubio Deum animi propenſionem,morumq; probitatem,ac Euangelicam inſtitutionẽ, necnon luctæ labores retulit? Quam enim terrenorum parentum,qui luteis rebus,cum primisq; ſuperſtitionibus ſint inuoluti,natales ad ueram gloriam acceſsionem illi facient,qui ab omnium Rege Deo adoptione ſit dignus habitus, & in cœleſteis Angelorum ordines cooptatus? quiq; Dei præconibus additus comes,unà cum Petro & Paulo ſacro imperio,& Apoſtolica pulchritudine ſit conueſtitus,ſimulq; beatiſsima illa natiuitate progenitus,ac martyrij corona circundatus? An patria equis ouibusq; referta,cãpis,mõtibus,ſaltibus,uallibusq; circũmunita;pratis item,nemoribus, ac quolibet arborum,atque plantarũ genere conſtipata;fluminibus præterea,fontibus,ſtagnis circũfluens; magnitudine demum ac ædificiorum,pulchritudine prædita ; quæq; ſepulchra eorum,qui hanc conſtruxerunt,uti miraculum,prætereuntibus obtendit, ſplendorem illi aliquem afferet , qui iam ſit cœleſtem Hieruſalem aſſecutus? Cuius muri manu Domini picti ſunt,ubi omnium lætantium eſt domicilium, celebres cõuentus agentium ſonus, & una uox eſt exultationis.

Atqui licet hæc à nobis in exordio dicta ſint, nimirum beatiſsimũ uirum unũ aliquem ex cœlitibus qui ex hac uita migrarunt,eſſe ſtatuentibus,non iccirco tamen parentũ eius aliquis obſcurus fuit, neq; patriam non illuſtrem habuit,ſed ne ignobili quidem ciuitate oriundus ciuis extitit. Quæ eſt enim orbis terræ pars,quæ non Græciæ claritatem audiuerit? Aut Athenas Græciæ gloriam,celebratã,ac ubiq; decantatam ciuitatem, philoſophorum ſedem , literatorum domicilium,ac diuerſorium,quis ignorat ? Vnde iſte Dionyſius ortum accepit,& ubi præſes nobiliſsimus,ac inter Ariopagi iudices primas obtinens, magiſtratum ut honorarius iudex agebat, quorum præſtantia generis,& in ſignis gloria ab Androſione ac Philochoro Athenienſibus ſcriptoribus copioſè literis mandata eſt.

Hinc etiam eſt facilè conijcere parentes eius optimates, præſtabiles,ac uirtute claros fuiſſe. Neque enim apud Athenienſes elatos homines in tam ſublimem principatum euectus eſſet , niſi ſapientiam, & animi ornamenta,prudentiam,iuſtitiam,fortitudinẽ,illuſtri etiam generi coniunxiſſet. Cum enim Lucas ueritatis amãtiſsimus,ſimulq; ſapientiſsimus in ſancta omniq; ſapientia plena Actorum Apoſtolorum hiſtoria,de his,qui Athenis beati Pauli diuino afflati numine,doctrina,& prædicatione crediderant,loqueretur,atq; huiuſmodi uerba

per excellentiam uſurpaſſet: In quibus erat & Dionyſius Areopagita; perſpicuè diuini iſtius luminis, cũ generis excellentia, tum uirtutis, cognitionis, ac eloquentiæ ubertate, præſtãtiam indicauit. Neq; enim dixit: In quibus erat uir nomine Dionyſius, perinde ac ſi de ignoto aliquo loqueretur; ſed, In quibus erat & Dionyſius Areopagita. Hinc ſubindicans uirum clariſsimũ per omnium ora celebrari. Neq; hanc diuini ſermonis breuitatem ad intentionem orationis propoſitam nõ magni referre quiſpiam arbitretur. Nam etiam ſi breuis ſit oratio, diuitiæ tamen quę inde in huius qui celebratur, uiri laudem fluunt, ſunt permultæ. Nec ſecus enim inſpector Dei Moſes, in ſcripto quodam creationis mundi breuiſsimo, cum Melchizedech, qui diuinum iuxta ritum noſtrum præ ſe ſacerdotium ferebat, mentionem feciſſet, nec quibus parentibus ortus eſſet, nec unde originem traheret, aperiens, eius memoriam, quæ per ſecula celebris foret, tanquã immortali monimento conſecratam, poſteris dereliquit.

Agè (obſecro) igitur ipſe, ô gaudij, & fauſte pretioſæ ſalutis nũcie ô ingens ineffabilis deſcenſus filij Dei præco, & diuinorum eius miraculorum, atque rerum magnificarũ ueraciſsimè concionator. ô Euangeliſtarum ampliſsime, beatiſsime Luca. Agè fare nobis, quinam & qualis ſit iſte Dionyſius, & ſacram tuam per quambreuiſsimam ſcriptionem, qua hunc diuinũ doctorem in lucem prouexiſti, nobis ediſſere. Hic eſt, inquit, inter lectiſsimos, ac dignitate præſtantes Græciæ uiros pietatis cultor eximius, & Areopagitarum cõcilij Senator ampliſsimus, qui non tam inclytus ob dignitatem effectus fuiſſe quantũ dignitatem ipſe clariorem effeciſſe, eſt iudicandus. Hic eſt, qui non ſolum omnia diſſerendi ſcientiæ ornamenta complexus eſt, ſtoicorum, & epicureorum, cæterorumq; philoſophorũ doctiſsimus, & Atticè, & literatè loquentium facundiſsimus, idemq; eruditiſsimus, Rhetorũ eloquentiſsimus, Aſtronomiæ item incumbentium ſpeculator acerrimus, ac in cæteris liberalibus diſciplinis peritiſsimus, quin & quatuor præterea uirtutibus ſummè ornatus fuit. Hic eſt qui rectiſsima in iudicando trutina uſus, eorũ, qui Athenis ius dicebant, iuſtiſsimus fuit: idq; cum ahuc gentilium religione obſtrictus, Iouiſq; abominationibus inquinatus, & execrando Palladis Athenienſis cultui nefariè eſſet addictus, fabuloſis item Deorum narrationibus, ut de Orpheo legitur, qui omnia ad ſe muſicis concentibus attrahebat, fidem habens, & anili Heſiodi Theogonia libenter detineretur illectus.

At ubi gratia ſalutaris cunctis hominibus illuxit, gentilium ebrietatis, & amentiæ tenebras eliminauit, uniuerſumq; ſimulachrorum errorem de terra ſuſtulit, ac ubique terrarum Dei & ſeruatoris noſtri Chriſti diſcipuli, tanquã aquilæ quædam paſsis alis euolantes, ac percurrentes diuinæ cognitionis lumine mundum illuſtrauerunt. Quan-

do etiam Paulus Theologorum ſupremus, & diuiniſsimus gentium Apoſtolus, tuba cœlum uſque pertingens, organum electum, Athenas conceſsit, ubi præconium, à quo ſalutem & uitam mundus acciperet, annuncians diuinum Domini nomen circunferebat. Cumq; cerneret ciuitatem, quæ cæteris Græcorũ omnibus antelłaret, ſimulachrorum cultui deditam, amore diuino ſuccenſus, ardore quodam ciuitatem ingreſſus eſt, & cum Iudæos, tum Græcos, ſapientes & indoctos, quoſcunque obuios habuit, argumentis impetere cœpit, Ieſumq; qui nos ab impoſtoris, homicidæ, draconiſq; tyrãnide, morte, ac interitu uindicarat, & mortuorum reſurrectionem lætis auſpicijs nũciauit. At Epicureos & ſtoicos uarias inſectas diuiſos philoſophos noua, inaudita, & cœleſti ſapientia in ingentem admirationẽ attraxit. Cumq; Areopagi forum petijſſet, omnes cœleſti huic philoſophiæ animum intendere perſuaſit.

Tum Dionyſius confeſtim à luteo & inſano quaſi ſimulachrorũ ſtagno deſciſſens, Paulo diuinum odorem exerenti adiunctus eſt. Ab interpretum & ſcriptorum auulſus errore præconi ueritatis adhæſit. A' profundo internecionis emerſit, & ad ſalutis celſitudinẽ euolauit. A' tenebris impietatis abſceſsit, & ad diuinæ cognitionis lumen conceſsit. A' uera ſtultitia ad ueram beatitudinẽ properauit. Beliar mortis ualere iuſsit, & uitæ auctori & principi Chriſto ſe coniunxit. Impuritatem dæmonum abominatus, Angelorũ ſanctitatem cõplexus eſt. Luteam mundi materiam excuſsit, & cœleſte uiuendi inſtitutum appetijt. Cum enim ſpeculum factus eſſet, radijs primæ diuinæq; lucis illuceſcentibus plenũ, idq; per Paulum qui cum Angelis de ſplendore ſedis certabat, quippe qui Chriſtum qui ſedet ſuper Cherubin ſe regentem, ac intimo implentem lumine, haberet, Cui etiam ipſe totus toto animo, cogitatione, ac corde pręceptori agglutinatus eſt. Hui ꝙ ingens præclari huiuſcæ uiri animi propenſio fuit Apoſtolicæ illi, ac diuinum lumen largienti prædicationi ſuſcipiendæ? O' obedientẽ, & illuminatiſsimum animum illum, qui facillimè doctrinæ, ac præceptionis Euangelicæ notas ac ſigna prima retinuit. O' cor facile, & ab omni carnis affectu undiq; auulſum, quod corporea omni demonſtratione reiecta, ſalutis præconio celeriter credidit, & Paulo diuina prædicanti, cœliq; curſori, ad cœleſtes ſedes prouehenti ſe coniunxit. O' fertilem & pinguem terram, rationis capacem, quæ ſementem uitæ ſinu ſuſcepit ſuo fœcundamq; ac nobiliſsimam ariſtam produxit. Nõ illum cum principatus gloria, tum amplitudo iudiciorum impediuit. Non amicorum & coæuorum conſuetudinis deſiderium illum retraxit. Non uiolentus parentum, agnatorum, domeſticorumq; amor retardauit. Non inſanus diuitiarum, ac poſſeſsionum uarijs modis implicantium furor ligauit. Non illum corporum uoluptas emollijt. Non

delicatæ uitæ, delitiarumq; deſiderium illum effœminauit, ſed cũ præconis uocem diuina. Loquentis audiſſet, omnia, quæ oblectare mortales conſueuerunt, nihili ducens, non ſecus ac magneti ferrum, illi confeſtim adhæreſcere ſtuduit.

Abraham quidem Patriarcham admirari ſolemus, cum Deo, ut è cognatione ac Patria exiret ſua, extraneamq; ac ignotã peteret, præcipienti obtemperantem audimus, & ualde iuſtè. Eliſſæum diuinis præconijs efferimus, cum boum iuga dereliquit, ac domeſticos lares lętus dimiſit, & Heliam afflatum numine peramantem ſui, qui ſe uocarat procul omni mora ſequutus eſt, & ſane iure. Philippum rurſus ad Ieſum ſalutis auctorem uocantem, celeriter nihil cunctantem accurriſſe, cumq; promptè ſequutum laudibus extollimus; & quidem decentiſsimè. Quo igitur plauſu, quoue genere laudum hic honeſtandus, ac præconijs à nobis coronandus uidetur, qui non legi Moſaicæ ſubditus, nec oracula prophetarum edoctus, non hiſtoricis diuinorum prodigiorũ narrationibus exercitus, necdum ulla intuitus præter naturam ædita ſigna, ſimplicem tamen Pauli prædicationem ſuſcepit, imperiti cuiuſdam hominis, pauperis, ac peregrini, qui nec oratoriæ artis ornamentis excelleret, nec ullis ſophiſticis propoſitionibus niteretur? Verum uti ſementem quandam in terram iactam cũ primum ſuſcepit, eamq; in nihilum redactam intimis ſenſibus repoſuit, & uitales fœcundæ fidei fructus demum uberrimè tulit, ut cum Eſaia propheta prouidentiſsimo clamante ferè hilariter canat; Ob timorẽ tuũ Domine concepimus, & parturiuimus, ac peperimus ſpiritum ſalutis tuæ, quem ſuper terram feciſti.

Hæc ſanè Lucas eximius pręco, dũ ſpiritu nobis aſsiſteret, ſimulq; hanc ſacram diuini martyris memoriam coleret, percenſuit, eorum multitudini, qui illam celebrant, ac dilaudant, præſes, & laudum dux adhibitus. Quęcunq; uerò ex ſcriptis aut non ſcriptis monumentis collegimus, hæc eadem contextis laudibus, uti quædam ornamenta florum affluentes, ac conuiuium, quibuſdam quaſi diuinis ſaporibus condientes, adſumus corã uobis conuiuis, qui diuina libenter auditis, appoſituri. Talis igitur hiſtoriã longa temporum ſerie, quaſi à patre filijs tradita, ad nos uſque peruenit.

¶ Cum magnus iſte Dionyſius, tempore quo ſeruator, ſupplicio eſt affectus, quando terra concuſſa eſt, atq; ſol non ferens opificem uniuerſorum, eumq; qui ob diuinam ſubſtantiam cuiuſlibet perturbationis, ac interitus expers erat, ligno carne ſuffigi, ſuos ipſius radios in meridie occultaſſet, præ tã admirabili facto uehementer ſtupefactus, humanamq; cognitionem ſupergreſſus, factum illud perpendens, Deus (inquit) ignotus carne patitur: Cuius cauſa orbis uniuerſus tenebris offuſus, & turbatione concuſſus eſt. Protinuſq; eo ipſo tempore,

quo tam inſigne prodigium ubiq; terrarum contigit, ſecum ipſe coniectans obſeruabat, quid hinc ſignificari daretur. Atqui horrendiſsimi illius ſolis defectus, ipſe quoq; in Epiſtola ad Polycarpum mentionem fecit. Cęterum præſtat orationem elegantiſsimis eius uerbis, qui eloquentia ac diuina quadam dicendi facultate omnes excelluit, tanquam regiam coronam pretioſis ac lucidiſsimis lapidibus condecorare.

Cum enim Apollophanes uir philoſophus religione gentilis eſſet, atque hunc beatiſsimum, magnanimum, & admirandum uirum, qui cum neceſsitudine ac genere coniunctus erat, odio proſequeretur, ac conuicijs iactaret, ut qui ritus patrios deteſtaretur, & Chriſtianorum fidem illis præferret, coleret, amplexaretur, ac pro ipſa tanquam propugnaculum ualidiſsime ſtaret, rebusq; Gentilium, contra Gentiles uteretur. Hoc conuicium & accuſationem, cum Dionyſius euertere decreuiſſet, Polycarpo, qui multis cum pietatis, tum uirtutis fructibus florebat, apud quem, & ſophiſta ille conuicia iactauerat, hæc ſcribit: Tu uerò Apollophanem ſophiſtam maledicta in me cōgerere, meq; parricidam appellare dicis, ut qui Gentilium dictis haud piè contra Gentiles ipſos utar. Atqui nos hoc ipſum uerius intorquere in illum poſſemus, quod Gentiles aduerſus diuina diuinis non piè utuntur, conantes per ſapientiam cultum Dei diuinum exterminare. Neq; ego ſanè nunc de multitudinis opinione loquor, quæ poetarum ſcriptis craſſimè humanis affectibus intenta cohæret: Quin & ipſe Apollophanes aduerſus diuina nefariè diuinis utitur. Erat enim conſentaneum eos, qui ueri philoſophi ſunt, per hanc rerum cognitionem, quæ ritè ab ipſo philoſophia dicitur, quæq; à Diuo Paulo ſapientia Dei appellata eſt, ad auctorem cum ipſarum rerum, tum cognitionis illorū adduci. Ac ne aliorum quam ipſius opinionem contra inſtitutum meū confutem, oportebat Apollophanem cū ſit ſapiens, intelligere, nihil unquam cœleſtis ordinis & motus immutari aliter potuiſſe, niſi ab eo hęc rerū mutatio fieret, qui naturæ ipſius conſeruator eſt & auctor, quiq; omnia (ut ſermo diuinus habet) facit, atq; tranſmutat. Cur ergo eum, quē rerum omnium Deum eſſe cognouimus, non ueneratur, & ob ineffabilem eius potentiam, qua cuncta creata ſunt, non admiratur? quandoquidem ſol & luna unà cū omni cœli conuerſione, per uim ab ipſo īmobili ſtatu incredibiliter conſiſtere iuſſa ſunt, atq; ad menſuram totius diei, in ijſdem ſignis omnia conſiſtunt. Et paulopoſt. Cęterum dic ei, Quid de illo ſolis defectu, qui, quo tēpore Dominus in Crucē actus eſt, contigit, ais? Ambo enim, cum apud Heliopolim præſentes ſimul eſſemus, tum lunam ſoli obuiam mirabiliter factam (neq; enim concurſus tempus erat) & eandem rurſus ab hora nona uſque ad ueſperā è regione ſolis, per diametrum incredibiliter oppoſitam perſiſtere cernebamus. Cęterum & aliud quiddam huius generis in memoriam

illius reuoca: Nos enim (quod ipſum ille quoque nouit) & occurſum ipſum ab oriente cepiſſe, & ad ſolaris corporis finem perueniſſe, ac demum repedaſſe uidimus. Rurſusq; non eadem ex parte, ſed è regione per diametrum, & occurſus, & ablati luminis reſtitutio facta eſt. Hæc tam ingentia, & incredibilia, tum temporis acciderunt, quæ Chriſtus omnium auctor, qui magna, & admiranda facit, quæ dinumerari nequeunt, præſtare ſolus poteſt: Hæc, inquã (id, ſi tibi licuerit, illi dicito) ſi fieri poteſt, Apollophanes mecũ ipſe reprehende, qui tum tecum aderam, ſimulq; omnia magna cum admiratione tecũ ſpectaui, atque perpendi. Et quæ ſequuntur.

Cum igitur Paulus in medium Ariopagi prodiiſſet, ac omni cum fiducia loquens diceret: Viri Athenienſes, in omnibus tanq̃ ſuperſtitioſiores uos uideo; prҽteriens enim & cultus ueſtros contẽplans aram quoque reperi, in quã inſcriptum erat, Ignoto Deo: Quẽ igitur ignorantes colitis, hunc ego uobis annuncio. Cumq; omnẽ diuinam concionem percurriſſet, uir iſte maximè ſuſpiciendus, hunc ſermonem tanq̃ cҽlitus annunciatum ſuſcepit, indiuiduusq; eius aſſectator confeſtim effectus eſt. Ac omnibus quidẽ myſterijs ſimulq; ritibus profanis nuncium remittens, multiplicem dæmonũ errorem deteſtatur, & cœleſtem diſciplinam capeſsit. Veræ itẽ religionis inſtitutis, Euangelicæq; doctrinæ quaſi elementis imbuitur, & informatur, inculpatam fidem edocetur, & ad lauacrum baptiſmatis, quo innouamur, uitamq; recipimus, accedit, & ueterẽ corruptũ hominẽ exuit, ipſumq; Chriſtum uitæ auctorem induens, inſtauratur, & pro ſeruo corrupto, & corruptæ carnis filio, increatæ, ac incorruptæ Trinitatis, eiuſdemq; ſubſtantiæ, cuius potentia cuncta ædita ſunt, & creata, filius efficitur, atque ad immortalitatem, percepta debitorum ſuorum remiſsione, tranſcendit; libertatis, adoptionis, herilisq; poteſtatis ſymbolis clariſsimis, contrarijs depoſitis, conueſtitur, & dignus qui inter perfectos cenſeatur, armis lucis munitur, & perfectiſsimis celſiſsimҽ ſapientiæ arcanis initiatur.

Hinc ad pulcherrimam uitis culturam procedit, diſciplinam Euangelicam factis exequitur, uiuendi inſtitutum par Angelis aggreditur & in Hierothei diuino numine afflati præceptoris ſui, de quo ipſe quoque in Theologicis ſcriptis, ſumma cum laude mentionem facit, diſciplinam, ſe tradit, & eiuſdẽ diuinis inſtitutionibus eruditur. Porrò in exercenda continentia plurimum deſudat, omnemq; curam in eo ipſo dono conſeruando impendit, & fructus bonitate præcipua dignos afferre gratioſo donorum largitori conatur. Contra uitæ ac ſalutis noſtræ aduerſariũ decertat. Sacris enim ferè initiatus eſt, ſimul atque per baptiſmi lauacrum, in Iordane flumine, Adæ peccatum ac mortalem purgaſſet naturam, quod muneris, ipſe qui lauacris non in-

digebat, innocens & purgatus nobis impertiuit, rerũ omnium auctor futurorum præſcius unigenitus Dei filius, uerbum Dei, quod cũ patre principio caret, ſempiternum, eiuſdemq; ſubſtantię, ſplendor gloriæ, & forma quæ nihil à patris ſubſtantia differt. Qui cum hominẽ iuxta propriam imaginem & ſimilitudinem condidiſſet, iſq; inuidi hoſtis inſidijs, qui peccatũ in orbem primus inuexit, ac mulieris hortatu Domini præceptum propuliſſet, & peccato pollutus ad interitũ prolapſus eſſet, non illum præterijt, ſed propenſa patris affectione, ſimulq; in hoc ſpiritu ſancto adnitente, ineffabili humanitatis ubertate ex paternis ſinibus deſcendit, unde tamen is non diſceſsit, qui omnia implet à nemine circumſcriptus, cum deſcenſus diuinus non ex loci mutatione intelligatur. Apage. Qua enim ratione deſcendere is poſſet, qui & corpore caret, & nullo diffiniri, aut intelligi pacto poteſt? ſed ea ratione, quæ conueniat Deo. Exinanitur enim ad breue tẽpus diuina gloria ex certo conſilio, ut me ſua impleret diuinitate, ac dono illius, Deus efficerer.

Cæterum Dauidicæ puellæ uirginis uentrem, quæ nuptiarum expers, ac propemodum innocens uirgo ſemper permanſit, uti ſementis ſubijt, carnemq; ex illius ſanguine aſſumens, cum anima rationis intellectusq; participe ſe coniunxit, eamq; ſibi copulauit; & ab ipſa æditus Deus carne compactus apparuit, duplex qui ſimplex erat, in duabus perfectis naturalibus uoluntatibus, ac operationibus, in omnibus extra peccatum, ſimiliter ac nos mortalis, procul omni mutatione ac confuſione appellatus, & poſt ſuſceptam carnem unus & ipſe filius & una ſubſtantia eſſe perexit. Sub tempore factus eſt, qui omnem temporis motum trãſcendit, & natura ſeculorum omnium eſt effector. Corporis item incrementum ſuſcepit, & ad uirilem ætatem, qui perfectus, & integer erat, peruenit. Et ſimul ac ex lauacro baptizatus emerſit, contra homicidam, apoſtatam & planum in deuium proficiſcitur, ac tricipitem eius impugnationum machinam euertit; inſoleſcentem, & magnificè ſe iactantem Tyrannũ proſternit. Varium ac multiplex certaminum illius genus irritum facit, ipſum captu admodum facilem reddit, rationem nobis oſtendens, qua illi acri pugna reſiſteremus, & fortitudinis occaſiones, quibus contra illum uteremur, impertit.

Ad exemplum ergo uitæ optimè conſtitutæ, ſuam ipſius compoſuit, atque formauit; fontem luminis, ex quo uitam primum peteremus produxit. Indeq; armatus gratia, & unctione diuina perunctus, non aliter ac luctatores contra hoſtilem aciem in paleſtris inſurgunt, aduerſus infenſiſſimum latronem, uiæq;, qua itur ad coelos, obſeſſorem, & inſidioſum bellatorem, confeſtim opponitur, ac omnem uitæ ſolicitudinem abijcit. Totus diuinæ reſurrectionis amator & pugil

ad nos salvandum ... deſcend. ... incorporat ...

1 efficitur. Aſſiduis 1 precibus die noctuq; intentus, totam noctem ducit inſomnem. Carnem ieiunijs dõnat, & deteriorem partem præſtantiori ſubijcit, nempe puluerem menti, & terrenam craſſitudinem, quæ ſenſibus perinde ac nebula quædam tenebroſa, ſolaribus ſeſe radijs opponere conſueuit, comminuit.

Ecce ſanctiſſimi uiri Orationes, Vigilias, & Ieiunia.

Hinc ad ſpeculationis celſitudinem tollitur, libenterq; effigies animi diuina, ac interior ipſius oculus, terrena omni cogitatione relicta, ad claritatem illam, quæ illinc effulget, contemplandam, totus euolat, & in Apoſtolicis doctrinis, præſenti animo deliciatur. Nouam item omnem atque ueterem diuinæ legis ſcriptionem, idq; uirtutis illius abundantia, quæ in actione & contemplatione uerſatur, ut reſpirationem ſibi ac cibum, conſtituit. Hic, cum beati Pauli clariſſimis oculis oſtenſus eſſet, & diuini ſacerdotij gradu dignus iudicatus, Athenarum epiſcopus ab ipſo primus eligitur, & ſuæ ipſius pater patriæ declaratur, rerumq; primitiæ, quæ ſunt compotes rationis, illius prudentiæ concreduntur. Oportebat enim ut ciuitas, quæ hunc ædiderat, aluerat, & erudiuerat, proprio alumno, quaſi germine, & eruditionis inſigni, prima omnium lætaretur, Chriſtoq; exultaret, qui eis, qui ſpiritu ex illa nati ſunt, auctor ſalutis eſt factus, quique omnibus, qui uita & ratione primas obtinent, magnificè præeſt: Nec ſecus ac optimus filius uiam inſtar paſtoris cõmoſtrat, docetq; quemadmodum ex Dei præſcripto, ſuos ipſa greſſus dirigat, dum illam in loca paſcuæ, planæ nempe ac ſynceræ doctrinæ, collocat, & ſuper aquam refectionis, nimirum ueræ hæreditatis, educat.

O' ingentem Metropolis Athenienſium ciuitatis felicitatem nullo ſuffragiorum beneficio, illi delatam. Quàm uerè felix, multipliciterq; beata eſt, quæ tantum ducem atque magiſtrum (ut Iſraeliticus olim populus Moſen) talemq; enixa eſt, atque ſortita paſtorem. Etenim alter quidam Moſes denuo uiſus eſt, qui Ægyptum, caliginoſum dico in colendis ſimulachris errorem, non decem plagis, ſed innumeris letalibus, ardentiſſimiſq; ſacræ illius doctrinæ, ac diuinæ diſciplinæ ſagittis transfixit, & figuratum Pharaonem cum omni eius pernicioſa poteſtate, nugiſq; hæreticis, ac zizanijs plenis, quæ à cacodæmonis ipſius fraude oriuntur, ornatiſſimis admirabilis eius ac omnino diuinæ cognitionis & eloquentiæ profunditatibus, demerſit.

Porrò electum Chriſti populum à Beliar tyrannide, & à ſuperſtitioſa cultura profugum, hoſtibus undiq; contra illum inſurgentibus, ſolitudinis mari traiecto, & charitate inſtar columnæ ignis illuceſcente deduxit, & nebula nimirum ſanctiſſimi ſpiritus protectione cuſtodiuit, ac ad tranquillum uſque inculpatæ fidei portum conſeruauit. Humana prorſus omnia ſupergreſſus: in ſuprema montis uirtutum ſpecula ſpecioſos pacem annunciantes pedes fixit, diuinamq; caligi-

nem ingreſſus cum Deo familiariter eſt loquutus, ac diuinæ manifeſtationis & legiſlationis tabulas accepit. Manibus in crucis ſpeciem ſublatis, Amalech Deo infenſum in triumphum duxit. Vipereos morſus, ac inſidijs dæmonum ſupplantatos, ſagittisq; nefariè captos curat, idq; carne uerbi, quod in ligno pependit, mortemq; ſubijt, & oppoſitas uires perenuit, quodq; ab ipſo probè ueneratum, & ſpiritu prædicatum, & adoratum fuit.

Et ut alter Ioſue Iordanem ſecat, ac peculiarem populum peditẽ ſiccis ueſtigijs ambulantem, portantemq; uenerabilem ac ſacroſanctam arcam, quæ inſtar illius ueteris, Deum continet, traijcit. Deteſtanda Ierichundiorum argumenta, qui alieni intelliguntur, ac præſidia conſpirantium hæreticorum uario, atque multiplici pro pietate certamine proſternit, & pro diuinarum tubarum ſonitu, ijs quæ ex aduerſo percuſſa euertenda erant, prædicationem inſtar ſolis illuminantem, obtendit ſuam: prudentemq; gubernationem, quæ lucem afferret, & quæ cœlitus illi exhibebatur, contra incurſum luporum rapacium, hoc eſt falſorum doctorum greges, rationis participes deglubentium opponit. Et immortalem hæreditatem, quæ eſt in cœleſti Hieruſalem, ijs qui ſeruandi ſunt, adminiſtrat. Ac ſicut ille, Solem & Lunam in auxilium ſeruati diuini populi, iam aggredientis terrenæ promiſſionis, hoſtes expellere, ſiſtit, feſtinatq; poſſeſſionem ſibi promiſſam diuidere.

Et alter Dauid, hoſtem inaniter ſe iactantem cõtra diuinum exercitum, & eius propugnatori conuicia facientem, funda cum percuſſiſſet, & facinoroſum illum terræ illiſiſſet, celeberrimam uictoriam ex hoſtibus reportauit, innumeris plauſibus ob partam uictoriam exceptus ac decantatus. Hic enim cum fortiter ſe gereret, fide, ſpe, & fiducia erga Chriſtum innixus, petẽtem illum perditorem, ſæuos inter tyrannos præualidum fortitudine, lapide duriore proſtrauit; coronam uictoriæ referens infinitis propè laudibus, & cantibus pro labore aſſiduè cumulatur.

Et alter Ezechiel diuinarum ac myſticarum uiſionum ſpectator & interpres, uarietates diuinarum manifeſtationum, & figurarum ſignificationem continentium deſcribens, mẽtem noſtram per ea quæ ſenſu percipiuntur, tenuiſſimis diuinis inſtitutionibus ad ſpeculationem eorum, quæ animo & cogitatione cernuntur, euehit. At uerò quid opus eſt hunc ſacrum & admirandum præconem ijs, qui lucem adumbrant, comparare? Præſtat hunc ipſum his conferre, quos lux ipſa Chriſtus per ſe ſplendere, ſecumq; uerſari, & commercium habere dignatus eſt. Nimirum magno illi & omnium ſummo Petro, hic comparandus eſt, cui æternam, ac ſempiternam filij generationem, quæ tota mente ac ratione comprehendi, ac diffiniri nequit (Si-

Alter Joſue
Alter David
Alter Ezechiel
Alter Petrus

quidem,is cum patre ſempiternus eſt,ac ſine principio)pater ingenitus & principio carens reuelauit. Super quem,tāquam petram,& inconcuſſum fidei fundamentum,Chriſtus uere uitæ petra,qui omnia fecit & continet,propriam eccleſiam fabricauit;quemq; cœleſtis habitationis ac hæreditatis clauigerum,& hæredem declarauit,ac poteſtatem illi diuinam,ligandi,atque ſoluēdi funes peccatorum præbuit. Qui & Regiam Romam,ijs miraculis æditis, quæ à Chriſto uberrime etiam manauerunt,illuſtrauit,& occiduam,obſcuritatem,in ſplēdorem clariſſimum cōmutauit. Aut etiam comparandus tonitru filio, qui diuina & ſublimia, & omnibus humanis auribus,ac mentibus inacceſſa,quæ nec ipſis etiam cœleſtibus ſubſtantijs comprehenduntur,mundo intonuit, ut qui toto pectore in ueram & perfectam ſapientiam incubuerat,& ex beatis ſemperq; fluentibus myſticæ ac diuinæ ipſius cognitionis theſauris fluenta puriſſima hauſerat.

Vel Paulo eius illuminatori, & ſacrificiorum præſidi conuenientius eſſet illum comparare, qui conuexa cœlorum ſupergreſſus eſt, & ea, quæ à mortalibus nūquam uiſa ſunt,inſpexit,& quæ non licet audire,audiuit,ſecretiſſima uerba. Qui in paradiſo noſtra ueteri patria ambulauit,& beatitudinem,quæ illic eſt,uitæq; inſtitutum perſcripſit;à qua ob propriam petulantiam,& pręcepti diuini tranſgreſſionem,ex torres facti ſunt primi parentes noſtri. Qui inſtar auis,uniuerſum orbem terræ peragrauit, & ex infidelitate ad fidem agreſtes gentiles conuertit. Horum enim ardorem diuini zeli,ac dilectionis ſynceritatem,animi manſuetudinem,in propinquos commiſerationem,modeſtiæ celebritatem,fortitudinis & libertatis loquendi ſplendorem imitatus,& ad diuinum cuiuſlibet illorum uitę inſtitutum ſuā ipſius effingens, Apoſtolicam gratiam, miraculorumq; poteſtatem, propheticum ſplendorem,& abditiora Theologiæ myſteria dignè à Domino retulit.

Sapientiam enim, quæ ab illo,ex Græcorum eruditione collecta eſt,diſciplinæ cœleſtis .A. ancillam conſtituit, & uti prudens apis profanæ diſciplinæ ornamenta,diuinæ & cœleſti Theologiæ conſecrauit,ac à ſupremo diuinæ lucis fonte, ſpiritu plenus loquutus eſt,& de rebus diuinis diſſeruit,eaq; compoſuit,quæ omnem mētem in admirationem pertraherent. A' conſideratione enim eorum,quæ uidentur,ad eorum quæ non uidētur contemplationem cogitatione ſuſpenſus, treſque clariſſimorum cœleſtium ordinum ecclesias,ac tres ſanctiſſimos Angelicos apparatus,ſingillatim ſpeculatus, non aliter ac ſi diuinus quidam atque cœleſtis eſſet Angelus, & in eorum,qui corpore carent,claſſem cooptatus,ordinemq; inter ipſos & ſacrā pręfecturam ſortitus, ſplendorem animi,ad ſedem celſiſſimæ diuinitatis religioſè attollit, labijſque diuino & puriſſimo carbone purgatis,

.A. *Vides Hæretice etiā prophanæ Græcorū diſciplinæ ornamēta diuinæ & cœleſti Theologiæ cōſecrata fuiſſe ab hoc ſanctiſſimo uiro,collectāq; ex Græcorum eruditione ſapientiā diſciplinæ cœleſti ancillā cōſtitutam fuiſſe ς*

unam

unam indiuiduam in Trinitate,& increatam diuinitatem,unam Dominationem,quæ omnia creauit,præuidit,& continet,unam ſubſtantiam,unam poteſtatem,& regnum & potētiam, unam uoluntatem, & operationem,& tres in unitate hypoſtaſes eiuſdem ſubſtantiæ,coęternas,ac omnes ſine principio,numero quidē,& proprietatibus immutabilibus, & immobilibus diuiſas, cum alioqui ſint inuicem ſine confuſione unitæ,ſingulæq; cum proprietate ſua conſiderentur,non loco,non confinio,neque qualibet circūſcriptione(incorporeæ enim ſunt:nec circūſcribi poſſunt)ſeparatas,Apagē, ſed Solis relationibus diſtinctas,diuinitus eloquitur,quatenus triplicem illorum enumerationem abſque inquinatione ac colliſione cogitare licet,uno cultu,& adoratione ueneratur. Vnum Deum,unum Dominum ſibi colendū proponit,qui in tribus hypoſtaſibus adoratur, & colitur,dū ad unū principium,& cauſam, filius & Spiritusſanctus referuntur.Et ut filius quidem ante omnia ſęcula à ſolo Patre, ſiue ab illius ſubſtantia, & ſolo,& unicè,ſine corpore,ſine affectu,ſine tempore natus ſit.Rurſus uerò Spiritusſanctus ab ipſo ſolo Patre deſcenderit, & per filium proceſſerit,& hominibus ſe oſtenderit, unius principatum edocens, non quem una perſona circūſcribit(fieri enim non poteſt ut aliquid ſecum diſſidens diu perduret.)Sed quem naturæ par honoris conditio,& eadem conſilij concordia,& idem motus,& ad unum ex ſeipſo conſpiratio,conſtituit.

Vide pro hac doctrina proceſſionis Spiritusſancti D. Thomā in.1.part.quæſt.37. arti.3.ad ſecūdum.

Sed ego dum magni huiuſce Theologi excelſiſſimam ſapientiam humilibus tenuitatis noſtræ loquutionibus oſtendere pertento,ſimilis ei uideri poſſim,qui cotula uelit abyſſum exhaurire. Extat enim liber diuino ſplendore plenus, qui radios uerborum cœleſtium luce ſolari clariores emittit,quibus tum falſi nominis ſcientię qua necatur anima,caliginem expellit,tum recta, & diuina dogmata tutò manifeſtat,& explanat.Non ſolum enim nugamenta, & prodigioſa mendacia,quæ à ſemente zizaniorum Apoſtolorum temporibus ſuperſata ſunt,hęreſi plena radicitus auulſit,uerum etiam impias blaſphemias atque deliria omnia,quę in poſterum contra ſanctam pariſque potentię Trinitatem,contraq; uerbum Dei hominem factum,nempe Chriſtum ſeruatorem noſtrum,& quæ contra Chriſtiani nominis plenitudinem,& contra 2 dedicationem,et adorationem ſanctarum & uenerabilium imaginum in ſacris eccleſijs & ſedibus Apoſtolorum per uniuerſum terrarum orbem irrepſerant, funditus abſtulit. Siquidem Deus palàm huius ipſius lingua ancipiti quouis enſe acutiore eminus euulſit,& incidit,quodlibet uenenum, germenque ſeminum hęreticorum corrupit. Cæterum euangelicarum & Apoſtolicarum prædicationum, & traditionum ueritatem confirmauit, ac ſtabiliuit.

Tu qui dicis cæleſtis ac eccleſiaſtice Hierarchiæ necnō & de diuinis nominibus libros,nō eſſe Dionyſij Ariopagitæ, uide ex hoc loco in quāto errore uerſaris.

2 Vides D. Dionyſium ſuſtuliſſe funditus impias blaſphemias contra dedicationem & adorationem ſanctarū & uenerabilium imaginū, quæ in ſacris eccleſijs & ſedibus Apoſtolorum per uniuerſum terrarū Orbem traditæ ſunt? Quid hic dicere poſſunt heretici?

Tomi quarti. Pars tertia.

Proinde ut fulgentiſſimæ diuiuæ prædicationis illuſtris ac inſupe rabilis eius eloquutio demonſtretur, illius uerba recitanda ſunt, quibus dum de diuinitate, quę tribus perſonis nempe una Trinitate continetur, deq; unigenito filio Dei, loqueretur, per manifeſtationē, quę hominibus ob natiuitatem eius ex uirgine contigit, uſus eſt. In explicatione enim diuinorum nominum hæc dicit: in omni ferè diuini ſermonis tractatione ſummam Diuinitatē ſanctè celebrari uidemus, ut Monadem quidem, & unitatem ob ſimplicitatem, unitatemq; eximiæ eius naturæ partitione carentis, ex qua tāquam uniente poteſtate in unū redigimur, noſtriſq; quę mutationi, partitioniq; ſunt ſubiectæ, naturis (quod humanum excedit uſum) complicatis, in monadē diuinam effigiem referentem, unitatemq; Deum imitantem, colligimur. Vt Trinitatem uerò ob demonſtrationem in tribus perſonis fœcunditatis eius, quę eſt ſupra humanum modum, ex qua omnis à patre cognatio in cœlo & in terra eſt, & nominatur. Vt cauſam præterea rerum omnium, ſiquidē omnia per bonitatem eius, quę ut ſint, omnibus elargitur, in lucem ſunt ędita. Sapientem item atque pulchram, eſſe perſpicimus, quoniam ex his quę ſunt, quęcunque naturę ſuę propria ſeruant incorrupta, diuinę omnis harmonię, ſacrique decoris ſunt plena. Cęterum mirum in modum ab humanitate commendamus, quoniam in una ex eius perſonis naturam noſtram uerè penituſq; coniunxit, reuocans ad ſe ſibiq; adiungens humanam imbecillitatem, ex qua ſimplex Ieſus ineffabiliter eſt compoſitus, & qui ſempiternus eſt, temporis aſſumpſit incrementum, atque intra naturam noſtram factus eſt, qui omnem cuiuſlibet ordinis naturā (quod humanum morem ſupergreditur) antecellit, nulla tamen proprię naturę mutatione facta, aut confuſione.

Affinia pręterea ſunt hiſce, quę de Domini ad homines deſcenſu ad Gaium ſcribit. Qua ratione (inquis) Ieſus, qui omnia tranſcendit, omnibus hominibus naturę communione copulatur? Non enim ut auctor hominum hoc in loco homo dicitur, ſed quod tota ipſe ſubſtantia homo uerè exiſtat. Nos uerò Ieſum non humano more diffinimus; neque enim homo tantum eſt, nam ſi eſſet tantum homo, naturam hominum non excederet. Sed uerè homo eſt, qui cum pręcipuè humanitate ſit inſignis, homines cęteros antecellit, ac iuxta homines ex hominum ſubſtantia, qui ſubſtantiam omnem egreditur, humanā carnem aſſumpſit. Porrò nihilo propterea minus hac ipſa, quę ſubſtantię uim omnem ſuperat, natura perquam plenus eſt, qui nimirum ſubſtantiam omnem huiuſmodi naturę celſitudine ſemper excellit. Cumq; uerè ad ſubſtantiam deſcendiſſet, qui qualibet ſubſtantia maior eſt, ſubſtantiam noſtram accepit, & ſupra hominē, quę hominis propria ſunt, euexit. Id uirgo admirabili nouitate pariens

manifeſtat,& aqua inſtabilis,dum materialium ac terrenorum pedũ ſuſtinet pondus,nec cedit,ſed admiranda potentia inſtar ſolidę materię ſubſiſtit. At reliqua, quę ſanè per multa ſunt; quis recenſendo percurrat? quibus qui accuratè & ultra humanum modum ſpeculatus fuerit,ea quoque quę in humanitate Ieſu affirmant,protinus agnoſcet uim præſtantiſſimę negationis habere. Et ut breuiter dicamus,neque homo erat, non tãquam humanitatis expers, ſed tanquam ex hominibus ortus homines excellebat, homo ſuper homines factus. Ac deinceps neque diuina,ut Deus,neque humana rurſus,ut homo faciens,ſed Deus homo factus, nouam quandam ſummamq; agendi poteſtatem,nobis impertiuit.

In tractatu uerò de ſacro eccleſię principatu,ſpeculationem de diuina unguenti conſecratione explicans,ait: Non igitur ſacratiſſimus diuinarum ſubſtantiarum ordo ignorauit Ieſum Deum Maximum è cœlis,ut ſanctificaretur,deſcendiſſe,uerum ad humanam naturam ſeſe ob diuinam,ac ineffabilem eius benignitatem ſanctè deieciſſe,ipſum ĩtelligit;& à patre ſeq; ipſo,ac ſancto Spiritu,humano more ſanctificatum cernens, proprium nouit principium in his, quę ſumma poteſtate per ſubſtantiam, quę nullo pacto immutari poteſt,efficit. Quare ſacrorum ſignorum traditio ſancto ac diuino ſeraphin circunſtat unguento,dum Chriſtum in noſtra uerè penitusq; humanitate immutabilem agnoſcit atque deſcribit.

O' ſanctiſſima labia talia proloquuta. Quàm uerè in ipſis effuſa eſt gratia donorum Spiritusſancti,à quo dona in eos,qui cum animo, tum corpore diuinè perpurgati ſunt, proficiſcũtur,quę Pontifex hic ſanctiſſimus eſt conſequutus. O' linguam rebus diuinis explicandis, ſacriſq; pandendis maximè neceſſariam,quæ recondita hæc & arcana myſteria planiſſima nobis effecit. Verè(ut diuinum habet eloquium)calamus ſcribæ uelociter ſcribentis appellata eſt. O' clariſſimam mentẽ,quæ huiuſmodi cogitationes,quę omnium ſenſum atq; ſermonem antecellunt,edocta eſt,& diuinitus illuſtrata. Quę enim mens acutiſſimè & diuinè perſpiciens,non omnem hæreticorum infenſiſſimam contemnet aciem,in breuiſſimis diuinorum horum uerborum præſidijs proſtratam atque conſumptam,tãquam multitudinem inter moleſtiſſimas quaſdam uulneratorum uoces ſanguine pulvereq; fœdatam? Hæc ſanè & quidem admodum exigua in illius pulcherrimis diuinę doctrinę hortis, quaſi flores à nobis excepta ſunt, ut excellentiam cœleſtiſſimę ipſius Theologię,& incomparabilis,ac clariſſimę diuinę illius aſſertionis de uera & incomprenſibili fide laudarem.

Porrò ſapientiam atque ſcientiam,qua cum in gubernando,tum in paſcendo grege ſibi cõcredito uſus eſt,quibus pro dignitate orna-

re laudibus poſſem? ex quo enim puppi gubernator inſedit, apprehenſo temone, undique uentorum incurſus uigilanter explorat, procellasq; procul quidem ac ſepe etiam proximè irruentes præcauet, uectoresq; tutos reddit, turbinis incurſiones anteuertit, rudetibus uela ſubducit, atque remittit. Cęterum ad ſecundos uentos attollit, rurſusq; uelut opportune aperiens, nauim clauo ſubigit, nauigationẽq; carina unda perſonante, ſecundoq; in pupim uento efſufflante, lętus perficit. Quòd ſi alicubi procelloſa tempeſtas ingruat, nauim arte quadam ſingulari ſuperiorem undis conſtituit, & incolumen ſeruat. At ſi quando uenti reflare deſierint, altaq; tranquillitas uniuerſam ſedauerit tempeſtatem, neque ita quieti ſe, aut ſopori dedit, ſed remigibus nauim remis ſubigere imperat, hortaturq; omnino uigilare, ut cum pericula nauigantes effugerint, peracta nauigatione, cum mercibus portum intrare feliciter poſſint.

Non ſecus etiam ac caprarius aliquis, feras pernicioſas & graſſantes, cuſpide, funda, uirgaque paſtorali arcens, ſi medijs noctibus incurſiones facere tentent, facibus telisq; igneis territat, cuſtodit autẽ oues ubique oberrando, illas à noxijs paſcuis ſubmouens, & utilibus, atque amœniſſimis adducens, quod firmum eſt atque ſanum, conſeruat incolume, collapſum uero, & ęgrotans, aut fractum, aut uulneratum dirigit, conſtringit, ungit, & reparat. Plerũque enim ab unguibus & ore ferarum rapacium, quod raptum eſt, neque penitus eſt peremptum, ſed adhuc ſpirat, & palpitat, auellit, recreat, & tãquam de morte ad uitam reuocat.

Hoc modo ſapientiſſimus iſte gubernator, eccleſiam ut nauigium nuper compactum in medio mari fluctibus undiq; ingruentibus, regere aggreſſus eſt, & gregis nuper nati, qui compos eſt rationis, præfecturam geſſit. Simulachrorum item inſania uehementer ingraueſcente cum tyranni, tum ſtultorum mundi ſapiẽtum, ac Rhetorum, qui contra eos, qui ex iudaica & umbratili legis obſeruatione gentiliq; impietate ad ſanctam Chriſti fidem tranſplantati ſunt, crudelius ꝙ ferę deſęuiunt, Prefectus laudatiſſimus, & generoſiſſimus Chriſti paſtor, & Apoſtolica prefectura ſanè ꝙ dignus declaratus eſt, & electum Dei populum perſpicaci, uigili, ac intrepido animo rexit, & feritatem eorum, qui profani & alieni à fide prędicationi aduerſantur, puriſſimarum precum crebritate, ac loquendi libertate, ſanctarumq; manuum extenſione, necnon aſſiduis erga Deum, qui ipſam frangere feritatem poteſt, ſupplicationibus commutauit. Porrò eorum, qui amicitiam prętexunt cum nihilo ſeſe peſſimis hoſtibus melius habeant, ouium quidẽ pellem exterius, lupi uerò habitum interius circumcincti inſidias animo ſtruunt, perſpicuum omnibus dolum & fraudem fecit.

Propoſitiones

Propoſitiones uerò, intentiões, ac oppoſitiones ſophiſtarum, Rhetorumq; contra ſeruatoris doctrinam differentium, ac dialecticis dicendi rationibus, ſophiſticisq; ac Rhetoricis argumentis utentium, ataneę telam, quę diſſolui ac frangi facile poſſit, exiſtimabat, & eorũ noxias cauillationes atque problemata ſingula dilacerabat, & facillimè diſſoluebat. Quin etiam aduerſus uię ſalutis hoſtes, Dei & Regis noſtri Chriſti potentia, quę omnia poteſt, uigilans perdurabat, fremitus illorum comprimens, & falſi nominis ſcientiã refellens. Atq; maximi quidem referre exiſtimabat, ſi cicatrices impietatis & abominationis, quę perperam antea inuſtæ fuerant, à diſcipulorum animis aboleret, & diuinę pietatis, cœleſtisq; ſapientiæ pręcepta illarum loco imprimeret. Neque uerò eorum, quę tradiderat, atque docuerat, fructus (ut aliquis exiſtimare poſſet) repetere negligebat; minime uerò: quin diuinorum ſermonum myſteria, quę non rectè factis niterentur, arboribus foliorum quidem ubertate ornatis, cęterum ſterilitate laborãtibus ſimilia eſſe aſſeuerabat, & fidem ſine operibus mortuam eſſe docebat, iſtudque in primis doctrina illius ſpectabat, uti fideles mandatorum ſeſe obſeruationibus decorarent, ueq; ullum aliud certius argumẽtum ſyncerae & ſtabilis in Chriſtum fidei & dilectionis exiſtere dicebat, admonens ut horrendum futurum iudiciũ pertimeſcerent, in quo quiſque prout uixerit, aut egerit, rationem eſt redditurus 3 et eum qui rectam fidem cuſtodierit, uitam chriſtiano uiro conſentaneam egerit, incorrupto iudici rectè factis placuerit, perpetuam bonorum uerè beatorum uoluptatem percepturum. Qui uerò optima uitæ inſtituta, & opera fidei non adiunxerit, ſed hanc uitæ turpitudine contaminarit, iuſtas hunc propriæ amentiæ pœnas daturum, & ſeueriſſimo, ac perpetuo cruciatu torquendum aiebat.

3 *Vides Hæretice quod hæc ẽ ſana ſanctorũ omniũ, ac totius eccleſiæ doctrina, nõ ſufficere ſolã fidẽ ad ſalutem, ſed requiri etiã bona opera, & uitã chriſtiano uiro conſentaneam?*

Omnes docens inſtituenſque iuxta euangelicam uiam & Apoſtolorum traditionem ambulare atque uiuere, opportune prædicationis menſuram in iudicio diſponens. Nam infantes habitu recenſque natos lacte, hoc eſt ſimplicioribus & primis elementorum rudimentis, ætate uerò perfectos, qui uirilis cibi capaces eſſent, utpotè qui corpore ſimul & animo probè ante eſſent purgati, perfecta & arcana ſapiẽtia nutriebat, plus 4 moribus, quos in ſeipſo præmonſtrabat, quàm ſermone docens, optima uirtutis forma gregi factus. Cõmune enim eccleſię corpus, quod multis uarijsq; cum gentibus & moribus, tum inſtitutis & legibus conſtat, ipſe ſimplex, multiplex, & uarius gubernabat. Simplex quidem rectitudine & ueritate, ab omni uerſutia & fraude alienus exiſtens, Varius autem omni rectæ adminiſtrationis & præfecturæ artificio aptam ſingulis curationem, & uiuendi rationem afferens; & uni quidem ægrotantium unam, alteri uerò alteram ſalubrem medicinam ſapiẽter neceſſarioq; admouebat. Nam & cur-

4 *Hoc eſt optimũm docẽdi genus, plus operibus inſtruere quã uoce.*

rentes hortabatur, ut eorum quæ retrò ſunt obliti, ad anteriora extenderentur; rurſus torpentes ignauoſq; ad imitationem probè currentium impellebat.

Quòd ſi ouis ab ouili aliqua exiluiſſet, longeq; aberraſſet, in ſolitudinibus circum eundo inueſtigabat, fiſtula & paſtoralibus cantionibus reuocabat, omniaq; peragebat & patiebatur, ut quæ errauerat, ſeruaretur. Manum uerò ijs qui à recta uia deflexiſſent, porrigebat, & humi iacentes erigebat. Cæterùm quàm iuſtè delinquentes inſoleſcenteſque & auerſos à diſciplina reprehenderet, quomodoq; eos, qui a proximis iniuria afficerentur, opprimerēturq; uindicaret, quantaq; in delinquentes clementia uteretur, cunctis pœnitentiæ portas pandendo dum eos qui conuerterentur, libenter, hilariterq; tāquam Chriſti imitator admitteret & Nouati duritiem ac ſuperbam elationem, ubi primum uerbum Dei prędicare aggreſſus eſt, a ſacris mœnibus ablegaret. Oratio narrationem eorum, quæ à Demophilo audacter dicta ſunt, leuiter attingens auditoribus declarabit, permittens ut ex lectione eorum, quæ paſtor admirandus ad illum ſcripſit, plenius inſtruantur.

Demophilus iſte unus ex miniſtris illis, qui à Dionyſio diuino inſtitutore ſacris initiati erant, ex prouincia Athenis ſubiecta oriundus per ſacram eius ſanctamq; manuum impoſitionem miniſter ordinatus fuit. Cæterùm qui cenſentur hoc ordine monachi appellantur, hoc cognomine illo maximè tempore nuncupati, qui ad portas templi iubebantur aſſiſtere. Igitur cum proprium hic presbyterum tyrannicè oppreſſiſſet, in adytaque quo procedere illi non licebat, inſiluiſſet, ab altari quoque ac hominum conſecratorum loco illum ſubmouit, nec ſine conuicijs ac contumelijs expulit, quaſi ægrè ac moleſtè ferens, ſacerdotem imitatorem Chriſti, poſt peccata quendā pœnitentiam agentem admiſiſſe, quem uti impium aliquem ac ſceleroſum Demophilus arbitratus, calce expulerat utcunq; ille rubore perfuſus fatenteretur ad medicinam ſe malorum acceſſiſſe, ſibique ignoſci roganter. Cūque Demophilus prorſus illum repuliſſet, magnum quiddam ſibi uiſus eſt præſtitiſſe. Itaque magnificè glorians maximo paſtori, quæ peracta eſſent communicat, ad quem epiſtolā illam maximè utilem, ac ſapientiſſimam, omni uirtute ac diſciplina refertam uir diuiniſſimus ſcripſit, qua inenarrabilem benigniſſimi Domini noſtri Ieſu Chriſti circa nos præſertim pœnitentiam agentes miſericordiam, & ſuam ipſius Deo ſimilem commiſerationem declarauit, horrenda hiſtoria in medium allata, quam uobis, qui ingenti animi ardore geſta laudatiſſimi patris glorioſa libenter audire conſueuiſtis, proponam.

Si libet (inquit) diuinam ſancti cuiuſdam uiri uiſionem memora-

bo, neque irriſeris, uera enim dicam. Cum aliquando Cretam appuliſſem, ſanctus Carpus hoſpitio me ſuſcepit, uir ſi quiſquam alius, ob ingentem animi puritatem diuinis ſpeculationibus aptiſſimus: qui nec ſanè prius s ſancta myſteriorum ſacrificia aggrediebatur, quā inter primas preces, quæ ante ſacrificiū peraguntur, ſacra illi ac propitia uiſio apparuiſſet. Ipſum igitur (ut idem aiebat) infidelis quidā aliquando triſtitia affecerat. Triſtitia autem hæc erat, quòd quendā ille ab eccleſia ad impietatem abduxerat. Cūque Hilariorum ab ipſo feſti dies agerentur, & pro utriſque (ut uirum bonum decebat) preces effundere. Deumq; ſeruatorem in auxilium accipere debuiſſet, ut alterum quidem ab errore conuerteret, alterum uerò benignitate ſuperaret, nec omni uitæ tēpore ab admonendo deſiſtere, ut eos hac ratione ad Dei cognitionem adduceret, & quæ in controuerſiam uenerant, tandem aliquando iudicarentur, ut quæ temerè per audaciam patrata eſſent, iure legitimo emendare cogerentur: is (cum id non prius ſibi contigiſſet) neſcio quo pacto tum magno quodam odio, ac amaritudine, animo intabuit, itaque malè affectus (erat enim ueſpera) obdormijt.

Cæterùm media nocte (ipſe nāque conſueuerat hoc tempore ad diuinas laudes apud ſe uigilare) ſurrexit, cum neque ſomnos ipſos, nam & multi & crebro interrupti fuerant, abſque perturbatione cepiſſet, nihiloſecius ad diuinam colloquutionem ſtans, indignè triſtabatur & moleſtè ferebat, non eſſe iuſtum aſſerens, ſi uiri impij, quiq; peruerterent uias Domini rectas, uiuerent. Et cum hæc diceret, Deū obſecrabat, ut fulmine aliquo amborum uitas ſine ulla miſericordia prorſus abrumperet. Quæ cum dixiſſet, confeſtim ſibi uiſum eſſe uidere referebat, domum in qua erat, primum quidem a ſummo culmine pernotam, in duas partes mediam diuidi, ac rogum ante ſe magni luminis, & hunc (locus enim deinceps ſub diuo eſſe uidebatur) e cœlo ad ſe uſque deferri, cœlum uerò ipſum apertum, & ſuper dorſo cœli Ieſum, cui innumerabilis Angelorum multitudo humanam effigiem præſe ferentium aſſiſtebat, & hęc quidem ſuperne uidiſſe, admiratumq; eſſe carpus aiebat.

Cûm uerò in terram oculos deflexiſſet, ſolū ipſum inſtar immenſi ac profundi cuiuſdā hiatus diſciſſum ſe uidiſſe dixit, & homines quidem illos, quibus mala imprecatus fuerat, ante ſe iuxta os hiatus illius conſiſtere trementes ac miſerabiles, ut parum abeſſet, quin præ pedū ſuorum inconſtantia iamiam deijciendi uiderentur: uerum ſub hiatu ſerpentes ſurſum repere, & circa pedes illorum ſeſe mouentes, interdum quidem in ſpiram contractos, ſimul ingrauare, atque pertrahere, interdum uerò dentibus, caudiſq; adurentes, irritanteſq;, ut qui in uoraginem illos præcipitare omnino molirentur. Fuiſſe etiam uiros

s Quid hic appellat Dionyſius ſancta myſteriorū ſacrificia, niſi Miſſæ celebrationē? Vt eos confundat qui noſtro tēpore negant Miſſam eē ſacrificiū.

quoſdam,qui in medio pro ſerpentibus contra uiros ſimul irruerent, perturbarent,impetum ſimul facerent,ac ferirent. Porrò illi iamiam caſuri uidebantur,alij quidem inuiti,alij uerò uoluntarij,cum a malo ſenſim cogerentur,ſimulque inducerentur.

Hic Carpus dum inferiora aſpiceret,plurimum ſe lætatum,ac ſuperiora neglexiſſe dicebat,moleſtè uerò grauiterq; tuliſſe,quod necdum cecidiſſent,ſępeq; cum in hoc negocium incumberet,nihil profeciſſe,ac propterea indignatione affectũ illis imprecatũ eſſe:Moxq; cum ſurſum oculos eleuaſſet,uidiſſe rurſus dicebat cœlum, ut prius uiderat,Ieſumq; factum illud miseratũ de excelſa illa ſede ſurrexiſſe, ac ad eos uſque benignam illis manum porrigentem deſcendiſſe, Angelos item cum ipſo ſimul,alium aliunde aſſumentes,pro uiris illis reſtitiſſe, Ieſumq; Carpo,manu adhuc extenta,dixiſſe. Deinceps me hoſtiliter percute, paratus enim ſum denuo pro hominibus iterum ſeruandis mortem oppetere. Hoc mihi perantiquum fuerit,dum ne cęteri homines peccent. Intuere,præterea num uſui tibi futurum ſit, hoc in hac uoragine & cum ſerpentibus domicilium,cum Dei,ac bonorum,& humani generis peramantium Angelorum cõſortio permutare. Hęc ſunt quę ego audiui, ueraq; eſſe credo.

Omnino ſanè in admiranda diuina illa uiſione, ampliſſimi ſacerdotis clementiam circa genus humanum non minus admirati eſtis, quàm clemẽtiſſimi erga nos ſummi ac maximi ſacerdotis Chriſti benignitatem. Hac audita uehementius etiam admirabimini,ſi Apoſtolica certamina,curſusq;, atq; dona cœleſtia audieritis,quibus illuſtris factus per totum orbem terrarum emicuit. Nõ enim Athenienſium ſolum paſtor & magiſter fuit,ſed magiſter magiſtrorum, paſtor paſtorum,cauſarum cognitor,& legum lator fuit. Neque in Græciæ finibus curſus illi terminatus eſt, ſed uſque Illyricum Paulum ducem ſuum & ſacrorum inſtitutorem proximè ſequutus eſt. Cum enim Apoſtolicam gratiam & ſignorum poteſtatẽ accepiſſet,inſtar Apoſtoli ubique tãquam auis percurrebat; euangelium ueræ uitæ prędicabat,ſagenis Apoſtolicis,retibusq;, quibus uiui homines caperẽtur, ex ignorationis profundo erroris caligine oppreſſos ad ueritatis lucẽ prouehebat. Nam quòd iis,quibus per uarias regiones atque inſulas eccleſiarum præfectura officiumq; concreditum erat,tãquam doctor & alius quidam ſummus Apoſtolus,exemplaria doctrinæ, & monita recondita proponeret,apertè declarant decreta illa diuina, & myſtica præcepta quæ ab ipſo tradita leguntur ſanctiſſimis Epheſiorũ, Smyrnenſium, atq; Cretenſium præſulibus,Timotheo,Polycarpo, & Tito,quos ipſa ſacroſanctę eccleſiæ fundamẽta,Apoſtolos,loquor, in epiſcopos antea deſignarant.

Quòd uerò curſum etiam Apoſtolicum perfecerit, & admirandis

dis æditis miraculis diuinitus glorioſus apparuerit, multa quidem & alia fidem facient, quibus ſequens oratio quaſi in tranſcurſu manifeſtando percurret, grauia certamina, quæ ille fortiſſimè dimicauit. Sed in primis nubes illa, quæ ab Occidentis partibus abreptum ſublimem ipſum abſtulit, perq; aërem ambulantem & elatum abduxit, uti etiam ſummos Dei inſpectores, & Theologos Apoſtolos alium aliunde repente è finibus terræ in celeberrimam cõmunem omnium Chriſtianorum matrem Hieruſalem aſportauit, & in excelſa diuinorum myſteriorum arce ſion eccleſiarum matre, cæteris Chriſti diſcipulis copulauit, cum Dei matris innocentiſſimæ corpori iuſta perſoluerentur, quod ob æditum filij Dei partum, qui ex ipſa natus eſt, & ortum carnis ineffabiliter accepit, cum eaq; familiariter uixit, magnis honoribus auctum à cœleſtibus Angelorum ordinibus plurima cum pompa elatum eſt. Et ipſius delubrum mirandum in modum extructum ſanctiſſimis diuiniſq; Apoſtolorum capitibus & manibus ex ſion in Geſſemani translatum, linguis diuino ſpiritu percitis, igneis ac diuiniſſimis laudatum, & gloria cumulatum eſt. Hinc Virgo integerrima, quæ omnibus cœleſtibus poteſtatibus ſublimior eſt, & omni creationi dominatur, poſt celebratam eius memoriam ad ſublimiorem cœli requiem eſt aſſumpta.

Ecce uerũ quod uulgo dicitur, Apoſtolos oẽs ſanctiſſimæ Dei Genitricis exequijs interfuiſſe, diuiniſq; illorum capitibus & manibus eius funus fuiſſe elatum.

At diuini ipſius præconis uerba audienda ſunt: Neq; enim de Angelico ac decentiſsimo Choreæ illius per aërem euolantis aduentu teſtis alius fide dignior inueniri poſſet. Et ſanè hoc ipſum quoque per quàm accuratè à nobis obſeruatũ eſt, ut quæ præceptor ipſe diuinus manifeſta demonſtratione tradidit, nos non attingamus, ne idipſum tractaremus eloquia, quæ ab ipſo propoſita ſunt, repetentes. Siquidẽ apud Præſides noſtros nũmine afflatos, & nos (ut ipſe noſti) & pleriq; ex ſanctis fratribus noſtris ad uiſendum corpus illud, quod uitæ nobis principium attulit, Deumq; ſuſcepit, conuenimus. Aderant præterea Iacobus frater Domini, & Petrus ſũma, & maximè ueneranda. Theologorum maieſtas. Deinde uiſum eſt, ut omnes ſacri præſules poſt uiſionem illam, præpotentem diuinæ imbecillitatis benignitatem pro uiribus quiſque ſuis celebraret. Porrò poſt Theologos, omnes (ut noſti) ſacros doctores ſuperauit totus admiratione plenus, & præ ſtupore extra ſe poſitus, & eorum, quæ laudabat, cõmunione affectus. Idcirco ob ea omnia, quæ audita ſunt, & oculis perſpecta ſiue intellecta, ſeu non intellecta, numine afflatus eſſe, & diuinus laudandi magiſter eſt iudicatus. Quid ſi ea tibi quæ illic diuina ratione tractata sũt, eloquar? Etenim niſi mei penitus ſim oblitus, ſcio me partes quaſdam diuinarum illarum laudationum abs te ſæpius audiſſe.

Hierotheum inſtitutorem ſuum intelligit.

Quamobrem nullus dilectiſsimi, orationi fidem habere detrectet, cum eos qui circa Cornelium fuere, animo reputauerit, nam & illi nõ

aliter ac qui cum Petro, Ioanne, & Iacobo fuerunt, gratia ſancti ſpiritus ſub forma linguarum impleti, linguis loquuti ſunt, & ædendorum miraculorum poteſtatem acceperunt. Quomodo enim qui quoquouerſum erant diſperſi, atque alius aliò hoſpitium dirigere, & munus Apoſtolicum exequi mandatum habuerant, ſic breuiſsimo tempore iuncti ſimul conueniſſent, niſi uehiculo diuino nubi ſimili quiſque dignus habitus eſſet? Et quidem omnibus, qui in initio ſalutaris prædicationis in uera fide ambulantes ab ipſa diuina luce illuminati ſunt, genera linguarum, ſanitatum dona, diuerſarum uirtutũ operationes abundè à ſpiritu cœleſtium donorum largitore, & boni totius fonte, nedum magno illi Dionyſio Apoſtolorum coæuo ſunt impertita.

At ſacra inuicti ipſius martyrij tuba, opportunè ſonans, diuina ipſius certamina ingredi, ac intueri hortatur, orationemq; ad glorioſa ipſius facinora celebranda transferre. Veruntamen anteq̃ de Martyrij ipſius progreſsibus dicere incipiamus, illud benignos auditores ſcire oportet, q̀ ſcripta Deo plena diuini præconis, ſacriq; martyris, cuius laudes nobis propoſuimus, ſequentes, beatum eius Agonem in poſtremis Traiani Regni diebus fuiſſe accepimus. Nam in Quarto narrationis de diuinis nominibus, Capite, Vbi amoris appellationem laudat, dicit: Iam uerò quibuſdam ex noſtris ſacrorum tractatoribus uiſum eſt, amoris nomen, q̃ dilectionis eſſe diuinius. Scribit enim & diuinus Egnatius. Amor meus cruci ſuffixus eſt. Hoc enim uerbũ diuinus Egnatius extremo ſupplicio Romæ dimicaturus, ac leonibus imperio Traiani Regis cibus proijciendus, circa nonum Regni ipſius annum, deſæuientis contra Chriſtianos pietatis amantiſsimos, Romanis per Epiſtolam ſcripſit. Vt hinc liqueat, ſub finem Tyrannicæ ſæuitiæ (ut pridem diximus) Dionyſium ſacrorum interpretem mortem occubuiſſe.

Verum cum ad beatiſsimum Ioannem ſcriberet, tonitrui filium, ac omnibus cum terrenis, tum cœleſtibus ſublimiorem, qui de rebus diuinis inſtar tonitrui loquutus eſt, quiq; in Patmo, edicto Domitiani poſt Titum fratrem eius Regnum adepti (ambo enim Veſpeſiani filij fuere) exulauit, cum circa ultimum Regni eius annum contra fideles deſæuiret, propheticè (hoc cum futurorum prædicendorum gratia inſignitus eſſet) prænunciando dixit: Nos certè nullum infortunium priuabit Ioannis radio omnia colluſtrante, nunc quidẽ memoria & innouatione tuæ ueræ Theologiæ cõſequentes, paulo uerò poſt (dicam enim, etſi hoc temerarium uideatur) uobis ipſis coniungendos. Sum autem omnino fide dignior, ſi ea quæ à Deo didici, quæq; tibi præcognita ſunt, etiã dixero, quod ex Patmi carcere liber dimitteris, & in Aſiæ regionem reuerteris, ibi imitanda rectitudinis exempla peracturus, & ea poſteris traditurus.

Domitiano igitur nõ multo poſt uita functo, iuxta oraculum ſummi Patris Apoſtolicis & propheticis donis inſigniti, Nerua Regnum adeptus eos, qui in exilio erant, reuocauit. Tũ uerò Euangeliſta quoque maximus in Epheſiorum metropolim ciuitatem reuerſus eſt, & oraculum rei euentus comprobauit. Porrò cũ iam Nerua ipſe quoq; deceſsiſſet, qui habenas Romani principatus moderabatur, imperiũ ad Traianum Regem deuolutum eſt, qui contra Scythas Thracesq;, ac quamplurimas alias gentes parta uictoria elatus, exiſtimauit nemini imperare poſſe, niſi etiam uenerandam, ac piam Chriſtianorũ congregationem cultui & adorationi dęmonum, qui ſunt deteſtanda ſimulachra ſubderet. Proinde atrox illis bellum indixit, & uniuerſam eius ditionem cruore martyrum, quoquouerſum ſæuiſsimis quæſitoribus dimiſsis, inebriauit, mandans, ut ipſi omnes Chriſtianos ſimulachris ſacrificia facere improbè cogerent, non obtemperantes autem omni ſuppliciorum genere interimerent.

Beatus igitur, terq;, ſæpiusq; beatus Dionyſius ſeptuageſimũ ætatis annũ agens, per mille opprobria, tormenta, bella, & pericula mortis cum à ſuæ gentis hominibus, tum interdũ ab fide & religione coniunctis, domeſticisq; philoſophis, præſertim inſipientibus, tranſiuit, & tam ingenti barbarorum ac gentilium incolendis ſimulachris inſanientium multitudini, necnon ferociſsimę impiorũ ac crudelium Hebræorum diſperſioni expoſitus, curſum duplum peregit eius, quem Paulus, qui multũ decertauit, quiq; cœlis illatus eſt, fecerat, quatenus præſertim ad temporis longitudinẽ ſpectat, & uarios populos, quos ſignis & prodigijs ab ipſo uirtute ſancti ſpiritus æditis, fidei, quæ in Chriſtum eſt, conciliauit; dum primæ perſecutionis longiſsimos, ac moleſtiſsimos curſus perageret, quos perſecutorum primus, & omnium quotquot unquam regnauerunt, peſsimus atque impuriſsimus Nero contra Chriſtianum populum excitauit, qui & ſummos Chriſti diſcipulos de medio tulit. Reliquas uerò tempeſtates, quæ ſubſecutæ ſunt, quas inſania Domitiani contra fideles adduxit, cum fortiter pertuliſſet, in omnibusq; probatus apparuiſſet, celeberrimam gloriam retulit.

Quare fama uelox quocunq; permeans clariſsimum eius nomen aſperrimis Traiani auribus inſonuit, Apoſtolicũ eius curſum, quem ubiq; uelocem ambierat, inſtar tonitrui annuncians, multũ item ſudorem, laborẽ, poteſtatẽ, cum in uerbis, tum in factis, quibus diuiniſsima & ſalutaris fides prædicata ſignis atq; miraculis ab ipſo admirabiliter æditis confirmaretur, atq; dilataretur, gentilium uerò ſuperſtitionem & cultum ſimulachrorũ infamari, atq; diſſolui. Quas ob res, Tyrannus furens, turbatus quoſdam animo ut feræ crudeles, qui Phalarim, Echetumq; ſæuitia, imanitate, ac crudelitate ſuperare dicerentur, ad

partes Occidentis deſtinauit, iniuncto illis onere ueſtigandi ac perſequendi diuini præconis; & ſicubi illum decretis Regijs cedere, Demonibus inſeruire, ac ſacrificare reperiſſent, honoribus decorarent, ipſumq; hominum corona ſtipatum ad ſe deducerent: Sin minus pareret, ibidem capitis obtruncatione puniretur.

Igitur miniſtri diaboli ſæuiſsima Tyranni præcepta implentes, tanq̃ equi quidam ſtimulis agitati, uel famelicæ feræ ad uenationem excitatæ, in Galliam regionē cucurrerūt, ibiq; gregarios quoſdam ſimulq; plebeios ſolicitabant, ut celeberrimū diuinū præconem inquirerent. Qui ſanè cum in Pareſia paruo oppidulo, quod ſic appellatur, eum inquirentibus eſſet oſtenſus, eò celeriter properarunt, ipſumq; caliginem, ac in colendis ſimulachris errorem & inſaniam, tum ueritatis præconio, tum diuinæ doctrinæ ſplendore, ac miraculorꝝ prodigijs propellentem offenderunt. Oculis enim cęcorꝝ lux reſtituebatur, ſurdorꝝ aures aperiebantur, linguæ mutorū ſoluebantur, inceſſus claudorum conſtringebantur, uarijs morbis obſtricti, implorato ſeruatoris omnipotentis auxilio, per admirandæ ſanctitatis eius miniſtrum mira facientē, ac in tenebris ignorantiæ poſitos ad cognitionis & ſalutis lucē adducentem, liberabantur. Interim enim fidelium multitudo augebatur, Deoq; per Galliam, ac magnam Germaniæ prouinciam delubra ponebantur: numerus uerò ſuperſtitioſorum decreſcebat, & ſimulachrorum templa diruebantur, Beliarq; hoſtis poteſtas & fraus conculcabatur, iſq; in triumphum ducebatur.

℞. Quamobrem miſer non ferens cernere ſuā ipſius potentiam diſſolui, obedientes & miniſtros contra uirum ſanctum potentiæ illius inuaſorem, & dedecoris indicē impulit: qui furibundi cū ipſum comprehendiſſent cū Ruſtico & Eleutherio ſanctiſsimis eius diſcipulis, filijsq; ſpiritu ſibi coniunctis, quorum illum quidem ſacrificum, hunc uerò ſacrorum miniſtrum conſecrarat, ad Tyranni tribunal ſiſtunt. Simul enim ambo decertabant, ac ductoris & præceptoris ſui, quemadmodum etiam Pauli orbis terræ luminis Syluanus & Timotheus, certaminis, & curſus ſocij erant. Hos toruo ac draconis aſpectu intuentes, Leonis rugitu interrogabant, dicentes: O deſpicate ſenex, tunc es ille, qui cultum deorum noſtrorum uetas, populoſq; arte magica, & dicendi artificio, ac præſtigijs confiſus, illos uenerari, & inuictis parêre Regibus reſiſtis, uimq; mandatorum illorum reijcis? Cui nam temet addixiſti? aut qua religione obſtrictus es & quem Deū prædicas?

Ille uerò audaciſsimam illorum contumaciam nihil ueritus, animoſè ualde reſpondit: Veſtræ ego impietatis uaſtator ſum, impuritatis, ſimulachrorum euerſor, ac omnis gentilium erroris diffamator, potentiæ Chriſti unigeniti Dei filij addictus, cui meipſum ſeruū conſtitui, cui etiam ſeruio in ſpiritu meo, qui ante quidem omnia ſecula

ſine affectione,& extra tempus à patre genitus fuit, in fine autẽ ſęculorum ex Maria Virgine ſine ſemine ac corruptione carnem aſſumpſit,& in lucem æditus,in omnibus, præter peccatũ, mortali homini (ut nos ſumus)ſimilis factus,& Cruce ſua ac morte,Diaboli imperiũ, perempta morte,irritũ fecit,ad inferosq; laceros deſcendit, & ibi tenebras diſſoluit,ac eius reſurrectione, quæ tertio die à mortuis facta eſt, lux mundo illuxit, uitamq; & incorruptionẽ attulit; qui unum Deũ in tribus perſonis inconfuſè diuiſis, nempe in patre,& filio,& ſpiritu ſancto docuit uenerari, cum ipſe alioqui unus increatæ Trinitatis exiſtens, ſimul cum Patre ſanctoq; ſpiritu ſempiternus, ſine principio, eiuſdemq; ſubſtantiæ ſit. Hunc uerum Deum prędicamus,hanc puram & irreprehenſibilem fidem annunciamus, pro hac omnia pati parati ſumus,non ignem,non gladium, non immanem ferarum agreſtium feritatem,neque hanc nunc à uobis tormentorum faciem excogitatam pertimeſcimus.

Hanc igitur fortiſsimi ac ſapientiſsimi Senis animi fortitudinem Tyranni admirati, eidem rurſus, eiusq; certaminis ſocijs diſcipulis minas ſpirantes & inſanientes dixerunt: Ita'ne Regum noſtrorum & principum iuſſa decretaq; à uobis contemnuntur, & honor deorum noſtrorum inſuperabilium & poteſtas deſpicitur? At diuus ſacerdos martyrum aciei,cum ob uerborum, tum operum excellentiam anteſignanus,audentius rurſus reſpondit:Faceſſat Regis ac principũ omnis impietas,& edictum Deo contrarium,& ueſtri Dij, qui nec cœlũ, nec terram fecerunt,ut imbecilles, ut uani, ut uerè abominabiles pereant,indigni de quibus uerba fiant,dæmonia enim ſunt,& figurę cacodæmonis conſilio effictæ, & artificioſa manuum hominum opera. Similes igitur illis fiant ſurdi, cęci, ſenſus expertes, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.Nos enim uerum rerum omnium Deum, opificem,curatorem,& uitæ principem agnoſcimus, & ipſum ſolum ueneramur, ac prædicamus, ſpemq; in ipſum ponimus, & pro ipſo mori libenter parati ſumus, nosq; tanq; ſacras uictimas & hoſtias reputamus,& properantes ad hanc iugulationem, ualde gloriamur, ut qui nos denuo reſurrecturos,melioremq; ac beatiorem, perpetuoq; duraturam hæreditatẽ conſecuturos certò credimus, atq; adeò incorruptis coronis decoratum iri. Vos uerò rurſus, quotquot in ipſum nõ creditis,ſed diuinitatem eius,regnumq; uerũ, ſempiternũ, & ſine carens propellentes,miniſtros eius interficitis,ſempiterno igni, & ĩmedicabilibus,perpetuisq; ſupplicijs traditos intuebimur.

Ad hæc flagitioſiſsimi,& ab omni pietate alieniſsimi perſecutores perturbati, ira pleni ac indignatione, frendentesq; dentibus, enſibus eductis,ſanctiſsimo Dei præconi iugulum promptè præbenti diuinũ ſacratiſsimumq; caput,ac deinde capita duorum uiæ,curſus,ac certa-

minum, non minus q̃ prædicationis ſociorum, amputauerunt; dum ipſi ad curſum martyrij ac poſtremi finis certamen ceruices promptè proijcientes, enſisq; ictui alacriter protendentes anteuertere alter alteri feſtinarent, ut non à doctore & ſacro inſtitutore ſuo in hac mortali & ſpinas producente uita omnino relinquerentur, ſed, ut dux, ac præceptor eorum, ad muneratorem Deum breuiter cum eo ſimul conmigrarent: Vt quemadmodum unà in certaminibus laborarant, eaſdem etiam coronas & præmia laboris participes ſimul acciperent. Quo enim pacto qui probè à pueris inſtructi, multisq; ac uarijs exerciti laborioſis certaminibus, diuino Chriſti ipſius amore flagrabant, quibus omnibus, nec corpori, nec animo parcere didicerant, ut ipſo ſolo uero ligno uitæ fruerentur, non doctoris & pręceptoris ſui promptitudinē ad martyrij certamen imitarentur? Sicut enim fortiſsimus exercitus Imperator, qui ſeſe prælio primus exponat, cōmilitonibus animos addit, dum bellicum canere præcipit, & hoſtium exercitibus obuius primus efficitur: Sic diuinorum peritiſsimus ſenex, grauitate ac maturitate ſenectutem aſſequutus, ad beatiſsimam pro Chriſto cędem primus exiliens, coronas uictoriæ prætulit, & dulciſsimos filios ad ſubſequendum, ac eandem beatiſsimam mortem libenter eligendam præparauit.

Quis igitur eum, qui ſeptuaginta annos natus Apoſtolicum curſum confecerit, ſeruatorem Chriſtum prædicauerit, uerbi ſalutaris nobilem, & incorruptam ſementem in terris rationis participibus ſeminarit, copioſam ſpicam meſſuerit, & fructus apprimè nobiles & honoratos in horreis ſacris repoſuerit, dignè admirari poſſet? Quis eum qui hucuſq; temporis Euangelico ritu ſtrenuè ſe geſſerit, ac inter Tyrannos Chriſtum oppugnantes, ac populum leonibus ac lupis oppoſitis ferociorē, uictoriam retulerit, ſatis pro dignitate laudaret? Quæ lingua ad eius uirtutes, rectè facta, & certamina celebranda ſufficeret? Quæ quidem tribus terræ admiratæ ſunt, cœlorum ordines beata prædicauerunt, Chriſtus Rex omnium & præmiorum diſtributor approbauit, & præconijs, quibus uictores ornari ſolent, coroniſq; illuſtribus, tam rectè munus Chriſtianum exequutum, ac decertantem coronauit.

O' ſanctum & diuinum caput pro uero Chriſti amore præciſum. O' plenum plurimis ac maximis rebus diuinis & ineffabilibus caput ſacratiſsimū, quarū mundus non fuit capax, innumeros longoſq; pro diuino præconio labores perpeſſum. O' uirum cū cœleſtis ordinibus incedentem, & ea loquutum, quæ quemlibet ſermonē & ſenſum excellunt. O' diuiniſsimam animam illam, quæ corona ſtipata Angelorum ad 6 cœleſtia culmina euolauit, quā dum magnificè ad gloriæ Dominum & coronatorē Ieſum aſcenderet, pro glorioſis laboribus

6 *Anima Dionyſij corona ſtipata Angelorū, ad cœleſtia culmina euolauit.*

prę̄mijs auctam ſinguli Angelorum ordines laudarunt, ac certamen ipſius prę̄mijs ac laudatione, quę Angelos decet, munerati ſunt. quam communis ipſorum laudator diuinè ac aptiſsimè concinnauit. quam cœleſtis Hieruſalem ſuas ipſius portas aperiens ſinu ſuſcepit ſuo. quam Eccleſia primogenitorum, qui in cœlis aſcripti ſunt, amplexata eſt. quam ſpiritus & animę iuſtorum, piorum, & humilium corde in iuſtitia & ſanctitate, moderata ac diuina animi ęquabilitate in mundo uerſatam, & fidem ad ſanguinem uſque animoſè profeſſam, & pro ipſa martyrio functam, in ſinum ſuſcepit. Ob quam Apoſtolorum chorus decenter gloriatus eſt. In qua uatum ſacrorum cœtus geſtiens exultauit, & celebres conuentus agit, atque lętatur; & eam effuſo proprijs in certaminibus ſanguine floreſcentem, ac quaſi regia purpura tinctam lęti martyres præmijs cumulati ambiunt, & exornant.

Beata igitur prædicanda Ciuitas eſt, quæ tuum maximè uenerandum caput à Deo coronatum, & precioſas reliquias aſſeruauit, atque duorum etiam condiſcipulorum, quos tanquam uictimas immaculatas, & ſuauiſsimi odoris incenſum Deo obtuliſti. O' diuinorum pręconũ, ac ſummorum præſulum, & martyrum ampliſsime * Et ſacro ueſtro cruore tinctam, ex quo medicina quædam ac fontes ad fidem cõfugientibus, & curationem contra moleſtas ægritudines expoſcentibus perenniter profluunt. Quàm uerè beata Pareſia facta eſt, quæ magnitudine quidem Galliæ ciuitatibus cedit, dum uerò te, ò doctorum pręſtantiſsime, theſaurum omnibus mundi diuitijs pretioſiorem in hæreditatem accepit, patronumq́; & excubatorẽ acquiſiuit, ſplendidior cunctis & beatior appellata eſt. Ei enim ut ſanctitudo cœlitus datus es, qui cœtum ciuium & aduenarum Chriſti 7 colentem ſanctum efficeres; Datus es ei etiam ut cœleſtes diuitiæ, quæ delitias pręberent, non eas, quæ ſupercilium corporis attollunt, dulcemq́; ad breue tempus guſtum exhibent, & celeriter labuntur, atque deficiunt, quas terra & mare producunt, & ſinus Ierius, ac fluuius piſcoſus, profundusq́; cũ ſtagnantibus Nili fluentis certans circũambit, atque circũſonat. Murus munitiſsimus es oppoſitus, non labentibus & politis electis lapidibus erectus atque extructus, propugnaculis, turribus, & murorum faſtigijs ut ferreum ſeptum innixus, ſed tua tuorumq́; cõmilitonum conſecratione fundatus, ueſtriſq́; erga Deum benignis precibus ignem è cœlo deducentibus fundatus, quæ quinquagenarios & centuriones, ac millenarios impios cum barbaricis illorũ exercitibus abſumant. Salutaris portus propoſitus es, ſuſcipiens eos qui ex uitæ huius tempeſtate ſecedunt: & pratum particeps ſenſus ac rationis, quod omnigenam circumiacentem temeritatem, tanquam hortus ille, qui erat in Edem, arceat. In hac tuum ſanctiſsimum templum erectum

** deſunt nonnulla.*

7 Ecce quomodo ex ſanctorum memoria illorumq́; uenerabilibus ſepulchris ciuitates ſanctificantur.

eſt,quod omne ſingulari benignitate fidelibus refrigerium præſtat,ac quibuſlibet ſpiritus alimentis appoſitam mēſam implet,quæ animas ſaciat,florere compellit,atque incorruptam uitam elargitur.

Es igitur Pareſiæ diuino & ſublimi altari impoſitus inter eos,qui tecum coronati ſunt medius aſsiſtens,benignum Ieſum uerū Deum, ſummumq; ſacerdotem,coronatorem,& omnis benignitatis auctorē uniuerſo mundo propitium reddens,quem dilexiſti, quē prædicaſti, per quem capite truncatus coronam dignē retuliſti;nunc eos,qui in ſacram,ac uenerandam hanc tuam 8 celebritatem,& optatiſsimā memoriam celebres conuentus agunt,laudantes, ac martyrium præmio dignißimum honorantes,aſpicere,amplexari,atque ijs bene precari, ac benignum Deum propitium reddere, & precibus compellare uelis,te,maxime ac diuiniſsime Præſul,martyrum illuſtriſsime, obſecramus,ut à moleſtia uitæ,quæ nos circūſtat,liberare,Tyrannidem,quæ in nos graſſatur,tollere,mœrorē, quo obſiti ſumus,repellere,tranquillitatem, ac profundam requietem & ſtatum perturbatione uacuum Eccleſijs impertiri dignetur:ut pace conſtituta,& una diuinæ religionis concordia,& paritate conſilij dominante,uerus & ſummus ille paſtor, & princeps pacis Chriſtus ab omnibus unanimiter glorificetur. Quem decet omnis gloria,& honor,& imperium cum eius patre,qui principio caret,eiuſdem ſubſtantiæ,& ſpiritu ſancto benigno uitæq; datore,nunc,& ſemper,& in perpetuas ſeculorum æternitates. Amē.

8 *Vide num antiquus Eccleſiæ mos fuerit in ſanctorum feſtiuitatibus ſolēnes conuentus apud eorum Eccleſias agere.*

Vide num ſancti in cœlo pro nobis orent.

Vide num antiqui patres ſanctos inuocarēt, nec ob id timebant obtenebrari neceſſariam dei inuocationem.

ALOYSIVS EPISCO: PVS VERONENSIS

LECTORI BENEVOLO.

ERamus anno ſuperiori Tridenti generale Cōcilium celebrantes. Cumq; die quadam honorabilis apud nos (ut crebro fieri ſolebat) doctorꝫ uirorum haberetur Conuentus, de uitis ſanctorū mentio fieri cœpta eſt. Rogabam ego celebrē illum conſeſſum,ut ſi quid eis dignum occurreret,quod pro huiuſmodi negotio facere uideretur,in medium afferrent. Tūc amicus meus perdilectus Doctor Arz Canonicus Palentinus, uir in diuinis ſcripturis exercitatus,bonarum literarum cultor,& uitæ innocentia præfulgens,ea, qua ſolebat ſemper mecum uti libertate,hortatus eſt ut quaſdam ſanctorum uitas per Suidam Gręcum ſcriptorem, qui etiam Lexicon compoſuit,deſcriptas in latinum ſermonem transferri curarem, noſtriſq; Tomis adiungerem. Vt uerbum hoc protulit Doctor,obſtupui, fateor,

teor, licet non illi apertè tunc contradixerim, non enim mihi res congrua uidebatur, ut ſcripta per eum, qui dictiones Græcas collegiſſet, tantæ eſſent authoritatis, ut inter tot probatiſsimos authores computarentur. Verum cum poſtea ſcriptorem diligentius expenderim, noui eum boni apud omnes hominis eſſe, & paulo poſt Magni Conſtantini tempora floruiſſe, ut qui in uita Domini noſtri Ieſu Chriſti quã ſcribit, quædam ſe à nonnullis qui Philippum quendam ipſius regis tempore uiuentem, eaque referentem uiderant, audiſſe teſtetur. Vidi etiam grauitatem, pietatem, ſobrietatemq; uiri in ſcribendo, ex quo factum eſt, ut in ſententiam præfati Doctoris amici mei facile deſcenderim, has per eum ſcriptas uitas non indignas eſſe quæ huic operi ſubnectantur. Quod me uerum dicere, has tu legendo, facile comprobabis.

VITA AGAPETI EPISCOPI PER SVIDAM ſcripta, & per Albertum Linum Clericum Veronenſem nuper interpretata.

Habetur in libro de quo i præfatiuncula.

AGapetus Synadorum Epiſcopus fuit, quẽ quidem Euſebius Pamphili magnopere cõmendat, eximiaq; per ipſum ædita miracula cõmemorat, montes uidelicet, fluuiosq; è proprijs ſedibus in alias tranſlatos, nec non mortuos ad uitam reuocatos. Ad hęc quod Maximinus eum, dum rei militari operam daret, ut Chriſtianum uoluit de medio tollere, quippe quòd multos pręclara illius facinora demirari intelligeret.

VITA ANGELII EPISCOPI CONSTANtinopolitani per eundem Suidam ſcripta, eodem quo ſupra Interprete.

Habetur ubi ſupra.

ANgelius Valente Imperatore Conſtantinopolis Epiſcopus fuit, Apoſtolicam uitam agens. Nam diſcalceatus toto uitæ ſuæ tempore inceſsit, atque unica uſus eſt ueſte, ut euangelium dictum ſeruaret.

VITA ALEXANDRI EPISCOPI ET MARtyris per eundem Suidam ſcripta, eodemq; Interprete.

Vbi ſupra.

ALexander Hierapolis Epiſcopus, & martyr ſcripſit, Quid noui Chriſtus introduxit in mundum, nimirum librum ſententijs plenum nouem diſtinctum capitibus.

Habetur in libro de quo ſupra.

VITA ALEXANDRI ANTIOCHIÆ EPIſcopi per eundem Suidam ſcripta, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

ALexander Antiochiæ Epiſcopus fuit Ioannis Chryſoſtomi tempore, qui uitam dignitati ſuę pontificię conſonam uixit. Nam quum omnem ætatem ante Epiſcopatum cum ijs egiſſet, qui monaſticæ ſe diſciplinæ, exercitationiq; dedidiſſent, quumq; in eo uitæ genere ſe ſe & ipſe diutiſsime exercuiſſet, ſane ꝙ egregius athleta cum cæteros inſtituendo, tum uita, quæ docebat, confirmando euaſit. Hic Porphyrio ſucceſsit. Cæterum ille quidem inſigni claruit prudentia & grauitate. At Alexander uitæ auſteritate, & ſapientiæ ſtudio, uitaq; inopi, & dicendi copia, ſexcentiſq; alijs eximijs gratiæ dotibus præſtitit.

Vbi ſupra.

VITA MACEDONII, THEODVLI, ET TAtiani martyrum per eundem Suidam, eodemq; Interprete.

IVliano apoſtata Imperatore in paruo Phrygiæ oppido, cui quidem Amachius gentilis ferus homo præerat Macedonius quidam, Theodulusque, & Tatianus quum Zelo Chriſtianæ religionis in aperta templa noctu irruiſſent, Dæmonum ſimulacra deturbata comminuerunt. Qui ſanè hac de cauſa multis uerberibus, ſupplicijsq; excruciati, focoque, & igni impoſiti plectebantur. Verum his tunc uerbis animi fortitudinem demonſtrarunt, ſi aſſatas carnes Amachi edere concupiſti, uerſa nos etiam in alterum latus, ne deguſtati tibi ſemicocti uideamur. Atque hoc modo conſummati ſunt.

Habetur ubi ſupra.

VITA AMO, ET DIDYMI MONACHOrum per eundem Suidam, eodemq; Interprete.

AMos Ægyptius quũ eſſet adoleſcens, à ducenda uxore abhorrebat. Poſtea uero quàm ex propinquis nonnulli ipſum ne in matrimonium iniurioſus, contumelioſuſq; eſſet, ſed ut potius uxorem duceret, cõmonuiſſent, tandem exoratus nuptias amplectitur, pluribusq; uerbis ſponſam uirginem adhortatus, ad extremum, priuſquàm conuenirent, perſuadet, ut unà ſecum 1 mundanæ uitæ nuntium remitteret. Cui quum ambo renunciaſſent, in montem Nitriæ ſecedunt, ſimulq; breue quoddam tempus monaſticæ uitæ inſeruientes, mox ſeorſum in eo ſe uitæ genere exercuerunt. Huius Amo anima dũ 2 aſſumeretur in cœlum, ab Antonio conſpecta fuit. Hic

1 Ecce quomodo ante conſummationem carnalis copulæ, uterque coniugum poteſt religionem amplecti.

2 D. Antonius uidit Sancti animam dum aſſumeretur in cœlum.

nunq; ſe ipſum nudum inſpexit, dicens, dedecere monachum etiam proprium corpus nudum intueri.

Extitit autē & alius monachus Didymus nomine, qui quū annos nonaginta uixiſſet, toto eo tempore uſque ad obitum cum nullo unq; homine conuictum, ſocietatemq; habuit.

VITA AVXENTII EPISCOPI ET CONfeſſoris per eundem Suidam, eodem Interprete.

Vbi ſupra.

AVxentius Mopſueſtiæ Epiſcopus fuit, unus ex numero eorum qui inter illuſtres confeſſores nominantur. Meruit autem primū magna cum laude ſub rege Licinio, fuitq; unus ex eius ſeruis à manu, quos Latini Notarios appellant. Cæterum genus confeſsionis huiuſmodi fuit. Erat in quadam regiæ aula fons aquæ, & ſuper ea ſimulacrum Bacchi, uitisq; magna circumiacens umbroſum ualde, & circunquaque condenſum locum omnem reddens. Huc quum Licinius animi, ſeceſſusq; cauſa ſe contuliſſet, Auxentio, & compluribus alijs ex turba ſeruorum eum aſſectantibus, uitem conſpicatus, racemum quendam animaduertit ſpecioſum, ac prægrandem ex palmitibus pendentem, quem Auxentio præcidendum mandauit. Ille uerò educto q; primum gladiolo, quem femoralibus appenſum geſtabat, nihil mali ſuſpicans deſecuit.

Ad quem Licinius, pone, inquit, racemum ad pedes Bacchi. At ille nequaquā, ô Rex, reſpondit, Chriſtianus enim ſum. Licinius autem, ergo hinc abibis exauctoratus. De duobus enim alterū facias neceſſe eſt. Porrò nihil ille cunctatus, & cingulum ſoluit, & lætus quo erat habitu è regia exceſsit, quem aliquanto poſt Mopſueſtiæ Epiſcopum urbis præfecti conſtituerunt.

Huius autem frater natu minor Theodorus fuit, unus ex eorū numero qui Athenis literarum ſtudio operam dedere, qui & ipſe poſtea Tharſi Epiſcopatum ſortitus eſt.

VITA BABYLÆ EPISCOPI ET MARTYris per eundem Suidam, eodemq; Interprete.

Vbi ſupra.

BAbylas Antiochiæ Epiſcopus fuit. Hunc aiunt Numeriano, alij uero Decio Imperatori dæmonis cuiuſdam impulſu in frequentem eccleſiam ingredi uolenti, pro foribus ſe ſe oppoſuiſſe, dicentem ſe pro uiribus lupum in ouile introire nequaquam paſſurum. Numerianum uero ſeu populi ſeditionem ſubueritum, ſeu quòd alioqui ſententiam mutaſſet, confeſtim quidem ab ingreſſu eccleſiæ ſibi temperaſſe.

Cæterum indignatus quod ab Epiſcopo aditu in Eccleſiam fuiſſet prohibitus, ubi ſe in regiam recepit, illum ad ſe accerſi iuſsit, ac primũ quidem de ea reiectione illum eſt criminatus, deinde dęmonibus iuſsit ſacrificare, ſi illati criminis pœnam uellet effugere. At ille ad obiectam criminationem reſpondit, ſuas eſſe partes dicens, qui paſtorem ageret, omnia quę ad gregis ſalutem pertinent alacri animo ſuſcipere, oblatamq; reſpuit conditionem, nullo modo ſe cõmiſſurum affirmans, ut deſerto uero Deo exitialibus dęmonibus Dijs falsò nominatis ſacra faceret. Poſt hæc Numerianus ut eũ à ſententia minime deduci poſſe perſpexit, catenis & compedibus conſtrictum ad necem rapi iuſsit cpite mulctandum.

Ille uero dum ad ſupplicium duceretur, hæc ex pſalmo excerpta uerba cantabat. Conuertere anima mea in requiem tuã, quia Dominus benefecit tibi. Aiunt inſuper tres etiam pueros fratres adoleſcentulos admodum in eius diſciplina educatos, à rege fuiſſe correptos, quumq; & ipſi uarijs licet tormentorum admotis generibus affecti, Dijs tamen hoſtias immolare recuſaſſent, capite obtruncatos fuiſſe. Qui ubi ad locum ſupplicio conſtitutum perueniſſent, eos ante ſe Babylas collocatos priores gladio obiecit, ne ipſorum quiſpiam conterritus mortem ſubter fugeret. dumq; illis caput à ceruicibus abſcinderetur, his uſus eſt uerbis. Ecce, inquit, ego, & pueri, quos dedit mihi Deus. Mox & ipſe ceruicem carnificis gladio porrexit, quum tamen prius ijs, qui eius corpus collecturi erant, mandaſſet, ut catenas, & compedes unà ſecum in ſepulchro conderent, ut hæc, inquit, humato mihi ſint ornamentum. Ac nunc cum ipſo hæc, ut aiunt, ſunt condita.

Vbi ſupra.

VITA BASILII CÆSARIENSIS EPIſcopi per eundem Suidam ſcripta, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

BAſilius Cæſareæ Cappadocum, quæ prius Mazaca uocabatur Epiſcopus fuit, Gregorij Nazianzenorum Epiſcopi ſodalis. Ortus eſt autem ex ualde illuſtribus parentibus, Baſilio uidelicet, & Emmelea, quorum cognatio generis antiquitate Clariſſima fuit, uir eloquentiſſimus, ac 1 diſciplinis omnibus eruditiſſimus. Hic multa ſcripſit, inter quæ illa præcipue admirationi ſunt, quæ in exahemeron cõſcripſit. Compoſuit autem libros egregios aduerſus Eunomium, & opus de Spirituſancto, nouemq; homelias in Exahemeron, Alium item librum de monachorum officijs, De Virginitate alium, Laudationem in quadraginta martyres, Alium in Gordium, in Barlaam, in Iulittam. Extant etiam ſermones morales in diuerſos

1 Si ſanctus hic uir eloquẽtia & omnibus diſciplinis fuit eruditiſſimus, cur hoc tẽpore quidã illarũ ſtudiũ tãquã inutile damnant, & a ſancta eccleſia explodere uolunt?

pſalmos,

pſalmos, Diuerſæ item epiſtolæ, quibus nihil præſtantius, ad Libaniũ ſophiſtam, & Gregorium amicum, atque ad alios complures. Huius autem Baſilij & Philoſtorgius in ſui temporis hiſtoria mentionẽ facit, ſic ſcribens.

Baſilius enim illis temporibus Cæſareæ Cappadociæ floruit, & Gregorius Nazianzi quod oppidum publicum Cappadociæ eſt diuerſorium & Apolinarius Laodiceæ, quæ eſt in Syria. Porrò tres iſti uiri eo tempore pro conſubſtantialitate Spiritusſancti aduerſus eos, qui illum alterius eſſe à Patre & Filio ſubſtantiæ aſſerebant, acriter decertabant, longo interuallo omnes, quotquot antea, & poſt ad meã uſque ætatem eiuſdem hæreſis fautores, defenſoreſque fuerunt, ſuperantes, adeo ut Athanaſius præ illis puer habitus fuerit. Nam cum externarum, quæ uocantur, diſciplinarum erant peritiſſimi, tum ex ſacris ſcripturis quæcunque populo prælegũtur, quæque memoriæ mandari ſolent ut in promptu habentur, optime iſti callebant, omniumque maxime Baſilius. Ad hæc unuſquiſque illorum ad libros pro ſuo quiſque ingenio, & ſtylo componẽdos erat aptiſſimus, ſiquidem Baſilius in popularibus orationibus unus inter omnes maxime eminebat. Erat enim in concionibus ad populum ſplendidiſſima, oratione locupletiſſimus. Apolinarius uero ſcribendis cõmentarijs excellebat. At Gregorius ſi ad utrũque concionandi ſcilicet, & cõmentandi genus examinaretur, ad ſcriptionem aptior uidebatur. Hactenus Philoſtorgius Arianus de illis uelut curſim ſcripſit.

Obijt autem magnus Baſilius Gratiano Romanorum imperium gerente, quatuorque fratres habuit, Gregorium Niſſæ Epiſcopum, & Petrum etiam ipſum Epiſcopum, alioſque duos monaſticam uitam ſequutos.

VITA ALTERIVS BASILII EPISCOPI Erinipolis per eundem Suidam ſcripta, eodemq; Alberto Interprete.

Vbi ſupra.

BAſilius alius Erinipolis Ciliciæ Epiſcopus fuit Anaſtaſio imperante, mente, ac ſtudio Baſilio Cæſareæ cognomini ſuo conſimilis. Scripſit hic aduerſus Archelaum Colonem presbyterũ.

VITA GENNADII PATRIARCHÆ Conſtantinopolitani per eundem Suidam, eodemque Interprete.

Vbi ſupra.

GEnnadius Patriarcha Conſtantinopolis noctu orandi gratia ad ſanctum ingreſſus altare, ſpectrum dæmoniacum quoddam

uidit,illudq; clamans audiuit,ſe eo quidem uiuente uictum ſuccumbere,at poſt eius obitum eccleſiæ dominatu omnino potiturum.

Habetur in loco ubi ſupra.

VITA GREGORII NAZIANZENI EPIſcopi per eundem Suidam, Interpreteque eodem.

GRegorius Nazianzi,quæ ciuitas publicum Cappadociæ eſt diuerſorium,Epiſcopus fuit,uir diſertiſſimus Baſilio Cæſareæ, quæ eſt in Cappadocia,Epiſcopo ſumma neceſſitudine,& familiaritate coniunctus.Hic non ſolum 1 grãmaticæ peritus,atq; ingenio ad poeticam habili fuit,uerum multo etiam magis ad philoſophiam exercitatus,rhetorque excellentiſſimus.Multa ſoluta oratione conſcripſit.Siquidem uniuerſa eius opera triginta millibus uerſuũ ab eo abſoluta fuerunt,è quorum numero hæc ſunt.De obitu Cæſarij fratris,oratio funebris in eius Patrem, Altera in Gorgoniam ſororem,De pauperibus diligendis.Laudatio Macabæorum,Laudatio Cypriani,Laudatio Athanaſij,Laudatio Heronis Philoſophi, Aduerſus Iulianum Imperatorem orationes duæ,De Spirituſancto oratio una,Panegyricæ orationes decem,aliæque item per multæ & omnibus notæ. Sequutus eſt autem in dicendo ſtylum Polemonis Laodicenſis,qui ſmyrnæ artem dicendi profeſſus eſt, Ariſtidiſque Rhetoris præceptor fuit.Alium inſuper heroico carmine librum compoſuit,uirginitate et matrimonio inter ſe inuicem diſceptantibus,aliaq; uarijs diuerſiſque metrorum generibus argumenta tractauit. Quæ quidem omnia in unum collecta uolumen triginta mille carminum conficiunt.

1 Vide & hũc ſanctiſſimũ uirũ humanarũ diſciplinarũ ſcientia imbutum.

Huius autem Gregorij & Philoſtorgius Arianus in ſui temporis hiſtoria mentionem facit,quem ad modum in uita Diui Baſilij dictũ fuit.Ac ſtylus quidem Gregorij Apolinarij ſtylo grandior,Baſilij uero preſſior fuit. Cæterum quum tanta in his uiris & dicendi & ſcribendi ineſſet facultas,moribus quoque nihilominus integritate apud multitudinem ſpectandis ſuſpiciendiſque præditi erant,adeo ut & ijs omnibus quæ in eorum uita conſpicerentur,ipſique loquerentur,ac ſcribendo in lucem æderent,unumquemq; ad ſuam ſocietatem perducerent,ut quoque eorum ſiue facto,ſiue ſermone, ſeu ſcripto capi quiſque facilius poterat.

Quum igitur Gregorius adhuc ſuperſtes Epiſcopum in eius locum ſuffectum eccleſiæ,cui ipſe preſul obtigerat,præfeciſſet,ipſe in quodam agro ſolitariam uitam traduxit. Annos uero nonaginta atq; eo amplius natus,decimo tertio anno Imperij Theodoſij migrauit è uita,hoc eius uirtute indignum paſſus, quòd & à Cathedra urbis regiæ depulſus fuit,& deteriores digniores habiti quàm ipſe, qui uirtute,& uitæ ſanctæ ſplendore longè omnibus antecellebat.

VITA GREGORII NISSÆ EPISCOPI per eundem Suidam, eodemque Interprete.

Habetur ubi ſupra.

GRegorius Baſilij Cæſarienſis frater Niſſæ Epiſcopus fuit, uir & ipſe præſtantiſſimus [1] omnibuſque bonis artibus eruditiſſimus. Verum rhetoribus in primis operam dedit, in qua quidem facultate tanta cum laude & ſplendore enituit, quanta quiuis alius ſuperiorum temporum illuſtris orator. Hic aduerſus Eunomiū librum eximium conſcripſit, opuſq; egregium de hominis opificio. Ad hæc crebras, & continuas homelias partim in cantica cāticorum, partim in Eccleſiaſtem, Ad Macrinamque ſororem longum quendam, eumq; per pulchrum de anima librum compoſuit, multaq; alia ſcripſit, inter cætera laudationem Stephani protomartyris ſane quā admirabilem, illiuſq; Gregorij uitam, qui miraculis clariſſimus fuit.

[1] *Nota, Omnibuſq; bonis artibus eruditiſſimus, contra eos qui liberaliū artium ſtudia improperant.*

VITA GREGORII NEOCÆSAREÆ EPIſcopi per eundem Suidam, eodem Interprete.

Vbi ſupra.

GRegorius, qui & Theodorus dictus eſt, cognomento θαυματουργὸς, hoc eſt, mirabilium operum effector, Neocæſareæ, quæ eſt in Ponto, Epiſcopus fuit. Hic ab ineunte adoleſcentia ex Cappadocia Berytum, indeque Cæſaream, quæ eſt in Palæſtina, græcarum, latinarumque literarum ardens ſtudio, unà cum fratre Athenodoro ſe tranſtulit. Quos etiam ſenſim in Chriſti fidem inducens Origenes, proprios ſibi diſcipulos, ſectatoreſque reddidit. Per quinquennium igitur quum in eius diſciplina permāſiſſent, in patriam poſtea ab eo remittuntur, ibique ab Origene abſens Gregorius Panegyricam gratiarum actionis orationem ad eum ſcripſit, quam mox conuocatis ciuibus omnibus, ipſoque etiam præſente Origene recitauit, Quæ & extat ad hunc uſq; diem ſcripſit & metaphraſim in Eccleſiaſtem breuiſſimam illam quidem, ſed oppidò admirabilem. Multas præterea, ac uarias Epiſtolas, æditiſque ſignis, ac miraculis ſupra hominem, poſteaquam Epiſcopatum adeptus eſt, Iuliano Imperatore exceſſit è uita.

VITA DAMASI ROMANI PONTIFICIS per eundem Suidam, eodem Alberto Lino Interprete.

Habetur ibidem.

DAmaſus Romæ Epiſcopus ad faciendos uerſus aptus natura, multa, eaque breuia heroico carmine ædidit, Octogenariuſq; Theodoſio imperāte diem ſuum obijt. Scripſit & alia multa.

Vbi ſupra.

VITA DIODORI MONACHI PER EVNdem Suidam, eodem Interprete.

DIodorus Iuliano,& Valente Imperatoribus monaſticæ ſe uitæ dedit,quum antea Tharſi ciuitatis Ciliciæ fuiſſet Epiſcopus.Hic,ut ait Theodorus lector in Eccleſiaſtica hiſtoria,uaria compoſuit opera,ſunt autem hæc, Explanationes in uetus teſtamentum,uidelicet in uniuerſum Geneſim, Exodum,ac deinceps in reliquos Moſe libros,atque in Pſalmos,& in quatuor libros Regum, in quęſtiones libri Paralipomenon,in Prouerbia, Quæ ſit contemplationis,& allegoriæ differentia,in Eccleſiaſtem,in Cantica canticorum,Chronicon in Prophetas erratum Euſebij Pamphili de temporibus corrigens,in quatuor Euangelia,in acta Apoſtolorum,in Ioannis Euangeliſtę epiſtolam.Quod Deus in Trinitate unus eſt,Aduerſus Melchiſedecitas,Aduerſus iudæos, De mortuorum reſurrectiõe, De anima, Aduerſus diuerſas de eadem anima hæreſes, Ad Gratianum ſummæ,contra Aſtronomos,& Aſtrologos,& fatum.De ſphęra,ac de quinque Zonis,deque contrario Aſtrorum curſu,De ſphera Hipparchi,De prouidentia, Aduerſus Platonem, De Deo & Dijs, De natura & materia, in quo quidem libro quid eſt iuſtum tractat. De Deo & materia,qua in re Gentiles hallucinati ſunt. Quòd inuiſibiles naturæ non ex elementis, ſed ex nihilo cum elementis creatæ fuerunt. Ad Euphonium Philoſophum per interrogationem,& reſponſionem contra Ariſtotelem,De corpore cœleſti, Quomodo ſol eſt calidus,Aduerſus eos qui dicunt cœlum eſſe animal. Quomodo opifex quidem ſemper fuit,non autẽ illius opera. Quomodo in Deo ſit uelle. & nolle,cum ipſe ſit ſempiternus contra Porphirium. De animalibus, & ſacrificijs.

Ibidem.

VITA DIONYSII AREOPAGITÆ PER eundem Suidam ſcripta, eodem Interprete.

Ecce quõ etiã excellentiſſimus hic uir externis diſciplinis eruditiſſimus fuit, nec obſtiterunt quin dei ſeruitio totũ ſe manciparet.

DIonyſius, Areopagita Athenarum Epiſcopus fuit,uir excellentiſſimus,externiſque ❡ diſciplinis eruditiſſimus, à Paulo ad Chriſtianam religionem inſtitutus. Quòd uero ad externarum diſciplinarum ſtudia attinet,quæ Athenis uigebant,doctrina omnes ante ibat. Nam ſingularum propemodum, quæ ab eis coluntur,ſectarum magnam habuit cognitionem. Hic Paulum Apoſtolum Athenis concionãtẽ,Chriſtumq; & reſurrectionem Græcis audacter,libereq; euangelizantem audiuit,quũq; à Pauli prædicatione perſuaſus Chriſtianam fidem amplexus fuiſſet, ab ipſo etiam Epiſcopus urbi præficitur.

Initio

Initio itaque Imperij Tyberij Cæſaris, quo quidem tēpore & ipſe florente erat ætate, in Ægyptum nauigauit, cum ſapientibus eius regionis congrediendi cupidus. Erat autem unà cum eo & Apollophanes ille ſophiſta, quē Polemon Laodicenſis Ariſtidis præceptor ſmyrnæ perpetuò audiuit. Quum igitur Chriſtus Dominus ſupplicio crucis affueretur erant ambo Heliopoli, quæ eſt in Ægypto. Ac ſanè Eclypſi Solis non ſecundum naturam facta (Neq; enim coniunctionis tempus erat.) Apollophanem ſophiſtam hæc ad beatum Dionyſium dixiſſe ferunt. O bone Dionyſij Diuinarum uiciſsitudines rerū ſunt. Cōmemorat autem hæc omnia ipſe Dionyſius in epiſtola, quā ad Polycarpum cœlum magnum ſmyrnæ epiſcopum ſcripſit (conuitijs enim Dionyſium ob chriſtianam ab eo religionem ſuſceptam Apollophanes conſectebatur) & ait, tu autē affirmas Apollophanē ſophiſtam in me maledicta conijcere, parricidamq; appellare, quippe qui Græcorum doctrinis contra Græcos utar non pie. At nos uerius aduerſus illum poſſemus dicere, græcos diuinis contra diuina nephariæ uti, diuinum cultum per Dei ſapientiam conantes exterminare, & paulopoſt. Verum & ipſe Apollophanes diuinis contra diuina utitur non pie. Nam rerum cognitione, quæ ab ipſo dicitur philoſophia, atque à diuino Paulo Dei ſapientia nuncupatur, ueros philoſophos ad authorem tum ipſarum rerum, tum earum cognitionis oportuit adductos. Et poſt pauca. Debebat Apollophanes quum ſit ſapiens conſiderare, nullum ex corporibus cœleſtibus ordinem & motum proprium uariare, & mutare unquā aliter potuiſſe, niſi eum, qui & author fuit ut eſſet, quique ipſum continet, ad hoc momentum habuiſſet, qui, ut ſacrę teſtantur literæ, omnia facit, & transfert.

Et rurſum poſt pauca. Dic autem illi, Quid de eclypſi, quæ, dum Saluator noſter ageretur in crucem, facta eſt, dicis? Nam cum ambo Heliopoli tunc unà eſſemus, admirabiliter Lunam cum Sole congredientem ſpectabamus (Neque enim congreſsionis tempus erat) Rurſumq; ipſam Lunam ab hora nona uſque ad ueſperam ſupranaturaliter ad diametrum Solis in aduerſa cœli parte oppoſitam. Inſuper autem & hoc illi reduc in memoriam. Non enim eum latet, quòd ipſam Lunæ cum Sole cōgreſsionem ab Oriente incipientem uidimus, atq; uſque ad finem corporis ſolaris, quo ad ſcilicet illud nobis totū obſcuraſſet, progreſſam, deinde regreſſam. Ac rurſus non ex eadem parte & congreſsionē, & repurgationem fieri conſpeximus, ſed ex contraria per diametrum. Adeo multa eo tēpore ſupra naturam facta ſunt, ſoliq; Chriſto omnium authori poſsibilia, qui facit magna, & mirabilia, quorum non eſt numerus. Hæc, illi dicito, ſi tibi fas eſt, & ſi potes Apollophanes redargue, præſertim aduerſum me qui tecū unà tunc aderā, & ſimul uidi, atque expendi omnia, ſimulq; ſupra modū ſum

admiratus. Cæterum & Apollophanes neſcio quo ſpiritu tunc cœpit uaticinari, hæcq; ad me, uelut qui ea quæ tunc fierent coniectaret, dixit, Diuinarum uiciſsitudines rerũ ſunt. Hæc magnus Dionyſius (ut epiſtolæ breuitas ferebat) ad diuinum Polycarpum ſcripſit.

Porrò eius ſapientiam, & eloquentiam ſtylus præſtantiſsimus librorum ab ipſo conſcriptorum planè demonſtrat. Siquidem & externarum, quæ uocantur, diſciplinarum, & diuinarum, noſtrarumq; peritiſsimus fuit. Nam ſi ad ſuorum uerborum ſplendorem, ſententiarumq; profunditatem reſpicias, non humanæ naturæ, ſed cuiuſdam immortalis, diuinæq; uirtutis hæc eſſe fœtum exiſtimaueris. Opera autem ab eo conſcripta hęc ſunt. Ad Timotheum Epheſi Epiſcopũ, & ipſum Pauli diſcipulum de diuinis nominibus libri duodecim. De unita & diſcreta Theologia. Quæ ſit orationis uirtus, & de beato Hierotheo. De reuerentia, & conſcriptione theologica. De bono, Luce, Pulchro, Amore, Ecſtaſi, Zelo. Et quod malum neq; eſt aliquid, neq; ex ijs quæ ſunt, neque inter ſubſtantias eſt. De ente, in quo & de exẽplaribus, de uita, de ſapientia, ſenſu, ratione, ueritate, fide. De uirtute, iuſticia, ſalute, redemptione. De magno, & paruo, eodem, altero, ſimili, & diſsimili, ſtatu, motu, & æqualitate. De omnipotente antiquo dierum, in quo & de ſeculo & temporibus. Et quid ſibi uult, ipſum eſſe. De ſancto ſanctorum, Rege regum, & Domino dominorum, & Deo Deorum. Alius liber ad eundem Timotheum de eccleſiaſtica Hierarchia quindecim continens capita. Alius item ad eundem de cœleſti Hierarchia continens & ipſe capita quindecim, Nec non alius de myſtica Theologia quinque diſtinctus capitibus, Feruntur autem & eius epiſtolæ ad Gaium cultorem quatuor, ad Dorotheum miniſtrũ una, ad Soſipatrum ſacerdotem una, ad Polycarpum Smyrnę Epiſcopum una, ad Demophilum Cultorem una, ad Ioannem Theologum apoſtolum, & Euangeliſtam una. Sciendum eſt autem quoſdam ex philoſophis externis, & Proclum imprimis, beati Dionyſij ſpeculationibus ſæpius uſos fuiſſe, immò etiam iiſdem metipſis uerbis. Ex quo ſuſpicari licet, ueteres philoſophos Athenis florentes quum eius opera, de quibus ipſe ad Timotheum ſcribens mentionẽ facit, pro ſuis uſurpaſſent, ea occultaſſe, quò diuinę eius doctrinæ authores ipſi uiderent.

Vides quod huiuſmodi libri ſunt Dionyſij Areopagitæ, contra ſciolorũ nonnullorum delyramenta.

Prouecta igitur iam & decrepita ætate Dionyſius ſpiritus martyrio pro Chriſto cõſummatur Traiano Cæſare imperante, quo etiam tempore diuinus Ignatius immortalitatem ſtrenue uſque ad finẽ pro Chriſti fide certando eſt adeptus. Laudationem in magnum Dionyſium ſcripſit Michael Syngellus Hieroſolymitanus, in qua dicit: Quęcunque autem per traditionem 2 non ſcriptam, aut ex ſcripto accepimus, uenimus uobis audiendi cupidis expoſituri. Talis igitur ab antiquo tempore à patre filio traditus ſermo ad nos peruenit, magnum

2 Ecce quõ in ſancta dei eccleſia ſunt duplices traditiones, ſcriptæ, & uidelicet & non ſcriptæ, & utraſq; ſancti patres ueteres diligentiſsime obſeruarunt.

hunc Dionyſium ſalutiferæ paſsionis tempore, quando Sol in meridie obſcuratus eſt, rei nouitate magnopere obſtupeſcentem, atque ultra humanæ cognitionis fines progreſſum, quum id quod acciderat perpendiſſet, dixiſſe, Ignotus patitur Deus, per quē hoc uniuerſum oppletum eſt tenebris, & cōmotum. Et con:eſtim notato tēpore, in quo prodigium hoc longe, lateq; per uniuerſum patens orbē factum fuerat, apud ſe ipſum ſeruabat, quid inde portenderetur expectans.

VITA EPIPHANII EPISCOPI PER eundem Suidam; eodemque Interprete.

In loco ubi ſupra.

EPiphanius Conſtantiæ, quæ eſt in Cypro, Epiſcopus, quæ antea ſalamin uocabatur, contra omnes hæreſes libros, qui Panaria dicuntur, atque alia multa ſcripſit, quæ quidem à doctis propter res, à rudibus uero propter uerba leguntur. Extrema ſenectute deceſſit.

VITA ALTERIVS EPIPHANII EPIſcopi per eundem Suidam eodem Interprete.

Ibidem.

EPiphanius Selybriæ uel Olybrię Epiſcopus librum per utilem aduerſus imaginum combuſtores conſcripſit.

VITA EVAGRII PER EVNDEM SVIdam eodem Interprete.

Vbi ſupra.

EVagrius uaria opera compoſuit, in quibus & commentarium in Prouerbia Salomonis.

VITA EVDOXII EPISCOPI & Cæſarij martyris per eundem Suidam, eodemque Interprete.

Vbi ſupra.

EVdoxius Antiochiæ epiſcopus fuit ex Arabiſſo paruæ Armenię ciuitate. Huius autem Cæſarius pater Maximiano Imperatore martyrio coronatus fuit, quãuis antea uoluptatibus deditus. Verum ſuſceptas ſuperiore ætate maculas martyrij ſanguine uoluit eluere. Vtroque enim eius pede ſenis grandibus clauis perforato, igni ipſum tradidere, quumque ſimul ac primum in flammam fuiſſet ingreſſus, occidiſſet, propinqui ſeniuſtum, atque adhuc integrum ſublatum cadauer, in quodam agro ſubēl nuncupato condiderunt.

Habetur ubi ſupra. VITA THEOPHILI SERVI DEI PER EVNdem Suidam, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

THEophilus ab Indis reuerſus Antiochiæ degebat, nullam ipſe quidem peculiarem eccleſiam habens ſibi concreditam, ſed ueluti communi paſtori ad omnes tãquam proprias fidenter adire licebat, rege quãplurimi ipſum faciente, cæteriſque omnibus quoſcunque accederet ſumma alacritate accipientibus, atque illius magnitudinẽ uirtutis ſuſpicientibus. Fuit enim hic uir præſtantior, quàm ut quiſpiam eius poſſit pręſtantiam uerbis conſequi. Fuit, inquam, uelut quædam Apoſtolorum imago. Siquidem fertur etiam ipſum aliquando & Iudææ cuiuſdam mortuum filium à mortuis excitaſſe, id quod Thalaſſius unus ex ijs, qui non modico tẽpore cum ipſo uerſati ſunt, affirmat. Qui quidem de mendacio in rebus eiuſmodi minime cuiquam ſuſpectus eſſe debet, quippe quum haud paucos alioqui ſuorum temporũ æquales habeat qui hoc atteſtantur, qui Theophilo ſunt familiariter uſi.

Vbi ſupra. VITA IVSTINI PHILOSOPHI, ET MARtyris per eundem Suidam, eodem Interprete.

IVſtinus Philoſophus, & habitu Philoſophorum utens, ex Neapolitanorum præfectura, quæ eſt in Paleſtina, Priſco patre Bachij filio ortus eſt. Hic pro Chriſtiana religione ualde laborauit, adeo ut & Antoniõ cognomento Pio, atque eius liberis, ſenatuiq; Romanõ librum contra Gentiles conſcriptum legendum tradiderit, opprobrium crucis minime erubeſcens. Scripſit & alium librum, quem Antonini ſucceſſoribus, hoc eſt, Marco Antonino, & Lucio Aurelio commodo dedit. Alius quoque eius extat liber, contra Gentiles, in quo de fuga Dæmonum diſſerit. Et quartus liber ſimiliter aduerſus Gentiles, quem confutationem inſcripſit. Alius inſuper de Dei monarchia, & alius quem Pſaltem nominauit, & de anima alius, Nec nõ dialogus aduerſus Iudæos, quem quidem aduerſus Tryphonem Iudæorum Epheſi commorantium principem ex tempore compoſuit. Quin etiam inſignia aduerſus Marcionem opera ædidit. Et alium librum contra omnes hæreſes, cuius in Apologetico, quem Antonino Pio tradidit, mentionem fecit.

Cæterum quum hic Romæ commoraretur, Creſcentem fatuum illum Cynicum maledictis Chriſtianos uexantem ualde cõfudit, heluonem, luxurioſumque, & proteruum illum appellans, mortemque ex timeſcentem demonſtrans. Ad extremum huius creſcentis oppugnatiõe, atq; inſidijs, ut chriſtianus pro Chriſto martyrio eſt affectus.

VITA IOANNIS DAMASCENI PER eundem Suidam, eodem Interprete.

Vbi ſupra.

IOannes Damaſcenus cognomento Manſur, uir & ipſe doctiſſimus fuit, ac nemine illorum inferior, qui ſua tempeſtate eruditione, ac doctrina illuſtres fuerunt. Extant quāplurima ipſius ſcripta, ſummēque erudita, Nec non comparationes uirorum illuſtrium inter ſe, de quibus in diuina ſcriptura fit mentio. Et canones tum metro iambico, tum ſoluta oratione ad canendum appoſiti. Floruit autem eadem tempeſtate & Coſmas Hieroſolymitanus uir apprime ingenioſus, concinamque omnino muſicam ſpirans. Si quidem canones Ioannis, & Coſmæ ad cantum compoſiti, non habent quibus cum comparentur, neque etiam ſunt habituri, quoad uita hæc noſtra durabit.

VITA DIVI IOANNIS APOSTOLI, ET euangeliſtæ per eundem Suidam, eodem Interprete.

Habetur ubi ſupra.

IOannes Theologus, & euangeliſta ab eo, quod in Pathmo pertulit, exilio Epheſum reuerſus, euangelium compoſuit annos centum natus, prouectuſque ætate uſque ad uigeſimum ſupra centum ibi degens Theologiam conſcripſit. 1 Recipit autem Chryſoſtomus & epiſtolas eius tres, & Apocalypſim.

1 Si tantus doctor imo tota dei eccleſia, tres Ioannis epiſtolas recipit et Apocalypſim, quare modo quidam reijcere audent?

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI per eundem Suidam, Alberto Lino Interprete.

Habetur ubi ſupra.

IOannes Antiochenſis cognomento Chryſoſtomus, presbyter inter præcipuos Antiochiæ fuit, Euſebij uerò Gmeſeni philoſophi, & Diodori ſectator. Hic multa ſcripſiſſe dicitur, ex quibus libri de ſacerdotio tum propter argumenti excellentiam & ſtylum, tum propter uerborum facilitatem, atque elegantiam, cæteris eius ſcriptis excellunt. His autem proxime accedunt & orationes in Pſalmos Dauidicos, & explanatio in Euangelium Ioannis. Nec non cōmentaria in Matthæum, Marcum, & Lucam. Reliqua uero ipſius monimenta plura ſunt, ꝙ̄ ut ea quis numero complecti queat. Si quidem uniuerſam Iudaicam, Chriſtianamq; ſcripturam ille cōmentarijs ſic illuſtrauit, ut alius ante ipſum nemo. Martyrum uero laudationes adauxit, quum eas ipſe nullo negotio ex tempore componeret, oratioque ex eius ore celerius quàm Nili catarractæ defluebat. Nemo itaque poſt hominum memoriam ſimili orationis copia abundauit, qua quidem ipſe ſolus diues fuit, ſoluſque iure & aureum, & diuinum adeptus eſt

nomen. Cæterum opera ab eo conſcripta non eſt hominis percenſere numerando, ſed Dei potius, cui nota ſunt omnia.

? Hic ſanctus Ioannes Chryſoſtomus ſummus continentiæ cultor fuit, ac uigilantiſsimus, & quietis amantiſsimus, temperantiæq; zelo ualde in caſtigando liber, atq; iracundus. Excandeſcentiæ enim magis quam modeſtiæ indulgebat. Qua quidem libertate loquendi immodice aduerſus familiares uſus eſt. Atque in docendo quidem multum operæ ponebat, ut prodeſſet. In collocutionibus uerò arrogans & contemptor ab ijs, qui eum haud ita bene norant, exiſtimabatur. Quocirca creatus Epiſcopus maiore grauitate erga ſubiectos eſt uſus, & mores, & uerba ad cuiusq; correctionem, & ſalutem mutans. Nequaquã igitur ut quis adulator non eſt, hic ſuperbus eſt habendus. Neque rurſus ſiquis adulator, & nequam fuerit, hic continuò moderatus dicendus ſit. Verum eum, qui ordinem, & decorum ingenuis conſentaneum uult conſeruare, magnanimum eſſe conuenit, non ſuperbum, fortem non audacem, humanũ non abiectum, modeſte de ſe ſentientem, nequaquam autem humilitatem animi ſimulantem, liberalem non ſeruilem, quemadmodum & ipſe dicit. Idcirco paſtorem & magiſtrum uarium eſſe oportet, uarium autem appello non ſubdolum, neque adulatorem, & petulantem, ſed multa libertate, & fiducia plenum, qui etiam norit, quotieſcunque id res poſtulare uideatur, ſe ſe utiliter demittere, ſimulq; benignum, & auſterum eſſe. Neque enim ſubiecti uno & eodem modo omnes tractandi ſunt, quãdo nec à medicis una atque eadẽ ægrotantibus omnibus medicina eſt adhibenda, neque nauis gubernatori una ſequenda ratio pugnandi cum uentis.

Perpende igitur qualem nam illum eſſe oportet, qui tantæ tempeſtati, atque eiuſmodi iactationi, tamque magnis fluctibus reſiſtere debeat, ut fiat omnibus omnia, ut omnes lucrifaciat. Etenim grauem eſſe oportet talem uirum, & minime inflatum, terribilem & comem, qui & dominum, & ſocium agere ſciat, muneribus incorruptum, & pronum ad obſequia, ſummiſſum & inuictum, alacrem & placidum, ut aduerſus hæc facile ualeat depugnare. Cauendum eſt ergo homini qui in oculis omnium uerſatur, ac prudentia præditus eſt, ne aut alijs ipſe aduletur, aut adulatoribus aures patefaciat, ue'ue glorioſus ſit, aut aſſentator, ſed utrorunque horum uitiorum exceſſum corrigere oportet, & liberum eſſe, nec ad pertinaciam declinare, neque ad ſeruilem ſummiſsionem ſe abijcere. Nam erga probos humilem eſſe oportet, erga audaces uero elatum. Quando quidem illi modeſtiam uirtutem eſſe arbitrantur, iſti uero audaciam, fortitudinem. Quocirca aduerſus illos humilitate eſt utendum, in iſtos uero fortitudine, quæ eorum ſpiritus ab audacia ſumptos extinguat, ut ijs quidem proſis, horum autem faſtum deprimas. Tempus eſt enim omni negotio,

inquit Salomon. Hoc eſt tempus humilitatis, & poteſtatis, redarguendi & conſolandi, parce & libere loquendi, lenitatis & aſperitatis, ac denique omnium. Quapropter interdum quidem præ ſe ferenda eſt humilitas, puerique in humilitate iuxta Dominicam uocem imitandi, interdum uero poteſtas exercenda (quando res ita fert) quam Chriſtus dedit ad ædificationem, nequaquam autem ad deſtructionem. Ac ſanè tempore conſolationis ſuauitas eſt adhibenda, tempore uero ſeueritatis Zelus præ ſe ferendus. Atque in unoquoque aliorum ſimiliter recta, & iuſta cogitatio ſuſcipienda. Cogitationes enim iuſtorum iudicia ſunt.

Iſidorus autem dicit, Principem & iuſtum & terribilem eſſe oportet, ut qui recte uiuunt ſecuro animo ſint. Qui uero peccant, metuant. Nam alterum ſine altero eſt diſciplinæ diſſolutio potius, quàm Imperium. Si enim omnes dicto audientes, & uirtutis amantes eſſent, ſola benignitate eſſet opus. Si uero omnes improbi, & flagitijs dediti, metu. Verum quum & boni ſint, & mali, utraque principi & præfecto ſunt uſurpanda.

VITA ISIDORI SERVI DEI PER EVNdem Suidam, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

Ibidem.

ISidorus Peluſiotes presbyter uir præſtantiſsimus, 1 philoſophusq;, & Rhetor, ſcripſit Epiſtolas tres diuinam explanantes ſcripturam, atque alia quædam.

1 Vides et hunc ſanctiſſimum uirum philoſophū Rhetoremq; pariter extitiſſe? Non igitur huiuſcemodi ſcientiæ ſunt ita temere cum hæreticis explodendæ.

VITA CYRILLI MARTYRIS, per eundem Suidam, eodem Interprete.

CYrillus Diaconus in ciuitate Heliopoli, quæ eſt iuxta Libanū, magno Conſtantino Imperatore idola multa contriuit. Iuliano uero quum eius uentrem diſſecuiſſent, exenteratum hæpar deguſtarunt.

Habetur in libro de quo ſupra.

VITA LEONTII MONACHI PER EVNdem Suidam, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

Habetur ibidem.

LEontius monachus Zenone imperante prophetica gratia, obſcura, & recondita ſcripturarum loca aperiens, atque illuſtrans, ex ſtudioſis multos habuit ſibi operam dantes. Cæterū ſtupentibus quibuſdam ob ea, quæ à rege monſtruoſe, nepharieq; aduerſus eccleſiam patrabantur, non eſt, inquit, cur miremini ea quæ ab homine, ab hominibusq; ad principatum electo fiunt, quando & Saul, qui

Dei decreto regnum eſt conſecutus, Abimelecum, eiusq; liberos in domo Dei gladio interfecit. Quumq; alij hæſitarent, exiſtimarentq; regis naturam ex humana in feram, agreſtemq; fuiſſe mutatam, propterea quòd initio regni humaniter quædam egiſſet, aliaq; ſimiliter eſſet pollicitus, non eſt (inquit) immutata natura, ſed uitioſitas in proſperitate patefacta quæ illi magi timore fuerat diſsimulata.

Quum autem librum ſtromatum Clementis legeret, atque ad locum perueniſſet, in quo uiros meretricum more faciem pigmentis inungentes, capillumq; inficientes cauillatur, dixiſſetq; Leontius, nunquid eſt aliquis rege excepto qui capillum tingat, faciemq; fuco illinat? Reſpondit alius monachus, nos de priuatis hominibus penitus ignoramus, num quiſpiam ornatu naturam immutare ſuſtineat. Veruntamen hoc regem facere accepimus. Cæterum monachi admodũ prompte illos ſunt cauillati, qui marium naturam in muliebrem conantur conuertere. Nam quòd & ex ueteribus plurimi huiuſmodi homines ut pote leues ſunt aſpernati, multos in hiſtorijs inuenias, maxime uero Philippum Alexandri patrem. Quum enim Antipatrum quendam ex numero amicorum, quem in iudicum ordinem cooptauerat, barbam, comamq; tingentem animaduertiſſet, ab eo ordine illum amouit, dicens, In pilis infidelem nequaquam in negotijs fidelem exiſtimes.

Habetur in loco ubi ſupra.

VITA LVCIANI MARTYRIS PER EVNdem Suidam ſcripta, Alberto Lino Interprete.

Lucianus martyr ſamoſatenſis, quæ eſt Syriæ ciuitas, uir nobili genere natus, ab ineunte ætate cum quodam Macario Edeſſe cõmorante, ſacraſq; literas explanante uerſatus, quicquid apud illum optimum, ac præſtantiſsimum inuenit, haud multo tempore percepit, atque in ſolitariam uitam ſeceſsit, omneſq; abſolutæ uirtutis numeros expleuit. Prouectus eſt autem & ad ſacerdotium presbyter Antiochiæ factus, ibique ludum literarium magnum aperuit, undiq; ſtudioſiſsimis alijs aliunde ad eum diſciplinæ cauſa concurrentibus.

Hic quum ſacra uolumina multis eſſe mendis adulterata corruptaq; comperiſſet, quòd & tempus, & frequens eorũ deſcriptio multa in ijs uitiauerant, Ad hæc quòd improbiſsimi quidam homines, qui doctrinæ Gentilium præerant, germanum eorum ſenſum peruertere uoluerant, ad ulterinaq; multa interſeruerant, hic, inquam, quum ſacros codices uniuerſos ſumpſiſſet in manus, eos ex Hebraica lingua, quam & ipſam optime callebat, in priſtinam integritatem reſtituit, non mediocri ad huiuſmodi correctionem labore ſuſcepto. Quin etiam diuinorum dogmatum puritatem apud hunc omnium maxime,

maxime, qui illa tempeſtate fuerunt, ſumme conſeruatam inuenias. Nam & Epiſtolas ædidit admodum certe egregias, ex quibus facillime qui uis perſpiciat quam uir ille in rebus diuinis ſententiam tenuerit. Affectus eſt autem martyrio Nicomediç, quç eſt in Bithynia, Maximiano imperante.

VITA MACARII ÆGYPTII ET ALEXANDRINI & Euagrij per eundem Suidam, Alberto Lino Interprete.

Habetur in loco ubi ſupra.

DVo fuere Macarij cognomines, atque ob exercitationem, uitam, mores, & doctrinam ualde celebres, unus Ægyptius, alter uero Alexandrinus. Ac Ægyptius quidem mirabilium operum effector fuit, grauiſque & ſeuerus aduerſus diſcipulos. Alexandrinus uero in omnibus Ægyptij par ac ſimilis fuit, ſed hilaris & ſuauis erga familiares, qua quidem hilaritate, ſuauitateq; adoleſcentes ad monaſticam exercitationem alliciebat.

Horum Euagrius factus diſcipulus, philoſophiam, quæ factis conſtat acquiſiuit, quum antea uerbo duntaxat fuiſſet philoſopus. Qui quidem Euagrius Conſtantinopoli à Gregorio Theologo ad Diaconatus ordinem prouectus fuit. Quin & quum in Ægyptum deſcendiſſet, familiariterq; cum uiris, quos ſuperius nominaui, uerſatus fuiſſet, eorum uitam eſt imitatus. Ab hoc libri ualde egregij conſcripti fuere, quorum alius quidē Monachus, uel, De uita actiua inſcriptus eſt, alius uero Gnoſticus, uel, De ijs, qui digni ſcientia facti ſunt, quinquaginta diſtinctus capitibus. Alius autem confutatorius contra tentantes Dæmones in octo diuiſus partes iuxta numerum octo conſiderationum, Problemataq; ſexcenta ad præ cognitionem rerum futurarum ſpectantia, & uerſibus libri duo, unus ad monachos in Cænobijs, uel, conuentibus commorantes, alter ad uirgines. Eius autem uerba ſunt hæc. Neceſſe eſt uias monachorum, qui nos anteceſserunt, diligenter exquirere, atque ad illorum exemplar nos conformare. Si quidem multa ab illis recte & dicta ſunt, & facta. Inter cætera quidam illorū dixit, uitam duriorem aſperioremq; cum charitate coniunctam citius monachum prauis affectibus exuere.

VITA MARE SERVI DEI PER EUNDEM Suidam, eodem Interprete.

Habetur ubi ſupra.

MAres Chalcedonius, quç eſt in Bythinia, Epiſcopus quum Iuliano apoſtatæ Fortunæ ſacrificium facienti ſuperueniſſet, dum ipſe in urbe regia Conſtātinopoli tunc manu duceretur

(oculorum enim ſuffuſione præ ſenectute laborabat) adiens ad regem multis illum conuitiis effecit, ſceleratum,apoſtatam,atque impium appellans. At ille uerbis conuitia propulſabat,cæcum eum appellans. Ac ne Galilæus quidem Deus tuus,inquit,tibi uiſum reſtituet.Galilæum namque conſueuerat appellare Chriſtum. At Mares liberius ad regem dixit,Gratias,inquit, ago Deo qui me excæcauit,ne tuum uultum uideam, qui tam fœde ad impietatem deſciuiſti.Ad quæ nihil Iulianus reſpondit. Attamen grauiter & hoc ultus eſt. Quum enim animaduertiſſet eos, qui Diocletiano Imperatore martyrium paſſi fuiſſent,apud Chriſtianos in honore haberi, multoſque alacriter ad martyrium feſtinare,alia aggreſſus eſt uia,ueluti hoc ipſo chriſtianos ulciſcens. Ac nimiam illam,quæ Diocletiano Imperatore in chriſtianos exercebatur, crudelitatem in aliud tẽpus diſtulit. Verũtamen non omnino illos perſequi deſtitit.Perſecutionem autem appello quieſcentes quo quomodo turbare. Turbabat autem hoc pacto.Lege ſanxit ne chriſtiani 1 diſciplinarum participes fierent,uti ne inquit linguam acuentes ad diſputandum cum dialecticis Gentilibus paratiores ueniant. Cæterum quum plurima in chriſtianos machinatus fuiſſet, nonnullis ut idolis ſacrificarent perſuaſit, è quorum numero fuit Hecebolius Conſtantinopolis ſophiſta.

1 Ex hoc loco diſcere potes cur uellent, ſi poſſent, noſtri temporis Hæretici ad impii huius Imperatoris imitationẽ,externarũ diſciplinarũ ſtudia prorſus ab eccleſia eliminare,nempe ne fideles eorũ ſophiſmata in diſputationibus detegãt,ac ut minus parati ad illorũ confutandos errores ueniant.

VITA MARCI EPISCOPI ET MARTYris per eundem Suidam eodem Interprete.

Habetur ubi ſupra.

MArcus Arethuſiorum Epiſcopus eloquentia,& uitæ ſanctitate clarus fuit,quem Iuliano imperante multis uerberibus contumelioſe ceciderunt,atq; immiſſum in cloacas mox pueris acubus figendum tradiderunt.Poſtea autem reti inuolutum,garoque,& mele illitum,in ipſo æſtatis feruore ſublimem ſub dio ſuſpenderunt,ueſpas ſimul,apeſq; ad conuiuium inuitantes. Quos ille cruciatus uniuerſos conſtantiſſimæ pertulit.

VITA METHODII EPISCOPI ET MARtyris per eundem Suidam,eodem Alberto Lino Interprete.

Habetur Ibidem.

MEthodius Olimpi,quæ eſt in Lycia, uel Pataræ,ac poſtea Tyri Epiſcopus fuit. Hic libros aduerſus Porphyrium ſplendida, ac compoſita oratione conſcripſit,& conuiuium decem uirginum,deq; reſurrectione librum præſtantiſſimum contra Origenem, Atque alium contra eundem de Pythoniſſa,ac de libero arbitrio. Scripſit & commentaria in Geneſim,atque in Cantica canticorum, aliaq; mul-

ta,quæ paſſim leguntur. Qui ſub finem perſecutionis,quæ Decio & Valeriano imperantibus facta fuit,Chalcide, quæ eſt in Oriente, martyrio coronatus eſt.

VITA DIVI NICOLAI EPISCOPI PER eundem Suidam, eodem Interprete.

Vbi ſupra.

NIcolaus Myræ,quę eſt in Lycia,epiſcopus,& ardens Chriſtianorum amator,& Dei ualde familiaris fuit. Hic ſanè nihil ſcripſit. Cęterum quum in ſomnis Conſtantino regi aſtitiſſet, & tres duces cuiuſdam calumniatoris opera capite damnatos, ex audita eorum precatione liberauit, & alios quoſdam milites ſimiliter à morte eripuit,nec uſque in hodiernum diem ceſſat eius patrocinium implorantes 1 ab omni neceſſitate uindicare.

1 Nota pro inuocatiōe ſanctorū, et quod D. Nicolaus uindicat ab omni neceſſitate implorantes eius patrocinium.

VITA PAPHNVTII EPISCOPI SERVI Dei per eundem Suidam, eodem Interprete.

Habetūr ubi ſupra.

PAphnutius unius ciuitatis ſuperiorum Thebarum Epiſcopus fuit,uir Deo dilectus,eiuſq; gerens inſignia,quippe cui tempore perſecutionis alter effoſſus ſit oculus. Hunc rex ad ſe accerſi iubebat,atque eius oculum oſculabatur. Cæterum Epiſcopi,qui ad ſynodum conuenerant,nouam legem in eccleſiam inducere in animo habebant, ut uiri ſacrati, uidelicet Epiſcopi,Presbyteri,Diaconi,& Subdiaconi cum uxoribus,quas adhuc laici duxiſſent,nequaquā concumberent. Qua quidem re in conſultationem poſita, 1 Paphnutius quum in medio conuentus epiſcoporum exurrexiſſet,uehementer uociferabatur,non eſſe graue iugum ſacratis uiris imponendum, honorabile connubium eſſe dicens,ne ſcilicet abſolutam nimis ab eis perfectionem exigentes detrimentum potius eccleſiæ importarent. Neque enim omnes exercitationem illam præduram ferre poſſe,in quam continentiæ ſtudioſi uſq; incumbunt, ut nullis corporis uoluptatibus commoueantur,nullas animi perturbationes patiantur. Nec æqualiter caſtitatem uxoris ſingulorum ſeruatum iri. Caſtitatem autem appellabat legitimæ uxoris congreſſum cum uiro, ſatiſque eſſe eum qui iam in clerum lectus eſſet,non tranſire ad ſecundas nuptias iuxta ueterem eccleſiæ traditionem, nequaquā autem ab ea ſeiungi debere,cui ſemel antea laicus adheſiſſet. Et hæc ille dicebat quum nuptiarum expers eſſet,nullamque prorſus mulierem unquā attigiſſet. Siquidem à puero inter monachos fuerat educatus, atque ob continentiam ualde celebris,ſi alius quiſpiam,erat. Inquā quidem Paphnutij ſententiam uniuerſus epiſcoporū cætus diſceſſit, ſilentiumq; pro-

1 Hoc nō facit cōtra noſtrorū ſacerdotū cælibatū,nā hi in Concilio quod in Orientis partibus celebrabatur, recipere noluerunt perfectā et abſolutā cōtinentia normam,quæ in Occidētali hac noſtra eccleſia ſeruatur.

poſitæ quæſtioni impoſuit, opinioni uidelicet eorū, qui uolebant ſacratos uiros relictis uxoribus ab earum conſuetudine abſtinere.

Vbi ſupra.

VITA PAVLI HEREMITÆ PER EVNdem Suidam, eodem Alberto Lino Interprete.

PAulus, qui unà cum Chryſantho Nauatianæ eccleſiæ præfuit, prius quidem latinas literas profitebatur. Verum literario labore relicto ad monaſticam ſe uitam contulit, conſtitutiſq; proborum uirorum monaſterijs cōſimilem omnino monachis in Heremo degentibus, uitā agebat. Talis fuit, quales Euagrius dicit monachos in Heremo uerſari. In omnibus enim illos perpetuò imitabatur, in cōtinuo ieiunio I in taciturnitate, ab eſu animantium abſtinendo, & plerūque etiam à uino & oleo. Quin etiam & in pauperes officioſiſſimus fuit, coniectoſq; in carcerem ſedulò inuiſebat. Hoc epiſcopo Iudæus quidam ſimulate ad chriſtianiſmum accedere deprehenſus eſt.

I *Vide ieiunia, ſiletia, & abſtinētia priſcorum Monachorum.*

Ibidem.

VITA D. POLYCARPI EPISCOPI ET martyris per eundem Suidam eodem Interprete.

POlycarpus Ioannis euangeliſtæ, & Theologi auditor fuit, ſucceſſor autem Bucoli, qui primus Smyrnēſium eccleſiæ præfuit. Poſt quem ipſe ſecundus epiſcopatum obtinuit, martyrioque pro Chriſto. Marco Antonino Imperatore conſummatus eſt. Scripſit epiſtolam ad Philipenſes, atque ad magnum Dionyſium Areopagitam, ad aliaſque eccleſias.

Hic Antonino Pio imperante, Anicetoque Romanæ eccleſiæ epiſcopatum gerente Romam ob quaſdam de Paſchate controuerſias acceſsit, ubi multos, qui Marcionis & Valentini dogmati adhæſerāt, ab errore reuocauit. Cæterum quum Marcion caſu obuiam illi factus fuiſſet, dixiſſetque, Agnoſce nos Polycarpe, reſpondit, Agnoſco I te primogenitum diaboli filium.

I *Ecce quā nūcupatione Hereſiarchā appellat. Sancti enim uiri ſemper huiuſce farinæ homines auerſati ſunt.*

VITA

VITA HELENÆ MATRIS CONSTANTINI Imperatoris per Suidam ſcripta, Alberto Lino Veronenſe Interprete.

Habetur in loco ubi ſupra.

HElena regina magni Conſtantini mater fuit, fœmina uirtutibus omnibus ornatiſſima. Geſſit autem & ſe humiliter, ſummiſſeque ad Chriſti imitationem cum aduerſus omnes, tum maxime aduerſus ſacrum habitum monaſticam uitam agentium. Sæpe nanq; illas congregans, quæ perpetuæ [1] uirginitati ſtudebant, recumbenſque in toris ſtramineis illis miniſtrabat obſonia apponẽs, & pocula porrigens. Quin & earum manibus aquam affundens ancillæ munus obibat. Eodem modo filium quoque æterna laude digniſsimum erudiebat, ne uirtutis ergo faſtu intumeſceret, omnique cura & cogitatione in rempublicam recte adminiſtrandam incumberet, ac Deo cum timore, & tremore ſeruiret. Inde factum eſt, ut Conſtantino imperante & nobiliores Indi, & Iberes, Armenijque ad baptiſmum acceſſerint.

1 Vides quod etiã ſanctæ huius Reginæ tẽpore mulieres quedã perpetuã Virginitatẽ ſeruabant.

VITA PVLCHERIÆ VIRGINIS PER eundem Suidam, eodem quo ſupra Interprete.

Ibidem.

PVlcheria regina Archadij filia quum annum quintum decimũ nondum attigiſſet, regnum optime ad miniſtrabat. Erudiuit autem & Theodoſium fratrem. Quum enim ſumma ſapientia, diuinaque eſſet mente prædita, inſuper etiam [1] propriam Deo uirginitatem dicauit, ſororeſque ut ſe in hoc imitarentur induxit. Cæterum fratrem ad omne officij munus inſtruebat, ipſumque & mores, & uerba, inceſſum, & riſum, cultumque ueſtimentorum, & modum ſedendi, ſtandique pro regia maieſtate per docuit. In primis autem ad pietatem erga Deum ſtudioſe illum informabat, ſimiliq; modo etiam aduerſus ſorores ſe geſſit. Multis præterea eccleſijs, & mendicantium diuerſorijs peregrinorumque hoſpitijs, ac [2] monaſterijs ex ædificatis, & proprios illis redditus aſſignauit, & præter alia egregia eius recte facta, diuinis quoque uiſionibus ſæpius dignata fuit. Fuerunt autem ei ſorores Arcadia, & Marina.

1 Si ſancta fœmina mẽte fuit diuina p̃dita, & propriã uirginitatem Deo dicauit, ac ſorores ad hoc faciendum induxit, patet quod ſeruare uirginitatẽ res eſt deo placens, ſimulque factu poſſibilis.

2 Ecce quõ ædificare monaſteria, illiſque redditus aſſignare, inter bona opera cõputatur.

At Theodoſius & tardus, & inconſideratus in omnibus fuit. Maxime autem oſcitanter ſe erga illos gerebat, qui ſupplices gratiarum libellos ei porrigebant, quibus minime animaduerſis ſubſcribebat. Quod quum aliquando ſapientiſſima Pulcheria reſciuiſſet, callide illum ſubijt acceptura ſcilicet dono Eudociam eius uxorem in ſeruitutem. Cuius quum ille libello minime prælecto ſubſcripſiſſet, poſtea à Pulcheria grauiter obiurgabatur.

Habetur in loco ubi ſupra.

VITA SYMEONIS MONACHI PER eundem Suidam, Alberto Lino Clerico Veronenſe Interprete.

SYmeon uir admirabilis fuit, quem monachi in Ægypto commorantes certiores facti ſuper columna ſtare reprehenſa rei nouitate. Hoc enim ipſe primus fecit, ſua illum cõmunione interdixerunt. Poſt hæc cognita uiri uita & humilitate ipſum denuo in ſuam communionem receperunt. Cæterum Marcianus Rex ſimulata priuati hominis perſona incognitus illum conuenit.

FINIS.

1004744

